BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXIII
G
78
NAPOLI

Digitized by Google

EXPOSITIONES SELECTAE SANCTORVM PATRVM,

DOCTORVMQ; CLASSICORVM

in totum hiſtoriale vtriuſq;Sacræ Paginæ;collectæ, ac Conceptibus Prædicabilibus applicatæ:

DE MANDATO, AC ZELO REV.MI PATRIS

FR. NICOLAI RODVLFII S.T. PROFESSORIS AC TOTIVS ORDINIS PRAEDICATORVM GENERALIS MAGISTRI DIGNISSIMI.

PER FR. FRANCISCVM DE PIETATE MACIEL Olyſipponenſem eiuſdem Ordinis profeſſum, Filium inſignis, Regaliſq; Conuentus, ac Collegij S. Thomę Aquinatis de Goa Congregationis Indiæ Orientalis Prouinciæ Portugalliæ.

Interponuntur etiam Expoſitiones Sententiarum, quæ inueniuntur in Capitibus Parabolicis Iob, Pſalmis, Libris Salomonis, Prophetis, Epiſtolis Apoſtol. Apocal., in quibus eſt aliquod verbum eiuſdem hiſtorialis Text.

INVOCATIS PRIMO' BEATISSIMO PATRIARCHA IOSEPHO Sacratiſſimę Virginis Marię Sponſo digniſſimo, ac Domini noſtri Ieſu Chriſti Patre putatiuo, Nutricioq; fideliſſimo: Necnon Sanctiſſima Virgine, & Martyre EMERENTIANA, Collactanea B. Agnetis: Vigilantiſſimoq; ANGELO ſuo CVSTODE, ſuis, ac huius Operis ſingularibus Patronis.

PRAEFATO REVERENDISSIMO PATRI MAGISTRO GENERALI Idem humilis huius Operis Collector, humiliter illud Conſecrat, & Dedicat.

PRIMVS TOMVS COMPLECTENS OPERA SEX DIERVM. DIVISVS IN TRES PARTES.

PRIMA PARS Continens Opera vnius Diei; ac ſupra tria millia ſelectarum Expoſitionum. Cum duobus locupletiſſimis Indicibus.

DIVISA IN TRES PARTICVLAS,

OMNIA QVAECVNQ; VOLVIT DOMINVS FECIT. Pſal. 134.

NEAPOLI, Ex Typographia Secundini Roncalioli. MDCXXXIV.

SVPERIORVM LICENTIA.

Digitized by Google

APPROBATIO CVRIAE Archiepiſcopalis Neapolitanæ.

NOVA hac, & copioſiſſima in Sacram Geneſim commentaria R.P.F.Franciſci de Pietate Maçiel Luſitani Congregationis Indiæ Orientalis, incredibili labore, induſtriaque vtili exantlata, & Reuerendiſſimo, ac Doctiſſimo Patri Fratri Nicolao Rodulfio totius Dominicani Ordinis Generali Magiſtro, cuius zelo, & iuſſu propediem Neapolitanis typis exprimuntur, meritò dedicata. Nihil habent, quod Catholicum, & benè moratum Lectorem offendat, immò digna luce mihi videntur, & laude. Datum Neap. in Conuentu SS. Apoſtol. die 7. Februarij 1634.

D. Thomas de Aquino Cler. Regul. Theol. Deput.

HAE Sanctorum Patrum in Sacros Geneſeos Libros ſelectæ, ac non iniucundæ expoſitiones, ſummo ſtudio, pari diligentia, extremiſq; lucubrationibus à Reu Patre Fratre Franciſco de Pietate Maçiel, vnà cum fidei, pietate, necnon morum grauitate, ſeù bonitate elaboratæ à me perlectæ, certò acumen ingenij Authoris, inſtar Apis diutiùs vagantis, flores carpentis, inuentum diſponentis, fauiſque ſuis inſerentis, ſuccum varium proprij martis, & oris ſpiritu, in dulciſſimum illum, nulli ſimilem mellis ſaporem conuertentis, oſtentant; quare, non immeritò ad communem omnium vtilitatem, vt Typis cudantur; fuit iuſſum à Reuerendiſſimo Patre Fratre Nicolao Rodulfio totius Ordinis Prædicatorum Magiſtro Generali, moderatore vigilantiſſimo, propagatore, prouectore, ac protectore ſapientiſſimo, à quo non diſſentio, quin potiùs probo, opto, atq; ſuadeo. Dat. Neap. in Cœnobio S. Crucis die 2. menſis Martij 1634.

Frater Dionyſius à Canuſio Reformatus Ordinis Minorum Strictioris Obſeruantiæ Diui Franciſci Deput.

Imprimatur.

Felix Tamburellus Vicarius Generalis Neapolitanus.

APPROBATIO ORDINIS.

PRimam Partem Primi Tomi expoſitionum Sanctorum Patrum, Claſſicorumq; Doctorum in totum hiſtoriale vtriuſque Sacræ Paginæ ſelectarum, per Patrem Fratrem Franciſcum de Pietate Maçiel, iuſſus à Reuerendiſſimo Patre Noſtro Fr. Nicolao Rodulfio totius Ordinis Prædicatorum Magiſtro Generali, perlegi: opus quidem omnibus Sacræ Scripturæ ſtudioſis diù exoptatum, ad quod ſcribendum eius ſæpè neceſſitas, pleroſq; non minus allexit, quam labor ingens deterruit: Sed fœliciori, vt puto, auſu, vix à quopiam attentari poterat, quam ab hoc Auctore, qui pietatem, quam præſefert nomine, ſtudio infatigabili coniungens, verè pectus ſuum, vt Nepotianus ille Hieronymi, Bibliothecam videtur feciſſe Chriſti. Ita ſeruet illum Deus incolumem ad longam diem, vt perficere aliquandò valeat, quod iam, vt ſentio ego fieri poſſe, ac debere, prodire in lucem incipiet ad communem vtilitatem. In quorum fidem me manu propria ſubſcripſi in Conuentu S. Mariæ ſuper Mineruam die 26. Ianuarij 1634.

Fr. Adrianus de Genua Magiſter.

IVSSV Reuerendiſſimi P. N. Fr. Nicolai Rodulfij Magiſtri Generalis totius Ordinis Prædicatorum vidimus Primam Partem Primi Tomi expoſitionum ſelectarum Sanctorum Patrum, & Claſſicorum Doctorum in totum hiſtoriale vtriuſque Sacræ Paginæ à R. P. Fr. Franciſco de Pietate Maçiel Luſitano Congregationis Indiæ Orientalis Prouinciæ Portugalliæ eiuſdem Ordinis compoſitam. Opus ſanè eruditum & Authoris infatigabilem elucubrationem oſtentans, ad mores aptiſſimam accomodationem continens, & Sanctorum Patrum dilucidam doctrinam reddens. Speramus omnibus Sacræ Paginæ profeſſoribus, & verbi Dei concionatoribus valde profuturum; quapropter dignum cenſemus, vt prelo quamprimum mandari poſſit. In quorum fidem his manu propria ſubſcripſimus in Collegio S. Thomæ Aquinatis ſuper Mineruam Romæ die 24. Ianuarij 1634.

Fr. Ioannes Gonzales de Leon Magiſt. & Regens. Fr. Ludouicus Barroſo Magiſt. & Reg.

FR. NICOLAVS RODVLFIVS S.T.P.
totius Ordinis Prædicatorum Magiſter Generalis.

VISA atteſtatione, & approbatione Patrum Magiſtrorum, quibus commiſeramus; concedimus R. P Fr. Franciſco de Pietate Maçiel noſtræ Congregationis Orientalis, vt dare poſſit in lucem Primam Partem Primi Tomi Expoſitionum ſelectarum SS PP. Claſſicorumq; Doctorum in totum hiſtoriale totius Sacræ Paginæ: immò, ad obedientiæ meritum, vt id quamprimum efficere ſtudeat, ſub formali præcepto eidem mandamus. In quorum fidem, &c. Datum Romæ die 26. Ianuarij 1634.

Fr. Nicolaus Magiſter Ordinis manu propria.

Locus † ſigilli.

Regiſtrata folio 127.
Fr. Adrianus de Genua Magiſter, & Socius.

IN-

INVOCATIS B.MO PATRIARCA IOSEPHO Sacratiſsimæ Virginis Mariæ Sponſo digniſſimo, ac D.N.Ieſu Chriſti Patre putatiuo,nutricioq;fideliſſimo. Necnon Sanctiſſima Virgine, & Martyre EMERENTIANA, Beatæ Agnetis collactanea, ſimulq; ſuo Vigilantiſsimo ANGELO CVSTODE.

REVERENDISSIMO PATRI FR. NICOLAO RODVLFIO SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORI, AC TOTIVS ORDINIS PRAEDICATORVM GENERALI MAGISTRO DIGNISSIMO.

H. F. M. P. O.

NEquaquam (PATER REVERENDISSIME) has primitias huius collectionis Expoſitionum Sanctorum Patrum, Doctorumq; Claſſicorum in totum Sacrum Textum à pluribus annis elaboratæ, nunc demùm V. REVERENDISSIMAE zelo,cura,ac munere prelo mādari inceptæ,Tanto,inquā,PATRI, famoſiſſimoq; Prædicatori, vtiq; quondam Magiſtro Sacri Palatij meritiſſimo, ac nunc Ordinis Prædicatorum GENERALI MAGISTRO auderem conſecrare, niſi ſub patrocinio Talium horum trium, meorum à prima mea vocatione ſemper ſingularium Aduocatorum; quibus etiam à primo iactis fundamentis, toto cordis affectu hoc Opus commendaui, eiſq; procul dubio attribuo omnes gratias, fauoreſq; non communes, & in æternum memorandos, quibus V.REVERENDISSIMA me peculiari nexu, minimum Filium ſuum, & hunc qualemcunq; laborem, vt in lucem exiret, proſecutus fuit. Nàm licèt materia ſit omni exceptione maior, vtiq; deſumpta fideliter ab illis primò à Deo datis Eccleſiæ ſuæ luminarijs, eorumq; veſtigia ſequentibus, Sanctis,inquam,Patribus, ſine quibus (vt Prouerbium eſt inter Doctos, *qui ſapere præſumit, nihil ſapit*) tamen vereor, ne mea diſpoſitio, applicatio, & quicquid aliud meum in hoc Opere inuenitur, tantam obnubilet lucem, dedecoretq; tam precioſam doctrinam; nunc (vt magis, ac magis in Operis progreſſu apparebit V. REVERENDISSIMAE beneficio) in vno Opere peruiam factam reſurgentem in Eccleſia, quaſi de tumulo, ex tot materijs, voluminumq; multitudine, quibus immerſa erat, ac penè impoſſibilè, vt à Concionatoribus, Sacræq; Paginæ profeſſoribus inueniretur.

Nec ſolùm apud V.REVERENDISSIMAM me excuſatū de omni, in hac parte,defectu ſub tali patrocinio iudico,quin potius nimìs gratū me fore promitto. Cū ex eo iamdudùm V. REVERENDISSIMAM his tribus Beatiſſimis deuotum ſuſpicatus ſim,quòd non mediocriter,ex omnium ore,eum illis gratijs, & virtutibus, in quibus peculiariter effulſerunt, dotatum conſpicio. Quis enim ignorat, aut in quæſtionem vertit Fidelitatem ſimul cum vitæ puritate, Vigilantiam, intrepidamq; animi Fortitudinem, quibus V. REVERENDISSIMA hunc Dominicanum Ordinem, meritò ſibi

Digitized by Google

commiſſum, moderatur? Primum (non dubito) recognoſcere à Beatiſſimo IOSEPHO Sacratiſſimæ VIRGINIS MARIAE Sponſo fideliſſimo. De quo mellifluus Bernardus Homil. 2. ſuper *Miſſus eſt*: illum aſſimilans illi antiquo eiuſdem nominis Aegyptiaco Dominatori, ait ſic: *Ille frumentum ſeruauit non ſibi, ſed omni populo; iſte panem viuum è Cœlo ſeruandum accepit tàm ſibi, quàm toti Mundo. Non eſt dubium, quin bonus, & fidelis homo fuerit iſte IOSEPH.* Reſpicit hoc ſecundum illam nobiſcum exemplariſſimā communicationem in diuinis, non ſolum tarò remanendo à choro diù, noctùq; ; ſed quotidiè deuotiſſimè infallibiliter celebrando. Ita quod hæc conſideranti facilè in mentem veniat illud B. Gregor. 1. Moral. 4. in illa verba Iob 1. *Conſurgenſq; diluculò, offerebat holocauſta per ſingulos dies*: ſic dicentis; *Conſideremus cuius Sanctitatis hic Vir fuerit, qui ad tam ſedula Dei obſequia ſic occupatus vacabat.* Primùm, percutit illam magnificam liberalitatem, & magnificentiam, qua V. REVERENDISSIMA ex contributionibus (vt vocant) ſibi à Prouincijs aſſignatis, ſubuenit tot Collegijs, Prouincijs ab hæreticis oppreſſis. Et nè alia dicam, & in memoria æterna remaneat, teſtetur illa magnificentia, qua V. REVERENDISSIMA ſtruere facit, & ornat illum Conuentum, in quo eſt Corpus B. Vincentij Ferrarei, nunc ad inſtantiam V. REVERENDISSIMAE à Chriſtianiſſimo Rege poſt tot annos Ordini reſtitutum, nullum aliud pręmiū pro tot laboribus in Gallia ob reformationē Regularis Obſeruantiæ perpeſſis, prætendens, nec oblatum recipiens, niſi hæc ſanctiſſima ſui in Sacri Palatij magiſterio Anteceſſoris oſſa: egreſſus ex illa magnifica Curia, vt alter Moyſes ſola Ioſeph oſſa portans, cœteris filijs Iſrael gemmis, auro, & argento onuſtis. Nec ſecundum locum habet, in fideli temporalium diſpenſatione illud magnificum ſepulchrum à V. REVERENDISSIMA erectum Corpori Beatæ Mariæ Magdalenæ, hucvſq; , etſi pro noſtri Ordinis paupertate, non tamen pro tanti theſauri nobis diuinitùs commiſſi decentia, tumulatum. Cœtera omitto, vt cognita, in quibus apparet verificari illud Interlinearis in Iob, deſcribētis quendam liberalem, ac magnificum Principem ad methodum Beati Iob: *Non gaudet praeſſe: ſed prodeſſe.* Nec mirum, ſi omittens alias, quas ad imitationem Beatiſſimi mei primi Patroni poteram prædicare excellentias, in fideli, ac liberali, magnificaq; temporalium diſpenſatione ſic immoret. Nam vt ad locum citatum noſter Hugo Cardinalis notans, quomodo Beatus Iob poſtquam de caſtitate ſe commendauit, dicens ſe nunquam virginem reſpexiſſe: de humilitate, ſignificans ſe minimè vnquam recuſaſſe iudicium ſubire cum ſeruo: de liberalitate, pronuncians nunquam petenti ſibi negaſſe, quid velit: ait; *Caſtitas enim ſibi ſoli proficit: humilitas alijs non nocet: ſed liberalitas proximo prodeſt.*

Secundum verò, nempè, illam non ſatis prædicatam vigilantiam, qua non ſolum acutiſſimo ingenio, in rebuſq; arduiſſimis cognita dexteritate (quæ etiam ſi deficeret, neceſſaria nos non deſtitueremur cuſtodia) dicente Riccardo de S. Victore lib. de Gradibus Charit. *Amor oculus eſt, & amare videre eſt: quia vbi intellectus caligat, amor penetrat*: nos cuſtodit: ſed inſomnis abſumens noctes negotijs Ordinis, audientiæq; ſubditorum intendens, itavt non ſemel mihi tale conſpicienti venerit in memoriam illud B. Ambroſij Epiſt. 6. ad Anyſium: *Dormiat ergo caro tua, vigilet fides: dormiant illecebræ corporis, vigilet prudentia cordis.* Nam vt idem S. Ambr. lib. de Iſaac, & anima c. 6. ait: *Etiam Sanctorum hominum ſomnus operatorius eſt, & nunquam otioſus.* Sed videbar audire reſpondentem Alexandrum Magnum, ſuis familiaribus ſimilia ex amore, & compaſſione ei ſuadentibus, referente Arriano Philoſopho, ſimulq; Hiſtorico lib. 8. de eius geſtis: *Plus vigilare, quam vos me certò ſcio vt ipſi quietos ſomnos capere poſſitis.* Necnon & Senecam lib. de breuitate vitæ, Cæſarem laudantem: *Omnium domos illius vigilia defendit, omnium otium illius labor, omnium delitias illius induſtria, omnium vacationem illius occupatio.* Immò ex illa V. REVERENDISSIMAE Camera Homerum contra tot Monarchas, & miniſtros clamantem lib. 2.

Non licet ingratam noctem dormire regentem.
Imperio populos, & agentem pectore curas.

Hanc, inquam, tam notabilem vigilantiam, cui niſi ANGELO non ſolum peculiari, ſed totius Noſtræ Religionis, ſibi aſſiſtenti CVSTODI debet? Nam, vt inquit B. Ambr. lib. 2. in c. 2. Luc. *Non ſolum Epiſcopos ad tuendum gregem Dominus ordinauit, ſed etiam Angelos deſtinauit:* Quibus ſuggerendo pro me credo (ex effectu, & affectu V. REVERENDISSIMAE erga me) indubitanter nō abeſſe Vigilantiſſimum mihi à Deo miſericorditer deputatum ANGELVM. Non enim eſt inauditum in Sa-

cro

cro Textu ANGELOS CVSTODES pro tuendis ſibi commiſſis, ab inuicem auxiliari: Dan. 10. *Et nemo eſt adiutor meus in omnibus his, niſi Michael Princeps veſter.* Quæ Angelica cuſtodia non mediocriter inſinuatur in Nobiliſſimis Illuſtriſſimorum RODVLFIORVM Familiæ ſtēmatibus, clamāte Dauid Pſ. 124. *Montes in circuitu eius: & Dñs in circuitu populi ſui.* Cuius ſententię prima Pars ſic poſtillatur à Lyrano: *Id eſt Angeli ad Cuſtodiam Eccleſiæ deputati.* Secundæ autem ſic correſpondet Interliniaris: *Quos enim aſſumit, vt ſint populus ſuus, conſtringit in vnum, vinculo charitatis, & pacis.* Qui.n. tam, ſi fortè ſeditioſi, quos Dñs per V. REVERENDISSIMAE Angelicam vigilantiam, ac naturalem ab auis, atauiſq; hæreditatam Montium inſuperabilem fortitudinem, in vnum, vinculo charitatis, & pacis, viuere non conſtrinxerit? Videor certè audire iam me vocantem Beatiſſimam Virginem, & Martyrem EMERENTIANAM, de cuius intrepido in impios animo, ſic legit Eccleſia: *Emerentiana Virgo Romana collactanea B. Agnetis, adhuc cathecumena, fide, & charitate flagrans, furentes in Chriſtianos idolorum cultores, cùm vehementius accuſaret à concitata multitudine lapidibus obruta eſt.* Sed nè tantæ Matri pro nunc annuam (ego enim ſeruus tuus à prima infantia carnalibus parentibus orbatus, neſcio, quo inſtinctu, ſcio tamen bono, hanc Sacratiſſimam Virginem, non ſolum Patronam, ſed Matrem vocaui, cuius Feſtus dies, primus etiam, vt alia taceam beneficia, meæ vocationis, & efficax fuit) ne, inquam, illi nunc annuere poſſim, me detinent iſti Dominorum RODVLFIORVM Montes. Non enim ſum Gigas, neq; ceruus, aut hynnulus caprarum, qui hos altiſſimos Montes tranſilire poſſim, prædicante Dauid Pſ. 103. *Montes excelſi Ceruis.* Quamuis non neget, quod ego ita expertus ſum, vt *Adhæreat lingua mea*, P. REVERENDISSIME *faucibus meis, ſi non meminero tui: Si non propoſuero* REVERENDISSIMAM V. *in principio lætitiæ meæ:* quamuis, inquam, nō neget: *Petram* eandē, quam prius. Montes, vocauit, *refugium eſſe herinaceis.* Nam neglectus à meis V. REVERENDISSIMA mihi fuit *refugium: & virtus factus eſt.* Nec me detinent: vt egregia RODVLFIORVM tàm pro Eccleſia, quàm Imperiali domo, aut Hiſpanica corona magnalia referam, aut hanc Illuſtriſſimam Familiam à primis Regalibus radicibus deductam laudibus efferam: (Etiam applaudente Spiritu Sancto Eccl. 10.) *Beata terra, cuius Rex nobilis eſt:* quæ verba Lyranus ſic poſtillat: *Nobilis moribus, & genere. De hac enim duplici nobilitate, dicit Gregorius: Quando altera alteri copulatur, quaſi gemma carbunculi in ornamento, auro ſociatur;* ſed vt V. REVERENDISSIMAE aureis temporibus, effulgentia, Vniuerſi Ordinis Prędicatorum, ex alto, oſtendam trophęa. Neq; enim V. REVERENDISSIMAE cognita ſingularis modeſtia, qua à prima ætatē cōſeruare cognitus eſt, & obſeruare illud Hiero. Epiſ. Demetriadi Virgini nobili Romanæ, *Nulli te de generis nobilitate proponas, neq; obſcuriores te, inferiores putes:* velit officere honori Religionis noſtræ, quam, vt omnibus appareret, his nouiſſimis diebus, tàm neceſſariò, Dominus *ſupra Montem poſuit.* Cuius ſtemmatis, Regali Coronæ, V. REVERENDISSIMA adiunxit Imperialem. Imperialem, inquam, illius Magni, & incredibilis iuriſdictionis, ac poteſtatis Imperatoris Manomotapæ, etſi Barbari (per prædicationem meritò hic nominandi, Fratris Ludouici de Spiritu Sancto, ſuæ V. REVERENDISSIMAE Indiæ Orientalis, almæ meæ Congregationis filij, ac in illis partibus nati, nunc ad fidem conuerſi) Sacroſanctæ Sedi Apoſtolicæ, & Hiſpaniarum ſingulari Catholico Monarchę ſubiecti. Quem per tot annos Inuictiſſima noſtri Regis arma ſuperare minimè potuerunt, feliciſſimis V. REVERENDISSIMAE temporibus, vnus ſuus filius Chriſto, & eius Eccleſię ſuodidit. Quam gloriam, maiori iure, V. REVERENDISSIMA ſibi attribuere poteſt, quam Saul, de quo 1. Reg. 13. dicitur ſic: *Et percuſſit Ionatas ſtationem Philiſtinorum, &c. Saul cecinit buccina in omni terra dicens: Audiant Hebræi: Et vniuerſus Iſrael audiuit, huiuſcemodi famam: Percuſſit Saul ſtationem Philiſtinorum* mero Paternitatis iure, etiam filij Ionathæ tacito nomine. Dixi maiori iure. Nam, vt notauit Doctiſſimus Abulenſ., hæc victoria per anticipationem narrata, eſt illa, quam Ionathas patre ignorante c. 14. Solus cū armigero ſuo de Philiſtinis conſequutus eſt: filij autem V. REVERENDISSIMAE, non V. REVERENDISSIMA inſcio, ſed obſecrante, & præcipiente, voce, litteris, quotidiè ſimiles de infidelibus conſequuntur victorias. Nec mirum ſi ita feliciter tot ſua prædicatione infidelium Regna deuaſtent, qui (vt ego vidi præſentes, & audiui abſentes) tanta benignitate exhortantur, & diſponuntur. Noſter Holkot Comm. in lib. Sap. ad illud cap. 7. *Eſt enim Spiritus ſapientiæ ſanctus, &c. humanus, benignus:* ait: *Benignus .i. benè ignitus, quia ignitos efficit, quos diſponit.* Quibus verbis combinando illa, quę eodem capite Spiritus Sanctus loquens

de

Digitized by Google

de Apoſtolicis prædicatoribus, dicit, *Tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent*. quæ noſter Hugo Card. Poſtillat ſic: *Per ſcintillas ſignificantur Sancti, propter quinque; Scintillæ enim ſubtiles ſunt, modicæ ſunt, leues ſunt, de igne magno procedunt, & magna incendunt*. Dico non eſſe mirum tot Regna, & Imperia V.REVERENDISSIMAE filios incendere in amorem Chriſti ſubtiles litteris, & ſcientia: modicos, humilitate: leues paupertate: à benignitate inſuper V.REVERENDISSIMAE diſpoſitos: Neq; minora expectantur trophæa ab illis, qui nutriri incipiunt in Collegio de Propaganda Fide in Monte Gargano ab Excellentiſſimis Ducibus S. Ioannis Rotundi, noſtri Ordinis ſingularibus benefactoribus, feliciſſimis V.REVERENDISSIMAE Generalatus principijs, ad ſuamq; inſtantiam ædificato, diſponũtur, ac ardentiſſimo zelo iuuantur quatenùs inter hæreticos vt ſcintillę diſcurrãt. *Et palmę in manibus eorũ*, Apoc. 7. dicitur de illis, qui pro fide glorioſum ſanguinẽ fuderũt. Nunquid RODVLFIORVM palmæ tot inimicorum Fidei acquiſitæ victorijs, ac triumphis exaltatæ ſic condecoratæ ſunt, ac V.REVERENDISSIMAE roſea tempora tanto, ac tam glorioſo apud Iapones, Cinas, Solor, cœteraſq; Mundi partes filiorum ſuorũ pro fide effuſo cruore? Non deficiente mea Alma Congregatione Indiana, ſecundum antiquũ prouerbium: *India mittit ebur*; ſuo ebore: & ſi in iuuenili ætate, tñ antiquo rubicundiotiores illos, inquam, duos iuuenes ibi natos, profeſſoſq; Venerabilem P.Fr.Simeonem de Matre Dei: P.F.Io.Baptiſtam (quos ego adhùc puerulos in ſæculo cognoui, indui noſtræ Religionis habitum non parum iuui, nimiæq; amicitiæ nexu mihi coniunctos habui) itavt non ſemel, neq; ſine lachrymis cum Ecclõ.48.dicam: *Beati, qui vos viderunt, & in amicitia veſtra decorati ſunt. Nam nos vita viuimus tantum: poſt mortem autem tale non erit nomen noſtrum*. Nam alium non minus Venerabilem Patrem Fratrem Auguſtinum (cognomento Saboianum) qui per profeſſionem ad Almam Portugalliæ Prouinciã pertinet, fateor me de facie hominem minimè nouiſse: Si hominem fas eſt dicere illum, quem dicunt Deum vt Daniel. 3. vaticinium adimpleret in forma rutilantis, ac micantis ſtellæ poſt eius glorioſam mortem non ſemel cum alijs prædictis ſocijs oſtendiſſe. Erudiuit enim multos per plurimos annos, quibus ibi commoratus fuit: magis Spiritu Sancto plenus, quam litteris imbutus: ignarus enim illarum, & expers erat. Aio (dicunt) non quia ab Ordinarijs illius Diœceſis non ſit approbatum, ſed quia Dominicana modeſtia, Apoſtolicam approbationem ſemper expectat, neq; maturatos gaudet manducare fructus, ſed maturos. Omnes iſti, & alij quamplurimi de longè .i. de noſtra India P.REVERENDISSIME filij venerunt tibi, vt venerabilis V.REVERENDISSIMAE capitis, & verticis Nazaræi ſint, non ſolum: *Niue candidiores: nitidiores lacte*: ſed etiam: *Rubicundiores ebore antiquo*: Thren. 4. *Septuag. Mundi fuerunt Nazaræi eius ſuper niuem: candeuerunt ſuper lac: igniti ſunt*. Paraphra. Chald. *leniores lacte*. S. Bonau. vt in Caten. Ghisler. *Niui comparatur carnis munditia: in nitore lactis affectus pietatis. Rubicundiores ebore antiquo. In hoc feruor intelligitur charitatis*. Quamuis ẽnim hic ſecundùm communem omnium Patrum doctrinam de Nazarenis religioſis loquatur Propheta: certum eſt (teſte Ruperto Abbate Comm. in Geneſ. lib. 9. cap. 37. horum ſtatutum originem habuiſſe ab illa benedictione à Iacob data Ioſeph dilectiſſimo filio ſuo, Geneſ. 49. *Fiant in capite Ioſeph, & in vertice Nazaræi inter fratres ſuos*: vbi Sanctus Abbas ſic ait: *Quod dixerat in capite Ioſeph, repetiuit dicendo: & in vertice Nazaræi inter fratres ſuos .ſ. alludens intonſis quondam eius capillis, quos longa carceris cuſtodia nutriuit: quia videlicèt Nazaræorũ eſt pro voto ſeruare crines, & hoc illi pro Nazaræo .i. conſecrato rectè imputari debet, quia pro ſacra caſtitate hoc paſſus eſt*. Plenè hoc, huius Indiæ noſtræ eboris rubore addito, impletur & Threnorum prophetia, & Ioſeph benedictio (qualibet glorioſior corona) ſuper V.REVERENDISSIMAM feliciter deſcendit? Memini me aliquandò ponderaſſe, quod cũ conſtet Pharaonem, prædicti Patriarchæ Ioſeph in ſuæ altiſſimæ ſapientiæ premium, annulo digitũ, purpura corpus, torque collũ ornaſſe; nihil tamen ſuper caput eius impoſuiſſe: vel quia Tyranni etſi aliarum rerum prodigi, inſignia tamen regimen oſtentantia maximè exoſa habent. Vel (quod verius iudico) Deũ à nullo alio, à ſe, illam venerabilem comam, tanta patientia enutritam ornari permiſiſſe. Neq; enim à meo marte, hanc excogitatam volui intelligi expoſitionem (à quo ſemper abhorrui) ſed deductam ab Origene Hom. 10. in Gen. ad illud cap. 24. vbi dicitur, Abrahæ ſeruum inaures, cœteraq; muliebria ornamenta (ex profeſſo à domo Domini ſui allata) Rebeccæ dediſſe: ſic dicens Antiquiſſimus Doctor: *Putamus, quia pater Rebeccæ vir diues non habebat brachiola, & inaures, quas imponeret filiæ ſuæ? Tanta eius aut negligentia erat, aut auaritia, vt filiæ ornamenta non daret? Sed Rebecca non vult de*

auro

auro Bathuelis ornari. Non ſunt ei condigna ornamenta hominis barbari, & imperiti. De domo Abrahæ requirit monilia, quia Patientia de domo Sapientis ornatur. Et quamuis V. REVERENDISSIMA, vt cognoſcitur, nullã aliam, quam iſtam ex filiorum ſuorum glorioſis triumphis intextam coronam expectet, dicente cum Apoſt. Philip. 4. *Fratres mei chariſſimi, & deſideratiſſimi, gaudium meum, & corona mea*; ad quæ verba ſic ait Gloſ. *Per quos in præſenti lætificor, & in futuro coronabor: Diſcipulis enim in agone victoribus, dignus eſt Corona Magiſter*, abſq; dubio non ſine lacrymis (cùm paſſiones, & inſtrumẽta, quibus pro fide occiſi fuerunt narrãtur) proferens illa verba S. Io. Chryſoſt. Serm. inuẽto apud Metaphraſtẽ dicta gladio, quo decollatus fuit Apoſtolus Paulus; & clauis, quibus affixus fuit Apoſtolus Petrus: *Sit mihi gladius iſte pro corona, & claui Petri pro gemmis infixis in diademate.* Benè poſſum tamẽ dicere impoſſibile eſſe, quod hæ RODVLFIORVM Illuſtriſſimorum palmæ, non creſcant in millia millium. Non Plinio (qui cum ex audito de rebus illarum remotiſſimarũ Regionum ſcripſiſſet nõ omnia, neq; multa vt ſunt, aſſequi potuit) ſed me oculato teſte per *19.* annos in India Orientali degente, Regione vtiq; maxima palmarũ copia exuberãte; nullo ſic beneficio creſcit palma, ac cineribus palmitum ex ea cadentiũ. Mirabile quid, quia inde augmentatur in trunco, vndè minui videtur in fronde. Minui viſa fuit hæc præclara Familia, per immaturum, non ſatis plorandum obitum Eminentiſſimi CARDINALIS RODVLFII; ſed non poteſt non creſcere talibus beneficiata cineribus, eius meritis in memoria æterna viuentibus. Et quicquid in oppoſitum ſtare videtur: reſpondet Lyranus Poſtil. in Iob, ad illud Sophar Naamithes dictum B. Iob 11. *Quaſi meridianus fulgor conſurget tibi ad veſperam, & cum te conſumptum putaueris: orieris vt lucifer.* ſic poſtillans: *Hoc dicit contra illud, quod ſupra dixerat, quaſi nihil reputans proſperitatem temporalem de cætero affuturam: eò quod eſſet ſenex. Quaſi diceret: Licet fueris in veſpera ſenectutis: tamen tanta proſperitas aduenîet tibi, quod reputabis te eſſe in meridie .i. in potiſſimo ſtatu vitæ tuæ. Ideò ſequitur: Et cum te conſumptum putaueris per afflictionem, & ſenectutem: orieris vt Lucifer per proſperitatis abundantiam. Quaſi diceret: quod tibi de proſperitate ſubtrahetur ex breuitate temporis: ſupplebitur ex intenſione, & abundantia proſperitatis.*

Verum eſt etiam, quod de palma dicitur: Nempè, eò ſe erigere, quò illam conantur flectere. Et potiùs ſuccindi pati, quam flecti. Cui ſymbolizat illud, quod benè Plinius refert de Vnicornio, cui Dauid Pſ. 24. Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum aſſimilauit, dicens: *Dilectus quemadmodum filius Vnicornij:* ait: *Interimi poteſt: ligari minimè*. Cuius etiam fortitudo, vt non furioſa, ſed circumſpecta appareret, inter oculos poſita eſt. Non enim gladius ignitus ad cuſtodiam paradiſi, niſi Cherubino, qui ſcientiæ plenitudo interpretatur, à Deo traditur: quatenùs quomodo, quibus, quos, quando reſiſtere, punire præuideret. Oĩa hæc benè conſpiciuntur verificata in tertio noſtri aſſumpti pũcto. Nec obſtat in contrarium, quod in præclaro hoc ſtemmate palmæ ſunt inclinatæ: Denotant .n. illã mellifluam affabilitatem, qua V. REVERENDISSIMA per humilitatem ad nos deſcendit acceſſibilem ſe præbens minimo ſubdito ſuo recordatus illius Spiritus Sancti ſalutiferæ admonitionis Eccli. 32. *Rectorem te poſuerunt, noli extolli, eſto in illis, quaſi vnus ex ipſis.* vbi Lyranus: *Noli extolli ex honore tibi impenſo: ſed magis humiliare; ſaluo tamen honore officij.* Vbi etiam Diony. Cart. ſic: *Et certè ſpecialis gratiæ donum eſt taliter ſe habere: cùm dicat Gregorius: Magnum eſt dum in corde ſublimium, regnat humilitas morum. Itemq; Seneca ſumma viuendi ars eſt, culmen tenere, & gloriam ſpernere.* Ad cuius propoſitum mihi venit in mentem, non ſemel, quoddam dubium, & ingenioſa ſolutio, quam audiui à quodam Viro docto noſtri inſtituti, & almæ Congregationis, qui plurima commentaria manuſcripta reliquit (Nam P. REVERENDISSIME licet ſim ego minimus, primus, qui ex illa Congregatione, ex quo eſt fundata eſt, nè dicã ex omnibus etiam alijs Religionibus degentibus in illo Statu, qui typis mandaui, affluentiſſima fuit, & eſt viris illuſtribus, quibus ſi opportunitas prçlo mandandi daretur, non parum noſtram, in vtilitatem totius Eccleſię Religionem illuſtrarent) Vertit, inquã, iſtè Pater, in dubium, quarè cũ Eſai. c. 2. de Chriſto Domino ſic vaticinatus ſit: *Et erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus Domini, in vertice montium, & eleuabitur ſuper colles:* addiderit, *Et fluent ad eum omnes gentes.* (Quæ res non benè ſibi cohærere videntur: fluxus enim fit ad inferius, ſicuti aſcenſio ad ſuperius; vndè depicta tanta montium ſuper montes, collium ſuper colles altitudine debebat conſequentius dicere: *Aſcendent ad eum:* quam, *Fluent ad eum omnes gentes*) Sed, inquit, in hoc voluit inſinuare ſimul cum maxima celſitudine Chriſti Domini, tàm quò ad naturã, quàm quò ad dignitatem: illũ facilẽ acceſsũ, quo etiam increpabat diſcipulos, prohibentes paruu-

los

los ad ſe venire: *Sinite eos venire ad me*. Et alibi: *aduocans Ieſus paruulum*. Quis non admiretur V.REVERENDISSIMAM perſonaliter egredientem vt ad ſe introducat foris expectantes ſubditos, fortè pauentes tantam Montiũ altitudinẽ. Ita quòd Mons altus, ſe ad filiorũ acceſſum ſic humiliet, vt inferior videatur, & ſubditi inferiores facilè fluant. Sed vt ad animũ intrepidum, vndè iſta de facilitate deduxi, redeam, quandam Ianſenij expoſitionem referam in Pſ. 14. illius verſ. *Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus: timentes autem Dominum glorificat*; vbi prædictus Pontifex deſcribens quendam inſignem Superiorem: ait: *Quin etiam improbos, & apud Mundum inſignes pro nihilo ducit, quatenus mali ſunt; reuerentes autem, & colentes Dominum magnificit, ac laudat licet humiles ſint, & obſcuri, & apud homines abiecti, ac contempti. Nec mirum, quia virtutem, & iuſtitiam ex animo colit, & amat: vitia autem pœnitùs deteſtatur.* Cui ſuffragatur Beatus Baſilius ad eundem verſum, provt in Catena Danielis Barbari ſic dicens: *Generoſæ mentis, & quæ nihil ad res humanas propendeat, ac viri, qui ad ſummum iuſtitiæ peruenit, opus eſt, pro dignitate vnicuiq; diſtribuere, & malignos ad nihilum redigere, etiam ſi magnis poteſtatibus, &c.* Quibus verbis Rufinus Aquileus Com. ibi ſic addit, *Etſi Imperator eſt, & ſi Epiſcopus eſt, & ſi Præsbyter (in Eccleſia enim iſtæ ſunt dignitates) quicunq; malus eſt, in conſpectu Sancti pro nihilo computatur.* Nunquid P.REVERENDISSIME, non iam locus eſt, vt Virgini, & Martyri EMERENTIANAE filiali obedientia, annuam? Quis hanc, per antonomaſiam Romanam Virginem, non admiratur intrepidam inter tot furentes idolorum cultores, abſq; vllo pauore illos arguere, neq; tot lapidum ictibus à propoſito remoueri? Quam etiam (attenta eius in impios terrẽte eximia fortitudine) Deus honorari voluit illo genere martyrij, quo permiſit inſigniri Prothomartyrem Stephanum, & quem primum martyrij exemplar fidelibus, vt omnem mortis pauorem ab Eccleſia ſua remoueret, ac intrepidè pro fide ſe exponere doceret, propoſui. Nempè lapidibus obrui. Denotat enim hoc genus mortis maximam in obruto fortitudinem, quam verentes inimici, propriùs accedere non audentes, de longè ſecuriùs ictibus lapidũ feriunt. Ex hoc enim fundamento elicit Abulenſis illam primam Mundi hoſtiam Abel lapidis ictu occubuiſſe: (cùm primarijs enim martyribus tertia noſtra EMERENTIANA connumeratur. Nam, inquit, irrationabiliter putari debet iuſtum Abel iniquiſſimo fratricidæ minorẽ, & debiliorẽ fuiſſe viribus, quibus peſſimum, inuidumq; fratrem in ſe inſurgentem, iure inculpatæ tutelæ minimè reprimere poſſet: Vndè non alio modo interẽptus putandus eſt, quã à longè lapidis ictu (quem neq; fortiſſimi poſſunt euadere) quos puſillanimes, etiam incautos reperientes, audaciùs aggrediuntur. Non deſunt Romæ furentes, nec lapidum ictus, etſi à longè. Ad Beatã Virginem, & Martyrem EMERENTIANAM recurratur. Et certè mihi videtur non ob aliam cauſam Summi Pontifices, nempè defenſionis ergo, ac animi fortitudinis impetrandi maximo ſuffragio inter cœteras magis pretioſas Reliquias, quas (ex penè infinitis, quibus ipſa Alma Curia abundat) (ſibi vt peculiare peculium applicare maluerunt) eſſe vnam Coſtã Beatiſſimæ EMERENTIANAE, quæ in eodemmet argenteo deaurato, ac gemmis pretioſiſſimis ornato loculo, in quo caput illius ſtrenui Hiſpani propugnatoris Fidei Laurentij integrũ, & incorruptũ in Diui Petri Pontificia ſacriſtia conſeruatur. Quatenùs Marte, & Palade roborata Sancta Eccleſia, Pontificiaq; dignitas, nihil timeat. Quam Virginalem Reliquiã ego indignus ſemel, Dei maximo beneficio, vidi, multotiès reuidere procuraui: ſed miſer minimè obtinui: nihilq; ſic innixiùs Deo poſtulans, quam antè mortem iterum videre, vt ſic lætus moriar. Sub his ergò Trium Beatiſſimorum (quibus V.REVERENDISSIMA ſic obligatus cognoſcitur) meorum Patronorũ hunc, qualemcunq; meum laborem, ad V.REVERENDISSIMAE pedes pono, paratus omni diſciplinæ, correctioni, vt deinceps in reliquorum voluminum proſecutione, ad quam (Deo fauente, materia omnis diſpoſita eſt) nihil inueniatur, vndè tanta Sanctorum Patruum, meo vitio, & defectu dedecoretur, doctrina. Deo Opt. Max. & iſtis Tribus Beatiſſimis, vitam, ſtatum, augmentum V.REVERENDISSIMAE ſemper commendo. Neap. S. Catherinæ ſuper Formel. 15. Nouemb. Anno 1634.

V. REVERENDISSIMAE

humilis filius, & ſubditus
Fr. Franciſcus de Pietate Maçiel.

PIO LECTORI.

HVIVS Operis ſcopus fructuoſiſſime Concionator, Sacræq; paginę ſtudioſiſſime Profeſſor, alius non eſt, niſi vt in vno Opere collectæ, ac iam conceptibus prædicabilibus applicatę inueniantur omnes Sanctorum Patrum, ac Doctorum Claſſicorum expoſitiones in totam Sacrã Scripturam ex maiori parte, tot voluminibus, diuerſiſq; ad alia pertinentibus materijs immerſæ, ac ſic impoſſibilè inueniri, vel ſaltim difficillimè. Neq; hoc intentum eſt nouum quid, neq; contemptibile. Vtilitas eius per ſe patet. Primus, quem illud habuiſſe inuenio, fuit Venerabilis Beda, qui cum poſſes peculiari marte, & ingenio Epiſtolas Pauli commentari, maluit quicquid Beatus Auguſtinus in tot, diuerſiſq; materijs in Paulum dixit, colligere, & ad modum vnius Commenti alligare. S.Paterius, non ſine maximo totius Eccleſiæ applauſu ex Operibus B.Gregorij deprompſit omnes expoſitiones in diuerſa Sacræ Scripturæ loca, quæ in vno etiam in totum Sacrũ Textũ commento ordinauit. Notiſſima eſt ẽt, & nõ ſatis celebrata Catena Aurea Angelici Doctoris in Euãgelia. Lippomanus minimè condemnatus, ſed maximum acquiſiuit nomen ex ſua Catena, hunc reſpiciens præcedentium Patrum ſcopum, & alios quamplurimos in eo præueniens. Omitto alias peculiares Catenas in peculiares Sacræ Scripturæ libros, quas quamplurimi modò ex Græcis tantùm Patribus, modò ex Latinis tãtùm, modò ex vtriſq. mixtis ad eundem finem ordinare, non ſine maximo labore, & vtilitate procurarunt. Non tacendus, ſed meritò nominandus eſt, noſtris temporibus concurrens, Aſcanius Martinengus Lateranenſis Canonicus, qui ſuam Gloſam magnam facere incæpit, quamuis ad meliorem tranſiens vitam, non perfecerit. Non ignoro Authorem Arboris Concionatorum, & alios huius intenti, qui (etſi meritò nominandi breuitatis cauſa tacentur) ſuis eorum laboribus loquentibus, ſatis prædicantur.

Omnes etiam ferè noſtræ ætatis Viri docti à proprijs lucubrationibus manum amouentes, ſe ad catenas faciendas conuertunt. Exemplum, inter cæteros, ſit Ghislerius Nobiliſſimæ Religionis Clericorum Regularium, qui cum in Cantica, Prophetas, non mediocriter accepta, in lucem edidiſſet Commentaria propria: in Threnos vltimò, tanquam reſolutiuè, Catenam fecit. Revera benè, quia cum quicquid dicendum putatur, iã ab antiquis (ingeniorum Modernorum venia) & doctiùs, & dulciùs elegantiùſq; ac propriùs dictum ſit (vt in vtrorũq; doctrina benè verſatis ſatis patet) nil vtiliùs, quam taliũ doctrinam per ſimiles Catenas peruiam facere. Neq; omninò in hoc intendo moderna ingenia inhabilitare ad Sacræ Scripturæ expoſitionem: benè tamen Sanctorum Patrum, Doctorumq; Claſſicorum Doctrinæ innixi tanquam fundamento aſcendere poſſunt. Axioma commune erat illius ſatis noti Luſitani Ordinis noſtri (Fratrem dico Ludouicum de Soto Maior) qui in Louanienſi, Conimbricenſi Vniuerſitatibus Iubilatus publicus extitit glorioſus Profeſſor: & antea electus à Philippo II. Hiſpaniarum, tunc ratione matrimonij Reginæ Mariæ, etiam Angliæ Rege, vt in illa tunc facta illius Regni ad Romanæ Sedis obedientiam reconciliatione, Sacræ paginæ intelligentiam illi Inſulæ reſtitueret: in Concilio Tridentino Theologus itidem: qui ſuper totam Sacram Scripturam talia Commentaria compoſuit, vt à Clemente VIII. per breue Apoſtolicum, & Obedientiam coactus fuerit illa ſingularia in Cant. Typis mandare: in cuius archiuio fuerunt inuentæ non paucæ Apoſtolicæ litteræ à varijs Summis Pontificibus, qui illum tanquàm Oraculum de quorundam locorum Sacrę Scripturę intelligentia cõſulebant: huius, inquam, Prouerbium erat: Nihil ſapit, qui ſine Patribus ſapit. Et in tantum iſte Clariſſimus Vir huic ſuæ inhærebat opinioni, ne dicam veritati, ꝙ minimè eum ſuadere potuerunt, vt in Bibliotheca, ſuo vſui permiſſa, haberet illas tam celebres Annotationes Magiſtri Oleaſtri, qui etſi ſcripſit in totam Sacram Scripturã (quæ manuſcripta conſeruantur integra in noſtra Alma Prouincia Portugalliæ) ſolo illo paruo volumine in Pentateuchum typis mandato, tale acquiſiuit nomen, vt generaliter inter celeberrimos, & antiquiſſimos Eccleſię Patres allegetur (cùm adhuc extent ſuperſtites Religioſi, qui eum noſtrę Prouinciæ Priorẽ Prouincialem, & Inquiſitorem Vliſſiponenſem agnouerunt (non enim Librorum multitudine, ſed doctrinæ excellentia, & ſoliditate Ordo Prędicatorum ſcientię nomen acquiſiuit: quæ ſi ita abundaret nummis, vt exuberat ſcriptis, etiam noſtri ſæculi Illuſtrium Virorum, rara libros noſtros omnes, caperet Bibliotheca:) Huius, inquam, talis Viri opera dedignabatur Magiſter Soto Maior habere in ſua Bibliotheca, quia non ex ore Sanctorum Patrum, ſed marte proprio Sacrum expoſuit Textum. Addatur, quod Oleaſter etiam propriam totius Sacræ Paginæ ex Hebraica veritate verſionem fecit, vt maximè videre eſt in Commẽtarijs ſuper Eſaiã nunc in lucem editis ope, & diligentia Admodum Reu.P.M.Fr.Petri Caluo Regij Prædicatoris, Viri ſatis

noti

noti inter cętera doctiſsima Cōmentaria per illud, quod fecit tā celebrę in diuerſiſq; linguis traductū, vt oēs eo fruerentur, pro defenſione Sacrarum Religionum: cuius intentum poſtea tam triumphantèr ille noſtri inſtituti indefeſſus Catholicę doctrinę propugnator, Grauina, iterum, atq; iterum proſequutus eſt. Idem obſeruabat Magiſter Soto Maior ergà Commentaria tanto applauſu recepta communiter, in Eſaiam Adm. R. P. Magiſtri F. Franciſci Forerij, qui etiā ſuper totam Sacram Scripturam ſcripſit conſimiles Lucubrationes: cui etiam vt Sacroſancti Concilij Tridentini famoſiſſimo Theologo, & Breuiarij, Miſſaliſq; Romani reformatio, & librorum ſuſpectorum, interdicendorumq; in perpetuò obſeruandus Index ab eodem generali Concilio cōmiſſus fuit. Cuius non ſatis remunerati laboris, & meriti intuitu, Sacroſanctæ Sedis Apoſtolicæ gratia inter illa honoratiſsima loca ſingulariter à noſtris Religioſis in Romana Curia occupatis, poſsidemus illum Secretarij Indicis. Cui veritati (vt propoſitum concludam) innixi fuerunt omnes prędicti, qui potius Collectiones Expoſitionum Sanctorum Patrum Typis mandare, quam proprij martis Lucubrationes facere maluerunt.

Neq; etiam meus hic labor (prædictorū ſequens veſtigia) eſt inutilis, neq; eſt idē repetere, quod tā dictum ſit. Nam non aliquas, ſed multas, nō omnes, ſed ſelectas, non ſimpliciter, ſed applicatas prædicabilibus conceptibus pono expoſitiones, excepto vbi Pater applicat, vel applicatio eſt tā clara, quod mediocri ingenio pateat. Quātum poſſibile fuit, laboraui meis indulgere verbis, quamuis in Indicibus nullus ſit notatus, cui non aliquis ibi contentus conceptus reſpondeat. Extra hoc interpono illas expoſitiones ſententiarum, quæ inueniuntur in cap. Parabolicis Iob (Hiſtorialia enim illa duo prima ad corpus operis reſeruo) in Pſalmis, Libris Salomonis; Prophetis, Epiſtolis Apoſtolorom, Apocalypſi, in quibus eſt aliquod verbum illius hiſtorialis textus, cuius propriæ expoſitiones primò ponūtur, quatenus ſic Prædicatores ſimul in vniuerſæ ſacrę Scripturę intelligentia exerciténtur: Aduertatur hic, me non ſimul oēs huiuſcemodi expoſitiones promiſiſſe inſerere, ſed aliquas, & ſelectas. Grandis nobis reſtat via: certò tamen nullam defuturam. Etſi aliquantulum me in hac prima parte in aliquibus contraxi textibus non irrationabiliter motus: affluentiora in hoc erunt cætera volumina. Effugi etiam repetitionis accumulationem: nam cum multoties quamplurimos inueniſſem, eodem modo aliquem locum exponentes Patres, ac Doctores, vnum ſolum poſui. Neq; me in hoc maiorem facio: cum non ignorem Facilè eſſe inuentis addere. Ordinem, & diſpoſitionem non prædico, vt ſummum, ſed vt ſufficientem pro nunc offero: hoc ſolum intendes, vt quocunq; ordinis nexu, peruiam Prædicatoribus, ac ſacræ Paginæ profeſſoribus SS. Patrum doctrinam facerem, & facile ſit inueniri.

Neq; enim omnes ego poſui applicationes, quæ ex vnaquaq; Patris expoſitione aſſignata exauriri poterant: neq; lectorum ingenia ligo, vt meas ſectentur: Primum eſſet nimia prolixitas: Secundum ſuperba, nè dicam ſtulta præſumptio.

Aliquas ad Politiæ rationem, cæteraq; non merè ſpiritualia, & communiter populo prædicabilia applicaui ex profeſſo: vt intelligeretur nihil eſſe, quod ſacra non doceret Scriptura (non ligato, vt dixi, remanente lectore) quin hoc vel illud magis eligere poſſit.

Nè debet terrere, quamplurimos hunc laborem incæpiſſe, morteq; præoccupatos opus hoc in folis remanſiſſe primitijs: nam neq; ętati confidens, quinquagenarius enim tantummodo ſum, neq; ſanitati, qua ſemper à puetia Deo miſerente, potitus ſum: Quamuis ſi ętas iure hæreditario cōueniret alicui Maternus Auus meus natus Corſicæ ex Familia Genuenſibus ſatis nota, Petri Corſi, vixit CXV. annos abſq; vlla infirmitate: Quorū hoc ſecundum non mediocriter hucvſq; à Deo impertitum recognoſco: ſed in primis de Deo, & Sanctiſſimis meis Patronis confiſus: ſecundò, ex eo, quod materia eſt diſpoſita à pluribus annis elaborata, ſumptus ex magnificentia R.^{mi} PATRIS NOSTRI GENERALIS abundant: non deſunt in hac noſtra ſacra familia, qui hunc poſſint proſequi laborem: Et Dominus, qui incæpit, ipſe perficiet.

Tomi ſunt ab inuicem independentes: nam iſte Primus, cuius Prima Pars eſt iſta, quæ quaſi primitiæ, offertur, & aliæ duæ, quæ intra hunc annum, Deo, meiſq; Patronis fauentibus in lucem exibunt: continet opera Sex Dierum. Secundus, erit de Paradiſo, & ibi geſtis, & ſic de ſingulis.

Patrum verba ſunt fideliter copiata, & ſi aliquod, ter vel quater inueniatur verbum deeſſe, in erratis inuenietur.

Non nego defectus præli, quorum aliqui iniuſtè mihi imputabuntur: cùm quantum mihi poſſibile fuit, nè fierent, laborauerim: de alijs me excuſet, tam deſiderium ſatisfaciendi citiùs huic expectato principio, me impellens: quam huius miniſterij pauca, aut nulla experientia. De omnibus correctionem in ſequentibus promitto.

Secunda pars, Deo fauente, meiſq; Patronis, iam incæpta remanet mandari Typis die feſto ſatis celebre Beatæ Cæciliæ Virginis, & Martyris, cui toto corde expeditionem commendo. Valete.

Liber Geneſ.

COgnito, ex prædictis, huius Operis ſcopo: non abs re eſſet aliquas, veluti proœmiales, aduertentias in hoc (vt voco) primo textu, qui ac prothema ſe habet, de ſacræ Scripturæ dignitate, modoque illam docendi, ac prædicandi præponere: Sed ne cōmentatoris temere munus videar vſurpare (cum tantum humilis, ex merito tamen ſanctæ obedientiæ, collector exiſtam) iudicaui, aliquas ex diuerſis locis vtriuſq; ſacræ paginæ (& ſi non proprias huius præſentis) expoſitiones hic permiſcere: quod in alijs textibus minime reperietur, aut raro (omnia enim proprijs locis accōmodare intendo) quatenus ſimul cum neceſſarijs, ad propoſitum, Sanct. Patrum admonitionibus: inueniatur quid tam prædicationi, quam ſacræ Scripturæ poſtillis inſeruire poſſit. Qua propter, iterum, atque iterum inuocatis, Beatiſsimis IOSEPHO Sanctiſsimæ Virginis MARIAE Sponſo digniſsimo, ac Domini noſtri IESV CHRISTI Patre putatiuo, nutritioq; fideliſsimo (cuius die Feſto hoc opus fœliciſsimis auſpicijs typis mandari incipit.) Necnon Beatisſsima Virgine, ac Martyre † MERENTIANA: Vigilantisſimoque meo ANGELO CVSTODE; meis, ac huius Operis ſingularibus Patronis. Et ſimul accepta paterna benedictione Reuerendiſs P. noſtri Fr. Nicolai Rodulfij ſacræ Theologiæ Profeſſoris, totiuſq; Ordinis Prædicatorum digniſsimi Gener. Magiſt. cuius Zelo, cura, munere, hæc Sanctorum Patrum, Doctorumq; Claſsiorū expoſitionum in totum Sacrum Textum collectio fit, ac typis mandatur, cui etiam humiliter hunc laborem conſecro, & dedico. Sic incipio.

I.

S. *GREG. Papa: Homil. in Ezech. Ad illud cap. 2.* Erat inuolutus liber &c. qui erat ſcriptus intus, & foris: *intelligens ſacrā Scripturam: ex inde ſoluit quodam dubium: nempe quomodo cum diuerſa ſint hominum ingenia, omnibus vnus ſingularis proponatur legendus liber? ait enim* Scriptus intus, & foris: quia in ſacro eloquio, & dictis ſublimioribus, & ocultioribus ſatiantur fortes: & præceptis apertioribus nos paruuli nutrimur. Vnde ſcriptum eſt Pſ. 103. Montes excelſi ceruis: petra refugium herinaceis. Habeant enim montes intelligentię, qui iam contemplationis ſaltus dare nouerunt: ſed petra ſit refugium herinaceis. Quia nos paruuli, & peccatorum noſtrorum ſpinis cooperti in petræ noſtræ refugium, id eſt, Chriſti fide, ſaluamur. *Vbi apparet neminem excludi à diuina Scripturæ lectione, dummodo neuter ſuam transgrediatur capacitatem.*

I I.

S. *AVGVST. Enarrat. in Pſ. 103. Ad illos verſus.* Qui emittis fontes in conuallibus, &c. Potabūt omnes beſtię agri, expectabunt onagri in ſiti ſua. *Intelligens per iſtos fontes diuinam Scripturam: conſonantia ſup. dictis ait*: Fluunt enim illæ aquæ: inde bibit lepus, inde onager: lepus paruus, & onager magnus: lepus timidus, & onager ferus. Vterq; inde bibit: ſed quiſq; in ſiti ſua. Non dicit aqua: Lepori ſufficio: & repellit onagrum. Neq; hoc dicit: Onager accedat: lepus ſi acceſſerit rapietur. Tam fideliter, & temperate fluit: vt ſic onagrum ſatiet, ne leporem terreat. Sonat ſtrepitus vocis Tullianæ, Cicero legitur; aliquis liber eſt, ſiue ipſius, ſiue Platonis, ſeu cuiuſ-

Liber Geneſ.

iuſcunq; talium: audiunt impetiti,infirmi minoris cordis: quis audet illuc aſpirare? Strepitus ibi aquæ (& forte turbatæ) ſed tamen tam rapaciter fluentis; vt animal timidum nõ audeat accedere,& bibere. Cui inſonuit: In principio creauit Deus cælum,& terram: & non auſus eſt bibere? cui ſonat Pſalmus,& dicat: Multum eſt ad me? Ecce modo quod ſonat Pſalmus? certe occulta ſunt myſteria: tamen ita ſonat,vt & pueros audire delectet, & imperiti accedant ad bibendum,& ſatiati eructent in pſalendo. Bibunt ergo maiores beſtiæ,& minores: ſed capacius maiores: quia ſuſcipiunt onagri in ſiti ſua. Bibunt minores,quod dictum eſt: Viri diligite vxores veſtras &c. *Vbi habetur, quod de ſacra Scriptura, & ſi omnes permittuntur accipere: tamen vnicuiq; pro ſuo ſtatu, & conditione licebit depromere doctrinam. Alias nocebit ſicut potus quando pro exigentia ſitis non accipitur: ſed exceſſiuè.*

I I I.

HVGO Card. *Poſtil. in Ezech. ad illud cap. 1.* Cumq; aſpicerem animalia apparuit rota vna ſuper terram: *myſticè intelligens per rotam ſacram Scripturam (quæ etiam dicitur duplex, nempe ex vtroq; conſtans teſtamento, quibus innixa pergit Eccleſia Doctorum ope.) ad illud, quod expreſſit, rotam vidiſſe ſuper terram; conſonanter ſup. dictis; ait;* Sacra .n. Scriptura dicitur rota ſicut dicit Greg. quia ex omni parte ad auditorum mentes voluitur: & nullo erroris angulo à prædicationis ſuæ via retinetur: ex omni parte voluitur: quia inter aduerſa, & proſpera, & recte, & humiliter incedit. Item ſicut rota eſt,cuius pars,quæ tangit modò terram,modò eleuatur ſurſũ,& è conuerſo: ita ſacra Scriptura eſt, quam paruuli iuxta litteram inferiorem intelligunt: docti per ſpiritualem intelligentiam in altum ducunt. *Vbi apparet ſacræ Scripturæ lectionem & doctis, & imperitis licere: dummodo iſti ad vſq; corticem litteræ ſiſtant, illi ad medullam interpretationis progrediantur.*

I V.

S. AMBROS. *Hexame. lib. 1. cap. 8. concinens ſup. dictis ait.* Scriptura diuina ſalutem ſuggerit, vitæ odorem fragat, vt ſuauitatem legens capias, non præcipitij diſcrimen incurras. Simpliciter lege ò homo, non tibi ipſi foueã prauus interpres effodias: ſimplex ſermo eſt.

V.

S. IO. CHRYS. *Homil. 2. in Geneſ. Affert quandam doctrinam ſupra poſitæ concinentem: dicens,* Magna gratitudine accipiamus,quæ dicũtur, ne progrediamur vltra quam fert menſuræ noſtræ tenuitas, neue curioſius, quæ ſupra nos ſunt, indagemus: id quod veritatis hoſtibus euenit, qui voluerunt proprijs rationibus vniuerſa expendere: non cogitantes, quod impoſſibile ſit humanę naturę Dei opificium penitus ediſcere. Quid dicam Dei opificium; cum neq; hominis, qui nobis natura cognatus eſt, artes vndequaq; diſquiri poſſint? Dic .n. quæſo, quomodo per metallicam artem auri natura conflatur? Vel quomodo vitri puritas ex arena fit? Verum non habes quid dicas. Si igitur hæc, quę ante oculos ſunt poſita, & quæ per Dei miſericordiam humana operatur ſapiẽtia ediſci nequeunt: quæ à Deo ipſo facta ſunt; cur curioſitate tua inquiris homo?

V I.

S. GREG. Papa: *Homil. 7. in Ezech. Ad illa verba cap. 1. (Vbi loquens de illo celebri curru animalibus, & rotis) ſic ait.* Spiritus vitæ erat in rotis, cum euntibus ibant, & cum ſtantibus ſtabant, & cum eleuatis à terra pariter eleuabantur, & rotæ ſequentes ea: *myſtice intelligens per rotas Sacram Scripturam: & per animalia Doctores, aſſignat rationem quare aliquibus ſacra Scriptura inſipida, & humilis videtur; aitq;* Cum ambularent animalia ambulabant pariter & rotæ; & cũ eleuarentur animalia de terra, eleuabantur ſimul & rotæ. Quia diuina eloquia cum legente creſcunt: nam tanto illa quiſq; altius intelligit, quanto in eis altius aſcendit. Vnde nec eleuantur rotæ, ſi non eleuantur animalia: quia niſi legentium mentes ad alta profecerint, diuina dicta velut in immis non intellecta iacent. Cum enim legenti cuilibet ſermo Scripturæ ſacræ, ſi tepidus videtur ſenſus diuini eloquij eius mentem non excitat, & in cogitatione ſua nullo intellectus lumine emicat; rota otioſa, & in terra eſt: quia animal non eleuatur à terra. At vero ſi animal ambulet, ideſt bene viuendi, ordinem quærat, & progreſſum cordis inueniat,quemadmodum greſſum boni operis ponit: ambulabũt pariter, & rotæ. Quia tantum in ſacro eloquio profectum inuenies, quantum apud illum ipſe pro-

Liber Geneſ.

profeceris. Si .n. pennatum animal ſeſe in contemplationem tenderet, rotæ protinus à terra ſubleuarentur.

V I I.

HVGO *Card. Poſtil. in Ezech. Ad illa verba cap.* 1. Cum aſpicerem animalia apparuit rota vna ſuper terram: *in ſupra poſito ſenſu: & caſu ponit defectum malæ intelligentiæ ſacræ Scripturæ (quæ inuenitur in ſubditis, & diſcipulis: nam ait.* Cumq; aſpicerem animalia: ideſt vitam, & exépla Sanctorum Doctorum, & Euangeliſtarum: apparuit rota vna: ideſt ſacra Scriptura: quæ magis in exemplis, quam in verbis Doctorum edocetur.

V I I I.

S *GREG.* 27. *Moral.* 20. *Quandam tradit doctrinam ex qua aduertentiam non parum neceſſariam circa iam poſitam oportet accipere, nempe non ita in rigore accipiendam eſſe, quaſi male exemplares, & iniqui Doctores, diuinæ Scripturæ arcana penetrare non poſſint. Nam afferens illa verba Balaam Num.* 24. Qui cadens apertos habet oculos: *ait ſic.* Multa nanq; de aduentu Redemptoris dixerat, & quæ in nouiſſimis temporibus erant ventura præuidebat: ſed tamen eis viuẽdo aſſurgere noluit, quæ præuidendo prædicabat. Iacens apertos oculos habuit, cum eius mentem, & Prophetia ad cœleſtia tenderet, & auaritia in terra retineret. Iacens apertos oculos habuit, quia eum videre de ſuperioribus potuit: quem proſtratus in infimis non amauit.

I X.

RVPERT. *Abbas: in Geneſ. lib.* 6. *cap.* 12. *Quandam exhibet doctrinam ſuperiori congruentem. Nam loquens de illa ſtatua ſalis in quã conuerſa fuit vxor Loth, alludens illi dicto S. Hieron. aſſerentis animalia illam lingentia edendi auiditatem accuere; alludens inſuper illi proprietati ſalis: quod cum alijs ſaporem tribuat, ſibi inſipidum ſit, ſic ait.* Moraliter quoque: quotieſcunq; ſtultus ad ſtultitiam ſuam, ſicut canis ad vomitum reuertitur, in quocunq; ordine, vel ꝓpoſito fuerit, exemplo mulieris Loth in ſtatuam ſalis conuertitur, ideſt inſenſatus quidẽ, & ſibimet inutilis efficitur: ſed alijs prodeſt: *Vbi apparet Doctores impios, qui (ſal terræ vocati ſunt) bene poſſe alijs prodeſſe, etſi ſibi inutiles ſint.*

X.

S *HIRON. Com. in Math.* 26. *Affert quandã rationem, quare Iudæi ſacram non intelligant Scripturam, quæ etiam ad alios poteſt extendi: nempe, quia ſiniſtra aure eam audiunt: Nam loquens de illo ſeruo Pontificis, cuius auriculam Petrus amputauit, per quam Synagogam intelligit, cuius nomẽ, ait, interpretari, Rex, ita loquitur.* Tranſitoriè dicendum, quod Malchus, ideſt Rex quondam populus Iudæorum, ſeruus factus ſit impietatis; & deuorationis Sacerdotum: dexteramq; perdiderit auriculam, vt totam litteræ vilitatem audiat ſiniſtra.

X I.

GLOS. *in Eſa. cap.* 8. *Ad illud:* Tolle tibi librum grandem &c. *moraliter ſic ait.* Hoc dicitur Doctori Theologiæ, & auditori, qui debet accipere Bibliam, quę grandis eſt liber multitudine verborum: & grandior profunditate ſententiatum. Et ſcribe in eo ſtillo hominis: exponendo lucidè, ac clarè. Accelera, ſpolia detrahe &c. Studium .n. ſacræ Scripturæ ad hoc ordinari debet, vt diabolus ſpolietur animabus quas decepit. Sed quia multi recuſant hunc modum docendi, recurrendo ad Doctores curioſos, & inutiles: ſequitur. Pro eo, quod abiecit populus iſte aquas Siloè, quæ currunt cum ſilentio, ideſt modum docendi moralem, & ſine oſtentatione. Et aſſumpſit ſibi magis raſin, qui interpretatur, varians eos; ideſt, Doctores per varias, & dubias doctrinas diſcipulos variantes: Et filium Romeliæ, qui interpetratur, Magiſter frangens laborantes, ſcilicet, verborum extraneorum multitudine pro ſua oſtentatione. Adducet Dominns, ideſt, adduci permittet aquas fluminis fortes, ideſt, doctrinas erroneas à diabolo excitatas, qui per Regem Aſſyriorum deſignatur. ideo ſubditur: Regem Aſſyriorum &c. *Vbi apparet maximum fundamentum errorum eſſe, prædicatorum curioſitatem, & obſcuritatem in ſacris exponendis ſcripturis.*

X I I.

S. *IO. CHRYS. Hom. in Ioan.* 6. *Ad illud, quod diſcipuli ſcandalizati de eo, quod audierant Chriſtum Dominum dicentem, ſe eſſe panem viuum abierunt: quandam doctrinam modificantem ſuperiorem tradit: Nam quærens, quare ſic obſcurè Chriſtus Dominus diſcipulis myſterium ſacroſanctæ Eu-*

Digitized by Google

Liber Geneſ.

chariſtiæ propoſuerit; reſpondet ſic. Obſcurius .n. dictum ſemper auditorem erigit, & attentiorem reddit. Non ergo perturbari debebant, ſed interrogare, & quærere. *Vbi Prædicatores habent documentum ne ita clare diuinæ Scripturæ verba exponant, quatenus auditoribus vileſcant: auditores autem non ſtatim perturbentur, ſi minime intellexerint: ſed quærant, & interrogent.*

X I I I.

S *Anctus idem: Homil. 10. in Acta Apoſt. Quo ad aliam partem modificat ſuprapoſitam doctrinam, traditam à Gloſſa, nempè Prædicatores debere prædicare multa ex ſacra Scriptura. Nam notans quomodo cũ Apoſtoli ſemel, atq; iterum populo prædicaſſent, & quamplurima attulliſſent ſacræ Scripturæ teſtimonia: adducti ad conſilium Principum ſacerdotum, prædicantes illis Ieſum, nullum omnino ſacræ Scripturæ teſtimonium protulerunt: ſed dixerunt ſic:* Notum ſit omnibus vobis, & omni plebi Iſrael: quia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni, quem vox crucifixiſtis, quem Deus ſuſcitauit à mortuis &c. *ait ſic.* Tu autem obſerua, quomodo quando oportebat docere, multas adducunt Prophetias: quando autem libere loquendum ſolum affirmant. *Vbi Prædicatores documentum habent, ne cum reprehendunt, præcipuè Principes, & Prælatos, diuinæ Scripturæ loca, & expoſitiones afferant: ſed nuda verba increpatoria proferant.*

X I V.

S *Anctus idem Homil. 32. in Ioan. Alia via fauet ſupra poſitam doctrinam. Nam notans quomodo cum Chriſtus Dominus loquens cum Nicodemo, & Nathanaele plurima de ſacro Textu adduxerit teſtimonia; loquens tamen cum muliere Samaritana ſolum de aqua ſumpſerit argumentum; ait.* Quoniam hi viri erant, in huiuſmodi verſati: Samaritana rudis, & abiecta mulier, expers omnium litterarum erat: ideo nullum cum ea de Scripturis verbũ facit. *Vbi Prædicatores aduertant, ne ſacræ Scripturæ teſtimonia proferant, niſi coram doctis: cæterũ autem pro captu vulgi vtantur comparationibus, & manualibus ſimilitudinibus.*

X V.

S. *AVGVST. Lib. 2. quæſt. Euang. 2. Modificat ſuppoſitam doctrinam. Nam quærit quare Chriſtus Dominus Lucæ 5. ad turbas volens prædicare ex nauicula iuſſerit reduci à terra, & tamen puſillum Reſpondet.* Significat, vel temperatè vtendum verbo ad turbas: vt nec terrena eis præcipiãtur, nec ſic à terrenis in profundiora Sacramentorũ recedatur, vt ea penitus non intelligant.

X V I.

S. *GREG. 16. Moral. 9. Modificat doctrinam à Gloſſa ſupra traditam, nempè Prædicatores non curioſa debere prædicare populo ex ſacra Scriptura. Nam afferens per occaſionem illud Cant. 8.* Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto delicijs affluens: *ait.* Quia nimirum S. Eccleſia niſi verborum Dei delicijs afflueret, de deſerto vitæ præſentis aſcendere ad ſuperiora non poſſet. Delicijs ergo affluit, & aſcendit: quia dum myſticis intelligentijs paſcitur, ad ſuperna quotidie cõtemplanda ſubleuatur. *Vbi prædicatores docentur ne ſemper litteralia, aut moralia ſacræ Scripturæ prædicent, quibus nauſea aliquando generatur in auditoribus, ſed myſtica quibus ſubleuentur, intromittant.*

X V I I.

S. *AMBROS. Enarrat. Pſ. 118. Ad illud.* Greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum. *antecedenti fauet doctrinæ: Nam afferens duo loca Cant. cap. 7 ſcilicet.* Venter eius eburneus diſtinctus Saphiris. *Et.* Venter eius ſicut acerbus tritici valatus lilijs: *ait.* Nam & vmbilicus eius tamquam crater tornatilis prędicatur, myxto non deficiẽs. Eo quod in omni doctrina tornatus, plenitudine cognitionis, & potu non deficiat ſpiritali, & venter eius non ſolum aceruo tritici, ideſt cibis fortioribus cæleſtis myſterij ſaginetur; verum etiam tanquam lilijs quibuſdam moralium ſuauitate repleatur. *Vbi diſcant Prædicatores ne crudas ſubſtantiales ſacræ Scripturæ propoſitiones prædicẽt: ſed myſtici, & moralis ſenſus ſuauitate mollificẽt, & ornent. Addatur illud Garrici Abbatis ſerm. 2. Apoſt. Petr. & Paul. in eodem ſenſu.* Vt & tritici guſtu paſcat, & liliorum aſpectu delectet.

X V I I I.

S. *GREG. 20. Moral. 2. Subſcribit ſuprapoſitæ doctrinæ. Nam afferens illud Exodi 37. vbi loquẽs Deus de menſa templi, ait.* Et vaſa ad diuerſos vſus menſæ, acetabula, phialas, & cyathos: *hæc ſcribit.* Iubente autem Domino, non ſolum phialæ ad menſam tabernaculi, ſed etiam cyathi præparantur. Quid ergo per cyathos, niſi minima, & tenuis de Deo locutio deſignatur? In menſa igitur, & phialæ præparantur, & cyathi: quia videlicet, in

do-

Liber Geneſ.

doctrina ſacri eloquij,non ſolum exhibenda ſunt magna,& arcana, quæ deebriant; ſed etiã patua, & ſubtilia, quæ quaſi pet guſtum notitiã præſtãt.

X I X.

S *IO. CHRYS. Hom.7.ad pop.Aſſignans rationem quare non ante Deus iuſſerit ſcribere ſacrã Scrip. ait:* Nunc, .ſ. cum creuiſſet error eorum, qui de mundi creatione dubitabant.*Vbi ſcriptores Eccleſiaſtici habent documentum, ne niſi de neceſſarijs,& prout vrgens expoſcit neceſſitas ſcribant.*

X X.

H *VGO Card. Poſtil. in Ezech. Ad illud cap.* 1. Quocunq; ibat ſpiritus,illuc eunte ſpiritu & rotæ pariter leuabantur ſequẽtes eum &c.Cũ euntibus ibant,cum ſtantibus ſtabant, & cũ eleuatis à terra, patiter eleuabantur*: iutelligens (vt ſuperius dictum eſt) per rotas,ſacram Script.& per animalia Sanctos Doctores ; ait*. Vadunt animalia ad vtilitatem proximi: ſtãt ad cuſtodiam ſui: eleuantur ad contemplationem Dei.Sic & rotę pariter vadunt,& ſtant,& eleuantur:quia quæſita ſacra lectio, talis inuenitur, qualis eſt ipſe à quo quæritur. Ad actiuam vitam profeciſti, ambulãt tecum : ad immobilitatem,atq; conſtantiã ſpiritus profeciſti,ſtãt tecum:ad contemplatiuam vitam per diuinam gratiam perueniſti,volant tecũ.

X X I.

R *VPERT. Abb.Lib.1.de Glorificatio.Trinit.& proceſſ.Spiritus ſancti c.5.Ait de hoc titulo locutum fuiſſe Dauid quando Pſal.39.dixit:*In capite libri ſcriptum eſt de me. *Et notans quomodo cum diuina Script.ex multis libris conſtet:tamẽ vnus ſingulariter liber dicatur: dicit ſic.* Omnis quippe ſacra ſcriptura canonica,vnus liber eſt,quia ad vnũ tendit,& ab vno Deo profecta,vnoq;eodem ſpiritu conſcripta eſt. E contra ſcripta omnia,quæcunq; non veniunt ex eodem ſpiritu veritatis*:* plures ſunt libti. Propterea Sapiens Eccl. c. 12. ait:Faciendi plures libros nullus eſt finis.*Vnde Thomiſtæ veritatem ſuæ comprobant ſcolæ. Nam cũ tot volumina quotidie ſcribant; non Eccleſiam faſtidiunt,aut confundunt, vt cum Eccleſiaſte conqueri poſſit de eorum multitudine. Nimirum quia omnia vnus dici poſſunt liber.Scripta nanq;ſunt ex eodemq; promanant ſpiritu veritatis diuinæ voluntatis vero interprete, Angelico, inquam, Doctore.*

X X I I.

A *BVL. Præfat. Tenet hunc titulum ſolum includere Geneſim. Et ait ſic.*Continet autem ſacra Script.duo opera, .ſ. opus creationis,& redemptionis. Primum per quod ad eſſe naturale perducimur*:* ſecundum per quod ad eſſe beatificum peruenimus. Secundum autem principale eſt, quia nihil nobis naſci proderat, niſi redimi profuiſſet.Vnde de perditiſſimo Iuda,qui redemptionis beneficium participatus nõ erat,Chriſtus dixit. Bonum eſſet ei,ſi natus non fuiſſet homo ille. Principaliter ergo in ſacra Script. redẽptionis opus continetur:quare de creatione vnicus liber eſt,de redemptione autem omnes alij. *Vbi arguuntur vani, & auari : qui cum de ſuis genealogijs temporalibus, & lucris mundanis, cæteriſq; pertinentibus ad hoc ſæculum plures habeant libros vix apud eos inuenitur vnum manuale ſpirituale, ſeu Officium Beatæ Mariæ.*

X X I I I.

S *IO. CHRYS. Homil.1. in Act.Ad illa verba.* Primum quidem ſermonem feci de omnibus ò Theophile &c. *reſponſionis materiam miniſtrat cuidam hic inſurgenti dubio. Nimirum quare cum Pentateucum vnum poſſet conficere adhuc paruum librum; Moyſes in quinq. illum diuiſit libros ? Nam notans Sanctus Doctor quomodo S. Lucas ex Euangelio,& Actis Apoſt. primum, & ſecundum confecerit volumen,cum vtrumq;ad ſolius Theophili eruditionem ſcripſerit ; ait ſic .* Nimirum quo res diſtinctione voluminum eſſet dulcior,ſimulq;,vt intermiſſione reſpiraret, ac refocillaret auditor. *Vbi arguũtur qui & cõfuſe, & magna volumina ſcribũt.*

X X I V.

O *LEAST. Com. in Eſai. ad illud cap.*8. Tolle tibi librum grandem*: qui textus ſuprapoſita videtur irrogare doctrinæ : ſic ait .* Alij putant volumen fuiſſe grande,quoniam oculis decem tribuum erat ſubijciendum *: Vbi apparet volumina,& conciones ad populum debere eſſe extentiora, quam quæ alicui peculiari ſiunt.*

X X V.

G *LOS. Interl. Ad illud Eſai.29.* Erit vobis viſio omnium ſicut verba libri ſignati:*ait ſic.* Totius ſacræ Scripturæ, quæ vnus liber : quia vno ſpiritu ſcripta· *Vbi inſurgit dubium, quare, .ſ. diuina Script. ſignata dicatur ? Cui S. Greg. reſpondet 30. Moral. 6. afferens illud Exodi 35. vbi dicitur ad opus ſanctuarij oblatas fuiſſe inaures, & annulos; ait enim ſic.* Et quid per in aures niſi ſubditorum obedientia exprimitur?Quid per annulos niſi

Liber Geneſ.

niſi ſignaculum ſectetorum ? Pletumq;.n. magiſtri ſignant, quod ab auditoribus capi non poſſe conſiderant. *V bi Prædicatores aduertant,quod eiſi diuina Script. eis traditur,vt de illa prædicent : non tñ ita apertus eſt iſte liber, vt myſteria eius indiffe-renter omnibus tradi liceat: ſed pro capacitate audiẽtium aperiri, vel ſigillari debet.*

X X V I.

O*L E A S. in Eſai. Ad ſupradictum locum,inixus (vt oſtendit) cuidam cõiter aſſignatæ rationi quare ſacra Script. liber,& liber ſignatus dicatur : nempe quia eius intellectus non omnibus , ſed unicuiq;promerito,vel aperitur,vel denegatur,ait ſic.* Grauis vel punitio hominis eſt,ſi ſibi claudantur verba,& libri Prophetarum : quoniam licet ibidem inueniat flagella ſua etiã ſimul,inuenit conſolationes ſuas , quibus æquo animo ferat punitiones Dei Audi Paulum ad Rom. 15. Quęcunq; ſcripta ſunt,ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt,vt per patientiam, & conſolationem ſcripturarum, ſpem habeamus. Sed torquet Deus ſæpe ſuos , dando illis Prophetias , & viſiones , & negando verum illarum intellectum, & ſenſum. Legiſti ni fallor quantum ſeniores illi in Apocalypſi fleuerint,cum vidiſſent ſignatum librum,neq; inueniretur,qui eius aperiret ſignata ſigilla?Et quanto fuerint gaudio affecti cum agnus inuentus in cęlo fuit,qui ea aperiret, & ſolueret ? Vides enim quanta anguſtia , hodie miſeri diſcruciantur Iudæi,volueutes, & reuoluentes Prophetarum volumina,vt tempora, & momenta ſuarum conſolationum inueniant,& tamen librum ſibi clauſum cognoſcunt,quoniam noluerunt nobiſcum, eum per Chriſtum apertũ legere , & intelligete. *V bi omnes aduertant,non,quia licet legere,& reuoluere diuinum textum,liceat etiam intelligere:niſi datum ſit deſuper .*

X X V I I.

H*V G O Card. Poſtil.ibid.In eodem ſenſu coniungens ſequentia verba,nempe.*Quem cum dederint ſcienti litteras: & dicent: lege iſtum: reſpondebit non poſſum ſignatus eſt .n. & dabitur liber neſcienri litteras : diceturq; ei lege:reſpõdebit neſcio litteras:*ait:* Hic duo genera notantur, .ſ. iactantes, & neſcientes. Vtriq; legere non poſſunt in libro. Et dicit Hieronymus:Multo melius eſt legis imperitiam confiteri, quam iactare prudentiam.

X X V I I I.

N*ICOLAVS de Lyra Poſt.ibi.Supradicta verba exponit.* Sic .n. reſpondent Iudæi moderni . Multi .n. Doctores eorum, qui præceſſerunt, determinauerunt tempus aduẽtus Meſſiæ : vnus poſt alium,& omnes defecerunt: quia tempora ab eis præfixa tranſierunt: ſecundum quod dicit Rab.Sal.ſuper Dani. Et cauſam huius defectus dicunt Doctores moderni : .ſ. quod ſermones Profetarum ſunt clauſi. Et dabitur liber .ſ. apertus. prædicatione Apoſtolorum : Neſcienti littetas. Quia quandoq; ſimplicibus Iudæorum fit mentio de aduentu Chriſti præterito,& de ſimilibus:dicunt ſe non eſſe peritos in lege. *V bi apparet ſubtilitas diaboli, etiam in obturandis hæreticorum noſtri temporis auribus . Nam ſi teſtimonijs ſacri textus volumus prædicare ignorantibus,& ſimplicibus,nos remittunt ad ſuos magiſtros ſua ſe excuſantes ignoruntia: ſi conuincere volumus magiſtros, & doctores : repellunt,& non admittunt Sanctorum Patrum expoſitiones , & dicunt, obſcurus eſt textus, quare magis vt vos,quam vt nos dicimus erit.*

X X I X.

G*LOS.in Ezech 3. Ad illa verba.* Et aperui os meum, & cibaui me volumine illo. *quandam conſimilem tradit doctrinam dicens .* Gregor. Os aperimus , quando ſenſum ad intelligentiam ſacri verbi pręparamus.Hieronymus.Aperto ore Dominus cibos largirur: vt initia voluntatis in nobis ſint:perfectionem beatitudinis à Domino conſequimur. Non eſt .n. volentis,neq; currentis,ſed Dei miſerentis. Velle tñ & currere noſtri eſt arbitrij. *V bi apparet,quod ſi ad intelligentiam ſacræ Script.requiratur ex parte noſtra diſpoſitio:non tamẽ ſufficit niſi Deus eam largiatur.V nde debemus & nos diſponere : & Deum deprecari.*

X X X.

O*LEAS Com. in Iſai. Ad illud cap. 8.* Sume tibi librum grandem,& ſcribe in eo ſtillo hominis: Velociter ſpolia detrahe,cito prædare: *quæ verba vult eſſe minacia futuræ captiuitatis illius populi:mouet nos ad reſpondendum cuidam dubio hic inſurgenti : Nimirum, quomodo ille liber tam pauca continens, immo triſtia, & mæſta dicatur liber magnus, noſter autem continens tanta Dei exhibita , & promiſſa in futurum beneficia , ſimpliciter liber , ſine additamento (Magnus) proferatur. Nam aſſignans rationem,quare ibi ad tam pauca,liber grãdis iubeatur*

tur

Google

tur aſſumi, inquit. Difficile valde credit homo mala, quæ ſibi à Prophetis prædicuntur, etiamſi vera ſint: & facile credit mendacia, quibus illi bona pollicentur: ita vt ſcriptura ſit opus, & volumine grandi, in quo triſtia, quæ prædicuntur, ſcribātur. *V bi ex ſolutione propoſiti dub. (quæ patet) aduertant Doctores, & Prædicatores non magna volumina ſcribere, de Dei miſericordia, munificentia: facile .n. hæc credunt homines, etiā ſi in minimis cartulis ſcripto reperiant: at de tremendo iudicio, & diuina iuſtitia, punitioneq; futura, magna componant volumina, & ſcribant libros: difficile enim hæc homines credunt.*

X X X I.

HVGO Card. ibi. *Tenens prædicta verba eſſe prophetica incarnationis Verbi æterni; aliter reſpondet ſuprapoſito dubio. Ait .n. ſic*. Dicitur aūt liber hic, qui ſumi iubebatur grandis: non quantitate: quia in modica ſcedula poſſet ſcribi ad litteram, quæ hic iubentur ſcribi: ſed dignitate, & ſignificatione: vt dicit Gloſ. id eſt, propter partum Virginis, qui in eo deſcribitur. Simile dicit Moyſes Exod. 3. Vadam, & videbo viſionem hanc magna ſignificantem. *V bi patet volumina non dici magna reſpectu voluminis: ſed reſpectu materiæ in eis contentæ.*

X X X I I.

OLEAS. *vbi ſup. poſito dub. aliter reſpondet; vnde nempe, etſi voluerit Deus ſua beneficia non obliuiſci: tamen noluit illa oſtentare; & ideo ſcribi, & in paruo volumine, alia nō contemnenda reſultat noſtræ præpoſitæ quæſtionis ſolutio. Sic enim ait.* Ad quid quæſo volumen grāde, poſtquā quinq; dumtaxat verba ſcribenda ſunt? ſic in Zacharia inquirit Dominus. Quid vides? Et reſpondit: Video volumen volans: longitudo eius viginti cubitorum, & latitudo decem cubitorum. Vt oſtēdat quot ſunt mala noſtra, & quam magno egeat volumine vt ſcribantur, præcipit accipi volumen grande: Vt vero oſtēdat quod ex ſua pietate deleantur, vult in volumine grandi ſcribi tā pauca.

X X X I I I.

OLEAS. ibi. *ad litteram. Tenens hanc prophetiam eſſe de Verbo incarnando, ſic dubio reſpondet.* Quia prophetia in eo ſcripta magni momenti erat. Solemus enim res tales ſerio, & magnifice ſcribere. *V bi apparet non eodem apparatu res magnas, & paruas eſſe ſcribendas.*

X X X I V.

RVP. *Abb. Com. in Apoc. Ad illud c.* 5. Et vidi in dextera ſedentis ſuper thronū librū &c. *intelligit per librum ſacram Script. afferenſq; illud Ezech.* 2. *vbi dicit ſe vidiſſe librum grandem in quo ſcriptum erat*, Lamētationes, & carmen, &c. *ait ſic.* Cuncta .n. ſeries & veteris, & noui teſtamenti, pœnitentiam pro peccatis agenda, regnum cæleſte quærendum, & fletus infernales præmonet eſſe fugiendos.

X X X V.

HVGO Card. *Poſtil. in Apocal. Ad illud c.* 10. Vade, & accipe librum apertum de manu Angeli, *afferens per ocoaſionem ſupradicta Iſaiæ verba ſic exponit*. Sume librum grandem, & ſcribe in eo ſtilo hominis: ſtilo hominis fuit ſcriptū in eo, quādo fuit ipſe clauis affixus cruci: & quādo vnus militum lancea latus eius aperuit. Ioan. 19. Secundum autem quod ipſe ſcripſit in ſeipſo iudicabuntur alij: niſi eaſdem litteras vel ſimiles ipſi ſcripſerint in ſeipſis.

X X X V I.

S. HIER. *Com. in Habacuc. Quandam profert doctrinam, ex qua alliam conijcere poſſumus dubij citati ſolutionem: nempe quare iſte liber non dicatur magnus: nimirum quia reſpectu noui teſtamenti quaſi minimis characteribus, & in minima chartula tradita ſunt Iudæis diuina myſteria. Nam exponens illud ſup. dicti Prophetæ c.* 2. Scribe viſum & explana eum ſuper tabulas, vt percurrat, qui legit eum: *ait* Hoc quare dictum ſit, ſequens diſputatio comprehendit: iuxta repromiſſionem, quæ ad ſanctum virum in Iſaia fit, dicens: Adhuc loquente te dicā ecce adſum. Nunc quoq; Prophetæ reſpōdit Dominus, & præcepit vt ſcribat viſionem, & digerat eam ſuper tabulas, id eſt, manifeſtius ſcribat. Tabulas autem puto illas, de quibus & Apoſtolus loquitur 2. ad Corinth. 3. Epiſtola noſtra vos eſtis, ſcripta in cordibus noſtris, quæ cognoſcitur, & legitur ab omnibus hominibus; manifeſtati, quoniā eſtis epiſtola Chriſti miniſtrata à nobis, & ſcripta non atramento, ſed ſpiritu Dei viuentis: non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. *V nde patet, nullibi clarius legi poſſe diuinā teſtimonia, quam in moribus, & vita Chriſtianorum: ſecus ſi ſolum ſacra ſcrip. legenda remittantur, non poſſunt ibi legi à percurrentibus infidelibus, qui de ſimili lectione non*

cu-

Liber Geneſ.

curant: & ſolum percurrentes, non noſtras ſcripturas penetrantes ſecundum noſtros mores noſtram iudicāt legem, & fidem.

X X X V I I.

AB. IOACHIM *Expoſit. in Apocal. par. 1. tex. 27. Ad illud c. 1.* Scribe ea, quæ vidiſti &c. *ait.* Scribenda ſunt autem verba Dei, & in libro ſignanda, non tam atramento, & calamo in pellibus corporum mortuorum: quā ſtillo linguæ humanæ in cordibus uiuentium animarum: ut dum ea, quæ tranſierunt, & quæ ſunt, & quæ futura ſunt ſentiunt, in præſentis ſęculi amore tepeſcāt: tantoq; in ſuo ordine unuſquiſq; proficiat: quāto ſingulorum merita manifeſta cernuntur. *Concludendo ait.* Contemplatores ſpirituales uident ſpiritualibus oculis, quę completa ſunt in Eccleſia Dei, ab aduentu Domini, uſq; ad præſens: uident & quæ præſentia, & quæ futura ſunt: & profecto tenentur ſcribere ea, linguę calamo, in cordibus auditorum: ut non moriantur homines in peccatis ſuis: ſed magis conuertantur, & uiuant. *V bi apparet non eſſe mirum, quod videmus tam paruum fructum ſpiritualem, cū indies librorum copia creſcat, cum in primordijs tam pauci, tantum profecerit Eccleſia; videlicet quia ſolo atramento, & in papyro ſcribuntur.*

X X X V I I I.

ABVL. *Com. in Leuit. c. 10. quæſt. 9. Reſpondet cuidam dubio, hic inſurgenti. Nimirum quare Diuina Script. tam humili incipiat titulo, & communi, ſ. (Liber) cum videamus humana, & prophana tantis adornata epitectis? Ait .n. ſic.* Ea .n. quæ naturaliter pulchra ſunt, per ſe ſplendorem dāt, nullo exterius quęſito colore, quod ſi tamen eis naturalis defuerit decor, ut luceant neceſſe eſt quoſdam adiungi fucos: ſic .n. & in ſacra ſcript. & cæteris authenticis, atq; in poematibus ſpeculamur. Nam ſacra Script. ex firmitate ueritatis, & ipſarum rerum dignitate, de quibus ſermonem agit, auctoritatem ſortitur, ita, ut colorum rhetoricorum mēdicatis floribus minime egeat, per ſe ſatis lucens. Poemata autem quoniam in ſeipſis in ſuperficie ſaltem nullius ueritatis ſoliditate firmata ſunt, ut aliquid auditu dignum eſſe mereantur, mendicatis coloribus, & artificioſo ingenio hoc efficiunt. *V bi apparet, quod curioſæ impreſſiones tituli magnifici in librorū principijs impoſiti, materiam ſubminiſtrant prudenti lectori ſuſpicionis, falſitatis vel ſaltem paupertatis, & inutilitatis materiarum, quæ in talibus tractantur voluminibus.*

X X X I X.

S. IO. CHRYC. *Hom. 1. in Act. Quandam conſonantem ſuperiori, tradit doctrinam. Nam ad illa verba S. Lucæ.* Primum quidem ſermonem feci de omnibus, ò Theophile, quæ cæpit Ieſus facere, & docere. *V bi ſanctus Euangeliſta ſuum ſcriptum Euangelium, tantum, ſermonem vocat; ait.* Non .n. dicit: Prius Euangelium, quod Euangelizaui: ſed: Priorem quidem ſermonem feci. Nimirum Euangelij prædicationem magnificētius quiddam eſſe ducens, quam pro ipſius dignitate aut viribus: & tamen Apoſtolus hoc titulo ornat illum dicens: Cuius laus eſt in Euangelio 2. Corint. 8. *V bi librorum ſcriptores habent modeſtiæ documentum in ſuis intitulandis operibus: relinquant alijs, vt illa magnificent, & dignis ornent encomijs.*

X L.

S. AMBROS. *Enarrat. in Pſal. 118. Ad illud.* Ignitum eloquium tuum uehementer: *quandam profert doctrinam vnde bene elicere poſſumus quandam ſolutionem cuidam hic inſurgenti dubio. Nimirum quare, cum omnes Sancti dicant Moyſem ſacrā condiſſe Script. vt filios Iſrael ab idolatria reuocaret, (quod in ſequenti tertio tex. apparebit) incipiat tamen non increpando, ſed per modum narrationis dicens: Liber Geneſ. Nempe quia ſic voluit reſecare idolatriam, quod audientes non ſcandalizaret. Afferens namq; ſanctus Doctor illud Lucæ 24.* Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in uia, & aperiret nobis ſcripturas? *ait ſic.* Ignis ergo hic ſermo Chriſti eſt: & bonus ignis, qui calefacere nouit, neſcit exurere niſi ſola peccata.

L X I.

OLEAS. *Com. in Iſa. Ad illud 30.* Nunc ergo egreſſus ſcribe ei ſuper buxum, & in libro diligenter exara illud, & erit in die nouiſſimo in teſtimonium uſq; in æternum: *aſſignat quandam rationem, quare Deus ſua teſtimonia, tam accuratè ſcribere fecerit; quæ hic bene quadrat. ait enim ſic.* Vult Dominus ſcripturā teſtem adhibere, quod eos de quiete in terra, & de non petendo auxilio ab Aegyptijs admonuiſſet, ne fortè poſtmodūm ſe non admonitos conquererentur, & præcipit Prophetę, qui forte domi erat, exire, vt ſcribat eam .ſ. prophetiam, aut admonitionē ſuper tabu-

Liber Geneſ.

tabulam,coram eis,ideſt,eis vidĕtibus Et quod ſculpat illam ſuper libtum. Et erit in die nouiſſimo,ideſt, poſteris in teſtimonium. *Vbi apparet humani geniȷ durities,niſi enim ſcripturis conuincatur, omnia etiam à Deo ſibi facta beneficia denegat. Addatur quod hic dicit S. Hieronymus*. Scribat eis ſuper buxum, quod lignum eſt imputribile, ſiue vt Symachus tranſtulit,ſuper latiſſimã tabulam. Eis autem,haud dubium quin Iudæis, & in libro diligenter ediſſerat, ita vt nulla difficultas ſit lectionis, vt quando vaticinium fuerit rebus expletum, tunc intelligant verũ Prophetarum eſſe ſermonem.

X L I I.

S *IO.CHRYS.hom.2.in Gen. Supra poſitæ quæſt. nẽpe,quare Deus voluerit fieri ſcripturas,ſic ait.* Etenim Deus humani generis cõditor,ab initio p ſemetipsũ hominibus loquebatur quomodo hominibus audire eũ poſſibile eſt.ſic .n.ad Adã venit: Sic Cain increpauit: Sic cũ Noe locutus eſt:Sic apud Abraham hoſpitatus eſt. At vbi in magnam malitiam omne hominum genus degenerauit,neq; tũc ſeſe totum ab hominum genere auertit Opifex omnium: ſed quia ſua familiaritate poſtea indigni facti fuerunt, iterum ſuam erga illos amicitiã innouare volens, quaſi longè abſentibus litteras mittit, conciliaturus ſibi vniuerſam hominum naturam. Et has quidem litteras dedit Deus; attulit Moyſes. *Vnde inferre poſſumus, quod iſta notabilis librorum multiplicitas,quam hac ætate noſtra omnes admiramur, arguit, & elongationem Dei à nobis per peccata: & deſiderium in ipſo ſe nobis communicandi.*

X L I I I.

S *GREG. Papa: Homil. 7. in Euang. Aſſerens per occaſionem illud 2. Cor. 5.* Pro Chriſto legationem fungimur, tanquam Deo exortante per nos. Obſecramus pro Chriſto reconciliamini Deo. *ſuperiori, conſonantem præbet doctrinã: ait .n. ſic.* Ecce inter nos, & Deum diſcordiam peccando fecimus, & tamen ad nos Deus ſuos legatos prior miſit: vt nos ipſi, qui peccauimus ad pacem Dei rogati veniamus. Erubeſcat ergo humana ſuperbia, confundatur quiſq; ſi non ſatisfaciat prior proximo, quãdo poſt culpam noſtram, & ei reconciliari debeamus, & ipſe, qui offenſus eſt, legatis interuenientibus obſecrat Deus.

X L I V.

O *LEAS. Com. in Iſai. Aſſignat quandam rationem,quare Deus voluerit ſcribi ſua teſtimonia;nempe vt oſtendat, ſe, neq; deficere in bonis promiſſis, neq; in malis comminatis. Nam ad illa verba cap. 34.* Requirite diligenter in libro Domini, & legite: vnum ex eis non defuit: *ſic ait.* Non ſunt deludendę comminationes Dei: quoniam quemadmodum nullum bonorum deeſt eorum, quæ pollicetur, ita nullum malum deeſt eorum quæ comminatur. *Vbi irridendi ſunt illi, qui innixi ſacræ Script. teſtimoniȷs miſericordiam pollicentibus, licentiosè peccant: non aduertentes in eademmet eſſe teſtimonia vindictam comminantia, quæ etiam deficere minimè poſſunt. Immo aduertatur, quod Doctiſſimus iſte noſter Luſitanus, Ordiniſq; Prædicatorum decus, locum prædictum ſic legens*: Requirite in libro Domini,& legite vnum ex eis non defuit, vnumquodq; cum ſocio ſuo non defuerunt: *literaliter ſic exponit.* Habetur in Hebræo. Vxor ſocia eius non defuerunt. Et eſt ſenſus. Vos Iſraelitæ,qui prophetias Domini noſtis, & apud vos ſeruatis cũ videritis cladem hanc Edomæorum impletam, exquirite librum Domini, ſeu, vt Hebraicè habetur,quærite ea ſuper libro Domini, & legite voce ſonora,& videbitis,quod vnum ex his,quę Dominus dixit ſuper Edom ventura, non defecit: aut videbitis, quod vnum ex animalibus, & auibus, quas Dominus prædixerat habitaturas in terra deſerta Edom, non defecit, vxor, & ſocia eius, ſeu vnumquodq; cum ſocio ſuo,non defecerunt à numero, quia os meum, quod non mentitur, præcepit, & ſpiritus eius, qui potentiſſimus eſt congregauit,mala quæ prædicta ſunt, aut huiuſmodi aues,& beſtias. *Vbi apparet tam certa eſſe mala comminata à Deo,quod non ſolum non deſunt, cum eueniunt à numero, ſed duplicata, vnumquodq; cum ſocio ſuo: & non venit beſtia, quæ ſecum aliã non deferat beſtiam inſperatam. Non potui non ponere hic quædam noſtri Card. Hug. ſic aſſerentis*: Item liber Domini, ſunt capitula Eccleſiarum in quibus omnia prædicta monſtra facile reperientur, ſi quis vellet diligenter inſpicere.

X L V.

M *AG. SOTO Com. in Epiſt. ad Rom. 1.* Quod ante promiſerat per Prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis: *ait ita*. Sanctas (quatenus ad

Liber Geneſ.

ſem hic pertinet) non ob id tantum appellat ſcripturas, quod Spiritu ſancto inſpirante (teſte Petro) fuerint ſancti locuti, aut quod ſanctificationem noſtram contineant, ſed quod vox ipſa ſanctitatis latinis auribus exhibet) quia integræ, puræ, incorruptæq; ſunt, ex quibus nihil poteſt vel falſi, vel ambigui eſſe comixtum. Nam niſi author earum Spiritus ſanctus incontaminatas, illibataſq; ſeruaſſet, nunquam pro diuinis haberentur. Fuit equidem Lacedemonijs, Athenięnſibus, Romanis, Ethnicis deniq; vniuerſis religioſum, ac ſolemne, leges ſuas, & ſcita in æs incidere, quo eſſent in ſancta cuſtodia: tamen (vt Ioſephus in lib. de Iudæorum antiquitatibus, & Euſebius lib. 3. refert) nulli vnquam genti tanta fuit religio, ſuas leges ab omni corruptione, & præuaricatione præſeruare, quanta Hebræis. Quippequi quãdo ſubtentorijs vagi oberrabãt, caſtraq; vno, atq; altero ſubinde loco metabantur, tunc iuſſu Dei in arca de lignis ſetim auro mundiſſimo intus, & foris deaurata, aureaq; micante corona, legem (vt quæ Euangelio datura erat teſtimonium) decretis exprimoribus, qui humeris baiularent, ante caſtra præferebant. Pro qua tuenda vitam exponere erant paratiſſimi. Hanc poſtea in templo, quo populus quotidie ſacrificatum confluebat, & intra Sancta ſanctorum reconditam venerabantur. Qua de re ſcitè Auguſtinus. ſcriniarios noſtros exiſtimat Iudæos, codicem portantes vnde Chriſtianus credat.

XLVI.

RVPERT. AB. *Com. in Apoc. ad illud cap.* 10. Et cum locuta fuiſſent ſeptem tonitrua voces ſuas: ego ſcripturus eram. Et audiui vocem de cælo dicentem: ſigna quæ locuta ſunt ſeptem tonitrua, noli ea ſcribere: *reddit rationem quare Apoſtoli ſancti non ſcripſerunt omnia, quæ eis reuelata fuerunt, ſecundum illud Domini Ioan.* 15. Iam non dico vos ſeruos, ſed amicos meos, quia omnia quæcunq; audiui à Patre meo nota feci vobis, *ait enim ſic*. Quare nunquid non ſcierunt, neq; intellexerunt? Quare ergo? nunquid noluerũt, vel propter laboris impatiẽtiam ſubterfugerunt? non vtiq; Nam ego (inquit iſte) ſcripturus eram, ideſt, ſcribere volebam. Quid igitur obſtitit niſi præceptum, uel regula ſanctæ diſcretionis? non enim cuncta ſimul, vel eodem tempore poterant expleri, propter tarditatem hominum, qui tunc rudes erant, & imbecilles ad audiendam ſapientiam eiuſmodi. Vnde Paulus Apoſ. cum dixiſſet Hebr. 6. Et cõſummatus factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ, appellatus à Deo Pontifex, iuxta ordinem Melchiſedech: continuò ſubiunxit: De quò nobis grandis ſermo, & interpretabilis ad dicendum, quoniam imbecilles facti eſtis ad audiendum &c. Ergo vt non ſcriberent tam iſte, quã cęteri Apoſtoli, ea quæ locuti ſunt eiuſmodi tonitrua, nõ illis facultas defuit, aut voluntas, ſed eorum qui audituri, ſiue lecturi tunc eſſent obfuit ſenſus imbecillitas. Alioquin niſi pro cauſa huiuſmodi tempus inportunum tunc fuiſſet. *Vbi Doctores, & Prædicatores habent documentum, ne omnia, quæ acumine ſui ingenij adepti fuerint putent apta, vt ſcribantur, doceantur, aut prædicentur. ſed pro prudentia regula, auditorumq; capacitate, temporiſq; opportunitate: Et Moderni non putent Sanctos antiquos Patres ignoraſſe, quæ ipſi modo quaſi noua ſcribunt: ſed illa & ſciuerunt, & tacuerunt pro conuenientia tẽporum, & capacitate audientium.*

XLVII.

IDEM: *Ad eadem verba ait ſic.* Quod eſt dicere: Myſteria ſcripturarum, quæ tibi dantur noſſe, promptuq; eſt exponere; ſigna, claude: ideſt ſignata vt ſunt, & clauſa poſteris quærenda relinque, vt non ſunt velut merces vltroneæ, de quibus vulgo dicitur, quod ſoleant putere. Prætioſa erunt, quando opus erit, vt quærantur, .ſ. vrgentibus diuerſis hæreſibus, quas neceſſe erit eſſe, vt qui probati fuerint, manifeſti fiant. Tunc & præclara ingenia multorum multipliciter exercebuntur, & quæ de ſcripturarum theſauris laborioſo fuerint ſtudio conquæſita, non vilia videbuntur. *Ex quo Doctores habent documentum, ne diuinæ ſcripturæ myſteria, vt cognouerint, cogitent ſtatim eſſe pateſienda; ſed ſuo tempore conſeruent ſignata, & clauſa.*

XLVIII.

MAG. SOTO *Com. in Ep ad Rom.* 1. *Ad illud,* Segregatus in Euangelium Dei, quod ante promiſerat per Prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis: *ait ſic.* Vide quanta ſapientia Paulus authoritatem Euangelij, veluti inter Scyllam, & Charybdin nauigans, à ſuſpitione, tam nouitatis,

Liber Geneſ.

tatis, quam antiquitatis aſſerit. Nam quia noua, vana eſſe ſolent, è vetuſtate commendat Euangelium; ſed quia temporis longinquitas multa nutrit fabuloſa, reſtes ſummæ authoritatis adhibet quorum vaticinia in ſacrario ſcripturarum ad nos vſq; fideliſſimè aſſeruata ſunt.

XLIX.

GLOS. *in Heb.* 10. Dabo leges meas in cordibus eorum: & in mentibus eorum ſuperſcribam eas: *Vbi ille Propheta à quo Paulus hæc deſumpſit verba, loquitur de lege gratiæ, quam ad differentiam teſtamenti veteris, non librum, ſed ſuperſcriptum vocat: ait ſic:* Non dicit ſcribam: ſed ſuperſcribam: quia leges illæ ſuper vires hominum ſunt: in quarum completione nullus ſufficiet: niſi ope gratiæ.

L.

S. AMBROS. *Com. in Apoc.* 1. *Ad illud* Beatus qui legit, & audit verba prophetiæ huius: & ſeruat ea, quæ in ea ſcripta ſunt: *ait.* Tres ſpecies beatitudinis poſuit; ſed duæ nihil ſunt, ſi tertia defuerit. Nam nihil prodeſt legere, & audire mandata Dei, ſi nõ ſeruant ea, quæ legunt, vel audiunt.

LI.

S. HIERON. *Com. in Zach.* 5. *Ad illud.* Ego video volumen volans, &c. *intelligens per illud volumen ſacram Script. quandam aſſignat expoſitionem, ex qua non torquendo litteram, poſſumus conijcere Deum voluiſſe, vt prima fronte ſua legis ſcriberetur, Liber, videlicet, vt eam profitentes, aduertant in Domo Dei, neq; mala, neq; bona per obliuionem vice condebita carere poſſe: cum libri in ea ſint: ait enim.* Volumẽ autem volans oſtenditur, in quo omnium peccata deſcripta ſunt: vt vnuſquiſq; recipiat ſecundum opera ſua, ſiue bonũ, ſiue malum: dicẽte Daniele: Throni poſiti ſunt, & libri aperti ſunt. *Vbi apparet, nihil magis deterrere ſubditos impios, quam videre apud Prælatos eſſe ſcripta memoralia operum vniuſcuiuſq; ſiue bona ſint, ſiue mala. Addatur, quod teſte eodem Hieronymo Septuaginta tranſtulerunt,* Falcem, *& alij,* Gladium, *ſeu,* Sagitas. *Eadem enim lex, qua nos nunc inſtruit: erit gladius, qui nos ibi feriet.*

LII.

RVPERT. *Ab. Com. in Apoc.* 11. *Ad illud.* Et datus eſt mihi calamus ſimilis virgæ: *ait.* Calamus ſimilis virgæ, facultatem ſcribendi ſignificat, cum magiſterij authoritate. Calamus nanq; ſcriptorum, virga magiſtrorũ eſt. Et ſunt vel fuerunt aliqui, quibus calamus datus eſt, ſed non ſimilis virgæ, ideſt ſimilis facultas, ſed non cum magiſterij dignitate, vt de nulla eorum ſententia, ſiue dictione liceat cuiq; Eccleſiaſtico dubitare. *Et adducens ad confirmationem illud Pſ.* 86. Dominus narrabit in ſcripturis populorum, & Principum eorum, qui fuerunt in ea. *iungit.* Vide quid dicat, qui fuerunt, non qui ſunt. *Et ſtatim ſic.* Igitur datus eſt mihi calamus ſimilis virgæ, .i. data eſt mihi facultas ſcribendi cum principatu, & omnimoda magiſterij authoritate, vt principatum, cathedramq; magiſterialem haberem in medio Eccleſiæ, cuius ad pedes ſederent, cuius ab ore penderent omnes filij Eccleſiæ, non dubium habituri, non negligere auſuri quippiam eorum, quæcunque meo calamo exaratum haberet volumen Euangelicæ veritatis. *Vbi attendant moderni, & qui nunc ſunt, qua immodeſtia diſcipulos à ſcriptis eorum principiũ, qui fuerunt, in quibus Dominus narrauit: auertere & ſuis nouitatibus quaſi metæ ſint fidei eos toto conatu attendere, & incumbere perſuadent.*

LIII.

S. AMBROS. *Expoſ. in Apoc.* 5. *Ad illud vbi poſt quam dicitur agnum librum apperuiſſe, additur.* Quatuor animalia, & vigintiquatuor ſeniores ceciderunt coram agno: *ait.* Cadunt vero corã agno, cum per admirationem diuinarũ ſcripturarum, conſiderantes immenſam clementiam Dei, humiliant ſe in conſpectu Creatoris ſui: & quanto ſe per humilitatem deijciunt, tanto amplius in amore eius exardeſcunt, quia humilitas, quæ fit in conſpectu Dei, nutrit amorem Dei. *Vbi apparet effectum ſcientiæ à Deo acquiſitæ eſſe humilitatem, minimeq; putandus eſt à Deo illuſtratus, qui ex ſcientia inflatur.*

LIV.

RVPERT. *Ab. Com. in Oſeæ* 8. *Affert quandam inſignem rationem, quare Deus ſcripturas multiplicauerit & leges: Nam ad illa verba:* Quia multiplicauit Ephraim altaria ad peccandum &c. ſcribam ei multiplices leges meas: *ait ſic.* Hoc itaq; fuit multiplicare altaria ad peccãdum, quando Baal quoq; & cætera Deorũ portenta ſuſcipiens, tot aras habuit, quot dæmonibus ſacrificauit. Reddam ei multiplicitatis vicẽ:

Digitized by Google

nam quia multiplicauit altaria, multiplicabo & ego leges meas: *Vbi apparet non eſſe calumniandos Prælatos de legum multiplicatione, quando peccata videntur etiam, & defectus in communitate, vel Republica multiplicari: Vicem .n. iſtis illæ rependunt.*

L V.

S. *BASIL. Exam. Homil. 1. Volens commendare hunc ſacræ Script. librum à ſcriptore, nempe, Moyſe, ſic incipit.* Moyſes igitur is eſt, qui commentationem hanc ſcripſit; Moyſes ille, qui teſtimonium habet, q elegans fuerit apud Deum. *Vbi apparet non parum facere ad prædicationis cõmendationem, corporalis pulchritudo Doctoris. Addatur illud quod S. Io. Chryſ. homil. 16. in Act. notauit, quod Iudæi, eum Sanctus Protom. Stephanus tam largus fuiſſet in illa concione ad eos habita: & cum eos in illa ſic exprobrauerit) patienter tamen eũ audiebant, minimè ſermonem interrumpentes; cuius rationem aſſignans, recurrit ad illud, quod dictum erat, nempe eos vidiſſe faciem S. Stephani ſicut vultũ Angeli Dei, & ait.* Vide quomodo adhuc non videtur eſſe moleſtus, ſed tanta concionatur, & adhuc audire illum patiũtur: ita illos gratia vultus trahebat.

L V I.

S*anctus idem ibi. Ex alio capite commendare volens auctoritatem diuinæ Script. ab authore; affert illud Num.* 12. Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in viſione illi innoteſcã, vel per ſomnium eum alloquar; non ita, vt ſeruus meus Moyſes, qui in tota mea domo fideliſſimus eſt; ore ad os illum alloquar in viſione, & non per ænigmata: *concludit ſic.* Is igitur, qui Deũ æque, atq; Angeli, ipſa facie vidit hæc ex ijs nobis refert, quæ ab ipſo Deo percepit, & audiuit. *Vbi ſimili modo Thomiſtæ nullo alio debent authoritatem Angelicæ doctrinæ commendare; niſi ijſdem punctualibus verbis.*

L V I I.

S. *AMBROS. 1. Exam. 2. Ad eundem effectum commendans Moyſen ait.* Quis hoc dicat, aduertere debemus. Moyſes vtiq; ille eruditus in omni ſapientia Aegyptiorum, quem de flumine collectum filia Pharaonis, vt filiũ dilexit, & ſubſidijs regalibus fultum, omnibus ſæcularis prudentiæ diſciplinis informari deſignauit. Qui cũ de aqua nomen acceperit, non putauit tamen dicendum, quod ex aqua conſtarent omnia, vt Thales dixit. Et cum eſſet in aula educatus regia: maluit tamen pro amore iuſtitiæ ſubire exilium volũtarium, quam tyrannidis faſtigio peccati perfunctionem delitijs acquirere. *Vbi apparet tria debere habere omnem hiſtoriatorem, ne hiſtoriæ fides calumniam patiatur. Primum debet eſſe doctus, & eruditus. Secundum ſuis, non nimis affectus. Tertium, ab omni ambitione alienus.*

L V I I I.

H*ONCALA Canonicus Abulenſ. Com. in Gene. Quærit quare Moyſes ſe non nominauerit authorem, & ſcriptorem huius libri? Reſpondet autẽ ſic.* Moyſes mirabilem totius Orbis conſpicabicabilis conſtitutionem hiſtorico tropo contexit, proprio diſſimulato nomine: ne forte ſi ſui meminiſſet à principio conditionis humanæ, inde mentem ſtultam ſubijſſet cogitatio Moyſen hoc tradidiſſe quaſi aſtitiſſet ille Deo Mundum conſtituenti. *Vbi hiſtoriographi attendant, qua modeſtia formidineq; debent de antiquitatibus ſcribere, quibus non adfuerunt: ridiculum enim eſt legere tales circunſtantias, quaſi præſentes illis aſtitiſſent rebus.*

L I X.

S. *AMBROS. Com. in Heb. 2. Ad illud.* Teſtatus autem in quodam loco quis dicens: Quid eſt homo &c. *quoddam excitat dubium ex cuius reſolutione non incongrua poteſt elici ſolutio præcedenti. Videlicet, quia illis quibus ſcribebat illũ, ſatis notũ erat illum eſſe iſtius operis ſcriptorẽ, ait .n.* Cur non hic nomen Propheta poſuit, ſed abſcondit? Facit hoc etiam in alijs teſtimonijs ſicut ſupra dictum eſt. Exiſtimo non abſcondentis affectu, ſed oſtendentis intuitu, eos multam habere ſcientiam ſcripturarum, vt nec opus habere nomen poſuiſſe dicentis: veluti dicere: manifeſta ſe, & in promptu conſtituta inducere teſtimonia. *S. Io. Chryſ. homil. 4. ibidem, tenens idẽ, vltima S. Ambroſij verba ſic vertit.* Se vult dicere admodum trita, & manifeſta inducere teſtimonia. *Vbi arguuntur prædicatores aliqui qui corã doctis in explicandis aliquibus rebus ſacræ Scripturæ admodum tritis ſic immorãtur, tanquam ſi tales illa ignoraſſent: quod eſt quodammodo dedecus, & iniuria audientium. Neq; coram talibus eſt defectus prædicantium, neq; æmulationem ſonat non ſemper nominare authores.*

S. AV-

Digitized by Google

Liber Geneſ.

L X.

SAVGVST. *Prolog. enarrat. primi Pſal. Quandam conſimilem excitat quæſtionem, cuius ſolutio non inepte ſuprapoſito dubio aſſignari poteſt. Quærit nanq; quare Dauid primo Pſal. ſe non præpoſuerit authorem, quod ſanè omnibus alijs ſequentibus feciſſe conſtat? Reſpondet.* Ne quid diuino eloquio præponeretur. *Vbi Prædicatores, & ſcriptores Eccleſiaſtici habent doctrinam, vt primum quod velint videri ſit diuinum eloquium, non autem ipſoſmet. Addatur quod ſanctus Io. Chryſ. homilia 1. ad populum proferens eandem doctrinam, ait.* Propterea & Petrus poſtquã claudum erexit, & omnes ipſum admirabantur ſeipſum corripiens, & perſuadens quod nihil à ſeipſo, & de proprio exhibuerat, dixit Act. 3. Quid nos intuemini tãquam propria virtute, vel poteſtate fecerimus hunc ambulare? *Et S. Bernardus ſerm. 7. in Cant. Ad illud quod Sponſa fatetur ſe Sponſum inueniſſe, poſtquam pertranſijt cuſtodes ad quos declinauerat, vt de Sponſo interrogaret, intelligẽs per cuſtodes Doctores, & Prædicatores, ait.* Oportebat quidem Sponſam tranſire per eos, per quos cognoſceret veritatem: ſed tamen & pertranſire. Niſi enim pertranſiſſet & ipſos, nõ inueniſſet quem quærebat. *Concludit autem ſic.* Atq; hoc ipſum ſuaſum ab illis non ambigas: non .n. prædicabant ſemetipſos: ſed Dominum ſuum Ieſum, qui abſq; dubio, & ſuper ipſos eſt, & vltra.

L X I.

RVPERT. *Abb. 3. de Victoria Verb. Dei 22. Aliter ſuprapoſito dubio reſpondere videtur: nimirum, quia Moyſes non fuit ſcriptor: ſed delator, & copiator diuinæ ſcript. cuius primum ſcriptorem fuiſſe ipſum Deum. clare oſtendunt ſequentia verba.* Quis denique alius, niſi ipſe Deus ſignorum huiuſmodi, .ſ. litterarum author, vel inuẽtor exiſtimabitur? ſic nanq; Moyſes ipſe teſtatur. Daboq; tibi, (ait Dominus) duas tabulas lapideas, legemq;, ac mandata quæ ſcripſi. *Et poſt quam alia quamplurima refert teſtimonia, quæ videri poterũt Exod. 32. 34. Deut. 5. 10. concludit ſic.* Quorſum tot teſtimonia? Videlicet, vt liquido conſtet, quod qui huiuſmodi rationem, & vocẽ, ſiue linguam ad loquendum dedit, idem ipſe Deus litteras, ideſt, ipſas elementorum figuras, primus per ſemetipſum ſcripſit, & ei, qui primus ex omnibus hominibus ſcribere meruit, .ſ. Moyſi ſcriptas tradidit. Nec dum quippe, vel ipſe Moyſes quicquam ſcripſerat, quando dixit ei. Aſcende ad me in montem, & eſto ibi, daboq; tibi duas tabulas lapideas, & leges, ac mandata, quæ ſcripſi. *Vbi non mediocriter arguendi ſunt aliqui moderni, qui ſe authores præſcribunt ſcripturarum illorum, qui prius ſcripſerunt, cum conſtet omnibus, illas iamdudum ab alijs ſcriptas fuiſſe.*

L X I I.

IDEM *ibi. c. 23. Ex ſuprapoſita doctrina, coniuncta textibus ſuprapoſitis illud Exo. 17.* Scribe hoc ob monimentum in libro, & trade auribus Ioſue, *colligit ſequentia.* Notandum itaque quod inter cuncta opera hominum hoc vnum opus eſt, quod habet homo ex artificio opificis Dei, & de cũctis operibus Dei, quæ multa ſunt, hoc vnum opus eſt, quod homini manu ſua iuſſit operari. Nam & in tabulis opere ſuo, ſcripturam ſuam ſcripſit, & homini in libro ſcribere iuſſit. *Vbi excellentia artis ſcribendi notatur.*

L X I I I.

IDEM *ibi. aliam rationem aſſignat dubio ſuppoſito loquens de creaturis, quas primas litteras appellat: ſic .n. ait poſt alias rationes. Videlicet decuiſſe non alium primum ſcribendi artis, quam ipsũ Deum exiſtere authorẽ magiſtrũq;.* Profecto fateris dicere, vel decuiſſe Deum maieſtatis, quod figurarum huiuſmodi .ſ. litterarum non alius quã ipſe primus author extitit. Quid .n. eſt in omni mundo, in vniuerſa multitudine rerum tam efficax, tam vtile, tamque certum præbeat adiumentum? *Et poſt pauca ſic.* Hæc ſigna de præterito narrant, de præſenti demonſtrant, de futuro ſæculo annuntiant, & quod ſummũ eſt, Creatoris non ſolum omnipotentiam aſſeuerant, verumetiam voluntatem probis intimant, & quoties volumus, Deus nobiſcum per hæc ſigna loquitur. Dignum igitur opus, quod, ipſe Deus operatus eſſe credatur, ſicut manifeſte ſcriptura teſtatur. Quia (ſicut iam dictum eſt) prior ipſe ſcripſit in tabulis opere ſuo digito ſuo, vtiq; modo ineffabili, & deinde homini ſcribere iuſſit.

L X I V.

PHilo *de vita Moyſ. lib. 2. Conuenientiam volens oſtendere, quare Moyſes ſimul dux, & ſcriptor ſacrarum litterarum proferatur; ait.* Superiori libro diximus de natiuitate, ac educatione Moyſis,

Liber Geneſ.

Moyſis, deq; eruditione, ac principatu, non ſolum irreptehenſibili, verumetiam laude omni digniſſimo: tum quid in Aegypto, & in itinere geſſerit, vel ad rubrum mare, vel in deſerto, res quæ nulla eloquentia pro dignitate poſſunt exprimi, laboreſque non minores ſucceſſibus, & agros attributos parti exercitus, in hoc libro attexentur, quæ deinceps de actis eius dicenda ſunt. Eſt .n. quorundam haud improbanda ſentētia, ita demum fore felices Reſpublicas, ſi aut philoſophentur Reges, aut regnent Philoſophi. At in hoc vno viro plures etiam dotes reperiũtur, cum tres alias habuerit præter regiam, & philoſophicam; quarum aliam exercuit inferendis legibus, aliam in pontificatus munijs, aliam in vaticinijs propheticis. *Vbi non ſolum habetur litteras non eſſe indignas regali ſolio: ſed deſcripta vita Sanctiſſimi Pontificis Maximi Pij V. repreſentatur. Omnes exceſſit in ſalutiferis deſerendis legibus: Pontificatus munia deuotiſſime, & punctualiſſime & exercuit, & exerceri fecit: inſuper & ſpiritu claruiſſe prophetico nemo ignorat.*

L X V.

RVPERT. *Abb. in Geneſ. lib. 1. cap. 2. Loquens de hoc titulo ait ſic.* Etenim titulus iſte benè perſpectus, verè ſecundum nomen ſuum, libri huius celſum illuminant caput. Dicitur .n. titulus, à (Tytane) ideſt, (Sole) quo Mundus iſte illuminatur: Quia, videlicet, præſcriptione (quã titulum dicimus) quaſi præmiſſo lumine libri ſequentis introitus aperitur. *Vbi non mediocriter arguuntur, qui ſuis voluminibus, non ſolum minimè operi correſpondentes titulos imponunt: ſed multoties tam obſcuros, quòd alio lumine indigent, vt intelligantur: cum ipſi lumen debeant eſſe totius pro ſequentis materiæ.*

L X V I.

S. AVGVST. *Enarrat. Pſ. 93. Loquens de titulo illius Pſalmi; quandam profert doctrinam, quæ hic non incongrue ponitur. Ait enim ſic.* In limine eſt titulus, in poſtibus fixus eſt. Volunt homines titulum recognoſcere, & ſic domum intrare. *Vbi haud mediocriter reprehendendi ſunt, qui cum Sanctorum Patrum doctrinã ex profeſſo velint impugnare: commentaria in ipſos Sanctos intitulant: quo ſtudentes, (qui talia minimè legerent opera) per titulos haurire cupientes Sanctorum Patrum doctrinam (quam ſitiunt) ingredientes vice aquæ puræ ſalientis in vitam æternam, vitiatam, impugnatam illam inueniunt doctrinam, quam in titulo explicãdam prælegerant.*

L X V I.

GLOS. *Prothemate: ſic.* Dicitur autem Geneſis, à ſuo principio, ſecundum morem Hebræorum, qui ex principijs maxime nomina imponunt. Sicut Math. Euangelicam ſuam hiſtoriam, librum generationis appellat: cum multa vtraq; ſcriptura in ſequentibus cõtineat, in quibus nulla generationis mentio fiat. *Vbi moraliter apparet nõ abſurdũ eſſe à principio vniuſcuiuſq; rei, totum deinceps coniecturare, & denominare progreſſum, & finem. Affinia enim, & conformia ita ſunt iſta, vt pro ſequentibus præſupponat principium, vel, quod per natalitia vniuſcuiuſq; cætera eius opera coniecturanda ſint. Fauet Thobias cap. 5. vbi eſt quod cum auditis omnibus ex ore Archangeli Raphaelis (quem hominem putabat) quæ neceſſaria erant ad ductionem filij ſui, quaſi non attigiſſet informationis verticem, dixit.* Rogo te indica mihi, de qua domo, aut de qua tribu es tu? *niſi incontra eſſet eiuſdē Archangeli reſponſum:* Genus quæris mercenarij, an ipſum mercenarium, qui cum filio tuo eat? *Quæ verba, Lyra, ſic exponit.* Non eſt tibi curandum de genere illius, qui debet filium tuum ducere pro mercede: ſed de eius aptitudine, & fidelitate: quæ conditiones ſunt in *me. Nihilominus Archangelus condeſcendit Sancto Seni, & ait.* Sed ne fortè te ſollicitum reddã, ego ſum Azarias Ananiæ magni filius. *Et Thobias reſpondit.* Ex magno genere es tu.

L X V I I I.

LYRA *Poſtil. Reſpondet cuidam dubio hic occurrenti: Nimirum quare Moyſes cum primo intenderet (ſacra Script.) legem populo illi dare; potius à Geneſi quam ab Exodo (vbi ipſa continetur lex) incæperit; ait enim.* Conſiderandum, quod lex non datur vni perſonæ, ſed cõmunitati populi adunati: ideo primo deſcribitur adunatio fidelis populi ſub cultu vnius Dei, quod fit in lib. Geneſ. Secundo deſcribitur legiſlatio populo adunato. Et hoc fit in Exodo, & duobus libris ſequentibus. *Vbi Principes, & Prælati docentur ne leges populo ſeditioſe ſe agenti, aut diuiſo imponant: ſed prius eos adunari contendant, poſtea leges imponant rebus paccatis.*

HVG.

Digitized by Google

Liber Geneſ.

L X I X.

HVG. *Card. Poſtil. in Geneſ. ſuprapoſitæ quæſtioni; ſic reſpondet.* Hæc eſt ratio: Quod durum, & graue, & aſperum eſt: difficile obſeruatur, ſi nullum cuſtodienti prꝍmium proponatur, & negligenti nullius pœnæ timor incutiatur. Quod attendens Moyſes, cum dura, & grauia mandata, aſpera, & penè importabilia iudicia rudi populo ex Aegypriaca mollitie exeunti, & multis delitijs effæminato traditurus eſſet: beneficia Dei, & gratiam multiplicem tam in ipſos, quam in patres exhibitam explicat, plura in futuro promittit exhibenda. Ea etiam, quæ ſibi non obſequentibus illaturus eſt recolit, & ab ipſo mundi exordio incipit beneficia Dei humano generi exhibita, & præcipuè Iudaico populo diſigenter proſequens. *Vbi apparet inepte leges imponi populo non prius allecto beneficijs receptis, aut recipiendis: & ſimul pœnarum metu bene ad obſeruantiam diſpoſito.*

L X .X

IDEM *ibi ſic*. Intitulatur liber iſte âpud Hebræos à ſuo principio, ſicut liber Matthæi à ſuo. Hic agitur de creatione primi Adam, per quem generamur ad mortem, ibi de ſecũdo, per quem regeneramur ad vitam. *Vbi apparet quod iucundior ſit mundo Euangelica lectio, quam veteris teſtamenti ſcriptura.*

L X X I.

SERARIVS *Com. in Exod.* 17. *Ad illud Domini Moyſi:* Scribe hoc ob monimentum, & trade auribus Ioſue. *Quærit quare Moyſes vt ſcriberet victoriam Amalech expectauerit præceptum Domini; ad ſcribendum verò librum Geneſ. minime: nam ſine dubio ſi tale habuiſſet, nó illud hic reticuiſſet, ſicut & ibi? Reſpondet.* Quia victoria Amalech ſuis ipſius Moyſis orationibus attribuebatur, noluit ſuam oſtentare gloriam niſi de Domini prꝍcepto: liber autem Geneſ. ſola ad diuinam gloriam pertinentia continet: ideo ſine præcepto illum ſcribere aggreſſus fuit. *Vbi apparet Sanctos tardos ad ſua eſſe prædicanda encomia, diligentiſſimos autem ad gloriam enarrandam Dei.*

L X X I. I.

S. GREG. *Pap. Homil. in Ezechiel. Approbat ſuppoſitam doctrinam, nempe, Sanctos laudes ſuas (non niſi coactos) recitaſſe inueniri. Nam ad illud.* Factum eſt verbum Domini ad Ezech. filium Buzi: *ait.* Quaſi alius de ſe loquitur: loquitur .n. per eum Spiritus ſanct. qui præſidet: Quaſi alius loquitur ipſe pro ſe: qui præſidenti parat. Simile Num. 12. erat Moyſes mitiſſimus ſuper omnes homines, qui morabantur in terra. Quia vero non dicit: Eram: ſed; Erat: profectò iudicatur apertè, quia is, qui per illũ de illo loquebatur alius erat. Et Io. vlt. vidit illũ diſcipulũ, quẽ diligebat Ieſus, &c. Sed & Paulus, vt nõ ſe eſſe, qui loquebatur oſtẽderet dixit: An experimẽtũ quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus? 2. Corint. 3. Rectè ergo quaſi de alio, ait: Factũ eſt verbũ Dñi ad Ezech. *Vbi apparet Spiritum ſanct. eſſe qui loquitur, cũ ſãcti aliquid magnũ de ſe dicunt*

L X X I I I.

OLEAST. *Com. in Num. 23. Ad mores. Afferens per occaſionem illud Cant. 6.* Reuertere Sunamitis, reuertere, vt intueamur te: *ſuprapoſitam doctrinam confirmans; ſic ait.* Fugiunt Sancti terga vertentes, & nollent (ſi fieri poſſit) bona ſua neq; à Deo videri: ita vt poſt eos clamitet dicens: Reuertere Sunamitis &c.

L X X I V.

THODORET. *quæſt. 59. in Geneſ. Ad illam quæſtionem de lingua Hebraica, quando ne incæperit; ait.* Vocem Hebraicam arbitror eſſe ſacram. Quemadmodum .n. in templis Græcorum, quidam ſunt litterarum characteres peculiares, quos ſacros appellarunt: ſic Deus omniũ per Moyſem donauit hanc linguam, non naturalem, ſed ad docendum aptam. Siquidem cum reliqui omnes loquantur lingua gentis ſuæ in qua nati fuerint; & nati in Italia, Italorum vtantur voce; qui in Græcia, voce Græcõrum; qui in in Perſide, Perſarum: at qui in Aegypto, lingua Aegyptiorum loquãtur; nihilominus nulli pueri Hebræorum reperiuntur, qui ſtatim Hebraica lingua vtantur, ſed eorum, apud quos nati ſunt: deinde cum parum adoleuerint, docentur litterarum characteres, & diſcunt litteris ſcripturam diuinam Hebraica voce ſcriptam, quod puto Beatum Dauidem indicaſſe 80. Pſal.; Linguam quam non nouerat; audiuit: *Vbi apparet excellentia ſacræ ſcript. quam Deus noluit ſcribi vlla ex vulgaribus linguis: ſed quadam cæleſti, noua, ab eoq; inuenta.*

L X X V.

RVPERT. *Ab. 3. de Vict. Verb. Dei 24. Notans quo-*

Digitized by Google

Liber Geneſ.

ideſt per certam veritatis manifeſtationem, ego culpabilis appaream, volo portare pœnam: vnde ſubdit: Vt in humero meo portem illum: Si verò manifeſtata veritate cõmendabilis appareã, ex inde coronam prçmij accipiam. Vnde ſubdit: Et circundem illum quaſi coronam mihi:
Vbi nota, quod qui iuridice vult contendere, de ſua innocentia, quando calumniatur, ad vtrunque debet eſſe paratus: & ad pœnam, ſi fuerit condemnatus, offerendo humerum: & ad coronam, ſi fuerit iuſtificatus: ſed illud primo.

L X X X I I.

IDEM *ibi. Ad illa verba cap. 19.* Quis mihi tribuat vt ſcribantur ſermones mei: quis mihi det vt exarentur in libro ſtylo ferreo, vel celte ſculpantur in ſilice: *ait ſic.* Solent ea, quę atramẽto ſcribuntur, per longinquum ſeruari, nõ ſolum per modum ſcripturæ eam deſcribimus: ſed per aliquam impreſſionem ſiue in pelle, ſiue in metallo, ſiue in lapide: *Et poſt pauca ſic.* Qui ſunt autem hi ſermones, quos tanta diligentia velit conſeruari? oſtendit ſubdens: Scio .n. quod Redemptor meus viuit: *Vbi apparet quam inter cætera noſtræ ſalutis myſteria, dignum ſit memoria hominum glorioſiſſimum reſurrectionis myſterium.*

L X X X I I I.

LYRA *Poſtill. producens dicta verba vſque ad illa:* Et in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum: & in carne mea videbo Deum &c. *ait:* Illa .n. ſunt ſcribenda, quæ tanquam notabilia ſunt in futurum retinenda: & tanto diligentius debent ſcribi, quãto tenacius debent in memoria haberi; ideo ſubditur: Quis mihi det vt exarẽtur in libro: .i. diligenter ſcribantur in pergameno: & ſi hoc non ſufficit: ſtylo ferreo, & plũbi lamina .i. cum ſtylo ferreo ſcribantur in plũbo: & ſi lamina plumbi nõ ſufficit propter mollitiẽ, vel celte ſculpãtur in ſilice. Omnia iſta dicit Iob, ad deſignandum quod ea quæ dicturus erat, erãt notabilia, & poſt longum tempus futura: cuiuſmodi eſt reſurrectio mortuorum in fine mundi: *Et ad mores.* Per hoc oſtendit Iob, quod volebat dicere aliquid magnum, & firmiter retinendum, cuiuſmodi eſt reſurrectio generalis omnium. *Vbi prædicatores habent documentum, quod non obiter: ſed maxima efficacia hunc prædicent articulum, qui cum futurus ſit in longiquum facile excidit à memoria hominum;* Audiemus te de hoc iterum: *dicebant Athenienſes Apoſtolo Paulo, cum audiſſent eum nominare reſurrectionem mortuorum.*

L X X X I V.

S. *GREG. Pap. Moral. 19. cap. 16. ſuprapoſitam doctrinam ad ſolos auaros deducens: ait ſic.* Per plumbi lamina eos accipimus, quos auaritiæ põdus grauat, quibus per increpãtem propheticam dicitur: Filij hominum vſquequo graui corde? Pſ. 4. Per plumbum nanq; cuius natura grauis eſt ponderis, peccatum auaritię ſpecialiter deſignatur: quod mentem quam infecerit, ita grauem reddit, vt ad petenda ſublimia attolli nequaquã poſſit. *Vbi apparet auaris neceſſarium eſſe, ſtylo ferreo in cordibus eorum ſcribi illum articulum.* Et vitam futuri ſæculi.

L X X X V.

IDEM *ibi. aliter ſic.* Cuncta quæ Beatus Iob pertulit, quia forti patrum ſententia edoctus grauis ille Iudæorum populus agnouit: ſtylo ferreo, & plũbi lamina ſcripta ſunt. Quia vero hæc & dura gentiliũ corda cognouerunt, quid ea niſi in ſilice ſculpta videmus? Et notandum quia in plumbo ꝙ ſcribitur, ipſa metalli mollitie, citius deletur: in ſilice vero tardius quidem valent litteræ imprimi, ſe difficilius deleri. Non ergo immerito per plumbi laminam Iudæa exprimitur: quæ præcepta Dei, & ſine labore percepit, & cũ celeritate perdidit. Recte per ſilicem gentilitas figuratur, ꝙ verba ſacri eloquij, vix cuſtodienda ſuſcipere potuit, ſed tñ fortiter ſuſcepta ſeruauit.

Ex Pſalm.

L X X X V I.

INCOGNITVS *Expoſit. Pſ. 39. Ad illum verſũ.* In capite libri ſcriptum eſt de me: *hæc ait.* Seipſum Chriſtus librum appellat. In capite libri ſcriptum eſt de me .i. in me, qui ſum liber humani generis, in quo legere debent, qui ſum forma iuſtitiæ hominibus.

L X X X V I I.

HVGO *Card. Poſtil. ibi. coniungendo quod ſequitur:* Vt faciam voluntatem tuam Deus meus volui: legem tuam in medio cordis mei: *ſic.* Sunt autem quatuor neceſſaria homini, qui vult exire ad prædicationem .ſ. teſtimoniũ conſcientię, exemplum operis, & zelus animarum, & ſcientia. Teſtimonium conſcientiæ denotatur cũ dicit: In capite libri ſcriptũ eſt de me .i. in recta

C con-

Liber Geneſ.

conſcientia, quæ dicitur liber. Dan. 7. Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt. Boni operis exemplum notatur, cum dicit: vt faciam voluntatem tuam: zelus, cum dicit: volui. Scientia, cum dicit: Et legem tuã in medio cordis mei: vbi dicitur: quod eſt quædam concauitas, quæ recipit & continet vitalem ſpiritum, quo conſeruatur vita: ſi autem caro ibi creſcat, ſtatim homo moritur: ita etiam ſpiritualiter, carnalitas interficit hominem.

L X X X V I I I.

IDEM *Poſtil. in epiſt. ad Heb. vbi Apoſt. affert ſupradicta verba: ait.* In capite libri .i. apud Deum Patrem: qui eſt caput mei: dicit Chriſtus, qui ſum liber humani generis: in quo legere debent .i. qui ſum forma, & exemplum iuſtitiæ hominibus. Iſte eſt liber veritatis: quia nihil in eo ſuperfluum, nihil diminutum, nihil præpoſterũ. His .n. tribus modis dicitur liber falſus: vel quia diminutus eſt, vel quia ſuperfluus: vel præpoſtero ordine poſitus eſt. Sed in Chriſto nihil ſuperfluit: quia omnia in pondere, & menſura conſtituit: Sap. 11. Item nihil diminutum eſt: quia in ipſo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi. Coloſ. 2. Et Eccl. 18. Non eſt addere, diminuere. Item nihil prępoſterũ in eo eſt. Vnde Pſ. 118. Ordinatione tua perſeuerat dies. *S. Thomas Com. ib.* Iſte liber eſt Chriſtus ſecundum humanam naturam, in quo ſcripta ſunt omnia neceſſaria homini ad ſalutem. Eſai. 8. Sume tibi librum grandem.

L X X X I X.

INCOGN. *Expoſit. Pſal. 138. Ad illum verſ.* In libro tuo omnes ſcribentur: *ait.* Notandum ꝙ liber Dei dicitur Chriſtus. In libro .n. ſcribũtur, quæ agenda ſunt, & quæ euitanda, quid imitandum, & quid fugiendum. Sic Chriſtus dicitur liber, quia in ipſo habemus doctrinam omnium agendorum, & fugiendorum. Hic boni ſcribuntur, dum quæ agenda ſunt, in Chriſto contemplantur: & hic mali ſcribuntur, dum peccata fugienda, per Chriſtum oſtenduntur.

X C.

HVGO *Card. Poſtil. ibi. Ad eundem verſum in perſona Chriſti Domini, ait.* In libro tuo omnes ſcribentur .i. in me quem dediſti formam iuſtitiæ hominibus, & qui ſum liber vitæ. Omnes ſcribentur .i. inſtruentur, & nominabuntur: non modo pfecti: ſed & impfecti. Nõ ergo deſperẽt.

X C I.

S. PROSPER *Expoſit. ibi. ait iſta.* Igitur omnibus timidis, & de propria infirmitate trepidantibus, ſperandum eſt ſupernæ virtutis auxilium: vt inde non excidat charitas, vnde pſtatur facultas.

X C I I.

S. REMIG. *Enarrat. ibi. adiungens ſequentia verba*: Dies formabuntur: *in perſona Chriſti Domini dictum reſpectu Apoſtolorum, intelligens ait.* In conſideratione mea, qui ſum eis præpoſitus exemplar iuſtitiæ, vt eodem modo patiantur ſi neceſſe fuerit. Et in ipſa inſcriptione formabuntur, vt ſint dies .i. quædam forma, & pulchritudo eis imprimitur, vel imbuitur ad imitationem meam, vt ipſi ſint dies, & tunc plures informentur eorum exemplo.

X C I I I.

D. HAYMON: *Com. ibi. quem verſum legit vſq; ad vltima verba: nempe:* Et nemo in eis: *tenens eandem doctrinam S. Remigij: addit iſta.* Et nemo in eis: Nam nemo dicit, Ego ſum Paulinus, vel Petrinus, ſed Chriſtianus: *Vbi apparet, quod licet Chriſtus Dominus voluerit, vt ſicut ipſe fuit liber Apoſtolis, & exemplar, ipſi tales hominibus fuiſſẽt: noluit tñ vt nullus alijs q̃ ſibi ipſi adſcriberetur.*

X C I V.

INCOGN: *Expoſit. in Pſ. 68. Ad illum verſum:* Deleantur de libro viuentium: *ait.* Notandũ, quod aliquis dicitur ſcribi in libro vitę, ſiue prędeſtinationis diuinæ tripliciter .ſ. primo, ſecũdũ æternam Dei prædeſtinationem. Secundo, ſecũdum prẹſentem iuſtitiam. Tertio, ſecundum opinionem propriam. Primo modo ſcribuntur ab æterno, qui ſunt prædeſtinati, & electi à Deo, ſicut Petrus, & tales de dicto libro delentur ſecũdum præſentem iuſtitiã, quando mortaliter peccant; ſed non delentur ſecundum æternam præſcientiam, quia finaliter ſaluantur. Secundò modo ſcribuntur oẽs, qui ſunt in ſtatu gratiæ, quamuis æternaliter ſint reprobati. Et tales delentur, quia finaliter in peccato moriuntur. Tertio modo ſcribuntur illi, qui de ſua iuſtitia præſumẽtes, ſe in libro vitę ſcriptos putãt, licet nõ ſint. Et tales delentur, quando experimentaliter ſe vident damnatos. Hic ergo loquitur de delectione facta ſecundo modo, & tertio modo. Et eſt ſenſus. Deleãtur de libro viuentium .i. finaliter in peccato decedant, & cum iuſtis, qui ſunt in libro ſim

Liber Geneſ.

æternam Dei præſcientiam, non ſcribantur.

X C V.

D. *HAYMON.Com.ibi.ſic.*Liber vitæ eſt præſcie̅tia Dei,cui nihil aſcribi,vel deleri pôt. Omnes .n. in illo præſciti ſunt,vel ad morte̅,vel ad vitam:ſed ſecundũ iudicium humanum, quidam dicuntur aſcribi,quidam deleri: Iudicamus .n. quoſdam quos prius malos vidimus, ſi conuertantur & benè operentur, quod tunc in libro vitæ aſcribantur: ſi autem qui prius boni reputati ſunt, ad malum conuertantur, eos de libro vitæ deletos eſſe iudicamus: & ſecundum hoc dicit:Deleantur ipſi Iudæi de libro viuentium .ſ. lex eorum, qui prius iuſti reputati ſunt, inutilis, & damnoſa appareat. *Vbi apparet per nihil in hac vita Deum ſignificare aliquo modo in libro vitæ inſcriptionem,vel deletionem: quam per reputationis, vel conſeruatione̅,vel amiſſionem. Et etiam non ineptè dici poteſt illam Exod. Moyſis orationem de deletione de libro Domini, hanc Haymonis reſpicere expoſitionem.*

X C V I.

HVGO *Card. Poſtil. ibi. ſic.* Ideſt appareant deleti.Loquitur illo tropo, quo res dicitur fieri,quando innoteſcit, Quaſi dicat: Appareat quod non ſunt ſcripti. *Vbi etiam ex ſupradictis apparet quantum deſtendi ſunt,qui ex bona incidunt in malam reputationem: ſiquidem ex tunc in opinione hominum incipit fieri, quod ab æternò in diuina erat præſcitum præſcientia.*

Ex Lib. Salomonis.

X C V I I.

O*LIMPIODORVS Monachus Enarrat. in Eccleſ. Ad illa verba cap. vlt.* Verba ſapientũ ſicut ſtimuli &c. His amplius fili mi, ne requiras.Faciendi plures libros nullus eſt finis:frequenſq; meditatio,carnis afflictio eſt: *quæ verba ille legit ſic.*Fili caue tibi à faciendis multis libris, quoniam non eſt finis,& meditatio multa,carnis labor: *ait.*Multi libri, multiq; ſermones,qui non tendunt ad vnum,eundemq;propoſitum finem, conturbant animam legentis, atq; confundunt. Quotieſcunq; verò de vera religione ſermone̅ quis faciat, tametſi in longum ſpatium temporis illum protrahat (ſicut Apoſtolus fecit,qui in trinoctium de myſterijs Chriſti perdocuit) is neq; tunc multa dicit, neq; moleſtus eſt, & importunus, immo potius auditores ſatiare non poteſt. Talia etiam ſunt ſcripturæ volumina, quæ multa conſcripta verſibus, multa tñ nequaquam dicũtur, ſed lex Domini nuncupatur quandoquidem vnus in vtroq; teſtamento, vnus legis eſt lator, librisq; omnes ſanctæ ſcripturę in eundem finem, ſcopumq; feruntur: *Et poſt aliqua ſic.* Quæ ſunt itaq; volumina quæ nos dehortatur componere Eccleſiaſtes. Ne̅pe Gentilium volumina,& monumenta, qui .ſ. alterius euertunt,& impugnant ſententias,ſemperq;inter ſeſe grauiſſimũ bellum gerunt &c. Multa itaq; meditatio, quã huiuſmodi conficiendis libris adhibetur, ſolum affert laborem carnis affligit corpus ſine vlla vtilitate,ac fructu. Meditatio vero quam intendimus circa diuinos libros, in qua nos verſari die,noctuq; S. Dauid hortatur,cum dicit Pſ. 1. Et in lege eius meditabitur die, ac nocte; non labor eſt carnis; ſed exultatio ſpiritus. *Vbi moderni ſcripteres aduertant quanto magis ſui libri aſſimilantur Gentiliũ voluminibus, (ſunt .n. nihil aliud quam inuectiuę adinuicem) quam Sanctorum Patrum ſcriptis: in quibus nullum verbum niſi contra hæreticos,aut inimicos fidei inuenitur.*

X C V I I I.

HVGO *Card. Poſtil. ibi. Ad eadem verba poſtquam cum Salomone reprobat multitudinem librorum: ait ſic.* Propter quod dicitur Eſai. 10. Conſummationem,& abbreuiatione̅ faciet Dñs Deus exercituum in medio terræ. Item 30. Dabit tibi Dñs panem artum, & aquam breuem .i. compe̅dioſam,& abreuiatam doctrinam. *Vbi deplorandum eſt hanc beatitudinem, & gratiam qua potita eſt ſancta Eccleſia per tot ſæcula ablatam eſſe ei nunc à modernis per immoderatam ſcribendi libros cupiditatem.*

X C I X.

S. *HIERON. Com. ibi. ſic.* Docet breuitati ſtudendum, & ſenſum magis ſectandum eſſe quã verba aduerſus Philoſophos, & ſæculi huius Doctores, qui ſuorum dogmatum falſitates conantur aſſerre varietate, & multitudine ſermonum. E contra ſcriptura diuina, breui circulo coarctata eſt,& quanto dilatatur in ſenſibus, tantum in ſermone conſtringitur.Quia conſummatum breuitatumq; ſermonem facit Deus ſuper terram: & verbum eius iuxta eſt in ore noſtro,&

Liber Geneſ.

in corde noſtro. *Et poſt aliqua ſic concludit.* Bonum .n. omne, & veritas certo fine concluditur: malitia vero, atq; mendacium, ſine fine ſunt. Et quãto plus requiruntur, tanto maior eorum ſeries naſcitur. *Vbi apparet imponendum eſſe aliquem modum modernis ſcriptoribus, ne videatur nos non poſſe inuenire terminum noſtræ catholicæ doctrinæ, maxime cum videamus ex illorum tã prolixis ſcriptis quotidie nouas exoriri ſeries dubitationũ & quæſtionum, ſat ne ſcripturæ modulo accommodentur catholici ſcriptores; quod clare videre eſt in Sanctorũ Patrũ ſcriptis, & præcipue in ſcriptis Angelici Doct.*

C.

LYRA *Poſtil. ibi. Ad eadem verba ait ſic.* His amplius fili mi ne requiras .i. ſacræ Script. libris, vt exponit Rab. Sa. Per hoc tñ non excluduntur libri alij ad intellectum ſacræ Script. neceſſarij: ſed illi qui non ſunt ad ſalutem neceſſarij, de qbus ſubditur: Faciẽdi plures libros &c. quia ſẽper emergũt nouę difficultates in talibus.

C I.

DION. *Chart. Enarrat. ibi ait ſic.* Quia ex vna conſideratione oritur alia, & iugiter nouę conſiderationes: Et qui ceſſare propoſuit, atque quieſcere vno quocunq; libro expleto, antequã illum compleuerit, ex conſiderationibus ſibi occurrentibus, incitatur ad alios componendos.

C I I.

NIC. *de Lyra Poſtil. in Eccl. cap. 24.* Hæc omnia liber vitæ: *ait ſic.* Suple: continet expreſsè. Et dicitur hic ſacra Script. liber vitæ; eo quod eſt inſtrumentum, veniendi ad vitam verã, vel beatam. *Hugo Card. Poſtil. ibi. ſic.* Liber vitæ: .i. quæ docet bene viuere. Vnde Geneſ. 16. Puteus viuentis, & videntis. *Vbi apparet res magis denominari, ab effectu, quam à propria ſubſtantia.*

C I I I.

DION. *Chart. ibi Ad eadem verba, quæ Eccleſ. dicit, concludens omnes diuinæ ſapientiæ excellentias, quas etiã Eccleſia Beatiſſimæ Virgini Mariæ accommodat, ait.* Ideſt iſta iam dicta de ſapientia, & eius emanatione, & gratioſis effectibus eius, ſalubres, & vitalis ſcientia, & in ſacra continentur Scriptura. *Et Lyra vbi ſup. ſic.* Hic ponitur confirmatio prædictorum per ſacram Scripturã cum dicitur: Hæc omnia liber vitæ. Supple: cõtinet expreſſe. *Vbi Prædicatores habent documentum ne de Deo, ac Beatiſſima Virgine quicquam prædicent, quod non valeant expreſſe ex ſacra Scriptura comprobare.*

Ex Prophetis.

C I V.

GLOS. *in Hierem. c. 3. Ad illud:* Tolle volumẽ libri, & ſcribes in eo omnia verba, quę locutus ſum tibi: *ait.* Per hoc notatur, quod Hieremias non ſolum prophetauit verbo: ſed etiam ſcripto, propter futuros abſentes: ſignatur quod homo litteratus in ſcripturis diuinis, non ſolum debet docere verbo, prædicando, vel legendo; ſed etiam ſcripto, vt ſic non ſolum præſentibus proficiat, ſed etiam abſentibus, & futuris.

C V.

HVGO *Card. Poſtil. ibi. ſic.* Tolle volumen libri .i. pergamenum vacuum. Et ſcribes in eo omnia verba &c. Sunt verba Domini, vt in memoria ſint fixa. Vel ad litteram, ſcribenda in libris ſunt, qui poſſint legi à multis. Abacuc. 11. Scribe virum, & explana ſuper tabulas, vt percurrat, qui legerit eum. In quo reprehenduntur, qui ſcribere nolunt ad aliorũ vtilitatem: vel qui ſcribunt obſcure, vel imperfecte, quaſi ſibi ſolis. Eccl. 24. Videte quoniam non ſolum mihi laboraui: ſed omnibus exquirentibus veritatem.

C V I.

IDEM *ibi ad verba quæ ſequuntur: nempe:* Et ſcripſit Baruch ex ore Hieremiæ: *conueniens ſuperiori doctrinæ: ait ſic.* In hoc inſtruimur, quod diligẽtes debemus eſſe in verbo Domini audiẽdo, & etiam in ſcribendo: vt paratius habeamus illud cum fuerit neceſſe. Eccleſ. vlt. Compoſuit Salomõ parabolas multas: quæſiuit verba vtilia, & conſcripſit ſermones rectiſſimos, & veritate plenos. Triplici autem ratione ſunt ſcribenda verba Domini. Primo vt in labore honeſto occupetur homo, & mereatur vitam æternam, & ẽt maiorem ſapientiam acquirat. Eccl. 38. Sapientiam ſcribæ in tempore vacuitatis: & qui minoratur actu ſapientiam percipiet: quia ſapientia replebitur. Secundo, vt fragilitas humanæ memoriæ, ſcriptura ipſa muniatur. Apoc. 1. Scribe quæ audiſti, & quę ſunt, & quę oportẽt fieri poſt hæc. Vnde Sup. 32. præcepit Hieremias libros ſcriptos de emptione reſeruari, ne pactio de memoria laberetur. Tertio, vt diuina ſcientia magis

RV-

Liber Geneſ.

elucidetur, & multiplicetur. Dan. 12. Claude ſermones,& ſigna librum ad tēpus ſtatutū: plurimi pertranſibunt; & multiplex erit ſcientia.

C V I I.

R*VPERT. AB. Com. in Naum. Ad prima verba, ſeu titulum ſuæ prophetiæ, nempe.* Onus Niniuæ viſionis Naum Helcheſæi. *poſtquam notauit totam prophetiam continere deſtructionem Niniuæ, quæ tunc, vt caput, & metropolis Regni Babyloniorum opprimebat Iſraelitas: attendit ad hoc, quod duplici condecoretur titulo hæc prophetia: nimirum, Onus, & Liber, cuius rei aſſignans rationem, ait,* Quia prophecto alij ſunt quibus prophetia hæc onus eſt damnationis,& alijs quibus liber eſt cōſolatoriæ viſionis. *Vbi apparet non eſſe nouum, nec iniuſtum, quod in tyrannorum ruina, & ipſorum ſupplicijs, vnde illi onerantur: qui conſq; ab illis oppreſſi fuerant ſuas funeſtas hiſtorias, quaſi conſolatorias viſiones legant læti, & per recreationem. Non diſplicet etiam quam memini audiſſe à quodam moderno, expoſitio, nempe, quia ſupplicia, quæ alijs ſunt pondus correctionis, alijs debent eſſe libri cautelæ; ſtudētes ibi ne ſimilia perpetrentur, pro quibus talia etiam patiātur. Sed etiam notentur, ne pereant, verba quæ immediate proſequitur.* Non ab re, quod in negotio, vel officio tā grādi Helcheſæū ſe dicit à uiculo Helchelæ admodum paruo, ſuam nimirum paruitatem humiliter agnoſcēs, vt in magna gratia perſeueraret mentis humilitas: quia Dominus noſter, qui in altis habitat, ipſe humilia reſpicit in cælo, & in terra. *Vbi etiam ſcriptores Eccleſiaſtici habent documentum ne maiora, & aliquando non vera titula ſibi imponant in ſuis libris.*

C V I I I.

H*VGO Card. Poſtil. in Eſai. Ad illud cap. 34.* Requirite diligenter in libro Domini. *Intelligens per librum Domini diuinam Scripturā, ait.* In libro Domini: non Galieni: non Iuſtiniani. *Et poſt aliqua, ſic.* Iſti debent eſſe ſermones Prælati, Prædicatoris, & Doctoris: quos .ſ. Deus mādat: non otioſa: non turpia: non iniqua. *Vbi Prælati, & Prædicatores aduertant, quod ita referti debent eſſe ſacræ Scripturæ lectione; quod in omni conuerſatione eam eructent: & quod à libris ſæcularibus abhorreant, & prophanis.*

C I X.

I*DEM Poſtil. in Hierem. Ad illud cap.* Sume libros iſtos: librum emptionis hunc ſignatū: & librum hunc, qui apertus eſt: & pone eos in vaſe fictili; *myſtice ait ſic.* Liber ſignatus eſt vetus teſtamentum: Liber apertus nouum: Vterq; liber poſitus eſt in vaſe fictili .i. in vilitate litteræ: & ideo à quibuſdam contemnitur: quia littera exterior humilis videtur: ſed intus latet theſaurus.

C. X.

S*. HIERON. Com. in Daniel. Ad illa verba c. 1.* Pueris autem his dedit Deus ſcientiam,& diſciplinam in omni libro, & ſapientia: *ait.* Nota, quod Deus dederit ſanctis pueris ſcientiam, & diſciplinam ſæcularium litterarum in omni libro, & ſapientia. Pro quo Symmachus interpetratus eſt, artem grammaticam: vt cuncta intelligerent, & ſpiritu Dei de Chaldæorum ſcientia iudicarent: *Vbi apparet nemini licere de dogmatibus alienigenarum iudicare, niſi illa bene intelligat, & in illis, illorumq; terminis diligenter ſit inſtructus, vt ſciat exitus, & introitus: aliàs (vt dicunt) intra portas inimicorum, vt fatuus capietur.*

C. X I.

H*VGO Card. Poſtil. ibi. ſic.* In omni libro: quia omnes libros ſciebant legere: Et ſapientiā: quia quę legebant intelligebant. *Vbi apparet non ſufficere ſcire legere, & in varijs lectionibus eſſe verſatum quemque niſi addatur ſapientia ad intelligendum, quæ legit.*

C X I I.

L*YRA Poſtil. ibi. ſic.* Pueris autem: quia mundis & honeſtis,& abſtinentibus à cibis carnalibus,& delicatis dat Deus ſacrę ſcripturæ notitiam Eſa. 28. Quem docebit ſcientiam: & quem intelligere faciet auditum? Et reſpondetur ibidem: Ablactatos à lactę, auulſos ab vberibus. *Et Hugo Card. ibid.* Merito abſtinentiæ eis vt multa ſcirent.

C X I I I.

I*NTERL. Adiungens ſupradictis verbis, quæ de omnibus tribus pueris in generali prolata ſcribuntur; illa quæ ſequuntur:* Danieli autem intelligentiam omnium viſionum: *ait ſic.* Extra alios: quia quod alij in phantaſmate: hic mentis oculis aſpiciebat. *Vbi qui ex eo volunt conuincere ſe, vel aliquos modernos ſcire poſſe, & de facto ſciuiſſe affirmant tantum quantum Angelicus Doctor ſciuit, quia eoſdem libros legunt quos ille: aduertant inſuper conſeſſum fuiſſe eidem Angelico Doctori plus*

cogno-

Liber Geneſ.

cognouiſſe per reuelationem, quam per lectionem: & quod in maximis dubijs non ad libros, ſed ad orationem recurrebat. Quamuis omnibus detur legere libros, paucis conceditur intelligentia omniũ viſionũ.

C X I V.

HVGO Card. *Poſtil ibi. Ad eadem verba ait ſic.* In omni libro: diſcendo: *Et iterum ſic.* Dedit eis vt multa ſcirent proprio ingenio: & multa addiſcerent à magiſtro. *Vbi ſtudentes habent documentum, ne expectent per ſe aliquid ſcire ſi naturale eis deſit ingenium: & quod nemini Deus librum mittit in manum, vt ſubito doceat: ſed vt prius diſcat.*

C X V.

GLoſa *ad verba, quæ ſuprapoſita coniuncta ſunt ſententiæ, nempe.* Danieli autem intelligentiam omnium viſionũ, & ſomniorum: *facit hanc diſtinctionem:* Intelligentiam omnium viſionum, .i. occultorum quantum ad ea, quæ in vigilia videntur: ſicut Balthaſar vidit manum ſcribentem quod Daniel intellexit &c. Et ſomniorum: quãtum ad ea, quæ vidẽtur in ſomno, ſicut patet infra: quod intellexit ſomnium Nabuchodonoſor. *Vbi qui ſe lynces eſſe iactãat: aduertant non ſemper intellectum ſequi oculorum viſionem, & quod non minus requiritur ſcientia deſuper ad intelligendum ea, quæ clara luce, & apertis oculis videntur, quam quæ in ſomnis, & nocte apparent.*

C X V I.

HVGO Card. *Poſtil. in Baruch. Ad illa verba, quæ Iudæi ex captiuitate remanentibus Hieroſolymis ſcripſerunt, mittentes eis librum legis.* Et legite librum iſtum quem miſimus ad vos recitari in templo Domini in die ſolemni: & in die opportuno: *ait ſic.* Eccl. 20. Ex ore fatui reprobabitur parabola: non .n. dicit illam tempore ſuo. Prouerb. 15. Et ſermo oportunus optimus eſt. Eccl. 22. Muſica in luctu importuna narratio.

C X V I I.

NICOLAVS *de Lyra. Poſtil. ibi. Ad eadem verba ait ſic.* Licet .n. templum eſſet cõbuſtum: remanſerat tñ platea atrij in qua cõueniebãt Iudæi adorandum, & audiendum verbũ Dei. *Vbi apparet excellentia rerum diuinarum, quod ſola veſtigia, & ruinæ computantur pro toto.*

C X V I I I.

RVPERT. *Abb. Com. in Malach. ad illa verba cap. 3.* Tunc locuti ſunt timentes Deũ vnuſquiſq; cum proximo ſuo, & attendit Dominus, & audiuit, & ſcriptus eſt liber monumenti coram eo: *ait ſic.* Et Dominus audiuit, & attendit, quomodo, & quid locuti ſunt, & ſcriptus eſt liber &c. vt videlicet cuncta in iudicio recitentur, & ex verbis ſuis iuſtificentur: ſicut è contra, qui male locuti ſunt, ex verbis ſuis condemnabuntur. *Vbi apparet laudabilem eſſe conſuetudinem aliquarum communitatum in quibus conſilia, ſeu cõuentiones Patrum ſcribuntur, vt ſciatur quomodo, & quid vnuſquiſq; circa aliquam materiam dixerit, vel conſulerit.*

C X I X.

S. HIER. *Com. in Daniel. Ad illa verba cap. 7.* Iudicium ſedit: & libri aperti ſunt: *ait ſic.* Conſcientiæ, & opera ſingulorum in vtranque partem, vel bona, vel mala omnibus reuelantur. Bonus liber ille eſt, quem ſæpe legimus, liber viuentium. Malus liber, qui in accuſatoris tenetur manu, q eſt inimicus, & vindex, de quo in Apoc. legimus cap. 12. Accuſator fratrum noſtrorum. Liber iſte terrenus eſt, de quo & Propheta dicit. In terra ſcribantur.

C X X.

INTERL. *ibi. ſupradictis verbis ſic correſpondet.* Iudicium ſedit: Ordo iudicantium: Et libri aperti ſunt: Ordo iudicij. *Vbi apparet non ſufficere bonitatem iudicantium, niſi adſit, & obſeruetur, ſciaturq; ordo iudicij. Iudices quantumlibet ſancti, & bene ordinati, ſi libros apertos ſemper coram ſe non habeant, vel litterarum iuris indocti ſint, ſemper ſuſpectam faciunt ſententiam.*

C X X I.

S. HIER. *Com. in Dan. Ad illa verba cap. 9.* Ego Daniel intellexi in libris numerum annorũ, de quo factus eſt ſermo Domini ad Hieremiam Prophetam; vt complerentur deſolationis Hieruſalem ſeptuaginta anni. Et poſui faciem meam ad Dominum Deum rogare, & deprecari in ieiunijs, ſacco, & cinere: *ait ſic.* Prædixerat Hieremias ſeptuaginta annos deſolationis tẽpli: poſt quos rurſus veniret populus in Iudæam, & ædificaretur templum, & Hieruſalem: quę res Danielem non facit negligentem, ſed magis prouocat ad rogandum: vt quid Deus per ſuam promiſit clementiam, per huius impleat preces: ne negligentia ſuperbiam, & ſuperbia pariat offenſam. Deniq; in Geneſ. legimus cap. 6. centum viginti

Liber Geneſ.

ti annos pœnitentiæ conſtitutos ante diluuium: qui (quia tanto tempore, hoc eſt centum annis noluerunt agere pœnitentiam) nequaquam expectat, vt & viginti alij compleantur, ſed infert ante, quod poſtea fuerat comminatus. Vnde & ad Hieremiam dicitur cap. 7. ob duritiam cordis populi Iudæorum: Ne ores pro populo hoc: quia non exaudiam te. Et ad Samuelem 1. Reg. 16. Vſquequo luges ſuper Saul, & ego abieci eum? In cinere igitur, & ſacco poſtulat impleri, quod promiſerat Deus: non quod eſſet incredulus futurorum, ſed ne ſecuritas negligentiam, & negligentia pareret offenſam. *Vbi apparet, quantum diuinis promiſſis praponderet, vt impleantur, noſtra diligentia: & etiam quod ſenes impij debent ſemper mortem repentinam, & antetemporaneam metuere: eſt .n. Dei hoc iudicium; Qui per tot annos ſe emendare neglexit à promiſſo vitæ termino aſſignatoque praſcindatur.*

C X X I I.

HVGO Card. *Poſtil. ibi. Ad ſupradicta verba aliam aſſignat rationem, quare legens Daniel in Hieremia libris promiſſionem libertatis populi ſe conuertit ad orationem; & ait ſic.* Et poſui faciem meam ad Dominum meum, &c. Non ingratus promiſſioni. *Lyra apertius ſic.* Dicendum, quod Daniel orabat ꝑ diuinæ promiſſionis impletione, non quia dubitaret de Dei fidelitate: ſed vt oſtenderet ſe gratum Deo de promiſſione prius facta. *Vbi qui adepto beneficio non ſtatim recurrunt ad gratiarum actiones: accipiāt documentum à Daniele, qui ſola lecta in libris promiſſione talia orauit, & fecit, ne ingratus iudicaretur.*

C X X I I I.

LYRA *Poſtil. ibi. Ad hac verba ait.* Et nota, quod iſte cui reuelabantur diuina ſecreta nihilominus tamē ſcripturam Hieremiæ, & aliorum Prophetarum legebat, contra illos, qui confidentes de proprio ingenio dedignantur videre dicta aliorum.

C X X I V.

IDEM *Poſtil. ibi. ſupradicto dubio aliter reſpondet, dicens.* Daniel ſciebat promiſſiones diuinas impleri per orationes bonorum: quia ſicut Deus ordinat aliquid futurum, ita etiam & modum eueniendi: quia vtrunq; cadit ſub diuina ordinatione .ſ. res, & ſuus modus: & ideo orabat impleri promiſſionem à Deo factam. Item promiſſiones diuinæ in ſacra Script. ſemper intelligendæ ſunt ſub conditione .ſ. niſi ponatur impedimentū ex parte illius cui promiſſio fit Deū offendendo. Vnde dicitur Hiere. 18. Subito loquar de gente, & de regno, vt ædificem, & plantem illud: ſi fecerit malum in oculis meis, vt nō audiat vocem meam: pœnitentiam agam ſuper bono quod locutus ſum vt facerem ei. Timebat autem Daniel ne filij Iſrael per peccata ſua poſuiſſent impedimentum diuinæ promiſſioni, & ideo orabat Dominum ad tollendum illud impedimentum, ſi eſſet.

C X X V.

HVGO *Card. Poſtil. in Ezech. moraliȥando illud cap. 2.* Aperi os tuum, & comede quæcunq; ego do tibi. Et vidi ecce manus miſſa ad me in qua erat inuolutus liber: *ait ſic.* Liber inuolutus es ſacra Script. myſterijs multis, & difficultatibus inuoluta. *Et ante; ſic.* Nota, quod homo debet aperire os cordis .i. intellectum, qui eſt ianua animæ: vnde debet recipere cibum verbi diuini in ore per intellectum, & cognitionem: & ibi debet eum maſticare per memoriam auditorum, & diſcuſſionem: & poſt modum in ſtomachum tranſmittere .i. in affectū: & ibi decoquere per dilectionem, & poſtea per omnia membra diuidere per operationem. Taliter repletus homo, & nutritus in ſe primo: poteſt alijs eructare per prædicationem. Secundū quod dicit Pſ. 62. Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea. Et poſt dicitur. Et labijs exultationis laudabit os meum. Item Hierem. 31. Inebriabo animas Sacerdotum pinguedine. Et poſt. Populus meus ſaturabitur bonis. Quod eſt contra illos, qui granum verbi diuini recipiunt inde ſicut columba: comedunt quidem tranſglutiendo, ſed non maſticant, nec ſibi incorporant: ſicut colūba, quæ tantum cibū ponit in veſica ad nutriendum pullos, & ſibi non incorporat. Sed in Leuit. 5. Præcipitur amoueri veſica ab aue, quę Deo eſt ſacrificanda. *Vbi apparet Deo diſplicere Doctores, & Prædicatores, qui alios, & non primū ſe inſtruūt doctrina ſacra Script. quam adiſcunt.*

Ex Epiſtol. Apoſt.

C X X V I.

PAVLVS *Burgenſis Addit. 2. ad glo. in 2. Tim. 4 Ad illa verba.* Penulam quam reliqui troade

de

debere procurare ne poſt eorum mortem perdantur: ſed omnibus ædificandis conſeruentur.

CXXXIII.

S. AMBROS. Com. ibi. Ad eadem verba, ſic ait. Apoſtolus Iudæus fuit, nec quicquam habuit alienum. Vnde ergo illi penula? Sed quia erat à Tharſo, quos cõſtat in ſocietatem Romanorum receptos, vt de cætero appellarentur ciues Romani, idcirco neceſſe eſt eos, & curiam habere, in quã more Romanorum penulati conueniant. *Vbi apparet ſanctos conſeruare inſignia honoris ſuæ gentis, non ob vanitatem: ſed ob neceſſitatem. Addatur quod S. Athanaſius Com. ibi. ait ſic.* Vbiq; .n. plurimum cauit ne aliorum ope indigeret, aut cuiquam oneri eſſet.

CXXXIV.

IDEM *ibi. cuidam dubio ex ſupradictis verbis inſurgenti ſic. illud etiã tangens, reſpondet.* Poteſt ergo fieri, vt ſi non ſuam. quia ſe totum legi dederat, patris ſui haberet penulam. *Vbi apparet quod ſtudentes, & litterati non penulas proprias habebant ſecularium dignitatum, bene tamen cum oportebat, poſſe paternis vti.*

CXXXV.

S. ATHAN. *Com. ibi coniungens illa Verba.* Maxime & membranas: *ait.* Penulam .i. veſtem. Hanc .n. depoſcit, ne ab alijs exigere indumenta cogatur: Vbiq; .n. plurimum cauit, ne aliorum ope indigeret, aut cuiquam oneri eſſet. Nonnulli verò arculam hanc eſſe dicunt, quà libri conderentur. Verum quid libris indiguit, qui propediem eſſet ad Deum demigraturus? vt illos nimirum fidelibus poſt ſuam mortẽ relinqueret, quos ſui loco haberẽt. Maxime aũt membranas. Hæ forſitan vtiliora quędam in ſe cõtinebant *Vbi apparet, quod in peculiaribus ſcriptis doctorum ſemper meliora continentur, quam in libris quos omnibus videndos edunt in lucem.*

CXXXVI.

HVGO *Card. Poſtil. ibi. Ad vltima ſupra poſita verba .ſ.* Maximè autem membranas: *quæ verba Angelicus Doctor loco citato ſic exponit.* Membrana ſunt cartæ non ſcriptæ, vel cedulæ vbi ſcripſerat epiſtolas, vel prædicationes ſuas: *ait ſic.* Membranas: vt ibi ſcribam prædicationes meas. Et nota, quòd qui ſpiritum ſanctũ, & Chriſtum gloriatur in ſe loqui. 2. Cor. 13. Hic membranas pro memoria faciebat. *Vbi non parum redarguendi ſunt prædicatores, maxime iuuenes, qui audent prædicare ſine præhabita de prædicandis in ſcriptis memoria quã ruminetur, & limetur, quod prædicandum eſt.*

CXXXVII.

S. THOM. *Com. in Epiſt. ad Philip. cap. 4. Ad illa verba.* Et cæteris adiutoribus meis quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ: *Occaſionem præbet vnde elici poſſit, quadam ratio quare diuina ſcriptura liber dicatur, & Deus ſua teſtimonia in libro ſcribi iuſſerit; nempe vt infalibilitas, firmitaſq; eorum declaretur. Nam ſic ait.* Liber vitæ ſecundum Gloſam eſt prædeſtinatio Sanctorũ. Et hoc eſt verum ſecundum rem: ſed differt ratione. Sciendum eſt autem, quod olim erat cõſuetudo, quod qui ordinabantur ad aliquod officium, vel dignitatem ſcribebantur in matricula: ſicut milites, & ſenatores, qui palatio conſcripti erant. Omnes autem Sancti prædeſtinati eliguntur à Deo ad magnum .ſ. vitam æternam. Et hæc ordinatio eſt prædeſtinatio. Conſcriptio huius ordinationis dicitur liber vitæ: & hæc conſcriptio eſt in memoria diuina, quia in quantum ordinat prædeſtinat. In quantum vero immobiliter ſcit dicitur eſſe præſcriptio. Firma ergo notitia de prædeſtinatis dicitur liber vitæ. *Vbi non contemnendum habetur documentum ne in Eccleſia libri ſinantur typis mandare niſi de certa, immobiliq; doctrina. ita vt libri Eccleſiaſtica doctrinæ eſſent velut infallibilia oracula.*

CXXXVIII.

LYRA *Poſtil. ibi. Ad eadem verba tenens idem his verbis ait.* Dicitur liber eo quod in mẽte diuina numerus electorũ eſt firmiter deſcriptus, vel diſpoſitus. *Et ad illam quæſtionem .ſ. vnde ſciebat Apoſtolus omnes illos ſcriptos in libro vitæ; reſpondet ſic:* Quod autẽ illi ibi eſſent deſcripti, forſitan Apoſtolus habuit per diuinam reuelationem: alio modo dicitur aliquis deſcriptus in libro vitæ ſecundum præſentem iuſtitiam. *Et poſt pauca ſic.* Apoſtolus autem per bona opera iſtorum, quæ videbãtur æſtimare debebat, quod eſſent in gratia: *Vbi apparet non eſſe temerarium affirmare aliquem eſſe prædeſtinatum quem bene viuere cognoſcimus.*

CXXXIX.

S. HIER. *Com. ibi.* Tenet idem. *Et aſſiguans rationem quare Apoſtolus illos in communi dixit*

Digitized by Google

Liber Geneſ.

eſſe ſcriptos in libro vitæ: ait ſic. Ne moleſte ferrẽt ſua nomina in hac epiſtola non comprehenſa, ſcripta eſſe dicit in cœlis. *Legatur textus præcedens: quia ante nominat Apoſtolus aliquos: vnde apparet Chriſtianis non debere eſſe moleſtum non ſcribi nomina eorum in terra: dummodo laborent inſcribantur in cælis. Addatur, quod ibidem ait Caietanus ſic.* Quoniam ſolum Clementem nominauerat, ne ægre ferant cæteri cooperarij, quod non fuerint nominati, ſubiungit eorum nomina in meliori libro, iſta epiſtola, eſſe ſcripta; nempe in libro vitæ.

C X L.

HVGO *Card. Poſtil. ibi. tenens idem: addit ſic.* Eſai. 4. Sanctus vocabitur omnis, qui ſcriptus eſt in vita in Hieruſalem. Sed multi videntur eſſe ſcripti modo in illo libro: qui quando aperietur liber non inuenient ſe ibi: nec geanologiam ſuam, ideſt prolem bonorum operum: ſicut dicitur .i. Eſdr. 2. de quibuſdam. Hi quæſierunt geanologiæ ſuę ſcripturã: & non inuenerũt & reiecti ſunt de ſacerdotio. In cælis nõ inuenitur peccatoris ſcriptura: q a ſcriptus eſt in terra. Hiere. 17. Recedentes a te in terra ſcribentur.

C X L I.

S. THOM. *Com. in Epiſt. ad Gal. Ad illud c.* 3. Scriptum eſt .n. Maledictus omnis, qui nõ permanſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro legis, vt faciat ea: *quandam aduertentiam facit neceſſariam ijs, qui hunc librum legendum aperuerint: ait .n. ſic.* Vt faciat ea: Non ſolum vt credat, ſeu velit tantum: ſed vt opere compleat. Pſ. Intellectus bonus omnibus facientibus ea.

C X L I I.

S. AMBR. *Com. in Epiſt. ad Hebr. Ad illa verba cap.* 9. Accipiens ſanguinem vitulorũ, & hyrcorum cum aqua, & lana coccinea, & hyſſopo, ipſum quoq; librum, & omnem populum aſperſit dicens: Hic eſt ſanguis teſtamenti, quod mãdauit ad vos Deus. Etiam tabernaculum, & vaſa miniſterij ſanguine ſimiliter aſperſit: *Vbi Apoſtolus intendit probare hæc feciſſe Moyſem in typum Chriſti Domini, qui idem fecit in die ſuæ paſſionis proprio ſanguine: ait ſic.* Quis eſt liber, qui aſperſus eſt ſanguine myſtico, & quæ sũt vaſa vnctionis, & quod tabernaculum, niſi populus? Ipſi .n. ſunt liber, vaſa, & tabernaculum. *Vbi apparet in Eccleſia nullos libros, quam ipſos fideles, nulla vaſa, nulla templa erga diuinã æſtimationẽ proprius eſſe.*

Ex Apocalypſi.

C X L I I I.

ANDREAS *Cæſar. Epiſcop. Cappadoc. Comm. in Apoc. ſerm. 2. cap. 29. Ad illa verba cap.* 10. Et accepi librum de manu Angeli, & deuoraui illum, & erat in ore meo tanquam mel; & cum deuoraſſem eum amaricatus eſt venter meus: *ait ſic.* Dulcis apparebat liber in exordio, propter lęta, quę tractabat; moleſtus autem, & laborioſus ad finem, propter plagas quas interminabatur. Quemadmodum peccatum quoq; dulce guſtui, amarum ſortitur exitum; nec coctu quoq; facile eſt. Cum autem Sancti ſint miſericordes, miſeriſq; compati ſoleant, ſicuti cum gaudentibus gaudent, ira cum plorantibus, & flentibus flent quoq; & plorant. *Vbi Prædicatores habent documentum, vt affectu correſpondeant materiæ ſacræ Script. quam populo exponunt, cum de lætis, lætos ſe exhibeant; cum de minis, & moleſtis: amaros etiã ſe oſtendant.*

C X L I V.

ABB. IOACH. *Expoſit. in Apoc. par. 3. cap. 29. tex. 4. Ad eadem verba; ait ſic.* Os autem & venter plerunq; contraria ſibi ſentiunt: adeò vt nonnunquam: quod os delectat in edendo: venter cum dolore, & tortione retineat. Eſſe autem verba Dñi dulcia diligentibus ea Pſ. 118. indicat cũ dicit: Quã dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo. Quod ſi in ore dulcia ſunt: cur ſunt eorum aliqua tam amara in ventre? Neq; .n. de omnibus verbis eius dici poteſt: quod in ore dulcia ſint: & in ventre amara: ſed de quibuſdam (hoc eſt) de illis verbis, quæ pertinent ad laborem: & ad amaritudinem paſſionis. Hæc .n. amara ſunt in ventre: & ſi in ore ſuauia: quia etſi in notitia veritatis: delectatio eſt: in experimento tamẽ laboris, gemitus, & afflictio ſpiritus. Quo circa, & ſi delectat, quod occurrit prius propter apertionem libri: amarum eſt tamen valde quod ſequitur propter paſſionẽ Eccleſiæ. *Vbi apparet de ſuauitate patiendi minime poſſe teſtificari, qui ſolum ex lectione hoc ſpeculatiuè ſciunt; nã cum venitur ad praxim, aliter ſentitur ab illo, quod legendo guſtabatur.*

C X L V.

S. AVG. *Homil. 8. in Apocal. Ad eadem verba, ait ſic.* In ore intelliguntur boni, & ſpirituales Chriſtiani, in ventre carnales, & luxurioſi. Inde eſt,

Liber Geneſ.

eſt,quod cum verbum Dei prædicatur,tunc ſpiritualibus dulce eſt:carnalibus vero quorum ſecundum Apoſtolum Deus venter eſt,amarum videtur, & aſperum.

CXLVI.

HVGO *Card. Poſtill. in Apocal. Ad illud cap.* 5. Librum ſcriptũ intus,& foris, *ſic ait.* Scriptum intus,ne ſecreta ſapientiæ immundis,& canibus aperiantur. Et foris, vt mundis cordibus veritas manifeſtetur.

CXLVII.

S. PATERIVS *lib. 2. ſuper Apoc. Ad eadem verba, ait ſic.* Intus quoniam inuiſibilia promittit, foris quia viſibilia præceptorum ſuorum rectitudiue diſponit. *Vbi apparet in Eccleſia præmia eſſe occulta, & labores, ſeu præcepta viſibilia.*

CXLVIII.

HVGO *Card. Poſtill. in Apoc. Ad illa verba c.6.* Et cælum receſſit ſicut liber inuolutus, *continens ſup. tradita doctrina; ſic ait.* Ideſt multi clericorũ à fide,& moribus Eccleſiæ recedent, ita quod nullum bonæ conuerſationis exemplum poterit legi in eis: ſicut in libro inuoluto, & ſignato non poteſt legi. Vel cælum receſſit &c. .i. vera ſcripturæ intelligentia, quę continet,& cęlat cæleſtia myſteria, merito peccatorum cadet à memoria hominum.

CXLIX.

RVPERT. *Abb. Comm. in Apocal. Ad illa verba cap. 10.* Vade accipe libellum apertum de manu Angeli: *ait ſic.* Verumtamen quoniam poſt modum cap. 11. ſic dicitur: Et datus eſt mihi calamus ſimilis virgæ, dicens: Surge, & metire templum Dei; ſic diſtinguere licet, ut ꝙ dictũ eſt huic: Vade accipe libellum apertum de manu An- eli, commune ſit ei cum cęteris Apoſtolis, uidelicet ſcripturas ſenſu aperto intelligere, & euangelicæ officium ſubijſſe prædicationis. Quod autem poſtmodum dicit; Et datus eſt mihi calamus ſimilis uirgæ, dicens: Surge,& metire templum Dei, proprium ei datum ſignificauerit, .ſ. ius & facultatem ſcribendi Euangeliũ, & ponẽdi terminos Euangelicæ fidei, quos nulli tranſgredi licitum ſit. *Vbi aduertant ſacræ theologiæ moderni interpetres, quod nõ ex eo, quod eis ſcribendi facultas conceditur, ipſo facto facultas definiẽdi traditur terminosq; fidei præfigendi: notiuũ eſt valde quod vnuſquiſq; velit ſuum calamum eſſe virgam qua templum Dei metiri debeat, quod poſt Euangeliſtas, Sum. Pont. conſiliaq; ſolis Sanctis antiquis conceſſum eſt patribus.*

CL.

HVGO *Card. Poſtil. in Apocal. Ad illa verba cap.* 10. Vade & accipe librum de manu Angeli: *ait ſic.* Hoc dicitur cuilibet Chriſtiano. Liber .n. eſt vita Chriſti. Iob 31. Librum ſcribat ipſe, qui iudicat. Scriptus eſt aũt hic liber groſſis, & legibilibus litteris: eius .n. vita vel humilitas vna magna eſt littera: ſicut etiam eius patiẽtia, eius paupertas, eius vilitas, eius ignominia, eius innocẽtia, & benignitas. Abacuch. 2. Scribe librũ, & explana illum ſuper tabulas vt percutrat, qui legerit. Eſa. 8. Sume tibi librum grãdem, & ſcribe in eo ſtylo hominis .i. intelligibiliter: *Et poſt pauca ſic.* Secundum autem ꝙ ipſe ſcripſit inſemetipſo iudicabuntur alij niſi eaſdẽ litteras, vel ſimiles ipſi ſcripſerint in ſeipſis: *Vbi extra ea, quæ patent, attendant prælati non habere ius iudicandi ſubditos, niſi ſeipſos illis libros ſcriptos exhibuerint: & talibus characteribus ſcriptos, quod etiam percurrentibus pateat eorum humilitas, paupertas &c.*

CLI.

IDEM *Poſtil. ibidem, ait ſic.* Quomodo dicitur ei, quod accipiat illum, quod iam acceperat? ſolutio. Accipe ex præcepto ad aliorum vtilitatem, & liberam denuntiationem, qui iam accepiſti in te per cognitionem. *Vbi apparet, quod etſi voluntarium ſit ſacram Theologiam adiſcere: tamen iam adepta preceptum prædicandi vrget.*

CLII.

RVPERT. *Abb. Comm. in Apoc. Ad illa verba cap. 10. vbi loquens de quodam Angelo, ait:* Et habebat in manu ſua libellum apertũ: *ait ſic.* Libellus iſte eſt idem liber quem vidit Ioannes ſignatum ſigillis ſeptem in dextera ſedentis ſuper thronum. Apertus autem nunc dicitur, videlicet quemadmodũ & illic ſcriptum eſt, quia agnus illum aperuit &c. Siquidẽ agnus, qui illic librum aperuiſſe ſcribitur, ipſe eſt Angelus iſte, qui hic in manu ſua libellum apertum cernitur. Habet .n. in manu ſua veraciter libellum hunc apertum, quia videlicet in poteſtate eius eſt nota facere credentibus in ſe ſecreta ſcripturarũ. *Vbi ſtudentes ſacræ Theologiæ aduertant non ſufficere ſtudere, & legere diuinã ſcripturam, niſi à Deo*

poſtulent ſibi interpretari, & dari intelligentiam.

C L I I I.

S. *Paterius lib. 2. ſuper Apocal. Ad illa verba c. 10* Accipe librum, & deuora illũ: *ait ſic.* Scriptura ſacra, cibus, & potus eſt, vnde etiã per Prophetam alium Dominus minatur. Mittam famẽ in terram, nõ famem panis, neq; ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Domini. Qui igitur ſubtracto ſuo eloquio fame, ac ſiti, nos dicit atteri: quia eius verba, & cibus noſter, & potus ſint, demonſtrat. Sed notandum eſt, quod aliquando cibus, aliquando ſunt potus. In rebus .n. obſcurioribus quæ nequeunt intelligi niſi exponatur, ſcriptura ſacra cibus eſt: quia quidquid exponitur, vt intelligatur, quaſi mãditur, vt glutiatur. In rebus autem apertioribus potus eſt. Potum .n. non mandendo glutimus. Apertiora ergo mandata bibimus: quia etiam non expoſita intelligere valemus. Pro eo aũt q Ioannes obſcura multa, & perplexa auditurus eſt, nequaquam ei de ſacro libro dicitur: Bibe, ſed: Deuora, & comede. Ac ſi diceretur: Pertracta, & intellige, ideſt, prius mande, & tunc degluti.

C L I V.

S. *AMBROS. Comm. in Apocal. Ad illa verba c. 5* Et ego flebam multum, quoniam nemo dignus inuentus eſt aperire librum nec videre eũ. *ait ſic.* Sed quærendum nobis eſt cur dicat hunc librum à nullo poſſe videri, cùm ſuperius dicat, quod eum in dextera ſedentis ſuper thronũ viderit. Videbant nanq; antiqui Patres, quorum typum Ioannes in hoc loco tenet, veteris teſtamenti librum, & non videbant ſecundum ſpiritalem intelligentiam. *Vbi apparet idem eſſe non videre libros, ac illos non intelligere.*

C L V.

ABB. IOACH. *Expoſit. in Apocal. par. 2. tex. 3 Ad illud,* Et ego flebam multum, quoniam nemo dignus inuentus eſt aperire librum, nec videre eum. *ait ſic.* Qui videt, & non intelligit, nihil videt: & ſi videat plerunq; aliquid ad iudicium: vt excuſationem nõ habeat. Vnde & per ſemetipſam veritas interrogantibus diſcipulis Lucæ 8. cur in parabolis loqueretur turbis. Reſpondit. Vt videntes non videant, & audientes non intelligant.

C L V I.

H*VGO Card. Poſtil. ibi. Ad illa verba cap. 5.* Quis eſt dignus aperire librum: & ſoluere ſignacula eius: *ait ſic.* Quaſi diceret: Nullus niſi filius Dei, librum aperire, .i. diuinam diſpoſitionem implere, vel veteris legis præcepta manifeſtare. Et ſoluere ſignacula eius. Videtur eſſe ordo præpoſterus: quia prius eſt ſoluere, deinde aperire. Solutio. Hoc dicitur, quia librum ſcripturæ primo impleuit Chriſtus, & poſtea ſoluit. Actor. 1. Cæpit Ieſus facere, & docere: Vel hoc dicitur: quia Chriſtus, quod diſpoſitum erat à Patre, in ſe impleuit: quod eſt librum aperire: tamen poſtea per prædicationem Angelorum .i. prædicatorum adimpletionem facta manifeſtauit.

C L V I I.

ABB. IOACH. *Expoſit. in Apoc. par. 2. tex. 13. Ad illa verba cap. 6.* Et cælũ receſſit ſicut liber inuolutus: *intelligens per iſtum librum ſacrã ſcripturam, ait ſic.* Liber apertus præſens eſt: inuolutus receſſit: quia veluti quædam aſtra lucẽtia, elementa ipſa litterarum in aperto volumine præſto ſunt. Dum .n. oculis legentium manifeſte cernuntur: lucem ſapientiæ, & ſcientiæ, ac ſi quædam lucis in cordibus humanis effundunt. Cum vero liber inuoluitur præſens non eſt: quia non eſt præſens ad id, quod eſt. etiam ſi vbi erat prius, ibi eſſentialiter ſit. *Vbi apparet longe eſſe à libris, qui illos (& ſi habeat in camera) minime legit.*

C L V I I I.

IDEM *ibi. ſupradicta verba intelligens de doctoribus tempore hæreſum, & tyrãnorum; ait ſic.* In nocte ergo illa occultabitur lux: & quaſi liber inuolutus quicquid intus habeat non apparet: ita vniuerſa Sanctorum abſcondetur Eccleſia. Ita .n. electi Dei ſapient ſibi ipſis id, quod ſapiẽt; vt tñ prædicare publice (præualentibus tenebris) non præſumant. Non quod animare fideles: & ſecretius exhortare deſiſtant: ſed quia prædicare publice non audebunt.

C L I X.

S. *AVGVST. Homil. 6. in Apoc. ſupradicta verba ſic exponit.* In hoc loco cælum Eccleſiam dicit, quæ à malis recedit, & intra ſe ſibi ſoli nota myſteria continet ſicut liber inuolutus, quem iniqui intelligere nec volunt omnino, nec poſſunt. *Vbi apparet non eſſe mirandas fatuitates, quas circa ſacræ ſcripturæ intelligentiam proferunt illi, qui recedunt per hæreſes ab Eccleſia, qui antea viri docti cogni-*

Digitized by Google

Liber Geneſ.

cogniti fuerunt: cũ Eccleſia eo ipſo quod recedit, illos à ſe per excommunicationem reijciendo : ſua myſteria illis claudit, ne ſancta canibus.

C L X.

S. *AMBROS. Com. in Apocal. Ad illa verba c. 10.* Et accepi librum, & deuoraui illum, & erat in ore meo tanquã mel dulce:& cum deuoraſsẽ eum amaricatus eſt venter meus: *ait ſic*. Per vẽtrem autem, in quo omnes ſpurcitiæ commorãtur corporis, memoriam peccatorum intelligere debemus. Liber igitur cum deuoraretur, vt mel dulce dicitur: quia diuina ſcriptura dum in mẽte reuoluitur, vitamq; æternam mandata Dei cuſtodientibus repromittit, dulcis vt mel in corde efficitur: cum vero mentẽ à ſuperioribus ad inferiora .i. à contemplatione cæleſtis patriæ ad peccata ſua intuenda deducit, pænaſq; quas impij pro peccatis ſuis paſſuri ſunt, oſtendit, quę antea fuerat dulcis in demonſtratione cæleſtis gloriæ, amara efficitur in peccatorũ oſtẽtatione.

C L X I.

G*LOS. ibi. Ad eadem verba, ait ſic.* Hoc fuit dictum Beato Ioanni per quem prædicator ſignificatur: qui habet à Papa poteſtatem exercendi officium prædicationis: & ſic iſtud officium dulce eſt propter ſpem præmij: ſed cũ poſtea prædicator percipit, quod ſecundũ ſuam prædicationem non viuitur, amaricatur eius cõſcientia. Nam arguitur propria culpa, & ſic dicit poeta. Turpe eſt doctori cum culpa arguit ipſũ.

C L X I I.

S. *AVGVST. Hom. 8. in Apocal. Ad eadem verba; ait ſic.* Ideſt, cum perceperis, oblectaberis eloquij diuini dulcedine: ſed amaritudinem ſenties, cum prædicare, & operari cæperis, quod intellexeris.

C L X I I I.

A*NDREAS Cæſar. Capadoc. Epiſcop. Comment. ibi. ſupradicta verba ſic exponit.* Etenim cum Euangeliſta vit magnæ ſanctitatis eſſet improba facta per experientiam non guſtauerat; Verum vbi librum, qui improborum, & nequam hominum facta continebat, deuorauerat, edoctus eſt dulcedinem, quam peccato initio offert, poſt opus patratum in amaritudinem, hoc eſt in pœnam, & curciatum verti.

C L X I V.

H*VGO Card. Poſtil. in Apocal. Ad illa verba cap. 1.* Quod tu vides ſcribe in libro: *ait ſic.* Hoc dicit quia voce traneſunte, ſcriptum manet: in quo intelligitur retinendum, & non ſolum dicẽdum: *ſed ſiſtens in illo quod ſequitur:* Et conuerſus ſum vt viderem vocem: *ait ſic*. Sed quomodo verum cum vox audiatur proprie, & non videatur? Moraliter: Vox pdicatoris talis debet eſſe quod videatur: quod fit quando quod dicit ore, oſtendit opere. Et tunc talis vox multum eſt efficax nec vacua reuertetur. Seneca. Lõgum iter eſt per verba: breue, & efficax per exempla. *Vbi Doctores, qui ad ſcribendas ſuas poſtillas prouocant auditores: attendant quod illi ſtatim conuertuntur, non vt audiant: ſed vt videant, quæ ſibi ſcribenda traduntur.*

C L X V.

A*BB. IOACH. Expoſitio. in Apocal. par. 2. text. 3. Ad illa verba cap. 5.* Et ego flebam multum, quoniam nemo dignus inuentus eſt aperire librum &c. *ait ſic*. Ioannes, vt diximus, contemplantium deſignat Eccleſiam. Ideoq; fletus Ioãnis ad triſtitiam ipſius Eccleſiæ referendus eſt. Flebat ergo aliquando Eccleſia Chriſti non intelligens occulta myſteria: quia multi hæreticorum è medio fidem catholicam impugnabant. *Et poſtquã refert omnes hæreſes, quæ ſub ſacræ ſcripturæ difficultatibus inſurrexerunt: concludit ſic.* Et in omnibus his luctus Eccleſiæ. Vt autem oſtẽderetur fidelibus complere oportere victoriam: qua ſenior conſolatur Ioannem: repente in Eccleſia Chriſti Doctores eximij claruerunt. Deniq; ſub eodem tempore Hylarius, Ambroſius, Auguſtinus, Hieronymus, alijq; Doctores magni illuxerunt ſimul: qui omnes aurientes de fonte libri: quem aperuit Chriſtus, arida populorum corda irrigare cæperunt: lachrymas ſanctæ Matris Eccleſiæ multis conatibus extergentes. *Vbi apparet nihil plus lætificare ſanctam Matrem Eccleſiam Doctorum affluentia tempore, & loco impugnationum hæreticorum.*

C L X V I.

R*VPERT. Abb. Comm. in Apocal. Ad illa verba cap. 5.* Et vidi in dextera ſedẽtis ſupra thronum librum, &c. *dicit eadem eſſe hæc verba, ac illa Deut. 33.* In dextera eius ignea lex: *quæ verba computans cum illis Prouerb. 3.* In ſiniſtra eius diuitiæ, & gloria: *ait ſic*. Attendamus ergo quia ſedens iſte ſuper thronum multum potens, & val-

& valde diues eſt: & diſtantes, atq; diuerſas a dextris, atq; ſiniſtris facultates poſſidet. A dextris hunc librum, legem igneam: à ſiniſtris diuitias, & gloriam. Quanto melior eſt dextra quam ſiniſtra: tanto felicius bonum eſt liber iſte, ſiue ignea lex, quam diuitiæ, & gloria. Quænam ſunt diuitiæ hoc loco, & quæ gloria; niſi diuitiæ terrenæ. & mundana gloria: quia bonum quod habet huiuſmodi bonum diuitiarum, & gloriæ tẽporalis tale eſt, vt non ſolis detur electis, immo & ſæpius deſit, & tarde detur electis: quam reprobis. Ignea vero lex, .ſ. iſte liber, tantummodo electorum bonum, & cõſolatio eſt. Et iſta eſt pars, quæ ſemper manet, teſtante Domino cum dicit in Euangelio: Maria optimam partem &c.

C L X V I I.

IDEM *ibid. Ad illa verba, quæ poſtmodum ſequuntur de agno:* Et venit & accepit de dextera ſedentis in throno librum: *remittendo ſe ſuperiori expoſitioni, ait ſic.* Cum vt ſupradictum eſt, in dextera ſedentis, ignea ſit lex, quæ eſt iſte liber, in ſiniſtra vero illius diuitiæ, & gloriæ, valde notandum, quia veniens Chriſtus in hunc mundum per incarnationis myſterium, nihil diuitiarum, aut gloriæ de ſiniſtra, ſed tantummodo librum, ſiue igneam legem accepit de dextra. Bonum exemplum cunctis præbens diſcipulis, & credentibus in ſe: nihil diuitiarum, aut gloriæ voluit, aut quæſiuit in hoc mũdo, pauper, & egenus iſte, immo & cũ offerretur ei, ſicut legimus in Euangelio, quia venturi erant hi quos ſaturauerat de quinq; panibus, & duobus piſcibus, vt raperent eum, & faceret Regem ſuper ſe, ſciens hoc ipſe fugit. Tantummodo meditari in lege Domini die, ac nocte, tantummodo librum de dextera dignatus eſt accipere, intendens aperire illum, & ſoluere ſeptem ſignacula eius. Conſequuntur quidem illum, qui exemplo eius pro poſſe ſuo librum hunc accipiunt, labores, & aduerſitates ſæculi. *Vbi facile venit in mentem Angelicus Doctor, qui non ſolum cum in promptu baberet tot ſæculi diuitias, & gloriam, ad religionis librũ & labores manum extendit: ſed ſocijs oſtendentibus, ac laudantibus vrbem Pariſienſem, dixit.* At ego mallem mihi dono dari Chryſoſtomi Homilias in Matthæum: quam Lutetiam Pariſiorũ: *& ideo tam ſubtiliter libri .i. ſacræ Scripturæ ſignacula, .i. difficultates ſoluit.*

C L X V I I I.

ABB. *IOACH. Expoſit. in Apocal. par. 2. cap. 5. tex. 1. Ad eadem verba, ait ſic.* Liber iſte quẽ Ioannes vidit: vnũ eſt generale volumen ſcripturarum ſanctarum cõtinens in ſe omnes hiſtorias editas à ſanctis Prophetis ſub priori teſtamento. In dextera Dei viſus eſt liber: quia in eo proſpera, & laude digna nũciantur electis: iuxta quod Apoſt. Rom. 8. Scimus, quod diligentibus Deum: omnia cooperanrur in bonum.

C L X I X.

IDEM *ibi. Ad illa verba:* Scriptum intus, & foris, *ait ſic:* Scriptus eſt intus, & foris: quia aliud oſtendit ſecundum litteram: aliud exhibet ſecundum allegoriam. Foris .n. loquitur paruulis, intus viris. Foris loquitur inſtituendo corpora: intus animas informando in fide. *Et poſt aliqua proſequitur ſic.* Secundum hoc .n. duas vitas commendat Eccleſia: actiuam .ſ. & contemplatiuam. Harum vnam quæ exterior eſt: exempla magis inſtruunt: quam ſimplicia verba: alteram meditatio ſcripturarum ſanctarum. Ideo cũ loquimur idiotis, & ſpiritualia capere non valentibus proponimus eis iuſtitiam patrum, quam vetus exhibet teſtamentum, vt quod forte auditũ ſimpliciter contemnendum putarent: attendentes, quod præceſſerit in viris iſtis, ac ſi mandatum cælitus adimplere feſtinent. Proponimus, inquam illis exempla patrũ: proponimus vitas: innocentiam .ſ. Abel, obedientiã Abrahæ, ſimplicitatem Iacob, patientiam Iob, & his ſimilia: vt qui capere alta, & magna nequeunt: ſaltem hijs, quæ infima ſunt, & congruentia paruulis imbuantur. Sane contemplatiuæ perfectioni verba magis ſpiritualia, & interiora cõueniunt.

C L X X.

IDEM *ibi. par. 2. Ad illa verba cap. 5.* Et cum aperuiſſet librum quatuor animalia, & viginti quatuor ſeniores ceciderunt coram agno habentes cytharas, & phialas aureas, &c. *ait ſic.* In cytharis autẽ diuina laus. In phialis prædicatio deſignatur. Et quia pars quædam ſanctorum ad confitendum: pars vero ad prædicandum cõſtituta eſt. Licet ad vtrunq; vtraque: quid aliud ſequitur aperto libro: niſi vt ex eo accipiamus qualiter confiteri Domino: qualiter eum populis annuntiare debeamus? His .n. duobus modis confitemur Domino, vel cum eum in eccle-

ſijs

ſijs reuerenter laudamus : vel cum eum populis fideliter prædicamus. De prima confeſſione per Pſalmiſtam dicitur 32. Confitemini Domino in cythara: in pſalterio decẽ cordarum pſallite ei. De ſecunda per ſeipſam veritas dicit Marc. 8. Qui me confeſſus fuerit coram hominibus: confitebor & ego eum coram patre meo. Si forte in oratione priuata odorem offerimus Deo noſtro, & non etiam in prædicatione ſolemni ? Bonus odor (ait Apoſt. 2. Cor. 2.) ſumus Deo in omni loco. Ergo & cum illum confitemur coram hominibus: odorem ſpargimus laudum eius, quia quem laudant contemplatores in oratione priuata : hinc collaudant prædicatores in prædicatione ſolemni.

CLXXI.

RVPERT. *Abb. Comm. ibi. Ad eadem verba; ait ſic.* Cytharis nanque vbi ligno chordæ tenduntur, corpora propter Chriſtum mortificata recte comparantur; Habent etiam phialas, vaſcula, videlicet ore lato patentia .i. corda nõ anguſta, ſed per charitatem dilatata. *Vbi apparet ſacræ ſcripturæ lectionem duo operare, & mortificationem propriam, & charitatem erga proximos.*

CLXXII.

S. AMBROS. *Expoſit. ibid. ait ſic.* Per cytharas autem, quæ animalia, & ſeniores habuiſſe dicuntur, mortificatio carnis deſignatur, ſicut dicit Apoſt. Coloſ. 3. Mortificate mẽbra veſtra &c. Phialæ vero aureæ corda ſunt ſanctorum, ſpirituali ſapientia repleta, quæ odoramentis plena fuiſſe dicuntur. Quid ſint autem odoramenta ipſe exponit cum ſubiungit; Quæ ſunt orationes Sanctorum. Et vt odoramenta ad Deum aſcendant Pſalmiſta præcatur cum dicit Pſ. 140. Dirigatur oratio mea ſicut incenſum &c. *Vbi apparet à Deo minime poſſe dici accepiſſe ſacræ Scripturæ expoſitionem, qui vel delitioſe carnem ſuam nutrit, vel ab exercitio orationis retrahitur.*

CLXXIII.

S. AMBROS. *Serm. 8. in Pſ. 118. Afferens illa verba Apocal.* 5. Et venit, & accepit de dextera ſedentis in throno librum. Et cum peruiſſet librum &c. *ait ſic.* Quia ſolus Dominus Ieſus in Euangelio ſuo prophetarum ænigmata, & legis myſteria reuelauit: ſolus ſcientiæ clauem detulit, & dedit aperire nobis. Dicunt ſe Iudæi habere clauem ſcientiæ, ſed nõ habent; nam ſi haberẽt, ipſi ingrederentur, ipſi agnoſcerent penetralia ſcripturarum. Nunc autem væ vobis ſcribæ, & Phariſæi, qui abſtuliſtis clauem ſcientiæ, & ipſi non introiſtis, & introeuntes phibuiſtis. Luc. 11. Quomodo .n. clauem poteſtis habere ſcientiæ, qui ſcientiæ negaſtis authorem? Et ideo ad ipsũ conuerſus Dauid ait. Tu, inquit, doce me iuſtificationes tuas. *Vbi apparet ſine Chriſto neminem de ſcripturis aliquid ſcire poſſe.*

CLXXIV.

S. AVGVST. *Homil. 8. in Apocal. Ad illa verba cap. 10. vbi Euangeliſta ait ſic.* Et abij ad Angelum, vt daret mihi librum: *poſtquam per Angelum illum intellexit chorum doctorum: ait ſic.* Hoc ex perſona Ioannis Eccleſia dicit deſiderans per doceri. *Vbi apparet obligatio quam habet, qui Eccleſiæ præſident, quærendi viros doctos, vt ab illis quæ facienda ſunt doceantur.*

CLXXV.

S. PATERIVS *lib. 2. in Apoc. c. 34. Ad illud c. 10.* Et accepi librum de manu Angeli, & deuoraui illum, & erat in ore meo dulce tanquã mel: *ex Diuo Gregorio, ait ſic.* Libet qui comeditur, & deuoratur, dulcis in ore ſicut mel factus eſt quia ipſi ſciunt de omnipotente ſuauiter loqui, qui didiſcerint hunc in cordis ſui ſecreto veraciter amare. In eius quippe ore ſcriptura ſacra dulcis eſt cuius vitæ viſcera mandatis illius replentur : quoniam ei ſuauis eſt ad loquendũ, cui interius impreſſa fuerit ad viuendum. Nam ſermo Dei dulcedinem nõ habet, quem vita reproba intra conſcientiam remordet.

CLXXVI.

IDEM *ibi. cap. 35. ex S. Greg. ad eadem verba ait ſic.* Mirum quippe eſt valde, ſi dulcedo ſimul conueniant, & amaritudo. Sed ſciendum eſt, quia cui ſermo Dei in ore cordis dulcis eſſe cœperit huius proculdubio contra ſemetipſum anima amareſcit. Quo .n. in illo ſubtiliter diſcit, qualiter ſe reprehendere debeat, eo ſe durius per amaritudinem pœnitentiæ caſtigat: quia tãto magis ſibi diſplicet, quanto amplius in ſacro libro de omnipotente Deo videt quod amet.

CLXXVII.

ABB. IOACH. *Expoſit. in Apocal. par. 2. text. 3. Ad illa verba cap. 5.* Et nemo poterat in cœlo, neque in terra, neque ſubtus terra aperire librum &c. *ait ſic.* Idcirco autem antiquis Patribus

bus hoc priuilegium non eſt datum, quia venire per ſemetipſum decreuerat: & erudite quos creuerat ipſe, vt ipſum eſſe auctorem lucis, tam doctrina, quam opera teſtarentur.

C L X X V I I I.

S. *VICTORINVS Pictauienſ. Epiſc. & Mart. Com. ibi. Ad illud cap. 5.* Dignus es Domine accipere librum, & aperire ſignacula eius quoniam occiſus eſt: *notaus quomodo & ſi hic dicatur aperuiſſe librum; & ſignacula eius: tñ poſtea dicitur vnum poſt alium aperuiſſe ſignaculum, ait:* Reſignatio ſigillorum, vt dixi appertio eſt veteris teſtamenti, & prædicatorum pronũciatio in nouiſſimo tempore futurorum: quæ licet ſcriptura prophetica per ſingula dicit, omnibus tamen ſimul apertis ſigillis; ordinem tamen ſuum habet prædicatio. Nam aperto primo ſigillo, dicit ſe vidiſſe equum album, & equitem coronatum habentem arcum, hoc .n. primo factum eſt. Poſt quam .n. aſcendit in cælos Dominus, & aperuit vniuerſa, miſit ſpiritum ſuum, cuius verba prædicationis tanquam ſagittæ ad corda hominum pergentes, vt vincerent incredulitatem &c. *Vbi prædicatores, & doctores habent documentum, ne diuina myſteria, etſi ſibi omnia aperta ſint, populo niſi ordinate proponant. Addatur, quod ibi idem ad illud cap. 10. vbi volens Ioan. ſcribere myſteria, quæ locuta ſũt ſeptẽ Tonitrua prohibitus fuit, iuſſuſq; celata ſignataq; ſeruare: ait.* Sed quia dicit ſe ſcripturũ Ioan. quanta locuti fuiſſent Tonitrua .i. quæcũq; in veteri teſtamento erant obſcura, & prędicata, vetatur ſcribere, ſed relinquere ea ſignata, quia erat Apoſtolus, nec oportebat gratiam ſequenti gradus in primo collocari: quia tempus, inquit, prope eſt. Apoſtoli .n. virtutibus, ſignis, portẽtis, magnalibus factis, vicerunt incredulitatem: poſt illos iam eiſdem conſumptis: Eccleſijs datum eſt ſolatium Propheticarum ſcripturarum interpretandarum. *Vbi etiam apparet tam laudabile, Deoq; placitum eſſe noſtris temporibus vtileq; Eccleſiæ ſcripturas interpretari, quantum primitiuæ Eccleſiæ fuerunt miracula Apoſtolorum.*

C L X X I X.

ANDR. *Cæſa. Cappad. Epiſc. Com. ibi. ſerm. 4. cap. 11. Ad illud cap. 5.* Et ego flebam multũ, quod nemo dignus inuentus eſt aperire librum, nec videre illum: *ait.* Et ego, inquit, flebam, ob id forſan, quod animo verſaret, ne ipſa etiã Angelica natura in mortiferam ignorationem pro lapſa eſſet. *Vbi Epiſcopi, qui Angeli ſæpe dicuntur attendant, tunc flere matrem Eccleſiam cum quocũq; infælici auſpicio auguratur in illis poſſe dari ſacræ ſcript. ignorantiam.*

C L X X X.

CAELIVS *Pannonius Collectione in Apocal. Ad eadem verba: ait.* Locus offert pro qua re ſit lugendum; quia non pro ægritudinibus corporum, aut aduerſis, morteue parentum, aut liberorum: ſed pro veritatis ignoratione, proq; cæcitate noſtra. *Et poſt pauca ſic.* Nam ſicut infinita bona à veritatis notitia prodeunt, ita è diuerſo à cæcitate mala infinita accidũt. Quo circa nihil tam deſiderant electi Dei, & dilecti: & pro nulla re tam languẽt, & dolent, ingemiſcũt, ſicut dum vident librum Dei minime aperiri: proinde inſpirant continue, precantur vt videãt voluntatem Dei in libri ſcripti apertione, quam vident ſe ſuo ſenſu aſſequi non poſſe: flent quod legere pro deſiderio in eo nequent.

C L X X X I.

IDEM *ibi. Ad illud, quod non contentus Euangeliſta dicere neminem eſſe, qui legeret, addiderit, neq; eſſe, qui librum videret, cum vnum ſupponatur per aliud: ait.* Legit in eo, qui aperte Dei voluntatem capit: videt qui lucide ſpeculatur, & pie viuit: quorum etiã Ioan. typum geſſit in ſuo fletu, quod nemo ſatis eiuſmodi reperiatur. Per pauci .n. capiunt, prædicantq; verba ſalutis ad ſenſum Dei, quod iam ea ita aliquorum nube obducta ſint, vt vix illis natiuus vltra ſit color, genuino ſapore diluto, deprauatoq;.

C L X X X I I.

S. *VICTORINVS Pictau. Epiſc. & Mart. Com. ibi. de Chriſto Domino totam exponens viſionẽ: ait.* Nam fortem quem dicit de cælo deſcendiſſe, amictum nube, & iris ſuper caput eius, & facies eius tanquam ſol, & pedes eius columnæ ignis, & habebat librum in manu ſua apertum, & poſuit pedes ſuos ſuper mare, & terram: Dominum noſtrum ſignificauit. Facies eius tanquam Sol .i. de reſurrectione. Super caput eius iris, iudicium intelligitur, quod per illum factum eſt, aut futurum eſt. Liber apertus Apocalypſis eſt, quem Ioan. vidit. Pedes eius conflatos, & ſuperius dixit Apoſtolos eſſe. Nam calcari ab eo, & marina, & terrena, & omnia ſub pedibus eius ſubiecta

Liber Geneſ.

biecta ſignificat. *Vbi prædicatores attendant, quod per eorum decurſus ad prædicandum Euangelium per mare, terramq; ac per talium calcationem Dominum Ieſum Dominatorem omnium pronuntiant, quod minime fieri cognoſcetur ſi à maritimis, ſeu terrenis diuitijs ſe calcari permittat auaritiæ cupiditate.*

C L X X X I I I.

ANDR. *Cæſar. Cappad. Epiſc Com. ibi ſerm. 10. cap. 28. Ad illud cap. 10. de illo Angelo forti cuius pedes erant duæ igneæ columnæ &c.* Et habebat in manu ſua libellum apertum: & poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram: *ait.* Libellus hic veluti paruus, magnaq; cum diminutione expreſſus, hominum inſigniter nequam, & ſceleratorũ nomina, & acta continere videtur: Cuiuſmodi inter cæteros ſunt, qui latrocinia in terra, aut piraticam in mari exercent &c. quorum ſupplicium per hoc inſinuat Angelus, quod inflammatos pedes ſimul ſuper terram, & mare extendit. *Et ſupra ſic.* Columnæ igneæ vim illam denotant, qua Angeli eos perterrefacere, & punire valent, & ſolent, qui impia deſignant: præcipue vero illos, qui latrocinantur in terra, aut piraticam exercent in mare. Eapropter hic dextrum pedem, vt paulò poſt audiemus, impoſuit, illic verò ſiniſtrum; nempe quo vtrobiq; præuaricantium pœnam exprimat. *Vbi nota inter cætera, quæ patent, neminem tam ſceleratum in pœnam ab Angelo calcari; quin prius in manu eiuſdem Angeli ſcripta ſceleratius, qui punitus eſt, appareant.*

C L X X X I V.

CAELIVS *Pannon. Collect. in Apocal. Ad illud cap. 5.* Et vnus de ſenioribus dixit mihi, ne fleueris: Ecce vicit Leo de tribu Iuda radix Dauid aperire librum: *ait.* Vbi non incongruæ quęritur, cur fortis ille Angelus, qui nunc primum clamauerat dicens. Quis eſt dignus &c. non fuit ſolatus Ioãnem, ſed ſenior vnus de 24. Sed certe Ioannes hic typum præſefert miniſtrorũ verbi Dei, quorum eſt ſecreta Dei myſteria ſolicite perſcrutari; angiq; ſicubi nequeant ad eorum veritatem penetrare: optare autem ſibi Doctorem, qui ea reſeraret ex ſcripturarum teſtimonijs, magis quam ratiocinationibus proprij cerebri: qui & ipſi dum Chriſtũ prædicant, & quæ Chriſti ſunt nonniſi id ſcripturarum teſtimonijs textare debent, quæ à ſanctis ſenioribus retecta veraciter ſunt. Ea itaq; cauſa non Angelus, ſed vnus è ſenioribus ſolatur Ioan. Hinc Apoſt. Gal. 1. Licet, inquit, aut Angelus è cęlo euangelizet vobis præter id, quod euangelizauimus anathema ſit. Quis vero is ſenior fuerit non conſtat, neq; .n. nominatur, niſi quod vnus è ſenioribus fuerit: nec multum refert de hoc inquirere: ſatis ſit per myſterium hunc tenere. ſemper .n. ſeniores, & qui in ſcriptura exercitati ſunt, in dubijs obſcuris ve rebus ſunt conſulendi: quemadmodum & in cauſis forenſibus magis practici Iuriſconſulti conſuluntur.

Finis Primi Textus.

In principio.

I.

SIOAN. Chryſ. in Gen. Homil. 3. ſic Merito theſauro cuipiam confertur diuinarũ ſcripturarum lectio, Nam ſicut ex illo quiſquis vel paruum fructum carpere valet, multas ſibi parat diuitias: ita & in ſacra ſcript. etiam in breui dictione variam ſententiarum vim, & indicibiles diuitias inuenire licet. Et non ſolum theſauro ſimilia ſunt diuina eloquia, ſed fonti quoq; largis perenibuſq; ſcaturienti fluentis: id quod re ipſa fieri omnes didicimus. Nã vt pręmia libri Geneſeos incępimus, explanando hoc dictum: In principio fecit Deus &c, totam horã inſumpſimus, & neque totum comprehendere valuimus. Magna. n. eſt huius theſauri abundantia, & larga fontis huius ſpiritualis vbertas. Nec mireris dilecte, ſi nobis hoc accidat. Etiam qui ante nos fuere, pro uiribus ſuis aquas inde auſerunt: & ſimiliter qui poſt nos futuri ſunt, idem attentabunt, neq; ſic totum euacuare poterunt; ſed magis iterũ augeſcunt flumina, & increſcũt. *Et poſt aliqua ſic*. Quoniam igitur ſpiritualium fluminum natura talis eſt, age afferamus omnes multa mentis noſtræ uaſa, ut impletis illis domum redeamus. Nam quando uidet gratia ſpiritus feruens deſiderium, & uigilem mentem; tunc & gratiam ſuam opulentam liberalius largitur. *Verumtamen addatur, quod S. Ambroſ. 4. Hexam. 1. ait*. Qui uindemiã colligit, uaſa prius quibus uinum infunditur, mundare conſueuit, ne ſordes aliqua vini gratiam decoloret. Quid .n. prodeſt ponere vitẽ ordine, fodere quot annis, aut aratris ſulco ducere, putare, ſubrigere, adiungere vlmis, & quodam connubio copulare, ſi tãto labore vina quæſita, in vaſe coaleſcãt. *Sed vt clarius, ſimulque prædicta doctrina in huius calce textus remaneat ſcripta pono hic quædam S. Baſilij verba Hexam. Homil. 1.* Quonam apparatu adornatam conuenit eſſe animam, tantarum rerum auſcultationi occurſarum? nempe liberrimam, & purgatam ab impura omni carnis affectione, maxime caligantem temporarię iſtius vitæ curis: ſed expromptam, & alacrem ad tolerantiam laborum, ſingulis diſquirendis attentã, quæ vndequaq; circunſpiciat, contempletur cũcta, & exploret: ſicunde notio quæpiam coceptione nihil Deo indigna affulgeat menti.

II.

S. AMBR. 1. Hexam. 3. ſic. In principio, inquit, Quam bonus ordo, vt illud primum aſſereret, quod negare conſueuerũt; & cognoſcerent principium eſſe Mundi, ne ſine principio mundum eſſe homines arbitrarentur. *Vbi prædicatores, & doctores habent documentum, vt ex illis rebus ſuas incipiant prædicationes, & lectiones; de quibus agnouerint maiorem extare ignorantiam in populo, & diſcipulis, auditoribuſque.*

III.

S. GREG. Papa. Homil. 1. in Ezech. *Reſpondet cuidam dubio hic inſurgenti. Nimirum vnde Moyſes probauerit vera eſſe, quæ à principio facta ſcribebat; nam ſic ait*. Cur ergo præteritis ventura permiſcuit, niſi, vt dum implentur ea, quæ de futuro prædiceret, oſtenderet etiam, quia de præterito vera dixiſſet. *Vbi appacet quantam occaſionem nobis præbeant moderni hiſtoriographi, vt dubitemus de antiquis narratis: ſiquidem de modernis nobiſq; notis tanta falſa ſcribunt.*

IV.

RVPERT. Abb. in Gen. lib. 1. cap. 3. *Poſtquam oſtendit mundum hunc iam ab æterno fuiſſe in verbo, nunc vero cum in principio dicitur creatus, quod in Verbo iam erat, & in luce apparuiſſe deſcribitur: reſpondet aliquibus, qui ex hac doctrina notam mutabilitatis Deo imponunt dicentes: nouo fuiſſe ductum conſilio, vt hunc mundum quem ab æterno in ſe abſconditum habebat, producendo nunc in principio temporis cõmunicaret, & in lucem exire fecerit, ait*: Nunquid mutabilitate vtitur quis, quando ſapientiam ſuam nolens eſſe occultam, pulchrã orationem, vel quippiam eiuſmodi, quod vtiq; in mente habuit ſecretum, deſcribit in carta per attramentum, & calamum, & aduocat mũltos, vt audiant ſapientiam, & intelligant vtilem ſcientiam? Nunquid mutabilis animi vitio dicendus eſt, pro eo, quia quod occultum habebat, vtiliter fecit in publico vt cognoſceretur auditorio? Nõ vtiq; de mutabilitate culpandus, ſed de beneuolentia collaudandus. *Concludit autem ſic*. Ergo niſi tu nimium ingratus ſis, non Deum in hoc mutabilitatis, ſed de magna beneuolẽtia collaudas, & ſupplices gratias agas ei, qui propter gratuitam beneuolẽtiam ſuam; in principio creauit Deus Cœlum, & Terram. *Vbi habemus doctrinã ne in Dei beneficijs, & etiam hominum tarde nobis*

col-

collatis inueſtigemus, accuſemuſue, quod eouſqui nobis exhibita minimè fuerint; ſed gratias agamus beneuolentiæ, quod ſcilicet. tunc nobis fiant, & cõmunicentur. Occulta enim erant per ſuam diuinã prouidentiam, non negata. Nam ſi negata eſſent, nunquam darentur, neq; tam liberaliter elargirentur.

V.

CLemens *Recogitationum lib.* 8. *idem dubium tangens ait:* Sed dices, quãdo Mundus factus eſt, & quare tam tardè? Hoc poſſit oſtendere, etiam ſi ante factus fuiſſet: diceres enim, cur non & ante hoc? & ità immenſa ſæcula trãſcendens, ſemper poſſis requirere; cur non & ante hoc? ſed nobis nunc ſermo non de eo eſt, ſed num omnino factus ſit? Si enim factum cõſtat, neceſſariò potentis, & ſummi artificis opus eſt: quod ſi conſtat, quando eũm facere voluerit, ſapientis artificis arbitrio, iudicioq; relinquendum eſt. Niſi videatur tibi omnis hęc ſapientia, quæ tam immanem Mundi machinam ſtruxit, & ſingulis quibuſcunq; rebus formas, & ſpecies dedit: quarum habitum non decori ſolum conuenientem, ſed & futuris vſibus aptiſſimum, & neceſſarium poneret, hoc tam ſolũ fugerit, quomagnificæ conditionis opportunum tempus obſumeret. Eſt apud illam profectò ratio, ſunt euidentes cauſæ; cur, & quando, & qualiter fecerit Mundum, quas hominibus, quibus hæc, quæ ante oculos poſita sũt, & de eius prouidentia conteſtantur, inquirere, & intelligere pigrum fuit, aperiri vtiq; non oportuit. *Vbi apparet quam irridendi ſint illi, qui maxima beneficia à Deo expectant; & tempus ei præfigunt: quaſi qui talia facere poſſet: ſolum tempus opportunum ignorauerit.*

VI.

O*LEAST. Ad litterã ſic* In principio. i. in capite productionis Mundi produxit, Deus cœlum, & terram; ac ſi diceret; Prima quæ Deus in ſuo opificio produxit, fuerunt cœlum & terra. *Et poſtquam alium ſenſum magis approbat: proſequitur:* Non tñ sm̃ ſenſum reijcio, .ſ. Prima, quæ Deus creauit, fuerunt cęlum, & terra: quia hi ſenſus non ſolum explicat creationẽ, ſed ẽt producendi ordinem inſinuat. *Vbi Principes habent documentum, vt in ſuis operibus non ſolum facere intendant: ſed ordinem ſeruare, vt meliores capacioreſq; primi, deinde minores, & incapaciores.*

VII.

S. *Baſil. Hexam. Homil. 5. ſic,* Principium deniq; actionum non rarò dicitur perutilis, & accomodus finis eorum quæ fiunt. *Et poſt.* Subinde occurrit menti Verbum illud rerum artifex, quo præeunte in ſuum quæq; ordinem oculis ſubiecta, atq; conſpicua diſtincta ſunt: velut vox ipſa principij, tibi nihil obſcure indicat, nõ temere, nec fruſtra excogitatam eſſe Mundi fabricam: ſed ad eum finem, qui non modicam allaturus eſſet vtilitatem, nec mediocre emolumentu, his quæ complectitur. *Vbi apparet fruſtranea, & temeraria eſſe opera, in quorum initio non attenditur, & ordo & finis. Principes, non ſolũ facere magna: ſed ad quem finem prauideant.*

VIII.

S. *Bonau. 2. ſent. diſt. 1. Inter alias interpretationes, quas aſſignat huic verbo,* In principio, *eſt illa communis, in Filio, cui attribuitur ſapiẽtia; reddens autem rationem, quare Deus voluerit hoc ſcribi in primordijs narrationis huius ſui admirabilis opificij, dicit,* In principio, idest in Filio dicitur creare; Secundum quod dicitur in Pſalm. 103. Omnia in ſapientia feciſti Domine; Vt ſic notetur, non tantum cauſa efficiens, ſed ẽt exẽplaris. *Quo dij terræ inſtruatur, nè in ſuis operationibus tantum curent apparere efficientes, quod pertinet ad potentiam; ſed & ſapientes ſe prædicari in illis velint; & non tantum reſpici in ſuis operibus potentiã, qua res effici poſſint in eſſe, ſed etiam exemplaria, quibus ſapienter dicantur operatæ.*

IX.

S. *Auguſt. lib. contra Manich. c. 10. Quaſi concinens ſuprapoſitæ doctrinæ exponit quædam verba Apoſt. Rom. 5.* Scientes quoniam tribulatio patientiam operatur: *nam poſtquam notauit, quod armans Apoſtolus Romanos contra Diabolũ impugnantem, duorum meminit, eiſq; commendat, nempè ſcientiam,* Scientes, *& patientiam: ſic ait;* Contra vim quippè eorum patientia pugnatur: contra inſidias prudentia: vt ad pernitioſã conſenſionem, nec cogendo nos flectant, nec fallẽdo decipiant: *aſſignanſq; rationem, quare diabolus nos, & vi, & fallacia euertere contendit: ait eſſe, quia euertere omnia contendit, & anihilare per impiam imitationem eorumdem, per quæ à Deo creata ſunt, nempè ſicut per potentiam* Patris, *& per ſapiẽtiam Filij facta ſunt: ſic per violentiam ſuam, & fal-*

In principio.

ſallaciam ad nihilum iterum reducantur, ita enim loquitur. Quoniam iure virtus, & ſapientia Dei eſt, per quam facta ſunt omnia: Propterea nihil fiunt, quæ facta ſunt, cum ſuperiora ad inferiora declinant, vbi eſt omne peccatum, & omne qđ dicitur malum, vis imitatus virtutem, & fallacia ſapientiam.

X.

S. *Ambroſ. Hexam. lib. 1. c. 4 Inter varias ſignificationes, quas huic termino (Principium) aſſignat, ait:* Eſt etiam principium bonorũ operum, finis optimus; vt miſericordiæ principium, eſt placere Deo, quod facis. *Vbi videtur in hoc ſenſu intelligi debere illud adagium:* Dimiduũ facti, qui benè cœpit habet. *Nimirum ſi bono incipiat, præuiſo, & intento fine. Cõfirmat hoc gl. ad illud Thre. 2.* Conſurge lauda in nocte in principio vigiliarũ: ſic, In principio vigiliarum laudare debemus: vt omnia, quæ agimus, aut patimur ad gloriam, & laudem eius referamus, nè torpentes in principio operis opprimamur ſomno deceptionis: vndè Corint. 10. Omnia in gloriam Dei facite. Multæ quidem ſunt vigiliæ, in quibus laudãdus eſt Dominus: & maximè præcauendum eſt, nè ab initio intentionis opus condemnetur. Cum autem opus benè incipitur: reſtant adhuc vigiliæ, quibus vſq; in finem in gloria Dei conſumetur.

X I.

P*Rocop. Gazæus in gene. Inter cæteras expoſitiones, quibus interpretatur hoc verbum:* In principio, *dicit ſecundum proprietatem græci ſermonis ſignificare, Principatum, ſeu regiam poteſtatem, & proſequitur dicens:* Is igitur præſentis loci erit ſenſus: Deus rex regum, & pleniſſime ſui iuris exiſtens: nec aliundè pendens, cunctaq; pro ſuo arbitrio adminiſtrans, excitauit hoc vniuerſum, ſimul cum ſpeciebus ſeù formis; immò & materiam ipſe deprompſit, nec aliũ demutuatus eſt. *Vbi apparet ſolum Deum dici poſſe Principem, principatumq; habere ſiquidem in ſuo principatu, & nõ alibi ſua fundantur opera, & quo ad formam, & quo ad materiam: cæteri verò ad ſummum de ſuis principatibus educunt formas; materias verò vel ex ſubditis maximis extorſionibus, vel ab alijs Principibus, emendicationibus acquirere neceſſè eſt. Vndè nunquam de illis dicere poſſumus; In principio, ideſt in Regia poteſtate operari, ſed aut in tyrannide, aut in mendicationibus.*

X I I.

S*Tella Ord. Præd. Com. in Gene. Scol. 2. Litteraliter hunc explanans locum ſecundum proprietatem verb. Hebræi. dicit:* Dictio Hebraica, Ros, à qua, Reſith deriuatur, non ſolum, principium, ſed & alia ſignificat; nempè caput, Principem, & primum inter reliqua. Vt Ierem. 14. Operuerunt Roſam, ideſt caput ſuum agricolæ. Et Iudicum 11. Eris Leros, ideſt in Ducem, & Principem. Habent autem omnes huiuſmodi ſignificationes ſecundæ, alluſionem, & conuenientiã, vt in reliquis Hebræis vocibus contingit, ad præcipuam, qua .ſ. Ros, caput ſignificat: Populũ .n. Princeps dirigit, & gubernat, ſicut & caput cœtera corporis membra. *Vbi apparet, Deum in hoc, quod voluit non ſolum ſcribi ſe cuncta creaſſe, ſed cum præmiſſione,* In principio, *voluiſſe oſtendere ſua opera fundari, ſemper incipiendo à capite: & in regimine, & principatu. ordineq; principatumque eſſe fundamentum totius huius machinæ. Hoc autẽ maximè comprobantur ex cap. ſeq. vbi noſtram lectionem vertentes Hebræi, vbi nos legimus:* Perfecti ſunt Cœli, & Terra, & omnis ornatus eorũ. *Legunt illi:* Et omnis exercitus eorum. *Ordinem nẽpè, & ſupradicta, nobis inſinuante Hebraicha littera, eſſe in vniuerſi fabricatione. ex exercitus metaphora. Confirmatur ex eodẽ Stella paulò infra ſcol. 3. vbi dicit in Hebræo non eſſe:* In principio, *ſed,* Cũ principio.

X I I I.

S. *Auguſt. in pſ. 135. Afferens illam lectionẽ, quæ, vbi nos legimus: In principio, legit, In Filio, quam lectionem confirmat ex illo Sap. Quando præparabat Cælos ad eram, & cum eo eram cuncta cõponens: Opponit illud prædicti pſal. Qui facit mirabilia magna ſolus, & cæt. vbi Deus dicitur ſolus Cęlum, & Terram, cæteraq; creaſſe. Reſpondens tamen obiectioni dicit:* Quia Trinitas non ſunt tres Dij, ſed vnus Deus, ad id refertur, quod ſolus Deus fecit, quia creaturam non per creaturam fecit. *Vbi apparet in diuino textu per verbum,* ſolus, *in Deo nullam excludi diuinam perſonam ab aliquo opere, ſed ſolum creaturas, quas cooperatas eſſe, tunc minimè intelligendum eſt. Vbi etiam cum Eccleſia prædicta Sap. verba B. M. accommodet, poſſumus intelligere per nullam clauſulam Beatam Virginem à diuinis operibus noſtræ congruentibus ſaluti, quin ſuo pijſſimo modo cooperetur, excludi.*

Ru-

In Principio.

X I V.

RVpertus Abb.lib.1.de glorificatione Trinitat, & glorificat S.Spir.c.5.ſequendo ſuprapoſitã lectionem, ſ. In Filio, Notauit ſingulariter, quod cum Moyſes perſonam Patris, & Spiritus Sancti claſſe tradidiſſet in huius principia libri,etenim Patris perſona notoriè ſcribitur dicendo,Deus,Spiritus autem Sancti indubitabiliter pronuntiata intelligitur,cum infra dicitur:Spiritus Dei ferebatur,&c. ſolam Filij perſonam ſub velamine ſubſcripſit,dicẽs: In principio: inquit enim: Sanctæ Scripturæ ſpiritus,in iſto capite libri ſanctam Trinitatem velit intelligi, vnam tãtummodo perſonam paruo ſubtegens velamine faciem eiuſdem Trinitatis ſapientibus,& prudentibus abſcondit reuelaturus eam paruulis. Quo ſub velamine quam perſonam abſcondit? Nimirum perſonam Filij ſub velamine nominis principij. Sapientes quippè, & prudentes,ideſt,ſuperbi,qualium quidam dicebant eidem incarnato Filio Dei: Tu quis es? In hoc dicto:In principio creauit,nihil aliud inuenerunt,quam,ac ſi diceretur, primò, vel primitus exequit.Quo ſenſu & Poeta ethnicus,(.I, inſignis)dicere potuit.Principio Cœlum,Terrã campoſq; liquentes, Lucenſq; globum Lunæ, tytaniaq; aſtra ſpiritus intus alit: At ille paruulos attendens, qui eum erant audituri interrogantibus (vt iam dictum eſt) tu quis es? Principium (ait) qui & loquor vobis. Hoc dicens, nimirum locum iſtum, caput iſtud ſanctæ ſcripturæ retexit. *Vbi apparet Verbi æterni cognitionẽ eſſe in diuinis peculiarem humilium portionem.*

X V.

S. *Greg.Papa hom.*21.*in* Ezech *occaſionem prabet aſtruendi rationem quandã, quare ſ. Moyſes neceſſarium indicarit creationis deſcriptioni præmittere* in principio: *Nimirum vt intelligerent homines,tot tantaq; Dei beneficia,ſolùm ex Dei charitate,& non aliquo debito, aut meritò noſtro antecedente promanaſſe, iuxta illud Rom.* 1. Quis priot dedit illi, & retrib.&c. *Hoc enim charitas nimis prauidet, Nam afferens S.Pontifex illud Apoſt.* 2. *Cor.*12. Impendam, & ſuperimpendar pro animabus veſtris,*Quibus verbis ſummum ſuũ amorẽ erga Corinthios oſtendit,nimirum, mortem pro illorum ſalute non recuſare promittens,notauit,propoſito noſtro inſeruientem,Sancti Apoſtoli additionem, nempè* Licet vos diligens minus diligat: *Quæ Corinthijs obiecit illud, de quo antea clarè conqueſtus fuerat,quod* 13.*apud illos manens per tres annos,nihil ei,aut ſocijs adiumenti temporalis adminiſtraſſent: aſſignandoq; rationem cur verbis amatorijs,tantoq; amore flagrantibus erga ipſos, eorundẽ erga ſe commemorarit inhumanitatem ait*: Forſitã ne credamus, quia eorum pro quibus impendi deſiderat debitor fuer it.*Ex quo patet,charitatem illam eſſe perfectam, quæ merita præcedentia non reſpicit.*

X V I.

S. *AMBROS.Exam.*1.*c.*4.*ſic*: Eſt etiam initium myſticum; vt illud eſt Apocal. 1. Ego ſum primus,& nouiſſimus; initium,& finis. Et illud in Euangelio præcipuè,quod interrogatus Dominus Io.8.quis eſſet:reſpondit; Initium, quod & loquor vobis. Qui verè & ſecundum diuinitatem eſt initium omnium, quia nemo ante ipſum: & finis,quia nemo vltra ipſum:& ſecundũ Euangelium initium eſt viarum Domini in opera eius: vt per ipſum diſceret hominum genus uias Domini ſequi,& operari opera Dei.*Vbi qui ſe in Eccleſia principia appellatur capita,& capitula (ſynonima enim ſunt hæc) attendant ſuum munus eſſe alios vias Dei.& opera,& doctrina docere.*

X V I I.

S. *AVGVST.quæſtion.ex nouo teſtamento q.* 55. *reſpondet illi quæſtioni,quæ circa litteram noſtri textus excitari ſolet: nempè quo tempore anni, mundus creatus fuerit,dicendo* Quid cauſæ fuit ut illo tempore crucifigi ſe permitteret Dominus, quo 8.Kalen.Aprilis Paſch. acturi erant Iudæi? Omnia proprijs locis & temporibus egit Saluator:ut enim omnia ſe uoluntate Patris rectè cõdidiſſe doceret,tunc uoluit paſſione ſua mundũ redimere,& reformare,quando eum et creanerat, ideſt in æquinoctio, unde mundus initium cæpit.*Vbi apparet & quod conformitas Dei, non ſolum in ſubſtantia rei,ſed in temporis imitatione conſiſtit, & quod tunc expectari poſſunt reparanda à Deo,perdita, à ſe nobis conceſſa bona, cum aduenerit tempus,quo ille illa conceſſit,ſeu creauit.*

XVIII.

IDEM *de Ciu.Dei* 11.*c.*32 *ſic*: In principio fecit Deus cœlum,et terram: atq; illud quoq; dictum eſt in principio,non ita dictum, tanquã primum hoc factum ſit, cum ante fecerit Angelos;ſed quia omnia in ſapientia fecit. *Et* 12.*Cõſ. cap.*

In principio.

cap. 19. Verum eſt .n. Dñe feciſſe te cœlum, & terram: & verum eſt principium eſſe ſapientiã tuam, in qua feciſti omnia: *Vbi apparet primo ſe Deum prædicari de ſapientia, in qua oĩa fecit: quã de potentia, qua omnia creauit velle.*

X I X.

S. *BASIL. Hexam. homi. 1. ſic,* Principium ſanè dicitur primaria quæuis motio, vt in illo Prou. 37. Principium viæ bonæ, eſt facere iuſta.

A iuſtis enim actionibus mouemur ad vitam æternam.

X X.

HVGO *Card. Poſtil. in 2. Io. Ad illa verba c. 2.* Et nunc rogo te Dña, non tanquam mandatum nouum ſcribens tibi, ſed quod habuimus ab initio. *Materiam præbet vnde dici poſſit Moyſem præmiſiſſe deſcriptioni diuini tex. verbũ* in principio, *vt ab antiquitate commendaret diuinam ſcripturam: nam ſic ait:* Et debes de facili retinere, quod rogo: quod nõ mitto mãdatũ ſicut hæretici: qui noua inducentes fraternæ charitatis federa dirumpunt. *Et affert ſequentes textus:* Hiere. *6.* Stãte ſuper vias veſtras, & videte, interrogate de ſemitis antiquis. Et Eccl. *9.* Nouus non erit ſimilis illi.

X X I.

INCOGNIT. *Expoſ. in Pſal. 101. Ad illum verſ.* Initio cognoui de teſtimonijs tuis: quia in æternum fundaſti ea: *talem etiam profert expoſitionem, ex qua aliã non cõtemnenda aſſignari poſſit ſolutio ſuprapoſito dubio, nempè iudicaſſe Moyſen neceſſarium præfigi ſacri textus deſcriptioni verbũ (Principium) vt ab antefactis colligeretur firmitas diuinorum teſtimoniorum: ſunt .n. principia, indicia certiſſima proſequentium. Nam ſic exponit:* Ideſt, de teſtimonijs tuis ab initio cognitionem, & fidem aſſumpſi, quod in æternum fundata ſunt. *Vbi apparet, ex nullo ſtabilitatem alicuius rei melius poſſe iudicari, quam ex cognitione initij, ac principij eius.*

X X I I.

HVGO *Card. Poſtil. ibi ſic:* Monſtrata ſunt vera teſtimonia tua. Teſtimonia vocat præcepta, vt dicit gloſſ. quæ dicũtur fundata in æternũ, quia pro eis neglectis, vel ſeruatis merces, vel pœna æterna reddetur, vndè ſenſus eſt: Initio, ideſt, in Adam, qui pro neglectis punitus & in Abel, qui pro ſeruatis remuneratus. *Vbi apparet vnde cognoſci poſſit, an leges ſint in æternum, vel diſſoluantur.*

X X I I I.

S. *AMBROS. Hexam. lib. 1. c. 4. Inter cæteras expoſitiones, quas aſſignat huic verbo,* Principiũ, *aſſerit idem eſſe, ac verno tempore. Aſſerensq; illud Exodi 12.* Menſis hic principiũ menſiũ erit vobis: *concludit:* In hoc ergo principio menſium cœlum, & terram fecit: quod inde Mundi capi oportebat exordium: vbi erat opportuna omnibus verna temperies. *Vbi ſignum habemus, vnde diuina opera à principio iudicemus, an ſint talia, vel adulterina; nimirum ſi cum omnium opportuna tẽperie incipiant. Nam aliàs ſunt Diaboli, qui nonniſi incommoditati omnium ſtudet. Sunt enim diuina principia nimis affabilia. Vnde Sanctus Doctor aſſignans rõnem, quare Deus in lege Aprilem principiũ anni conſtituiſſet, proſequitur:* Decebat .n. principium anni, principium eſſe generationis, & ipsã generationem mollioribus auris foueri. Neque .n. poſſent tenera rerum exordia, aut aſperioris laborem tollerare frigoris, aut torrentis æſtus iniuriam ſuſtinere.

X X I V.

EVCHER. *Comm. in Gen. lib. 1. c. 1. inquit:* Hic ſenſus duobus modis ſine offenſione accipitur, ideſt, aut primum omnium fecit: aut, In principio; quod eſt ſapientiæ. *Vbi apparet operæ ſapientiæ ſemper eſſe prima: ſynonima .n. hæc ſunt: fatuitatis autem tarda ſemper & poſtrema.*

X X V.

PRocop. *Com. in Gene. c. 1. ſic;* At ſi velimus Hebræam obſeruare veritatem, ſciendum eſt principij nomen ſignificare caput. Itaq; licebit hunc aſſignare ſenſum: Moyſes cœlum, & terrã, quæ prima ſunt entium viſibilia, caput vocat. Quemadmodum in corpore humano caput nõ ſitu ſolum, ſed & ſenſitiua virtute, vitaliq; ſpiritu reliquas corporis partes excellit: ſic reliquas diuini opificij partes longè ſuperat cœlum, & terra. *Vbi apparet in Domo Dei ſemper præcipuos, primas partes etiam in narratione hiſtoriæ obtinere. Omnia enim ordinata ſicut fuerint, ſic enarrantur.*

X X V I.

S. *Auguſt. lib. 1. de Trinit. tenens illam litteram, quæ, vbi nos legimus: In principio, interpretatur, in Filio; cui conſonans eſt illud Ioa. 1. In principio erat Verbum; notans hanc altitudinem, & ſubli-*

In Principio.

blimitatem verborum, cum illa teneritudine Dauid loquẽtis in Pſ.109. Et ipſe tãquã ſpõſus procedẽs de thalamo ſuo; *dicit ſequẽtia verba:* Sm̃ formam .n. Dei principium eſt, ꝙ & loquitur nobis: in quo fecit Deus cœlũ, & terrã. Secundum autẽ formã ſerui, ſponſus procedens de thalamo ſuo. *Vbi inuenitur rõ, quare Eccleſia in ſolẽnitate natalis dñi, in qua illud cãtatur Euangeliũ.* In principio erat Verbũ, *toties repetit illum verſum:* Tanquam ſponſus, &c. *Nẽpè vt tanta teneritudine, v3. æqualitatis ſponſi, attẽperet illam celſitudinẽ,* In principio erat, &c. *Qui enim vt Deus, Principium ſonat, vt ſponſus æqualis præmonſtratur.*

XXVII.

S. *THOM.1.p.q.46.art.3.ſequens ſup.poſiti litteram, intelligens hic Filium, vt cauſa exemplaris fuit omnium creaturarum, dicit, hoc poſitum fuiſſe hic ad excludendũ errorem aliquorũ, qui dixerunt, fuiſſe duo principia in creatione vnũ .ſ. bonorum, alterum verò malorũ. Ad hunc excludendum errorem voluit, igitur, inquit, Deus vt non ſolũ ſciretur ipsũ operatorẽ fuiſſe, ex quo nihil mali exire poſſibile erat, ſed habuiſſe pro exemplari Filium ſuum, nempè ſapientiam, a quo nihil niſi bonum tranſumi poteſt, & ait:* Quidã verò poſuerũt duo creationis principia, vnum bonorum, aliud malorũ: & ad hoc excludendum exponitur. In principio, .i. in Filio. Sicut .n. principium effectiuum appropriatur Patri pp potẽtiam; ita & principiũ exẽplare appropriatur Filio propter ſapientiã. *Vbi apparet, ad probandam bonitatẽ operis à priori non ſufficere oſtentare potentiam, qua operatur, niſi oſtẽdatur ſapientia, ad cuius exemplar operatum eſt.*

XXVIII.

S. *BONAV. in Hexam.ſerm.1. Tenens illã litterã quæ legit:* In principio, .i. in Chriſto: *ſic ait:* A Chriſto incipiendũ eſt, vt veniatur ad ſapientiam Chriſtianam. Cuius probatio eſt: quia nemo nouit filium, niſi pater: neq; patrẽ quis nouit, niſi Filius? Mat.11.

XXVIIII.

P*HILO de Opificio Mundi ſic;* Quod ſi principium non accipitur nũc iuxta ſignificatum tpis, cõueniens fuerit, id ſignificare iuxta numerũ, vt hæ voces, In principio fecit, idem valet, ꝙ primum fecit Cœlum. *Vbi apparet non ſufficere, quod excellentiora in vnoqueq; genere fiant, ſed vt primo reliquis ignobilioribus ſe fiant.*

XXX.

P*ROCOP. Abb. Comm. in Gene. Hoc verbum,* In principio, *exponẽs, tenet hic verbum (Principiũ) denotare artem, quã Deus voluit intelligi in ſuo opificio præceſſiſſe potẽtiã, qua operatus fuit. Et ſic dicit:* Aut ſi mauis intellige in hunc modum præſens negotium: .ſ. quod Deus ſuum opificiũ auſpicatus, primo hæc quæ recenſet, extruxerit non ſecus architectus, qui ædificium molitur, & primo fundamẽta futuri ædificij iacit; licebit & artem creantis mundum appellare, principiũ. Nã nemo negat, quin ars ſit principium arficialium operum. Secundum hanc rõnem ſapientia Betſeleelis Exo.35. principium ornatus, quo expoliebatur tabernaculum. *Vbi Principes, præcipuè, habent documentum, nè quid magnum faciant quin prius molitum intra ſeipſos per artis, & ſapientiæ regulas cognoſcatur.*

XXXXI.

M*Agiſt. Sent. 2. diſ. 2. Inter cæteras expoſitiones quibus interpretatur hoc verbum,* Principiũ, *dicit ſonare,* Ante omne tempus; *& proſequitur:* Vndè Auguſt. in lib. de Trinit. dicit, ꝙ Deus fuit Dñs antequam tempus eſſet, & non vtiq; in tp̃e cœpit eſſe Dñs, quia fuit dñs tp̃is, qñ eſſe cępit tempus: nec vtiq; tempus cępit eſſe in tp̃e, quia non erat tempus antequam inciperet tempus. *Vndè non inepte elici põt ratio, & principium aſſignandi tempus imperij, quo vtuntur Principes, præcipuè Summi Pontifices, qui dicunt: Anno 4. vel 8. Pontificatus noſtri, nimirum in ſignum humilitatis ad differentiam ſummi dominatoris, cuius principatus, cùm ſit antè omne tempus, nullo demenſuratur temporis curſu.*

XXXII.

R*VPER. Abb. lib. de Glorific. Trinit. & proceſſ. S.S. c.6. Intelligens per verbum, Principium,* Filium, *quaſi dicat:* In Filio creauit Deus cœlũ, & Terram. *Quod probat non ſolum ex terminis Hebraicis, ſed ex illo Chriſti dñi Ioa.8.* Ego ſum principium, qui & loquor vobis. *Quærit quare cum Pater, & S.S. etiam ſint principium omnis creaturæ, ſolus Filius, principium ſpecialiter nuncupetur? Reſpondet aũt:* Quia per paſſionem ſalutis noſtræ author conſummatus eſt. Quod futurum non latebat Moyſen cum iſtam ſcripturã digito Dei prædoctus ſcribere inciperet. Benè igitur & venerabiliter ſm̃ rei veritatem pro, Ben, ideſt pro

Fi-

In principio.

Filio Bereſith,ideſt principium poſuit, principiũ nuncupans Filium Dei.Propter quem nos condidit,vidit,& ſaluandos fore præuidit. *Vbi apparet res magis propriè dici incipi à reparatione poſt lapſum,quã à creatione.ſeù initio quo eſſe cœperunt.*

XXXIII.

S. *AMBR.Hexam lib.1.c.3. Aſſerit Moyſen ex profeſſo ſcripſiſſe, hunc mundum habuiſſe principiũ,vt homo cognito principio, deueniſſet in cognitionem certam,& infallibilem finis huius ſæculi, qui difficile erat inueniri in ſpherica figura, qualis eſt huius machinæ, & dicit:* Cum ergò tot oracula audias,quibus teſtificatur Deus,qđ fecerit mũdum,noli eum ſine principio eſſe credere, quia quaſi ſphæra mundus iſte dicatur,vt principium eius nullum videatur extare:& cũ intonat quaſi in circuitu omnia commoueantur:vt vndè incipiat,vbi deſinat non facilè comprehendas:quia circuitus principium ſenſu colligere impoſſibile habetur: neq;.n. ſphæræ potes initium reperire,vel vndè incæperit globus Lunæ,vel vbi deſinat menſtruæ Lunæ defectio,ſi ipſe circuitum, vel atramento,vel graphio ducas, vel cẽtro exprimas vndè cæperis,aut vbi deſieris interuallo interpoſito non facilè oculis colligis,vel mente repetis.Et tũ & cępiſſe, & deſiſſe tibi ipſe teſtis es.Nam & ſi ſenſum ſubterfugit, veritatem non ſubruit.Quæ aũt initium habent,& finẽ habent: & quibus datur finis,initium datum conſtat.*Vbi apparet nullum certius nutium finis alicuius rei quã principij eiuſdem commemoratio. Vndè irridendi ſunt illi,qui vel diem ſuæ natiuitatis,vel initia ſuorum honorum,& dignitatum promotionis celebrant, non attendentes talia magis deplangenda eſſe, lacrymiſq; funeranda; nimirum tanquam certiſſima, & infallibilia mortis & finis prænuntia:* Ex eo namq; *quod mens concipit principium neceſſaria conſequentia debet recognſcere finem. Et quando alias ipſis ſubterfugiat memoria mortis & finis,ex eo quod initia celebrant,& fatentur,non poteſt in eis iſta infallibilis obrui veritas.*

XXXIV.

I*DEM ibi cap. 4. Tenet idem eſſe:* In principio, *ac in* Chriſto,*coniungenſq; illa verba Coloſ.1.* Ipſe eſt primogenitus omnis creaturæ: *ait:* Siue quia ante omnem creaturam,ſiuè quia Sanctus, quia primogeniti Sancti ſunt,primogenitus Iſrael,non quia ante omnes,ſed quia ſanctior cæteris:Sanctus autẽ Dominus ſupra oẽm creaturã, & ſecundum corporis ſuſceptionem, quia ſolus ſine peccato,ſolus ſine vanitate. Omnis autem creatura ſubiecta vanitati eſt,Rom 8. *Vbi apparet in domo Dei ſumi primogenituræ honorem, non ab prioritate temporis: ſed ab excellentia Sãctitatis.*

XXXV.

S. *BASIL. Hexam. hom. 1. ſic,* Dicitur rurſus, Principium id quoq; vndè quiduis conficitur,cum hoc ipſum principiũ inexiſtit ei operi, quod moliris,tale quid eſt ædibus fundamenta, & carina in naui, iuxta eam acceptationem dictum eſt: Principium ſapientiæ timor Domini. Eſt n.. hic reuerentiæ erga Deum timor ad perfectionem contemdenti, veluti fundamentum, & gradus quidam. *Vbi apparet machinam iſtam in Dei timore eſſe fundatã;quo dẽpto ſine dubio ruet.*

XXXVI.

S. *ISID Peluſiota lib.2. epiſtolar. epiſt.241. Hieraci clariſſimo videtur fauere illã opin. aliquorũ,qui dicunt hic verbum,*in principio,*idem eſſe,ac in inſtanti,celeriter, & ſine mora,de quo Deus ante omnia in opificio ſuo voluit prædicari. Dicit .n. ſequentia verba:*Hoc ſcias velim,O puritatis delubrum,de tota Vrbe celebrari. Nam cum admirabile opus cõfeceris,admirabilius illud per celeritatem effeciſti.Erat.n. id quidem per ſe magnum: at celeritas maius ipſum, imò maximum reddidit,qua beneficium ornatum eſt,grãtiuſq; ac iucundius effectum.

XXXVII.

P*ROCOP. Abb.Com.in Gen. Inter alias interpretationes,quibus exponit hoc verbum,* in principio,*dicit ſequentia verba:*Videntur mihi itaq;hęc Moyſis verba docere,Deũ voluiſſe ea,quæ procreauit diuina ſua potentia procreare: & vt voluit effectum voluntati reſpondiſſe. *Vbi apparet eſſe Deificum operari,neq; morã pati poſſe,vbi principio affectus, & voluntati ſubitò occurrit deſiderati operis effectus. vndè non eſt mirum,ſi quamplurimi non operentur in principio,ſed tardè & malè,quia non ſic (ſicut Deo) adeſt effectus affectui, quod eſt ſolius Dei,aut (vt dicebat Iacob infra cap.27.quãdo Deus vult peculiari concurrentia:*Voluntas Dei,inquit,fuit vt citò occurreret mihi ꝙ volebam; *reſpondens Patri admiranti,& dicenti:* Quomodo tã citò inueni re potuiſti Fili mi? *Et tunc eſt maxima prædicatio ſiquidem Moyſes de illa in primis*

Deum

In Principio.

Deum prædicat, *dicens*: In principio.

XXXVIII.

PORRET. *Ord. Præd. Verit. Aure. ſuper tot. legẽ vete. ſic:* Quomodo ex hoc, ꝙ creauit, nõ eſt omnipotens? Ex hoc quod tantam machinam, .ſ. Cœlum & Terram, in principio, .i. in inſtãti produxit, non eſt omnipotens? Etenim tantam machinam in mille annis ẽt producere foret mirabilis potentiæ, ſine comparatione igitur mirabile eſt, ipſam in inſtanti condidiſſe. *Vbi apparet omnipotentiam magis commendari à celeritate, quã ab efficientia: Siquidem Moyſes creationi præpoſuit:* In principio.

XXXIX.

RVPER. *Abb. lib. 1. de Glorific. Trin. & proceſſ. S. S. tenens illam cõem interpretationem huius verbi,* In principio, *nempè* in Filio; *non ſolùm notauit altitudinem, & excellentiam huius tituli, ſcilicet,* Principiũ, *ex eo quod cæteros omnes diuinitatis titulos hominibus cõicauerit, dicit enim,* Ego dixi: Dij eſtis, & Filij excelſi oẽs. *& alibi,* Nolite tangere Chriſtos meos (*neminem aũt legimus principium vocatum, niſi ſolum Chriſtum* (*ſed quærit, quare interrogatus Chriſtus Dñs à Iudæis quis nam eſſet, potius reſpondit ſe eſſe principium, quam ſe eſſe Deũ, aut Chriſtum? Reſpondet aũt:* Igitur altius (vt iam dictum eſt) veritatem eſſentiæ ſuæ deprompſit, dicendo, principium, quam ſi diceret, Filius Dei vel Chriſtus ego ſum. *Vbi moraliter apparet, illas familias eſſe nobiliores cæteris, quæ principia ſunt, quamuis aliæ ſint ſublimiores, & potentiores.*

XL.

S. BASIL. *Hexam. hom. 1. Aſſignans rõnem, quare Moyſes cum ſufficeret ad inſinuandum Deum Orbis Creatorem dixiſſe:* Creauit, *præpoſuit tamen,* In principio, *dicit,* Et hic verborum compendio, ad noſtram omnium qualemcunq;, nempè elementaris inſtitutionem doctrinæ ſibi diuinitùs aſpiratæ Moyſes tradidit dicens: In principio: Nam quæ ex tpe cœpetunt, neceſſe proſſus eadem, & aliquando deſitura ſunt, & conſummãda. De horum igitur fine nihil dubites, quęcunque ex tempore ſumpſerunt principium. *Vide irridendi ſunt* (*tanquam in elementarijs primis doctrinis errantes*) *qui perpetuas vocant dignitates, quæ ſine temporis limitatione eis collatæ ſunt, cùm nõ ignorent tales in tempore habuiſſe principium. Nihil enim illos* (*illa data temporis, quæ in ſibi datis deplomatibus*) *eos admonet, quam infallibilem finem ſubſecuturum.*

XLI.

RVPER. *Abb. Com. in Apocal. lib. 2. cap. Aſſerẽs per occaſionem noſtrum textum, admirãs dicit ſequentia verba:* De illo .n. tempore dicit homo, qñ non erat homo. *Vbi apparet, quã admirabilem ſe oſtenderit D. Io. Euangeliſta in pronunciatione ſui Euangelij, dicens,* In principio erat Verbum, *ſiquidem non ſolum loquutus fuit de tempore, quo non erat homo, ſed de æternitate ante quam eſſet tempus.*

XLII.

S. AMBR. *Hexam. 1. c. 4. ſic:* Principium aut ad tempus refertur, aut ad numerum, aut ad fundamentũ. *Vnde moraliter, principiantes in omni opere bono iſta debent ante omnia obſeruare. Tẽpus: nè in opere bono exequendo retardetur: numerum: nè per exceſſum perdatur: fundamentũ, nè in incremento ruat. Addatur, quod S. Baſil. tenens idem Hexam. Homil. 2. de vltimo loquens ait,* Tale quid eſt in ædibus fundamenta, & carina in naui. Iuxta eã acceptionem dictum eſt: Principium ſapientiæ timor Dñi. Eſt .n. hic reuerentiæ erga Deum timor ad perfectionem contendenti, veluti fundamentum, & gradus quidam.

XLIII.

BEDA *Hexam. Quærit ad quid præpoſita fuiſſet illa particula,* In principio, *cùm ad ſcientiã creationis mundi ſufficiſſet dicere:* Creauit Deus Cœlum, & Terram? *Reſpondet aũt quod adhoc, vt oſtenderet diuerſum modum operãdi in Deo ab illo, quo operãtur homines, nimirum operari perfectè ſine vlla ante neceſſaria, vel materia, vel materia, vel antecedẽte incoationis operatione, ſed primo omnia perfecta ab eius voluntate prouenire. Hæc ſunt Venerabilis Patris verba:* Tãta celeritate operationis, omnipotẽtem eſſe declarat, cui voluiſſe feciſſe eſt. Nam humana fragilitas cum aliquod operatur, v. g. domum ædificamus, in principio operis materiam præparamus, & poſt hoc principium fodimus in altum, deindè immittimus lapides in fundamentum, &c. Deus autẽ omnipotens, cuius manus eſt ad explendum opus ſuum non eguit mora temporis. *Vbi patet, ſolum Deum poſſe operari perfectè voluntatem pro capitale habendo, & ſine interuallo temporis. Hominibus aũt extra manus, & voluntatem, materia opus eſt ante parata, & tempore vt operentur.*

Digitized by Google

In principio.

XLIV.

RVpert. Abb. lib. 1. de Gloriſ. Trin. & proc. S. S. *Aſſerens ſimul cum noſtro textu illud Chriſti Dñi Io. 8.* Ego ſum principiũ, qui loquor vobis: *notans quomodo vtraq; verba ſibi conſonant, dicit*: Cuncta quæ locutus eſt homo factus, & inter homines ambulans, & docens Filius Dei, nimirum authoritatem habet de ſanctis ſcripruris, & in ſuas aſpiciebat ẽt cum noua putaretur loqui, iuxta q̃ de ſemetipſo dilecta in Canticis cap. 5. iamdudum dicebat: Oculi eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarũ, quæ lacte ſunt lotæ, & reſident iuxta fluẽta pleniſſima. Itaq; ſic, vt certum habemus, quia dicẽdo: Ego ſum principium, qui & loquor vobis, reſpiciebat ad iſtud caput libri, quod dictum eſt: In principio creauit Deus cœlum, & terrã. *Quo Prædicatores inſtruuntur, nè de Chriſto dño, & eius Sãctis dicant alia encomia, præter ea, quæ ſunt in ſacra ſcriptura, ad quam ſi reſpexerint columbina ſimplicitate, & quamplurima, ſicut de pleniſſimis fluentis depromẽt, & licet de antiqua ſcriptura, tñ quæ nouiter dicta videantur quamplurima inuenient: Nimis .n. nos derident hæretici, ex eo, quod in laudem Chriſti dñi, & eiuſdem ſacratiſſimæ Matris, dicunt aliqui, quæ non depromuntur, neq; reuera inueniuntur in ſacra ſcriptura.*

XLV.

HVGO Card. Poſtil. in pſ. 77. *Ad illum verſum:* Memor ero ab initio mirabilium tuorum: *Talem profert expoſitionem, vnde colligi poteſt non contemnenda ratio, quare Moyſes præpoſuit verbũ,* In principio: *nempè ne mutatione rerum in melius: quæ ab initio facta fuerunt prima beneficia obliuiſcerentur: nam ſic exponit,* Ideſt non ſum oblitus huius mutationis in me factæ.

XLVI.

BVRGEN. *Addit. ibi ſic*: Principium relatiuè intelligitur reſpectu principiati: quapropter in ſcriptura, vbi principium legitur, mox adijcitur illud, cuius reſpectu dicitur principiũ. Vndè hoc loco principium referri põt ad creauit. *Vbi moraliter principiantes in aliquo bono, ſtudeant, vt videatur, & appareat bonum, à cuius principio denominantur.*

XLVII.

RVPER. Abb. li. 1. de Gloriſ. Trin. & proc S. S. *c. 9. tenens, illam cõem huius litteræ interpretationem, nempè idẽ eſſe, ac ſi diceret,* In Filio creauit, *dicit ad hoc Chriſtum dñm alluſiſſe, cum dixit Iudæis Io. 8.* Ego ſum principium, qui & loquor vobis. *Vbi quærit, quare idẽ dñs interrogatus à Iudæis quis nam eſſet, non reſpondit ſe eſſe Deũ, Chriſtum, ſed ſe eſſe principium reſponderit, cum, vt ipſe notauit nomen,* Principiũ, *in Deo plus dignitatis ſit quam nomen* Deus, *& nomen* Chriſtus, *ſiquidẽ iſta legimus, ẽt hominibus eſſe communicata, ſecundum illud,* Ego dixi Dij eſtis. *& illud,* Nolite tangere Chriſtos meos; *nomen verò,* Principiũ, *de nullo, excepto Dei Filio dictum inuenimus: & tamen non ſic videbatur quæſtioni ſibi ſactæ à Iudæis ſatisfacere, ac ſi diceret*: Ego ſum Deus, Ego ſum Chriſtus. *Reſpondet difficultati ſequentibus verbis,* Malignã intentionem illorum ſic eluſit, vt non poſſent eum accuſare apud Romanum Imperium, quaſi de aſſumptione regiminis: ſic & in loco alio dũ circundantes illum dicerent: Quouſq; animam noſtram tollis: ſi tu es Chriſtus, dic nobis palã: non ſtatim aſcendit contra eos, dicendo: Chriſtus ego ſum: ſed quaſi gyrando poſt eos eſt aliqua locutus de ſe paſtore, & ouibus ſuis, quã v3 profeſſionem, ſi de illa accuſaretur, non multum curarent Romani. *Vbi apparet, tyrannis ſolùm nomen regium, regimenq; ſonans eſſe odioſum, quantũlibet excelſiores ſint alij tituli, & encomia.*

XLVIII.

IDEM Poſtil. in Eſai. *Ad illa verba cap. 55.* Oẽs ſitiẽtes venite ad aquas, &c. Properate: *quãdam facit aduertentiam, ex qua non admodum inepta moralis ratio colligi poteſt, quare Moyſes deſcripturus diuinum textum præmittendum iudicauit dicere,* In principio: *nempè vt aduerteret: non reſeruandam ad finem vitæ, & ſenectutem ſacræ ſcripturæ ſcientiam. Nam eleganter ait*: Et notandum quod dicit: Properate: quidam .n. tardè veniunt ad aquas ſacræ ſcripturæ, cùm iam delyrant præ ſenectute: ſed Manna in mane iuuentutis debet colligi: non enim inueniebatur, niſi in mane.

XLIX.

PROCOP. *Com. in Gen. c. 1. Sic verbum,* In principio: *explanat.* Põt hoc loco principiũ dici, & illud, quod in bonum finem factum eſt. Nam Deus conſtat procreaſſe opificium reſpectantẽ finem optimum. Siquidem hæc mundi machina mirabiliter docet animos mortalium, & ad verã Dei cognitionem inducit. *Vbi apparet, ſola illa opera poſſe dici incæpiſſe à principio, & fundamento,* or-

In Principio.

ordineq; quæ reſpiciunt bonum,& optimum finem: cætera verò confuſè, & aerie incipiunt, vnde & facilè ruunt.

L.

S*. BONAV. 2. diſt. 2. Explicans lectionem S. Auguſt. & Mag. ſent. qui legunt,* Cũ principio: *ait ſic:* Difert dicere ſecundum Auguſt. aliquid fieri ex tempore,& in tempore,& cum tempore. Ex .n. importat ordinem: In, importat continẽtiam: Cum, importat ſimultatem. Et ideò nihil eſt factum in tp̃e, nec ex tp̃e, niſi quod exceditur à tp̃e. Quia igitur tempus, & ea quæ in primordio temporis creata ſunt à tp̃e non exceduntur: ideò ea dicit eſſe creata cum tp̃e,& non in tempore, nec ex tempore. *Vbi apparet, ſimultatẽ creationis, in vnoquoq; genere, excellentiã ad inuicem in concreatis tollere. Ad cõfirmationem lectionis prædictæ inſeruit illud Gen.* In baculo meo tranſiui Iordanem,&c. *legitur enim Heb.* cum baculo.

L I.

H*VGO Card. ad illa verba Prou. c. 30.* Qui aũt fortiter premit vbera ad exprimendum lac, exprimit butyrum: & qui vehementer emũgit, elicit ſanguinem. *Quandam adſert doctrinã, ex qua illi dubio, .ſ. quare Deus voluerit ſacræ ſcripturæ præponi verbũ,* In principio; *nõ incongrua poteſt ſolutio adhiberi, nempè ad reprimẽdam vehementiam incipientium legere ſacram ſcripturam, nè .ſ. putantes nihil vltra proſequendũ, quaſi iam eſſent in meſſe, vel vindemia, omnes vellent ſenſus elicere, & ſacræ paginæ myſteria; ſed paulatim & tanquam à principio, vſq; ad finem illius inexhauſti pelagi progrederentur: ipſius hæc ſunt verba,* Qui vehemẽter emungit, ideſt nimis curioſè, aut pluſquam oporteat, vel expediat ſecreta ſcripturæ inquirit, elicit ſanguinem, ideſt in carnalem intellectũ cadit. Vndè Beda. Sanguinem elicit, qui vehemẽter emungit: quia carnale efficitur, hoc quod nimia diſcuſſione ſentitur. Sacra .n. ſcriptura, eſt quaſi arbor habens folia verborum, & fructus ſenſuum: & ſicut in arbore non ſub quolibet folio eſt fructus: ita ſub quolibet verbo non eſt requirẽdus ſenſus myſticus, aut moralis: ſed quãdoq; ſolus ſenſus hiſtoricus, quandoq; ſolus myſticus, quandoq; ſolus moralis, quandoq; omnes reperies. *Hinc non mediocriter arguendi apparent aliqui moderni, qui ex profeſſo omni ſacræ ſcripturæ ſententiæ & verbo, omnes ſenſus dare præſumunt, & ſine maxima litteræ extorſione, minimè fieri ſemper poteſt.*

L I I.

S*. IO. Chryſoſt. homil. 14. in 8. cap. Epiſt. ad Rom. verba Apoſtoli,* Et nos ipſi primitias ſpiritus habentes, & ipſi intra nos gemimus adoptionẽ Filiorum Dei expectantes, *ſic exponit, quod liceat dicere, Moyſen præpoſuiſſe ſacræ ſcripturæ,* In principio, *vt homines aduertentes magnitudinem beneficiorum diuinorũ, vʒ. cœli, & terræ creationem, &c. quodq; iſta tam magna, nõ ſint niſi quædam primitiæ, diuinæ benificentiæ, ex eo allicerentur, ad finalia maxima auiditate perquirendum, & expectandum. Eſt namq; argumentum euidẽs, quod ſine comparatione, maiora erunt in termino, quæ in principio ſũt tã magna. Hæc eius ſunt verba,* Vt .n. ſaxeus quis ſit, quæ data iam ſunt, ea vel idonea fuerint, quę illum excitent, & à præſentibus abducant; tum aũt ad futura, duplici quidẽ de cauſa veluti alis ſubnixum traducãt: partim quod magna ea ſint, quæ data ſunt: partim quod vel tot, tantaq; ea primitiæ ſint. Si .n. primitiæ tales ac tãtæ, vt per eas, & à peccatis fuerimus liberati, tum iuſtitiã, & ſanctificationem aſſecuti, qui aũt id temporis fuere, ij & dæmones exegerint, & mortuos per vmbram, per veſtimenta ſuſcitarint, cogitate ipſa tota res, quanta eſſe poſſit. Ex *quo Principibus aduertendum, vt primitias gratiarum ſuarum magnas efficiant, ſi velint milites volare ad premiũ totale conſequendum.*

L I I I.

H*VGO Card. Poſtil. in 1. Ioa. Ad illa prima c. 1. verba, quibus ex abruto incipit, nempè,* Quod fuit ab initio: *quandam profert doctrinam, ex qua poteſt colligi ratio, quare Moyſes nulla præhabita mentione temporis, aut perſonæ, quibus ſcriberet, vt fecerunt omnes alij Prophetæ, vt ex illorum ſcriptis conſtat, ſtatim incæperit dicens,* In principio: *excitãs eandem quæſt. de B. Ioann. reſpectu BB. Apoſt. Petri, & Iacob. reſpondet,* Nec perſonã determinat hic, nec gentẽ: quia agit de ſinceritate fidei, & charitatis, quæ non habent electionem: quia ad hęc tenentur oẽs: ad ea verò de quibus ſcribunt alij duo, non tenentur oẽs, niſi pro tp̃e, & loco: ſicut ad ſuſtinentiam paſſionum, ad quam monet Iacobus, tenentur homines in tp̃e aduerſitatis. Itẽ ad conſtantiam fidei, ad quam monet Petrus in prima epiſtola, tenentur oẽs in tp̃e perſecutionis. Item ad cautelam hæreticorum, quam do-

In principio.

cet in ſecunda, quando pullulant hæreſes.

L I V.

HVGO *Card. Poſtil. in Eſai. Ad illa verba c. 40.* Nunquid non audiſtis? Nunquid non annuntiatum eſt vobis ab initio? Nunquid non intellexiſtis fundamenta terræ? *hæc inquit*: Hoc pōt dici de illis, qui in electionibus ſemper intendunt eligere tales, qui Eccleſiā multiplicent, & augeant in temporalibus, & de animabus nō curant. Iſti non intelligunt qualia fuerunt prima fundamenta terræ, ideſt Eccleſiæ S. Apoſtoli, qui ſemper fuerunt nudi, & pauperes. *Et poſt aliqua:* Iſti non aduertunt, q̃d Eccleſia primo fundata fuit ſuper paupertatem: & quādiù ſic ſtetit benè habuit. Et de hac fundatione dicitur Iob 26. Qui appendit terram ſuper nihilū, ideſt, ſuper paupertatem.

L V.

S. *AVGVS. Epiſt. 29. Hieronymo quandam tradit doctrinam ex qua conijci pōt non contemnenda ratio, quare Moyſes narrationi ſacræ ſcripturæ præpoſuerit verbum,* In principio, *nempè, vt omnē tolleret occaſionem hominibus inueſtigandi magis inutili curioſitate, quā neceſſario ſtudio, quæ antè fuerunt: ſed ſolum ſe conſererent, ad addiſcenda præſentia, quæ ſcire eis conuenit. Loquens .n. contra præterita ſcrutantes, neglectis præſentibus hæc inquit:* De agenda namq; præſenti vita, quo ad vitam perueniamus æternam, non de præterita ſcrutanda, quam penitùs demerſit obliuio, ſicut eſt illud, q̃ de aīa quærendum putaui, &c. *& poſt ſic ait;* Eleganter autem dictum eſſe narratur, q̃ huic rei ſatis aptè cōuenit. Cùm quidā ruiſſet in puteum, vbi aqua tanta erat, vt eum magis exciperet nè moreretur, quam ſuffocaret, nè loqueretur, acceſſit alius, & eo viſo admirans ait: Quomodo huc cecidiſti? at ille, obſecro inquit cogita, quomodo hinc me liberes, non quomodo huc ceciderim quæras.

L V I.

S. *AMBR. 1. Hexam. 2. Faueas illam lectionem, quæ vbi nos legimus,* in principio, *legit,* in Filio: *contra illos, qui Mundum ex atomis fortuitò ſe cohærentibus dicunt creatum; ait* Aduertit .n. vir plenus prudentiæ, quod viſibilium atq; inuiſibilium ſubſtantiarum, & cauſas rerum, mens ſola diuina contineat, non, vt Philoſophi diſputant, validiorem atomorum complexionem perſeuerantiæ iugis præſtare cām: & iudicauit q̃ telam areneæ texetent, qui ſic minuta, & inſubſtātiua principia Cœlo, ac Terris daret: quæ vt fortuitò coniungerētur, ita fortuitò, ac temerè diſſoluerentur, niſi in ſui gubernatoris diuina virtute conſtarent. *Vbi apparet, non eſſe fidendum ſtabilitati rerum, quæ non à Deo, & in Deo ſuum ſortitæ ſunt principium, ac fundamentum: ſed ex minimis cauſis fortuitò occurrentibus in eſſe productæ in qlibet genere entis fuerunt.*

L V I I.

S. *BASIL. Hexam. hom. 1. In caſu ſup. poſito, vt ſe excuſet argumentari contra illos, ait:* At qui nè ve vna quidem rō apud hos ſolide conſtitit immobiliter, & inconcuſſe, nimirum poſteriore ſēper priorē excludēte ſētiā, adeò vt operoſum iam non ſit nobis illorum dogmata argumentis elidere, quando permutuam futilium verborum velitationem ſatis ipſi ſunt ſuiſmet euertendis opinionibus, *Thomiſtæ hocmet argumento vtuntur erga Angelici Doctoris doctrinæ impugnatores: quod patet ex tot, tamq; ſibi inuicem eorum contradicentibus aſſertionibus.*

L V I I I.

IDEM *ibi: Aliam non parum æſtimandā præbet expoſitionem huius termini,* In principio *; ſic,* Vt qualemcunq; tandem ſpecimen, id q̃d factū eſt, declararetur eſſe, ac minima portio potētiæ admirandæ huius Opificis. Quemadmodum .n. figulus, cum ad vnius ſuæ artis methodum innumera vaſa effinxit, nec ſic quidem ars illi figulinaria diſperijt, aut accīſæ ſunt, & attritæ vires: itidem vniuerſi huius Opifex effectricem illam potentiam ſuā non creando vni Mundo ſic admenſam, & circumſcriptā habet, quominus poſſit hoc vno plures effingere, ſed quæ in infinitū exuperet, quando, & rerū quæcumq; oculis ſunt conſpicuæ magnitudines, vel ſolo annutu ſuæ voluntatis condidit? *Vbi apparet, nunquam ex diuinis portentis in principio factis coniecturari debere exhauſtationem diuinæ potentiæ, diminutionemq; in progreſſu (vt par eſt de hominibus iudicare) ſed ècontra quo maxima fuerint diuina beneficia à principio, eò maiora expectanda ſunt in progreſſu: vtpotè illius, qui* In principio, *ideſt in primo, & ſolo annutu ſuæ voluntatis,* creauit Cœlum, & Terram.

Ex-

In Principio.

Expoſitiones ſententiarum, quę inueniũtur in Cap. Parabolicis Iob, Pſ. Lib. Salom. Prophe. Epiſtolis Apoſt. Apocal. in quibus eſt hoc verbum, PRINCIPIVM.

Ex Iob.

L I X.

S. *GREG. PP. Morali lib.18. Ad illa verba Iob c.28.* Habet argentum venarum ſuarũ principia; *quandam moralem affert expoſitionẽ, ex qua conijcere libet non ineptam rõnem, quare Moyſes ſacrum textum deſcripturus, præmiſerit dicens,* in principio: v3 *(in eodem ſenſu) vt oſtenderet diuinũ textum eſſe principiũ, ac quo omnis prædicatio, & fidelis doctrina debet incipi atq; ad illum recurrere. Nã ſupradicta verba ſic exponit*, In argento eloquiũ, in auro vitæ, vel ſapientiæ claritas deſignari ſolet. Et quia hæretici, ſic eloquij ſui nitore ſuperbiunt, vt nulla ſacrorum librorum auctoritate ſolidentur, qui libri ad loquendum, nobis quaſi quædam argenti venæ ſunt: quia ex ipſis locutionis noſtræ originem trahimus, eos ad ſacræ auctoritatis paginas vocat: vt ſi verè loqui deſiderant, indè ſumere debeant quid loquantur. Et ait. Habet argumẽtum venarum ſuarum principia. Ac ſi apertè dicat; Qui ad ueræ prædicationis verba ſe præparat, neceſsè eſt, vt cauſarum origines à ſacris paginis ſumat, vt omne, qđ loquitur, ad diuinæ auctoritatis fundamentum reuocet, atq; in eo ædificiũ locutionis ſuæ firmet. Vt.n. prædiximus, ſæpè hæretici dum ſua ſtudent peruerſa aſtruere, ea proferunt, quæ profectò in ſacrorum librorum paginis non tenentur: vndè & diſcipulum ſuum Prædicator egregius admonet, dicens: O Timothee, depoſitum cuſtodi, deuitãs prophanas vocum nouitates: quia dum laudari hæretici de excellenti ingenio cupiunt, quaſi noua quædam proferunt, quæ in antiquorum Patrum libris veteribus nõ tenentur: ſicq; fit, vt dum videri ſapientes deſiderant, miſeris ſuis auditoribus ſtultitiæ ſemina ſpargant. *Addatur, quod ait Interniliniali*s; Habet argentum venarum ſuarum principium. Quod non habet eloquium ſuperborum: aut quinoua fingunt. *Vbi apparet, ſoliditas doctrinæ Angelici Doctoris: nam nihil affirmat, quin recurrat ad principium, vel ſacri textus, vel Sanctorum antiquorum Patrũ. Quod nõ habet eloquium ſuperborũ, &c. qui ſolum ad ſuas inuentas recurrunt chymeras. Gloſa Moraliter, ſic:* Per argentum intelligitur eloquium caſtum, qđ emanat de ſacra ſcriptura. *Et Hugo Card. Poſtil. ibi,* Quia hæretici, qui per Eliphat, & Baldath, contra quos Iob diſputat deſignantur, de nitore ſui eloquij gloriantur: nulla tñ ſacræ ſcripturæ auctoritate illud confirmantes: inde Iob oſtẽdit de qua materia debeat ſumi argẽtum ſacri eloquij, ſiuè ſanctæ prædicationis. Vndè Hierony. Noli mihi credere, niſi quod dixero: de veteri, vel de nouo teſtamento oſtendero tibi eſſe deriuatum.

L X.

STEVCHVS: *Enarrat, in Iob: ad eadẽ verba: ait ſic,* Proponit exempla rerum terreſtrium, quibus res humanas aperiat, quemadmodum, natura fines, quibuſq; rebus dedit, omniumq; rerum fontes, & origines reperiuntur, ſiſtendumq; eſt alicubi, ſic omnia hominum facta, finẽ ſuum eſſe habitura, mala malum, bona bonũ. Philoſophatur ergò de naturæ veritate. Sic Græci rõnẽ horum exemplorum eam aſſerant, quod quemadmodum fuit, qui naturę dedit ordinẽ, modumq; ſic multò magis idem res humanas gubernabit earumq; curam ſuſcipiet, nec temere, quemadmodum, nec in natura, patietur fieri quidquam.

L X I.

S. THO. *Com. ibi ſic,* Habet argentum, &c. ſ. in aliquibus determinatis locis, ex quibus vapores reſoluuntur, qui ſint apti ad generationẽ argenti: & ſic dũ miſcentur terræ, vel lapidi prędicti vapores efficiuntur ibi venæ argenteæ: Et auro, &c. quia ſ. ex multis arenis colliguntur, quædam granula auri, quæ in vnum ligantur: qđ quidem non fit in omni loco, ſed in aliquo loco determinato, in quo concurrit debita proportio virtutis actiuæ ad materiam proportionatã tali ſpeciei. *Vbi ẽt in moralibus apparet, non rectè iudicare, qui in omnibus, ſiue peculiaribus, ſiuè communitatibus oẽs perfectiones indiſcrete inuenire contẽdunt, aut prædicare: cum non in omnibus eadem proportio virtutis actiuæ tali perfectioni proportionata inueniatur, neq; materia. Vnde Eccleſia in hymn.*

S. An-

In principio.

S. Antonini Archiep. Flor. ait, Prædicatorum Ordinem delegit inter cęteros, vt literis, & moribus incumberet ardentius.

L X I I.

BEDA *Expoſ. ibi coniungens totam ſententiam* 1 *nempè*, Ferrum de terra tollitur, & lapis ſolutus calore in æs vertitur: *ait*, Mihi videtur, q̄d per ænigma, & parabolā ſub horum nominibus metallorum, mores hominum, ac virtutes deſcribat animorum. Argenti verò, & auri vocabulo ſecundum authoritatē ſcripturarum verbi eloquiū, & ſenſus animi indicare voluerit. Vbi hæc differentes nos ēt dicamus. Habet argētum venarum ſuarum principia, & auro locus eſt, in quo conflatur: vt venæ argenti .i. initium eloquij, ab animæ ſenſibus oriatur; ſenſus verò aureus, rōnis, ac ſapiētiæ iudicio fabricetur, & vt ſit optimus, ab igne diuino examinationis probatione conſletur. Fortitudo verò, quo ferri nomine appellatur, illa ſit, quam de terra, .i. de carnis noſtræ mollitie in nobis tollimus, vt aduerſus eam contra nos militantem, & contra legem ſpiritus concupiſcentem, rigore animi, & virtute pugnemus. Lapidis quoq; nomine, ſit figurata durities, quæ per calorem, ac feruorē fidei reſoluta molleſcat, ut primum poſſit Dei uerba ſcribentis recipere: deindè uelut æs, ꝙ canorum eſt, meritò ſanctitatis proficiēs ad laudes, & gratias Deo referendas fidei ſoliditate perueniat.

L X I I I.

TITELMAN. *Elucid. ibi, coniungens ēt vltima ſequentia verba*, Tempus poſuit tenebris, & uniuerſorum finem ipſe conſiderat: *ſic elucidat:* Argenti metallum ſuas habet uenas, ſiuè mineras, in quibus naſcitur, & multo tp̄e latitat, donec ad ſuam perfectionem perducatur, tn̄ ſuo tempore humana induſtria effoditur, & in lucē producitur. Itē & aurum ſua habet loca, in quibus per longum ſpatium tēporis occultatur ſub terra, priuſquam ſuam accipiat perfectionem: ex quibus tn̄ poſtmodum ſuo tp̄e educitur. Sic & ferrum, cœteraq; metallorum genera, de terra, poſtquam diù latuerunt, eruuntur, & producuntur in lucem: & lapis induratus multo tempore, quum ad fornacem adductus fuerit, per uirtutē agentis caloris, liquatur ex eo, & purgatur æris metallum, quod per longum tempus in terra in terra delituerat. Sic Deus certum, ac determinatum tempus conſtituit tenebris .i. ſingulis rebus pro qualitate, & exigentia ſuæ naturæ conſtituit tempus determinatum, quandiù latere, & occultari debeant, & qñ proferri in lucē ad utilitatem hominum, propter quos facta ſunt inferiora hæc omnia. Ipſe quoq; finē, ac conſummationem omnium rerum iſtarum conſiderat, ſciēs & quando res ipſæ conſummatæ erunt, ac perfectæ iuxta conditionem ſuæ naturæ. *Vndè qui ſe argentum eloquentiæ, aurum ſapientiæ, ferrum fortitudinis, æs ſoliditatis, & canorum cognoſcant, non agrè ferant non exire lucem: exibūt deniq; ſed ſuo tempore: neq; antè feſtinent quouſq; à Deo ſuo determinato educantur tempore.*

L X I V.

DION. *Cart. Enarrat. ibi ſic:* Frequenter iam patuit, argento nitorem eloquentiæ, ſeù ſplendida verba ſacrę ſcripturę: auro autem claritatem ſapientię, ſeu charitatis feruorē ſignari. Venæ itaq; huius ſpiritualis argenti, ſunt libri ſcripturę canonicę, ex quibus velut ex venis riuuli Sanctorum ducuntur, profluuntq; verborū. Principia aūt venarum, exordia ſunt librorum. Inſuper locus, in quo cōflatur aurum ſunt corda fidelium, in quibus ſapientię donum locatur, & aduerſis probatur, charitas quoq; accēditur, &c. Ferrum de terra, &c. .i. homo iuſtus veri, æquiq; tenax, de terrena conuerſatione frequenter ad perfectionē hanc gratiæ, Deo miſerātē, ac cooperāte, prouehitur. Et lapis .i. peccator lapidei cordis ad diuinorum ſuſceptionem eloquiorum durus, ſolutus calore .i. diuini amoris feruore ab hac duritia reſolutus, & pius, beneq; mollis effectus, in æs vertitur .i. fortis, & conſtans efficitur, amando ſplendens, & docendo inſtar ęris ſonorus.

L X V.

CAET. *Com. ibi ſic*, Iob diſcernere intēdit inter bona præſentis vitę, ꝙ ad tria: locum .ſ. pretium, & viam. Intendit ſiquidem diſcernere inter bonum ſpirituale, & bonum corporeum: & manifeſtare, q̄d corporea bona ſunt in certis locis, habent certum pretium, inueniuntur, & acquiruntur labore humano: ſpirituale aūt bonum ſapientiæ ſm̄ Deum, nullo continentur loco, ſuperat omne pretiū, & nō ab homine, ſed à Deo hominibus communicatur per ipſius Dei timorem.

Idem

In Principio.

L X V I.

IDEM *ibi ſic*, Iuxta Hebræum habetur. Quia eſt argento exitus. *Et poſt pauca ſic*: A bonis temporalibus inchoãdo, narrat loca eorũ ſimul cum hominis induſtria atq; opera ad extrahendum ea ex locis occultis, in quibus natura illa producit. Et quoniam locus naturalis, in quo res pretioſæ producuntur à natura, eſt cauſa motiua hominis ad quærendum, & inueniendum illas: ideo incipit à coniunctione: quia: dicẽs: quia eſt argento exitus. *Vbi apparet, neceſſè eſſe non ſolum ſcire locum vbi res pretioſæ naſcuntur: ſed & exitus quibus extrahi à tali loco poſſint.*

L X V I I.

S. GREG. 15: *Moral. 20. illud Iob. c. 20.* Hoc aũt ſcio à principio; *aliam affert dubij illius ſolutionẽ, ſ. quare incipiat diuina ſcript.* In principio; *nempè vt homines recurrentes ad principium mũdi; ex ijs, quæ ab exordio fuerunt facilè deuenirent in cognitionẽ fragilitatis, finis, & infallibilis interitus rerum mundanarum. Nam exponens ſupradicta Iob verba; ſic ait:* Dicturus breuitatem vitæ præſentis, cordis oculum ad exordium reduxit originis: vt ex ante actis colligat, quam nulla ſunt, quæ videntur aliqua eſſe, dum ſunt. *Vbi apparet per nullum melius cognoſci poſſe præſentium ſtatum, quam retroſpiciẽdo præterita: ſecundum illud Eccleſiaſtes c 5.* Quid eſt quod fuit? ipſum quod futurũ eſt, &c. *Fauet Gloſa, quæ ſic ait,* Hoc eſt à principio Mundi expertum, & in ſcripturis redactũ.

L X V I I I.

IDEM *Moral. 26. c. 20. ad illa verba Heliu Iob c. 36.* Repetam ſcientiam meam à principio: *ait*, Quia verò nonnunquã Doctores Sancti crebrò repetunt, ſi quæ obſcurius dicunt: vt quæ occulta prædicant, auditorum cordibus voce hæc iterationis infundãt: plerunq; hoc appetũt, ẽt arrogantes imitari: & inſolenter ea, quæ dixerint replicant: nõ quod auditorum cordibus eas inſinuare res appetant, ſed quod eorum iudicio videri eloquentes volunt.

L X I X.

HVGO *Card. Poſtil. ibi ſic*, Sed quia ex tumore cordis dixerat: Repetam ſcientiã meã à principio: quaſi ſingularem: nè perpenderetur arrogantia eius, ſubdit: Et operatorem meum .i. Deum. probabo iuſtum: contra Iob, qui conqueritur ſe fruſtrà flagellari ab eo. Hęc eſt calliditas arrogantium, pro iuſtitia Dei ſe loqui iactant: vt quicquid arroganter affluunt excuſetur.

L X X.

S. GREG. *vbi ſup. ſic*. Quia nominata ſcientia, tumor cordis in voce claruerat: arrogans apertè cognoſcitur, ſi non citius aliquo velamine pallietur: vnde mox in occultatione ſuæ arrogantiæ Dñi iuſtitiam ſubinferens, ait: Et operatorem meum probabo iuſtum: Vt dum quaſi pro Dei iuſtitia loquitur apud humana iudicia quicquid arroganter effluit, excuſetur.

L X X I.

CAET. *Com. ibi tenens idem aliò ducit arrogantis huius palliationem: aitq; ſic*, Dicit operatori meo ad inſinuandum, quod debitor eſt pro ſuſcepto beneficio ad defendendum iuſtitiam Dei, qui fecit illum. *Vbi apparet ſub velamine Dei gratitudinis, quam plurimam celari arrogantiam multoties.*

L X X I I.

STEVCHVS *Enarat. ibi ſic*, Principio Hebraicè (Merachoc) A longè, Auen. Eſra exponit (à Deo) q ſit celſiſſimus. Eſt .n. ſenſus apud eoſdẽ. A longè nempè tollam vocem in altum, exaudieturq; vox mea procul. Ventosè .n. ſemper loquitur Eliu. *Xbi Prædicatores ſuas prædicationes non ab altiſſimis myſterijs depromant: nè ventosè loquentium notam incurrant, magis, quã vtiliter prædicantium.*

L X X I I I.

S. GREG. *PP. 22. Moral. 24. Ad illa verba Domini Iob. c. 40. loquentis de primo Angelo:* Ipſe eſt principium viarum Dei: *ait*, Et principium viarũ Dei Behemoth dicitur, quia nimirum cum cuncta creans ageret, hunc primum condidit, quem reliquis Angelis eminentiorem fecit. *Et poſtquã (hinc ſumpta occaſione) de perfectionibus ipſius Angeli quamplurima in ſacro textu deſcripta encomia aſſignat: concludit ſic,* Qui idcircò peccans ſine venia damnatus eſt, quia magnus ſine comparatione fuerat creatus. *Vbi apparet maximè conducere ad veniam conſequendam, & miſericordiã, eſſe paruum, & humilem ſine comparatione.*

L X X I V.

S. THOM. *vbi ſup. ad eadem verba: quamuis teneat ideò dici iſtum apoſtatam Angelum principium viarum Dei, quia primo ante omnes creaturas conditum fuit, addit tamen,* Vel ẽt quia ſecundum quoſdam, fuit excellentior inter cęteras

crea-

In principio.

creaturas. *Hugo Card. Poſtil. ibid. ait*, Ideſt digniſſimum operum Dei, Etiã reliquis Angelis eminentior. *Vbi apparet*, principium, *non denotare prioritatem temporis: ſed perfectionem operis: tunc .n. quis verè dicitur incipere, cũ perfectius operatur.*

LXXV.

OLYMPIOD. *vt in gloſ. Ad hunc locũ, ait*, Tot antiqui hoſtis auditis virtutibus, tanta cõditionis eius magnitudine cognita, quis nõ percuſſione deſperationis ſuccumbat? *Et Glo. moraliter ita*, Ipſe eſt principium viarum Dei, .i. creaturarum. Nam Angelica natura inter creaturas dignitate prima, propter quod ex eius caſu nobis timor incutitur nè cadamus. *Vbi apparet, eaſus maiorum incutere timorem, & minoribus, & imperfectioribus debere: & non (vt fit) conſolationem.*

LXXVI.

INTERLIN. *Ad eadem verba, ait*, Si ergò huic ſuberbienti non pepercit Deus: quid fiet ſuperbo homini?

LXXVII.

CAET. *Com. ibi, ſic*, Iuxta Hebræum habetur: Ipſe principium viarum El. Manifeſtat clarè, de quo loquitur, quẽ appellauit behemoth: demonſtrãdo per nomen ipſũ, vniuerſum collegiũ behemoth, hoc eſt dæmonum. Et deſcribendo ipſum principium viarum El, hoc eſt Dei factis. Antequã aliquis peccaret, vnica via Deus vtebatur fortitudine potentię ſuę: v3 benè faciẽdo duntaxat. Nulli .n. rõnali creaturæ (quæ ſola eſt capax veri boni & mali, fœlicitatis, & miſeriæ) Deus inferebat malum: quia Deus non eſt prius vltor quã peccemus: & propterea, quia collegiũ dæmonum initium fuit peccati, fuit ex hoc initium viarum Dei. Hinc .n. inchoauit Deus vſum alterius viæ, inchoauit vlciſci: hinc inchoauit vti fortitudine ſua ad inferendum malum pęnæ rõnalibus creaturis. Deſcribitur itaq; dęmon à principio peccãdi: quia v3 fuit initium peccati, ac per hoc diuerſificandi vias Dei. *Vbi apparet, quam execrandi ſint in vna cõmunitate, qui primò ſuis delictis incitant ad punitionem aliquem bonum prelatum, euſq; conſuetum ſolum benefacere: ſiquidẽ aliam ad aperiunt illi procedendi viã, nempè puniẽdi; & malè faciendi. Et ante ſic*, Principium viarũ Dei aſſeritur, quia primo extitit cauſa, ꝙ Deus circa intellectuales creaturas non ſolum via miſericordiæ, quæ ſibi propriè competit, vſus eſt, ſed via vlciſcentis iuſtitiæ, quod ex creaturæ peruerſitate contigit.

LXXVIII.

BEDA *Expoſ. ibi ſic*, Siuè quia vnaquæq; creatura via Dei eſt, per quam ad Dei itur cognitionem, dum condita ab eo cognoſcitur: *Vbi apparet, vanè excuſari à Dei amore, qui creaturarũ pulchritudinem ſe diſtrahentem allegat.*

LXXIX.

CATEN. *Græca ibi ſic*, Quidã aiunt hunc primum à Deo creatum eſſe. Alij verò, cùm dicere reformident primam à Deo conditã naturam, mutationem paſſam eſſe, illum primum ortum eſſe negant. Eidem tñ Angelorum principatum delatũ eſſe concedunt; qui vnus è primis principibus eſſet; à quo nec illud diſſidet Pſ. 81. Et ſicut vnus de principibus cadetis. *Ad marginem aũt ſic:* Nõ fuiſſe lapſum primum Angelum Damaſcenus credit. 12. lib. de Fid. Orth. *Vbi apparet, prima Dei opera in vnoquoq; genere difficilè periſſe credi.*

LXXX.

S. THO. *Com. ibi ſic*, Conuenientius propoſito videtur, vt per vias Dei intelligamus opera prouidentiæ eius. Conſiderandum eſt autem, ꝙ Deo vnum ſolum proprium eſt opus ſuæ bonitati conueniens, .ſ. bene facere, & miſereri, qđ autem puniat, & aduerſitates inducat, hoc contigit propter malitiam creaturæ rõnalis, quę primo eſt in diabolo inuenta, & per eius ſuggeſtionem eſt ad homines deriuata: & ideo ſignanter dicit, quod ipſe principium viarum Dei eſt, qđ Deus diuerſis vijs vtatur, .ſ. benè faciendo, & puniendo.

LXXXI.

STEVCH. *Enarr. ibi, complectens totam ſententiã, quæ ſic finitur*, Qui fecit eum, applicabit gladium eius: *non de primo apoſtata Aagelo intelligẽs: ſed de cete, quod vocat behemoth: ait*, Vias igitur Dei hoc loco quemadmodum ſemper vocat inuentiones diuinas, opera opificia. Principium autem horum operum dicit, primum opus, principale, non tempore, ſed proceritate, vaſtitate magnitudine, eximium, ac ſtupendum. Quod aũt ſubijcit: Qui fecit illum applicabit gladium ſuũ: hoc quoq; refertur ad Creatorem. Nimirum qui creauit, põt interficere beluã immenſæ magni-

gnitudinis,robuſtam vaſtam:pōt qui creauit cōficere. *Vbi apparet, & quod proceritas, temporis antiquitatē ordine præcellit : & magnates timeant ab eo etiam interfici poſſe, qui eos magnos primoſq; inter cæteros fecit .*

LXXXII.

TITELM. *Elucid. ibi, intelligens de elephāto, ait.* Hoc animal inter omnia animalia à Deo creata, in quibus Deus perfectionem abſolutam potentiæ, atq; ſapientiæ ſuæ ſuper terram oſtendit, maximum eſt, atq; præcipuum, quo non eſt aliud, vel mole maius, vel prēſtantius fortitudine, vt quaſi principium videatur viarum Dei .i. præcipuum, & principale inter creaturas iſtas corporales, quæ ſunt quaſi viæ Dei, vtpotè per quas videtur Deus quodammodo extra ſe ire, ſuam bonitatem cōicando extra ſuā ſubſtantiam, ſuam quoq; potentiam, & ſapientiam foris in operibus declarādo. Qui fecit illum, applicabit gladium eius .i. Tam autē eſt inuicti roboris ille elephas, vt nec ab homine, nec ab alio quouis animali facilè poſſit ſuperari, aut interfici, ſed ſolius Dei manu, & potētia interimitur. Ipſe qui eum talem, ac tantum condidit, quando vult applicabit gladium ei .i. deficere eū faciet, & morte concidere in puluerem per ſenectutis defectum, poſt annos vel trecentos, vel ēt quingētos ad quantos annos interdum vitam producūt, ea animalia. Nullius autē creaturæ alterius virtute facilè iſtud animal interficitur, vel expugnatur, ita vt quaſi pro miraculo habeatur, ſi fortè ab homine contingat peremi elephantum, cuius tñ manu domantur omnia. *Vbi Printipes documentū habent, nè tam præſentia, quam bonitatis, & ſapientiæ, potentiæq; operibus vias facere curēt : & q̄ ſicut Deus magnos aliquos fecit ſic ſibi eorū mortem punitionemq; reſeruat : & vltimum .ſ. quod homo, qui magnum elephantem rarò interficere poteſt: domare facilè cognouit .*

LXXXIII.

BEDA *ibi, de diabolo ſic,* Alij dixerunt: Ipſe eſt initiū figmenti Dñi, q̄m fecit, vt illudatur ab Angelis eius .i. à Sanctis. Ab his ergo illuditur, q̄ñ per gratiam S. S. & meritum ſanctitatis eis ſubditur, & inuocatione nominis Chriſti ab obſeſſis corporibus effugatur. *Et ante ad ſubſequentia verba, aliter ab Eſteucho intelligens, ait,* Quod autē Dñs ait: Qui fecit eum applicabit gladium eius .i. vt malleo, quo alios interimit, ipſe puniatur: ſicut & de eius ſimilibus S.S. in pſ. 36. locutus eſt. Gladius, inquit, eorū intret corda eorū. *Vbi qui efficiuntur magni, aduertant quandoquidē ficte à Deo tales fieri, vt poſtea abiectius illudantur (cum ceciderint) à bonis : & tyrāni, qui gladios ſuæ potentiæ in alios accuunt, ſibi ipſos parari intelligant .*

LXXXIV.

OLYMPIod. *Prout in gloſ. ibi, ſic,* Principium ergo actionum Dei behemoth dicitur, q̄a nimirum cum cuncta crearet, hunc primum cōdidit quē eminentiorē reliquis Angelis fecit. Tot antiqui hoſtis virtutibus auditis, tanta conditionis eius magnitudine cognita, quis nō percutione deſperationis ſuccumbat? Sed quia elationem noſtrā oſtenſa hoſtis potentia reprimit, ēt infirmitatē noſtram fauet adiungēs: Qui fecit eum applicabit gladiū eius: Gladius vehemoth ipſa nocendi malitia eſt, ſed ab eo, à quo bonus per naturam factus eſt, eius gladius applicatur, quia eius malitia, diuina diſpenſatione reſtringitur, nè ferire tantum mentes hominum, quātum appetit permittatur. *Vbi apparet, quod & ſi potentia inimicorum noſtrorum nos debeat humiliare, & terrere: tñ diuina bonitas, qua magis, minuſue ipſa applicatur: nos debet conſolare. Non .n. ad eorum libitū percutiemur, & ſi ipſi gladios contra nos vibrare cognoſcātur. HVGO Card. Poſtil. ibi, ſic,* Ideſt malitiam reſtrinxit, quaſi diceret: Etſi ſit behemoth: ita fortis: tñ nō deſperet homo: q̄a qui fecit eū, &c. .i. coarctauit malitiam eius, nè tantum malum valeat facere, quantum vellet .

LXXXV.

DIONIS. *Carth. Enar. ibi ſic,* Applicabit gladium eius .i. ſecundum ſapientiæ ſuæ mēſuram, iuſtitiæq; dictamen determinabit, & ordinabit, quantum diabolus ſua poteſtate, crudelitate, ſeù tētatione homines impūgnet, nè .ſ. vltra vires tentētur. Nam & per Angelos ſanctos dæmonum poteſtatē coercet, nè pro ſuo libiro nos impugnent. Deus .n. tanquam ſapientiſſimus, ac fideliſſimus omnium moderaror, humanam fragilitatem cognoſcit, & vniuſcuiuſq; diſpoſitiones, ac vires attendit, quantumq; inuiſibilis ille hoſtis homine fortior, induſtrioſior, infatigabilior ſit, perpendit. Ideo applicat gladium eius modo pertracto .

In principio.

LXXXVI.

CAET. *Com. ibi ſic*, Declarat iſtam alterã viã, cuius initium fuit dæmon peccando, eſſe viam vltionis, vtendo metaphora Principis vtẽtis gladio ante faciem ſuam ad vindictam malorum. Deſcribitur .n. Deus creator dæmonum, habens quidem gladium ſuum, antequam peccarent dæmones, ſed nõ vtẽs illo. Sed poſt peccatum dæmonis vſus eſt Deus gladio ſuo. Deſcribitur .n. vſus gladij, appropinquatione gladij: hoc eſt applicatione gladij ad incidendum. Hęc eſt vltio, hæc altera via, cuius principium fuit primo peccaus. *Vbi Principes habent, quod etſi gladios habeant, nõ tñ illos applicare debẽt, niſi poſt peccatũ.*

LXXXVII.

S. GREG. *Pap. 25. Moral. 16. Ad illa verba Iob c. 42.* Dñs autẽ benè dixit nouiſſimis Iob, magis quam principio eius: *ait ſic*, Magis .n. nouiſſimis Iob, quam principio benedicitur: quia quãtum ad Iſraelitici populi ſuſceptionem pertinet, vrgente fine præſentis ſæculi, dolorẽ Sãctę Eccleſiæ Dñs animarum multiplici collectione, conſolatur. Tantò quippè locupletius ditabitur, quanto & manifeſtius innoteſcit, q ad fĩnẽ præſentis vitæ temporalitas vrgetur. Prædicatores namq; S. Eccleſiæ benedictione extremi tpis Pſalmiſta ditari cõſpexerat, cũ dicebat: Adhuc multiplicabuntur in ſenectã vberi, & benè patientes erunt, vt annuntient. In ſenecta .ſ. vberi multiplicantur: quia cum eorum vita differtur, ſemper ad melius fortitudo producitur, eiſq; per augmẽtum temporum creſcant lucra meritorũ. Benè aũt patientes ſunt vt annuntient: quia cęleſtia prædicantes, tanto robuſtius aduerſa tolerant, quanto & per tolerantiam ſuam animarum commoda locupletius reportant.

LXXXVIII.

S. THOM. *vbi ſup. Ad eadem verba: ait ſic*, Eſt .n. potens facere plus quã intelligimus, aut petamus: vt dicitur Ephe. 3. Deſiderauerat autem Iob ſup. 29. vt eſſet iuxta menſes priſtinos, ſed Dominus ei maiora reſtituit, & in duplo, vt ſup. dictum eſt.

LXXXIX.

BEDA *Expoſ. ibi ſic*, Principia Chriſti Dei, & Dñi noſtri, legis Moyſi exordia eſſe ſignificantur: nouiſſima verò eius, Euangelium eſſe mõſtratur. Vnde & Eccl. 7. ait, Meliora ſunt nouiſſima ſermonis, quã initium eius. Proinde meliora ſunt myſteria Euangelij reuelata in Chriſto, legis ſignificationibus & figuris. Meliora ſacrificia cordium contritorum, qnam holocauſtomata pecudum. Melior manifeſtatio veritatis in Euangelio, quam allegoriarum verba in veteri teſtamento. Sic itaq; benedixit Dñs nouiſſimis Iob magis, quam principio eius, vt in vtroq; populo Iudæorum & gentium, reuelationum gratia abundaret.

XC.

OLYMPIOD. *Vt in Caten. Græc. ibi ſic*, Priores opes, non tanquã premia virtutis, Iobo datæ ferunt; verum vt in ijs exerceretur: fueruntq; illi diuitiæ certaminum leges. Poſtea quam autẽ ijs pugnauit, & magiſter factus eſt omnibus, quemadmodum eos vti deceat diuitijs: poſteaquam vniuerſis fortunis euerſus cũ egeſtate legitimè decertauit: tum demum magnus agonotheta Deus geminatã illi bonorum poſſeſſionẽ, quaſi legitimum virtutis premium largitur. *Vbi apparet, fœlicitates poſt magnas benè toleratas aduerſitates, eſſe ad premium magis, quam ad exercitium: & ècontra de primodatis philoſophandum eſt.*

XCI.

GLOS. *Moral. ibi ſic*, Per hoc ſignificatur, q̃d vita iuſti in fine melioratur. *Vbi qui ſe non viderit in fine vitæ meliorari in omni ſanctitatis opere, quam fuerit à principio ſuæ vocationis: intelligat ſe non bendictum à Deo. Addatur, quod Nicetas, vt ibi, ait:* Adhuc multiplicabuntur in ſenecta vberi, quia cum vita differtur, ad melius fortitudo producitur, & per augmentum tẽporum creſcunt lucra meritorum. *Vbi arguuntur ſenes religioſi, qui ætatis longæuitate excuſantur ac refrigerãtur in ſpiritualibus exercitijs.*

XCII.

NICET. *prout in Glo. ibi ſic*, Et legis, & Euangelij premia conſequutus. Opes, & vitam beatam: quia ad vtriuſq; normam viuendi rõnẽ expreſſerat: fuerunt autem ſuperna probandæ virtutis materia, poſteriora, remunerãtis. *Vbi apparet, Deũ non minus ſe iactare de probantis per tribulationes, quam de remunerantis per beneficia munere, & actione.*

XCIII.

HVGO *Card. Poſtil. ibi ſic*, Dñs autem benedixit Iob benedictione ſiniſtra. Magis quã à prin-

In Principio.

à principio, .i. multiplicauit ei bona temporalia poſt flagella magis? *Vbi apparet, quod etſi bonorũ temporalium largitio ſint Dei benedictio: tamen ſunt non dextera, ſed ſiniſtra manus.*

X C I V.

CAET. *Com. ibi ſic*, Benedicere autem Dei, eſt benefacere, & multiplicare, vnde & ſubiſiguntur duplicata oĩa: vt patet conferenti numerum hic ſubiunctum numero ſcripto in cap. 1. Et fuerunt ei quatuordecim millia, &c. Nõ fuit duplicatus numerus filiorum, aut filiarum: ſed quot amiſerat, totidem genuit. Rõ autẽ quare nõ fuerunt duplicati filij, & filiæ in prõptu eſt: quia v3 duplicatæ nõ fuiſſent hæreditatiæ facultates, ſi duplicati fuiſſent hæredes: nõ .n. ditiores fuiſſent quam prius. *Vbi apparet, non multiplicari hominibus diuitias, quantumlibet eas acquirant, inquantum ẽt filij multiplicantur: per diminutionem autẽ filiorum benè poteſt dici multiplicari hæreditatẽ.*

X C V.

LYRA *Poſtil. ibi, vltimo ſup. poſ. dub. reſpondens eleganter Caet. reſponſionem videtur impugnare: ait .n.* Ad hoc dicunt aliqui ꝙ hoc factum eſt ad meliorem ipſius fortunã: quia ſi proles eius fuiſſet duplicata, bona eius tẽporalia fuiſſent nimis diuiſa, & ſic quilibet reportaret minorem portionem. Sed hoc videtur parum valere, quia in felicitate prolis magis attẽditur bonitas morum, quam abundantia temporalium bonorum. *Vbi patres notent, quod ſi filij ſint benè morati, parũ refert, quod maneant minus diuites, & minoris hæreditatis.*

X C V I.

DIONIS. *Cart. Enarr. ibi, tenens idem dubiũ ſic reſpondet.* Et reſpondendum, quod bona eius, quæ pœnitus periere ũt reſtituta ſunt dupla. Filij aũt, aut filiæ eius, quantum ad animas vixerunt, & ſuſcitandi ſecum fuerunt. In ſtatu quoq; ſalutis obijſſe creduntur, itaq; æternaliter ſecum erant victuri. Idcireò non pœnitus mortui erant. *Vbi apparet, bonum ſalutis æternum ſignum eſſe, cũ iuſtis Deus nõ reſtituat filios loco aliorum, qui mortui ſunt, præcipuè cum alia bona perdita, videantur reſtitui, ſeù augmentari.*

X C V I I.

S. *Baſil. & Olympiod. prout in glo. ibi ſic*, Mutat quia tota intereunt, ſunt duplicata. Filiorũ autem, qui nati ſunt, numero demortuorum par numerus extitit, & qui migrauerant præſtantiore ſui parte viuebant.

X C V I I I.

TERTVL. *de Patientia, ſic*, Etſi filios reſtitui voluiſſet, pater iterum vocaretur: ſed maluit in illo die reddi ſibi, tantum gaudium ſecurus ſic de Domino, diſtulit. Suſtinuit tã voluntariam orbitatẽ, nè ſine aliqua patientia viueret. *Vbi apparet, Sanctos ſolitos pati, minimè ſine patientia viuere velle.*

X C I X.

S. IO. CHRYS. *Hom. 5. de Patient. Iob, concinens ſup. dictis. ait*, Non .n. liberos ei in duplum dat: nè per eos, qui obeunt ſpem tollat: ſed vt oſtendat, quoniã illi tametſi percepti ſunt, viuunt tñ, ac illi quidem oẽs Sanctos Iob lætitiæ ſunt, coheredeſq; applaudunt. Cum .n. decem filij vitæ terminum finientem ad tumulum vſq; duxerunt: decem eundem iterum in reſurrectionis die à tumulo in regnum ſuſcipiant, atq; ineffabilibus illis ſempiternis, qui bonis, ſimulq; parili lætitia perfruentur. *Vbi apparet, filios defunctos (ſi boni diſceſſerunt) nõ minori applauſu à ſepulchro ad regnum comitare patres mortuos, luctu quo filij viui eundem vſq; ad ſepulchrum detulerunt.*

C.

TITELM. *Elucid. ibi ſic*, Dñs aũt omnipotẽs, vt in hoc ſeruo ſuo ſenſibili demonſtraret exemplo, quemadmodum nunquã derelinquet patienter ſe ſuſtinentes, & quantus ſit patientiæ fructus, quam finis eius ſit glorioſus, ſua benedictione, atq; beneficentia id efficit, vt poſterior eius fortuna longè ſplendidior, illuſtriorq; appareret, quam prior illa fuerat, à qua fuerat probationis gratia deiectus. Siquidem præter corporis valetudinem, & decorẽ, longè meliori ſtatu, maioriq; gratia reſtitutam, præter amicorum, & familiarium plurimorum affectuoſiorem quam ante fauorẽ, adeò illi ſubſtantia augmentata eſt, vt dupla oĩa tpis ſucceſſu acceperit cõparatione ad ea, quæ ante plagam poſſederat, &c. Et quoniam ſine liberorum poſteritate, perfecta non reputatur tpis huius proſperitas, nè quicquã ei deeſſet ad fœlicitatem ſuam, pro perditis ante liberis alios ei reddidit ex eadẽ vxore ſua, ſeptẽ filios, & tres filias. Signanter, v3 in eodẽ numero liberos ei poſt plagam conferens, quã ante plagam eos habuerat, non autẽ numero duplicato, quemadmodum cœtera oĩa dupla accepit: ad Fidei, & veritatis catholicæ confirmationem, vt

hoc indicio comprobaret Deus, filios viri ſancti .I. corporis vita defuncti eſſent, ſm̃ animam tñ ſeruari apud ſe, & viuere, vt eis ſimul cõnumeratis, ẽt in liberis numerus inueniretur duplicatus.

Ex Pſalmis.

C I.

SREMIG. *Enarr. in Pſ. 109. Ad illud*: Tecum principium in die virtutis tuæ: *ait ſic*: Et tu mecum principium: nõ quod duo principia ſint, ſed quia ego in te, & tu in me, qđ apparebit non in die infirmitatis tuæ, ſed in die virtutis tuæ, .i. in claritate æternitatis.

C I I.

TITELM. *Expoſit. in Pſ. Ad eundem verſum: volens hæc verba*, Tecum principium, *eſſe correſpondentia illis immediatè præcedentibus*, Dominare in medio inimicorum tuorũ: *ait ſic*, Neq; verò mirum id videri debet, ꝙ tantã per infimũ corpus humanum aſſumptum feceris victoriam, quoniam ſecundum diuinitatem tuã coæternus es tuo principio, ſemper cum illo apud illum es.

C I I I.

IANSEN. *ibi ſic*, Quamuis .n. in die humilitatis, & afflictionis tuæ indutus eris formã ſerui, tñ rerum omniũ ſumma, & principatus ſuper omnia tecum erit in die roboris tui & regni, cũ iam ſublatus eris in magnificis, & ſplendidis illis tuis ſanctuarijs cœleſtibus, quę veræ ſunt ſancta ſanctorum, cumq; magnifica, & eximia illa Spiritus tui ſanctiſſima dona mũdo diſtribues. *Vbi apparet, in die Pentecoſt. oſtenſum fuiſſe principatum Chriſti Domini per dona infuſa Apoſtolis, qui abſconditus fuerat in die ſuæ ſacratiſſimæ paſſionis.*

C I V.

BED. *Expoſit. ibi ſic*, Meritò tibi dico: Sede à dextris meis: quia ego tecum principiũ, ſicut prius, & hoc quaſi dicat. Et ſi nõ apparuit in nocte infirmitatis tuæ, .ſ. qñ pro nobis traditus es, paſſus & ſepultus, apparebit in die illa, quando declarabitur virtus tua. .ſ. qñ veniet in maieſtate Patris, & ſanctorum Angelorum, & in ſplẽdoribus Sanctorum .i. quando Sancti ſplendificabũt vt Sol. *Vbi qui Chriſtum Dñum negauerunt in nocte ſuæ infirmitatis, eum velint nolint recognoſcent in die finalis iudicij.*

C V.

IAcob. de Valent. Com. ibi ſic, Hoc principium ſemper fuit vnitum cum humanitate Chriſti à primo inſtanti ſuæ Incarnationis, à quo incæpit dies virtutis maxima, tempus peregrinationis Chriſti in hac via, dum fuit viator quaſi dies militiæ, & certaminis, & triumphi, & laboris. Nam Chriſtus à primo inſtanti ſuæ Incarnationis, illicò incæpit operari noſtram redemptionem. Nã ſtatim mouit Virginem Mariam matrem ſuã, vt iret ad viſitandũ Eliſabeth, & iam ex vtero Virgineo ſanctificauit Io. Baptiſtam, vt eſſet pręcurſor. Et ẽt in die Natiuitatis ſuæ operatus eſt ineffabiles virtutes: quia apparuit noua ſtella in Oriente, quę duxit Magos ad Præſepe, & multitudo Cœleſtis exercitus cantauit: Gloria in excelſis Deo. Et illa die fuerunt facta miranda per diuerſas partes Orbis Terrarum: quia oẽs creaturæ dederũt ſignum ſuæ Natiuitatis. Et multas alias virtutes operatus eſt Chriſtus vſq; ad trigeſimum annum quas ſcriptura tacet. Sed maximè fuit dies virtutis Chriſti, dies Paſſionis, & Reſurrectionis ſuæ, quando triumphauit de diabolo, & ſpoliauit infernum. Sed dies ſplendoris ſui & Sanctorum, fuit totum tempus poſt reſurrectionem. Dicit ergo Pater ad Filium: Non ſine cauſa ô Chriſte debetur tibi regnum mundi, ẽt ſecundum humanitatẽ rõne vnionis perſonalis Verbi: nã principiũ exemplare oĩum creaturarũ .ſ. Verbum æternum, per quod facta ſunt omnia fuit ſemper tecũ perſonaliter vnitum in die, imò à die tuæ virtutis .i. tuæ Incarnationis, & in toto die tui certaminis, & militiæ, & in die tui triũphi in quo die operatus es virtutes, & miracula, & viciſti diabolum, & abſtuliſti ſibi prædam. Et non ſolum fuit tecum principium in die virtutis, & laboris mortalis vitæ: ſed ẽt fuit ſemper tecum in ſplendoribus Sãctorum .i. in toto tpe poſt Reſurrectionem, cùm accepiſti gloriam, & ſplendorem per te, & Sanctis tui. Nã humanitas tua reſplendet in cœlo omnibus Sãctis, & Beatis pluſquam Sol, cuius ſplendor nunquam cognoſcet Occaſum.

C V I.

SIO. *Chryſ. Homil. ibi, ait*, Tecũ principiũ, &c. Quid eſt tecum principatus? In te, inquit, eſt principatus, qui non poſtea acceſſit, ſed in te eſt perpetuò: quod ẽt Eſai 9. ſignificãs dicebat:

Cu-

In Principio.

Cuius Principatus eius ſuper humerũ eius, hoc eſt in ipſo, in ſubſtantia eius, in natura eius: quod quidẽ non eſt in regibus. Principatus .n. eorum eſt in multitudine exercitus. *Et poſt pauca ſic:* Ipſe aũt habet principatum in natura, in ſubſtãtia, vt qui non eum acceperit, poſteaquã fuit genitus. Et ideò de Regno interrogatus, Io. 18. dicebat: Ego ad hoc natus ſum, & ad hoc veni.

C V I I.

I*DEM ibi ſic,* Tecũ principatus in die potẽtiæ tuæ. Non hæc aũt ſolum, quæ dicta ſunt, ſignificat illud tecũ principatus: ſed ẽt alia, vt potè non eſſe eius principatum in alio, ſed eũ eſſe perpetuum, & immortale. Homines .n. is, vel viuentes ſæpè deſerit: & ſi nõ viuentes, certè omninò mortuos: imò vero, ꝙ maius eſt, nec dũ viuunt quidẽ, eſt cum eis, ſed, vt iam dixi, in exercitibus, & ſatellitibus, ac corporis cuſtodibus, in magna vi pecuniæ, mœnibus, & alijs omnibus. In Deo aũt non modo non ita eſt, ſed in ipſo eſt, & perpetuo: & quemadmodum fieri nõ põt, vt nõ ſit eius ſubſtantia, ità etiam, vt non ſit regnum.

C V I I I.

L*ODVLPH. Chartuſian. Enarr. ibi ſic,* Sunt aũt Pater, & Filius vnum principium Spiritus Sancti: & ipſæ tres perſonæ vnum cõe principiũ creaturarum: hoc aũt principiũ videbitur tecum eſſe, non hìc, ſed in die virtutis tuæ, .i. in claritate diuinitatis tuæ, qñ videbimus te ſicuti es, .ſ. in ſplendoribus Sanctorum, .i. quando erunt in ſplendore Sancti: qñ iuſti fulgebunt ſicut Sol in regno Patris eorum. Modo ergo credamus vt tunc videamus: merces .n. noſtræ fidej eſt viſio Dei. Tunc apparebit tecũ principium, quomodo Pater in Filio, & Filius in Patre ſit.

C I X.

I*NCOGN.* Expoſ. *Pſ.* 118. *Ad illum verſ.* Principium verborum tuorũ veritas: *ait ſic:* Per hæc verba vult Pſalmiſta oſtendere loquens in perſona iuſtorum, quod etſi de condigno ſibi æternum, non debeatur premium, quia non ſunt cõdignæ paſſiones huius tpis ad futuram gloriam, vt ait Apoſt. ad Rom. 8. ſibi tñ debetur de congruo, ſcilicet rationẽ promiſſi: quia ſicut Deus omnibus malis pœnam promiſit, ſic & omnibus bonis premium promiſit. *Ex quo colligitur, totam noſtram iuſtitiam non reſpicere exigentiam meritorum: ſed veritatem Dei promittentis.*

C X.

D*HAYM. Com. in Pſ. ſupra dictum verſum coniungens præcedenti ſententiæ, ſcẽpè;* Quoniam dilexi mandata tua: *ait ſic,* Meritò dilexi mandata tua: quia principium verborum tuorũ eſt veritas: ſicut primo homini mandaſti dicens Gen. 3. De ligno ſciẽtiæ boni, & mali nè comedas, & in quocunq; die comederis, morte morieris. Hoc verbum verum fuit, quia damnatus fuit, quãdo de cibo vetito comedit. *Vbi apparet, tunc leges amabiles eſſe iuſtis: qñ pœnæ in eis peccatis taxatæ executioni mandantur: alias nõ veritas, ſed mendacium dicendæ erunt tales prægmatica. Addatur, ꝙ S. Io. Chryſ. hom. ibi ſic,* A mendacio alienas pollicitationes habes: ueritate promiſſa tua exornas: opere ſermones tuos firmas.

C X I.

S*. AMBR. ſerm. 20. in Pſ. 118. Ad eũdem verſum legens eum totum ſ.* Principium verborum tuorum ueritas: in æternum omnia iudicia iuſtitiæ tuæ: *ait,* Cum principium uerborum Dei ueritas ſit, ueritas utiq; fidei fundamentũ eſt. Primũ .n. oportet ut credamus uera eſſe Dei sũmi quæ in diuinis ſcripturis legimus oracula, ſecundum eſt uirtutem eorum pleniore cognitione diſcamus. Lex .n. ſapientia, plenitudo aũt legis dilectio, ita plenitudo uerborum Dei, ſapientia, cognitioq; iuſtitiæ. Veniſti ad Eccleſiam, audiſti unum Deum dici, unde lex incipit, ſicut habes ſcriptum Deut. 6. Audi Iſrael, Dñs Deus tuus, Deus unus eſt, crede unum Deum eſſe non plures Deos. Cum aũt cœperis legere, Dominum Ieſum Dei filium in carne ueniſſe propter totius mundi redemptionem, diſtingue ſapienter, unũ Deum Patrem eſſe, ex quo omnia, & nos in illũ, & unum Dñm Ieſum per quẽ omnia, & nos per ipſum. Cognoſce, quia ideò uenit, ut uirtutis ſemitis, noſtros informet affectus, at morum manſuetudinem cõuerſationis eius diſceremus exẽplo, ut aboleretur culpa per gratiam, & tunc à ueritatis confeſſione ad cognitionẽ iuſtitiæ profeciſti. Fides, principium Chriſtiani eſt; plenitudo autem Chriſtiani iuſtitia eſt.

C X I I.

I*ANSEN. ibi ſic,* Et meritò quidem mandata tua dilexi Dñe, nam omnium uerborũ tuorũ principium, & caput eſt ueritas, ſiuè quia à ueritate tua ſumma procedũt, in eaq; quaſi in primo fun-

In principio.

fundamento nituntur, atque ob id ueriſſima, & æquiſſima eſſe neceſsè ſit: ſiuè quia ſumma eſt oĩum verborum tuorum veritas, obtinens .ſ. in omnibus verbis tuis, quibus nihil aliud quã qđ veritatis eſt, & æquitatis pręcipitur: atq; ob hãc verborum tuorum veritatem, omnia decreta illa æquiſſima, quæ nobis tua iuſtitia præſcripſit, in æternum durabunt, neq; aliquñ labefactabuntur, quemadmodum ſtatuta hominum, quæ nonnũquam mutari neceſsè eſt ob deficientem eorum æquitatem. *Vbi aduertant capitula, nè nimis facilè leges mutent, arguit enim hoc inæqualitatem in iam latis ſtatutis.*

C X I I I.

HVGO *Card. Poſtil. ibi ſic*, Ideſt à veritate procedũt verba tua: & ideo veracia ſunt, & neminem falunt: quia ſicut promiſtis ita fit: & ſicut prædicis, ita euenit. Vnde ſequitur: In æter num omnia iudicia iuſtitiæ tuæ: durabũt .ſ. quia ſeñtiam datam, ſiuè de bonis, ſiuè de malis, nec tps, nec rõ, nec res vlla poterit ſubuertere, vel immutare. Pſ. 35. Iuſtitia tua ſicut montes Dei, Eccl. 11. Si ceciderit lignum ad Auſtrũ: ſiue ad Aquilonem: in quocunq; loco ceciderit ibi erit. *Vbi impij aduertant, nullibi poſſe Dei ſupplicia ſibi taxata euadere.*

C X I V.

S. REMIG. *Enarrat. ibi ſic*, Principium verborũ tuorum ueritas. Ideò aũt dilexi mandata tua, quia non propter utilitatem tuam ea fieri præcepiſti, ſed propter hoc quia principiũ uerborũ tuorum .i. principalis, & ſumma intentio ipſorũ mandatorum, eſt ueritas .i. iuſta præcepta data ſunt à te. Alij ea ſolẽt iniũgere ſeruis ſuis pręcepta; quæ ad ſuam reſpiciũt utilitatem. Deus uerò ea iniungit, quę facientibus ſunt utilia, nõ ſibi. *Vbi apparet ratio, quare leges hominum mutãtur, & non ſunt in æternum, quia .ſ. non habent principiũ à veritate, ſed à reſpectu peculiari imponentium illas.*

C X V.

LYRA: *Poſtil. in Pſ. 126. Ad illum verſ.* Si non propoſuero Ieruſalem in principio lætitiæ meæ: *ait ſic*, Ideſt, ſi accidẽti mihi cauſa alicuius lætitiæ, nõ recordabor in principio de tua deſtructione dolendo; & ſupplendũ eſt, puniar à Deo. Vnde dicitur Eccl. 11. In die bonorum nè immemor ſis malorum. *Vbi apparet, ſolam illam veram eſſe compaſſionem; quæ omnem præuenit occaſionem lætitiæ.*

C X V I.

INCOGN. *Expoſit. in Pſ. Ad eundẽ verſum: ait ſic:* Hic extendit, ꝙ cęleſtis gloria oĩbus bonis eſt proponenda. Non .n. ſufficit recordari gloriæ cœleſtis, niſi debitus modus recordationis obſeruetur. Nam aliqua recordãtur cum odio, aliqua cum amore, aliqua cum triſtitia, aliqua cum delectatione, & aliqua cũ delectatione maiori, aliqua cum minori. Delectatio aũt uera, in uero bono conſiſtit. Cũ ergò gloria cœleſtis Hieruſalem oĩa uera bona contineat, & ſumma bona, & oĩa pęnitùs mala excludat: hinc eſt, quod eius memoria plus, & ſuper cœtera bona mentẽ dẽt lætificare. *Vbi apparet, ſolam illam de æterna gloria eſſe veram lætitiam, quæ omnes alias lætitias, & gaudia excludat.*

C X V I I.

S. PROSP. *Expoſ. in Pſ. Ad eũdem verſum: ait ſic*, Obmuteſcã, inquit, niſi tui meminero. Quid .n. loquitur, aut quid ſonat, qui cantica Sion in laude non ſonat? Eloquium linguæ noſtræ eſt Hieruſalem canticum. Os aũt carnalia loquens, & ſæcularia canens, mutum eſt & obſtructũ: quia inde delectatur, vnde confunditur. Verus ergò Hieruſalem amator, & Ciuis, hac lege conſtringitur, ut huius pœnæ ſubeat damnationem, ſi nõ oĩbus iucunditatibus ꝑpoſuerit cœleſtis patriæ charitatem. *Addatur, ꝙ Poſtil. ibi ait Hugo Card.* Mutus fit in laudibus Dei, qui memor Dei non eſt. Nam ut quid ſonat, ut quid loquitur: qui cãticum Sion non loquitur: Canticum Hieruſalem lingua noſtra eſt, .ſ. lingua fidelium: Canticum dilectionis huius ſæculi, lingua barbara eſt. Mutus ergo eſt Deo, qui oblitus eſt Hieruſalem.

C X V I I I.

HVGO *Card. Poſtil. ibi ſic*, Quaſi diceret: O Hieruſalem, ſi non eſt mihi præcipua lætitia de te & in te: Ibi .n. eſt ſumma lætitia: ubi Deo perfruemur: ubi de fraternitate cohærẽte ſecuri ſumus: nihil ibi delectabit niſi bonum: morietur aũt oĩs neceſſitas: & orietur ſumma fœlicitas.

C X I X.

DIONYS. *Cart. Enar. ibi ſic*, Ideſt, niſi ipſa Hieruſalem fuerit mihi prima cauſa, ſeu principium quoddam lætitiæ, non in quantũ deſtructa eſt, ſed prout concipio eam reedificandam, ita ꝙ in ſpe reparationis eius prius lætor, quam in alijs inferioribus rebus. *Vbi apparet, excellentia* re-

In Principio.

rerum Sanctarum, ſiquidem deſtructæ, & in ſpe reparationis delectent magis, quam aliæ res mundanæ in ſuo perfecto eſſe.

CXX.

IDEM, *ibi Tropologice ſic*, Si non præpoſuero Hieruſalem cœleſtē in principio lætitiæ meç, ita quod ipſa ſit mihi præcipua cã gaudendi in hoc mundo, quemadmodum ait Apoſt. Rom. 5. ſpe gaudentes. Et item: Gloriamur in ſpe gloriæ Filiorum Dei? Vel in principio lætitiæ meæ, ita ꝙ propter nullam carnalem, aut ſæcularem delectationem mihi occurrentem omittã plorare deſiderio huius Hieruſalẽ, vel de eius expectatione ſpiritualiter exultare. *Vbi apparet, rõ quare Sancti in medijs mundi gaudijs contriſtantur: & in medijs eiuſdem aduerſitatibus lætantur: hic lætificat eos expectatio: ibi contriſtat eos deſiderium cœleſtis patriæ.*

CXXI.

IANSEN. *ibi ſic*, Niſi ẽt ipſam Hieruſalẽ fecero eſſe caput, & principium lætitiæ meæ, ita .ſ. vt non prius lætari incipiam, quam vaſtatæ Hieruſalẽ reſtitutionẽ, quã certo ſperamus, videro. Aut ſi non, quandocunq; ſe lætitiæ occaſio ingeſſerit, prius quã lætari incipiã, mihi ob oculos propoſuero miſeram Hieruſalem vaſtationẽ, vt ea tunc memoria mihi luctum, fletumq; excitet, quem omni lętitiæ pręponere uolo. *Vbi apparet, & quod qui verè diligit, non prius gaudiũ accipere tolerat, quam rẽ dilectã recuperatã videat: & quod magis delectant amantem aduerſitatũ dilecti recordationes: quã cætera oĩa gaudia. Vnde qui in luctis amicorum occaſiones lætitiæ quærũt, vt obliuiſcãtur: oſtendunt ſe minimè dilexiſſe. Addatur, quod ipſe in annotationibus ait*, Aut ſi non qñcũq; lætitiæ occaſio ſe obtulerit, cunq; lætari incæpero, propoſuero mihi ob oculos ipſam Hieruſalem, vt eius memoria omne gaudium excutiat.

CXXII.

S. BERN. *ſerm. 2. de verb. Apoſt.* Non eſt Regnũ Dei eſca, & potus: *ait*: Munquid non plerunq; orantibus nobis oĩa viſcerum ſuccutiuntur occulta ad memoriam gaudij illius, ꝙ eſt in Hieruſalẽ, quæ ſurſum eſt, quæ mater noſtra, & lachrymarum vnda vultus meditantium ſuperfundit? O ſi duraret. Si oblitus fuero tui Hieruſalã, obliuioni detur dextera mea: adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi nõ meminero tui: ſi nõ præpoſuero Hieruſalẽ, in principio lætitiæ meæ. Verè in principio lætitiæ; quia finis illic repoſitus eſt. Quando conſcindes ſaccũ meum Domine Ieſu, & circundabis me lætitia, ut cantet tibi gloria mea, & non compungar. Principiũ gaudij illius, ꝙ hic quandoq; ſentimus, ſtilla eſt, guttula eſt, de flumine illo eſt deſcendens, cuius impetus lætificat ciuitatem Dei.

CXXIII.

S. IO. *Chryſoſt. hom. ibi ſic*, Quid eſt, Si non propoſuero Hieruſalem? Non ſolum, inquit, tui meminero in alijs, ſed ẽt in hymnis, & in canticis. Illud autem: Propoſuero, hoc eſt, In cantici procemio, ac præludio poſuero, loquẽtes uerbo eorum, qui ualdè deſiderant, imò uerò eorũ, qui eius magno amore tenentur, & inflammantur. Audiamus hæc oẽs, & diſcamus. Etenim quemadmodum hi cũ ab ea exciderint, tunc quęrunt: ita multis ex nobis eueniet, cũ in illo die à Hieruſalem cœleſti exciderimus. Sed hi quidem cũ excidiſſent, ſpem habebant reditus, nobis autẽ excidentibus, nulla reliqua ſpes eſt reuerſionis. Vermis .n. eorum non morietur, inquit, & ignis eorum nõ extinguetur. Et ideo oportet nos noſtra diligentius attendere, & in præſenti uita ſic nos gerere, ut nõ ſimus captiui, nec alieni, ac remoti ab illa metropoli. *Vbi inter cætera, quæ patent, apparet, illam verum eſſe de cœleſtibus deſideriũ quod habetur in lætis, & non in aduerſis: & in principio, non in fine lætitiæ.*

Ex Libris Salomonis.

CXXIV.

S. GREG. *Naziãz. orat. 28 ſuper illa verba Prouer. c. 1.* Principiũ ſapientiæ timor Domini: *occaſione probationis nulla conuitia ab inimicis ſuis in eum iactata poſſe probari, inter cætera ſic ait*: Indoctum me nominabunt! unam hanc ſapientiã ſcio, quæ in timore Dei ſita eſt, nã & principiũ ſapientiæ timor Domini: & finis ſermonis. Oĩa audi, & Deum time. hæc ſapientiſſimi illius Salomonis uerba ſunt. Probent me timoris expertem eſſe, & uicerint. *Vnde colligi facilè poteſt, illum ſatis probari eſſe inſipientem, à quo abeſſe cernitur Dei timor.*

Beda

Digitized by Google

In principio.

CXXV.

BEDA *Expoſ. ibi ſic*, Duo ſunt timores Dñi. Primus ſeruilis, qui principium ſcientiæ, vel ſapientię vocatur: ſecundus amicabilis, qui perfectionẽ ſcientiæ comitatur. Timor ſeruilis, principium eſt ſapientiæ, quia quiſq; poſt errorẽ delictorũ ſapere incipit, primo timore diuino corripitur, nè ad tormenta ducatur. Sed hunc timorem perfecta dilectio foras mittit. Succedit aũt timor Dñi ſanctus, permanẽs in ſæculum ſæculi, quem non excludit, ſed auget charitas. Ipſe eſt, quo timet filius bonus, nè vel in modico oculos amantiſſimi Patris offendat. Nam inchoatiuo timore, ſeruilis adhuc animus metuit, nè ab irato Dño pœnis ſubigatur. *Vndè Prædicatores caueant nè moti imperfectione ſeruilis timoris, renuant illum peccatoribus inijcere: nam ſi perfectio minimè eſt: eſt tamen principium quo ad perfectionem tenditur.*

CXXVI.

IANSEN. *Com. ibi ait*, Quidam exiſtimauerunt non tam vertendum fuiſſe: Initium, & principium ſapientiæ, quam primitias, vt ſignificetur præcipuam ſapiẽtiæ partem eſſe timorem Dñi. Dictio .n. Hæbraica Reſcith, hic poſita nõ tãtũ ſignificat principium, ſed primitias, & præcipua quæq; in rebus. Hoc .n. nomine ſemper vtitur ſcriptura Moſaica cum iubet primitias frugum Deo offerre. Eadẽ eſt 1. Reg. 15. cum dicit Saul: Tulit populus de pręda oues, & boues primitias eorum, quę cæſa ſunt. hoc eſt præcipua quæq; & electa ex eis. *Vndè non mirum, ſi Sancti antiqui Patres tàm timoratè locuti fuerint, tantam adepti ſapientiam, non niſi quæ ex ſacra ſcriptura conflãt, vel depromuntur docere audentes: habuerunt .n. primitias ſapientiæ, nempè timorẽ Dñi, quo ducti recto tramite viam ſcientiæ ingreſſi ſunt.*

CXXVII.

DIONYS. *Cart. Enarr. ibi ſic*, Quod potiſſimè verum eſt de ſapientia ſalutari infuſa, quę eſt donum S.S. quæ ſine charitate, & gratia nõ habetur. Itaq; cum ſapientia iſta in maleuolam nõ introeat animam Eccl. 1. rectè aſſeritur, ꝙ timor Dei ſit principium eius, quoniam timor retrahit à peccatis, ſicq; ad infuſionem ſapientiæ præparat mentẽ. *Et paulò inferius ſic*, Inſuper teſte Philoſ. Timor parit diligentiã, & facit hominẽ benè conſiliatiuum, ſicq; diſponit ad ſapientiam.

CXXVIII.

RAB. *Sal. vt Nicol. in Poſtil. ibi ad illud cap. 4.* Principium ſapientiæ poſſide ſapientiam. *Quæ verba conſonãt noſtro textui ſic ait*, Principiũ ſapientiæ eme ſapientiam, ſic eſt in Hæbræo, .i. principium acquirendi ſapiẽtiam, eſt comparare ſibi prece, pretio, vel obſequio, doctorem ſapiẽtem, qui dicitur hìc ſapiẽtia in abſtracto: eo modo loquendi, quo aliquis notabiliter liberalis, dicitur liberalitàs. *Hinc qui legere incæperint ſacrã ſcripturam, ab ipſo primo verbo admonitos ſe intelligant, ſine doctore minimè eam ſcire poſſe. Addatur, ꝙ noſter nõ minus doctus, quã antiquus Daniel Recuperus, Com. ibi ait*, Emitur aũt, & poſſidetur non temporali pretio, ſed bonis operibus, continuis precibus, miſericordiæ actionibus: pœnitentiæ ſtudijs: omnium terrenorũ cõtemptu: poſtremo chariſſimo numo, v3, ſeipſo, .i. propriæ volũtatis abnegatione ſpontanea ad exemplum ementis pretioſam margaritam.

CXXIX.

HVGO *Card. Poſtil. ibi ſic:* Eſt aũt triplex principium ſapientiæ .ſ. timor: vt habetur ſupra cap. 1. Timor Dñi principium ſapientiæ: Item concupiſcentia diſciplinæ. Vnde ſap. 6. Initium ſapientiæ eſt veriſſima diſciplinæ concupiſcentia. Item poſſeſſio ſapiẽtiæ: vt dicitur hic. Ex his tribus principijs ſyllogiſatur omnis concluſio ſapientiæ. Ex primo, concluditur fuga mali. Ex ſecundo, compeſcitur ira Dei. Ex tertio, efficitur homo amicus Dei. Poſſidere verò ſapientiã non eſt litteras ſcire, vel codices multos paratos, & poſtillatos habere: ſed ea vti velle: non ſolum ſibi, ſed & alijs. Vnde Tullius. Sapientia eſt nobilis theſaurus, auarum dedignatur poſſeſſorem. Vnde B. Bernardo dictum eſt: Niſi illud erogaueris, aliud non accipies.

CXXX.

DION. *Carth. Enar. ibi ſic*, Ideſt admonitio iſta, qua te exhortor, dicens: Poſſide, .i. acquire, conſerua, cuſtodi ſapientiam, eſt principium ſapientiæ tibi: quia hanc exhortationem ſuſcipiẽdo, incipis ad ſapientiam aſcẽdere, ſeù diſponi, iuxta quem modum Seneca aſſerit: Magna pars boni eſt, velle fieri bonum.

CXXXI.

INTERL. *ibi. Ad illud cap. 4.* Principiũ ſapiẽtiæ timor Dñi: *aliter reſpondet dubio ſup. ſoluto, nempè*

Google

In Principio.

nempè, quomodo principiũ ſapientiæ dicatur poſſeſſio eiuſdem. nam illo verbo, Principium ſapientię: *ſic correſpondet:* Futuræ. *quod ampliùs Hugo Card. vbi ſup. ait:* Principium ſapientiæ futuræ .ſ. eſt hoc. Poſſide ſapientiam præſentem. Quaſi diceret: Principium ſapientię futurę eſt poſſeſſio ſapientiæ præſentis: *Vnde infertur, ignorantiam præſentẽ eſſe etiam ſignum ignorantiæ futuræ, quæ in Beatis minimè datur.*

C X X X I I.

L*YRA Poſtil. ibi. Ad illud cap. 9.* Principium ſapientiæ timor Dñi: *intelligens per ſapientiã donum S.S. .i. veram charitatem: dubio hinc inſurgenti, nempè quomodo charitas, quæ foras mittit timorem, ab illo dicatur habere principium: ait:* Etiam ſeruilis introducit eam ſicut ſeta filum: ſed ſicut ſeta eijcitur de foramine intrante filo: ſic timor ſeruilis expellitur perfecta ſapientia intrãte. Timor verò filialis cum ſapientia manet, propter quod eſt principium intrinſecum. Timor verò ſeruilis eſt principium extrinſecum.

C X X X I I I.

S*. BERN, ſerm. 23. in Cant. afferens ſupradicta verba: ait:* Aliud eſt multas diuitias ſcire, aliud & poſſidere: nec notitia diuitem facit: ſed poſſeſſio. Sic prorſus ſic aliud eſt noſſe Deum, aliud timere: nec cognitio ſapientem, ſed timor facit, qui & afficit. Tu ne ſapientem dixeris quẽ ſua ſcientia inflat? Quis illos ſapientes, niſi inſipientiſſimus dicat, qui cum cognouiſſent Deũ, non tanquam Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt? Ego magis cum Apoſtolo ſentio, qui inſipiens cor eorum pronuntiat. Et benè initiũ ſapientiæ timor Domini: quia tunc primũ Deus animæ ſapit, cum eam afficit ad timendum, non cum inſtruit ad ſciendum. Times Dei iuſtitiam, times potentiam, & ſapit tibi iuſtus, & potens Deus: quia timor ſapor eſt. Porro ſapientẽ facit, ſicut ſcientia ſcientem, ſicut diuitiæ diuitẽ. *Vbi apparet, aliud eſſe ſcientem, aliud ſapientem: qui non fit niſi per ſaporem Dei generatum ex diuino timore.*

C X X X I V.

D*AN. Recuper. Com. ibi ſic:* Fũdatiſſimũ exordium conſonũ, & illi vulgò decantato carmini. Primos in orbe Deos fecit timor. Et ſunt nõnulli celebres Philoſophi, qui Deos à timore dictos putauerunt. Non eſt aũt hic, iſ timor quo nocentes cruciatum formidant, qui mundanus appellatur. Ille .n. furijs, ac dæmonijs noxijs eſt dignus, qui non eſt diuinus, nec ſalutaris, ſed furor, & nocentis conſcientiæ vermis rodẽs quotidiè atq; vrens malam animam plus timens offendere homines, quam Deũ. Hæc ſunt impiorum flammæ, furiæ, ac faces. Sed eſt hic timor ſanctus, caſtus, intraneus, ac filialis excellẽs amore, quemadmodum extrinſecus ille inferior eſt. Vnde Gene. 31. Iurauit Iacob per Pahad, .i. timorem patris ſui Iſac. Et ad ſocerũ Laban. Niſi, inquit Deus patris mei Abraham, & Pahad, .i. timor Iſac. Quoniam vero per hunc timorẽ oĩs homo declinat à malo, & recedere à malo (teſte Iob) eſt ſcientia, qũia non eſt vera ſcientia boni, niſi ad hoc apprehendatur, vt agatur, rectè initiũ eſt ſapientiæ, .i. ſcientiæ Sanctorum. Quamobrẽ hoc carentes carent diuina ſcientia: quia inutiliter meditatur legem Dei, qui laborat, vt memoria teneat, quod actione non implet.

C X X X V.

H*VGO Card. Poſtil. in prouer. c. 20. ad illa verba* Hæreditas, ad quam feſtinatur in principio, in nouiſſimo benedictione carebit, *inter cæteras quandam adducit expoſitionem, ex qua alia, dubio non ſemel ſoluto, non inepta poteſt colligi ſolutio: nimirum voluiſſe Deum, primum ſuæ ſacræ ſcripturæ verbũ fuiſſe* In principio, *vt ſciretur, in domo eius diſtincta, minimeq; confuſa eſſe principia, & finem: ſic namq; loquitur:* Hæreditas, &c. .i. ille, qui feſtinat habere hæreditatem, ſtatim in principio conuerſionis, vel pœnitentiæ ſuæ: non .n. mercenarij mercedem operis in mane recipiunt, ſed in veſpera: vnde Pſ. Exibit homo ad opus ſuum; & ad operationẽ ſuã vſq; ad veſperã. & Math. 29 Cum ſero factum eſſet, dixit Dominus vineæ procuratori ſuo. Voca operarios, & redde illis mercedem. Ideo arguendi ſunt quidam, qui ſtatim, vt aſſumunt habitum religionis: vel benè viuere incœperint, cupiunt diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Vnde Eccl. 10. hodie fœneratur quis, & cras expetit: & odibilis eſt homo huiuſmodi. Item de nouitijs exponitur, qui quandoq; nimis feſtinant: vt .n. ſenſerint aliquam deuotionẽ, vel vnam lachrymam effuderint, volunt oẽs alios præcedere, ieiunando, vigilando, diſciplinando, & abſtinentias alias indiſcrete faciendo. ſimiles cuidam monacho, qui neſciuit equitare: qui inmane tantum fatigauit equum ſuum, quod me-

Digitized by Google

In principio.

dia die defecit,nec potuit facere dietam ſuam, & alijs abeuntibus,ipſe ſolus ſicut ſtultus, ſine equo remanſit.quieſcendum eſt aliquando: qa ꝙ caret alterna requie durabile non eſt. Seneca ita faciendum eſt:& agenti quieſcendũ,& quieſcenti agendũ.Alternandæ ſunt ẽt operationes, vt tollatur faſtidium: modo ad orationẽ, modo ad lectionem,modo ad prædicationẽ, modo ad diſputationem,modo ad ſacram collationẽ.hæc .n. ſunt quinq; officia fratrum,in quibus animus delectatur, nec corpus fatigatur nimiũ propter alternationem.

CXXXVI.

BEDA *Expoſit.ibi ſic:* Qui gradum regiminis, prius quam ſubeſſe didicerit, præpoſterus accipit:in nouiſſimo, mercede benedictionis, q̃ bonis rectoribus debetur,carebit. Qui ad miniſterium altaris indoctus,& temerarius acceſſerit & ipſe in die nouiſſima gratiã remunerationis, quæ benè miniſtrantibus repromittitur perdet. *Addatur,quod Diony.Carth.Enarr.ibi addit:* Nam & Philoſophus ait. Non benè decet principari eum,qui non ſub Principe fuerit. Seneca quoq. Nemo,inquit,regere poteſt,niſi qui & regi.

CXXXVII.

DION.*Chart.Enar.ibi ſic:*Hoc præcipuè reſpicit eos,qui patres ſuos expellũt de regno, ac domo,vt ipſimet regnent, aut patresfamilias ſint,quibus malè ſolet ſuccedere. *Daniel noſter vbi ſup.* Congruit aũt hęc ſententia in captores teſtamentorum, & hæredipetas,qui ſenibus orbis inhiant.Si vultus es,cadauer expecta. Item, Coruum deluſit hiãtem. Et Mimus,hæredis fletus ſub perſona, riſus eſt.

CXXXVIII.

GLO.*ibi ſic,*Qui per auaritiæ nequitiam in hac vita multiplicari appetunt,in futuro ab æterno patrocinio inhæredes fiunt. *Lyra Poſtill. ibi addit:*Hæreditas ad quam feſtinatur ex cupiditate eã indebitè acquirẽdo. In nouiſſimo,&c. quia acquirens poſt mortem,pœnam ſuſtinebit, & hæres eius,de cõi curſu.finaliter nõ gaudebit.

CXXXIX.

BEDA *vbi ſup.ſic,*Poteſt & ita accipi:quia qui in præſenti ſuas vult vendicare iniurias, hic corona patientiæ in futuro carebit. Cui ſenſui potiſſimum videtur conuenire,ꝙ ſequitur.Ne dicas,reddam malum pro malo: expecta Dñm, & liberabit te.Qđ ẽt verſiculo ſequenti aſtruit, cum dicit:Abominatio eſt apud Deum pondus, & pondus,ſtatera doloſa non eſt bonũ. Duplex nanq; eſt pondus, & ſtaterã habet in corde ſuo doloſam,qui dum peccauerit, ipſe veniam petit à Dño,& nihilominus peccanti in ſe homini, ac pœnitenti,ꝙ peccauit,dimittere non vult.Eum, qui Deus eſt,flectere ad miſerandum precibus ſatagit:cum ipſe homo exiſtens,nullis hominum precibus flecti ad miſericordiam poſſit, qui iure quaſi iniquus ponderator abominabitur à Dño, quia ſuas iniurias grauiores quã Dñi mẽſurãtur.

CXL.

DAN.*Recuper.Com.ibi ſic:*Meritò iniuſtus caret bono, qui caret Deo,qui eſt omne bonum.Senſus eſt,non habẽt proſperos ſucceſſos, qui ſine vocatione Dei aliquid ſuſcipiũt, aut nõ expectant vocantem ſicut Aaron,ſed veluti Abſolon,regnum ante tempus vſurpant. Quæ.n. nobis citra laborem noſtrũ accidunt, infœlices ſortiuntur euentus. Vnde Seneca dixit, Quibuſdam vſu euenire vt dum nimio properãt initio, ſerius perueniant ad finem, quicquid .n. ſubito clareſcit obnoxium eſt inuidiæ, ideò res odioſa Neophitus apud Græcos,apud Romanos,nouorum hominum cognomen, apud vtroſq; terræ filiorum cœlo delapſorum,vndè Falcus.vnde fit vt malim fraterculus eſſe gigantum, Hanc obrẽ fama,quæ paulatim naſcitur, & augeſcit quemadmodum minimum habet inuidiæ,ita maximè durabilis eſt.Vnde Falcus.Creſcit occulto velut arbor æuo fama Marcelli,vt.n. lõgiori vita potius quis vtitur (modo ſit tutior) quam breuiore,& periculoſa,ſic ad gloriã, & opes initendũ eſt,vt ſerius contingat tuto, potius quam ſtatim cum periculo.

CXLI.

ROBER.*Holcot ſuper lib.ſapien.c.7.lect.98.ad illa verba*, Ipſe dedit mihi horum, quæ ſunt ſcientiam veram,vt ſciam, &c. initium, & conſummationem,& medietatem temporũ: *ait:* Ideſt principium mundi, & tempus Chriſti, & diem iudicij ſaltẽ in generali ſciuit eſſe futurũ. *Vbi apparet,veram,& conſummatam ſcientiã Euãgelicam præcellere,longè ſcientiam Iſraelitarum,qui ſolum ſcientiam habuerunt de principio,mediam negantes,finalem exinde ignorantes.*

HV-

In Principio.

CXLII.

HVGO *Card. Poſtill. in Eccl. c. 7. Ad illa verba:* Melior eſt finis orationis. quam principium, *aliam rurſus ſæpè dicti dubij adducit ſolutionem; vʒ. nè quis primo legens ſacram paginam ſe literatum, atq; in litteris conſummatum exiſtimet, videns ſe clarè admonitum ab ipſa inſcriptione. Nã ſic ait,* Quia omnis laus in fine canitur: & iuſtitia conſummata melior eſt quam inchoacta. Et dicitur hoc cõtra tria genera hominũ. Primò contra imperſeuerantes: qui incipiunt: ſed non proficiunt: contra quos Dominus importunitatem orationis commendat, Luc. 11. de amico petẽte tres panes. Et eod. 18. Oportet ſemper orare, & nõ deficere. Luc. 14. Hic homo cæpit ædificare, & non potuit conſummare. Secundo contra temerarios reſpõſores, & præcipites Iudices. Vnde Prou. 18. Qui prius reſpondet, quam audiat, ſtultum ſe eſſe demonſtrat, & confuſione dignũ. Tertiò, contra incipientes ſacram doctrinam, & ſtatim reſilientes & faſtidientes. Quidam ẽt auditis introductionibus, ideſt hiſtorijs, vel tribus quæſtionibus, & duobus ſermonibus, contenti ſunt: non attendentes, quod dicitur Cant. 5. Bibite, & inebriamini chariſſimi. Item Ioan. 2. Iuſſit Dñs implere hydrias aqua: at illi impleuerunt eas vſq; ad ſummũ. Prou. 10. Fili ne ceſſes audire doctrinam: nec ignores ſermones ſcientiæ. His ergo commendatur finis orationis ſacræ: & dicitur meliorem eſſe quam principium, vt perſeuerantiam trahat.

CXLIII.

LYRA *poſtil. ibi ſic:* Quia incipit à triſtitia propter illatam ſibi calumniã, & terminatur in conſolatione à Deo datam.

CXLIV.

DION. *Carth. Enarr. ibi ſic:* Finis .n. conſummatio rei, & à fine res præcipuè ſumit denominationem, atq; virtutem. Vnde dicitur: Dũ finis bònus eſt, totum bonum eſt. Nempè ſi oratio à deuotione incipiat, & in diſtractione terminetur, inualida eſt, aut parum valere cenſetur. Si aũt à diſtractione inchoetur, & in recollectione, deuotione, & feruida vnione finiatur, idonea iudicatur. Et quamuis principia dicantur maxima eſſe virtute, & plus quam media totorum: Finis autem primatum ſortitur. Propter quod aſtruit veritas, Mat. 24. Qui perſeuerauerit vſq; in finem hic ſaluus erit. Hinc Dominus in Leuit. 3. iuſſit ſibi caudam in ſacrificium immolari.

CXLV.

HVGO *Card. Poſtill. in Eccl. Ad illa verba c. 2.* Melior eſt finis orationis, quam principiũ: *ait,* Vna oratio eſt tota ſeries legis, quam Deus toto humano generi locutus eſt: & huius orationis finis eſt, charitas. Vnde j. Timot. 1. Finis præcepti eſt charitas. Rom. 3. Plenitudo legis eſt dilectio. Principiũ eius eſt; timor: Eccl. 1. Dilectio Dei honorabilis ſapientia: initium ſapientiæ timor Domini. Eſt ergo ſenſus: Melior eſt, &c. ideſt melior charitas, quam timor.

CXLVI.

ROB. *Holcot ſup. li. ſap. c. 9. lec. 123. ad illud:* Per ſapientiam ſanati ſunt quicumq; placuerũt tibi Domine à principio, *aliam adſert reſponſionẽ dubij ſæpè citati: nimirum vt* In principio, *idẽ valeat, ac in filio, in quo Moyſes vetus teſtamentum ſcribere incœpit, vt intelligamus, non aliam nunc extare fidem, in qua ſaluamur, ab illa, in qua à principio mundi ſaluati fuerunt. ita ipſe loquitur:* Nam ꝑ iſtam ſapientiam, fidei in Chriſto vʒ. ſanati ſunt à morbo peccati, quicunq; placuerunt tibi Dñe à principio. Matth. 21. Qui præcedebant, & qui ſequebantur clamabant dicentes: Oſanna filio Dauid: vbi gloſſa dicit, ꝙ nemo Saluandus fuit, niſi in fide incarnationis explicita, vel implicita.

Ex Prophetis.

CXLVII.

RVPER. *Abb. Com. in Ioel ad illa verba cap. 2* Quaſi mare expanſum ſuper montes populus multus & fortis: ſimilis ei non fuit à principio, & poſt eum non erit vſq; in annos generationis, & generationis. *Quæ prima verba ille ſic legit:* Quaſi mare expanſum: *ſic ait:* Quid .n. maius ſiuè formidabilius in hoc mũdo ante finem eius euenire põt, quam ſi expãdatur mare ſuper mõtes, ſicut in diluuio factum eſt? Eſt ergo ſenſus: ſicut in diluuio nõ magis mõtes ſeſe è fluctibus eximere potuerunt, quam valles; ita in illa Romanæ multitudinis, vel fortitudinis inũdatione, non magis ſuperbi Principes Sacerdotum ſibimet conſulere quiuerunt, quam exigui, ſiuè populares. Et vide quam congrua comparatio, vel

Digitized by Google

In principio.

ſimilitudo ſit. Populus multus fortis,&c. Congrua namq; ſimilitudo eſt maris populi Romani,tam multi,& tam fortis,qui vniuerſas ferè orbis terræ nationes,multitudine operuit,fortitudine conuulſit,more fluctuum iens, & rediēs, & contra montes vniuerſos intumeſcens,eoſque operiens,ideſt,cunctos reges , vel regna gentiū ſuis viribus opprimens. Huic nimirum populo ſimilis non fuit ab initio,&c. Daniele quoq; atteſtāte de beſtia quarta, qua Romanorum deſignabatur imperium,quia diſſimilis erat cœteris beſtijs,videlicet Leenæ,Vrſo, & pardo , quibus regna præcedentia ſignificabantur.*Vbi ē non diſplicet dicere huc per metonomiam fuiſſe vaticinatū reſpectu Romani Pontificatus, qui ſub annulo Piſcatoris expāditur ſuper omnes Reges,& Imperatores.*

CXLVIII.

LYRA *Poſtil. ibi ſic:* Mane eſt principium diei, q cum incipit luceſcere ſuper terram, ſtatim expanditur ſuper totam terram ab Oriente in Occidentem;& in hoc notat exercituum multitudinem,qui de quatuor Regnis prędictis venerunt cōtra Iudæā.Similis ei non fuit à principio. Quilibet.n. in aliqua conditione exceſſit alios, vtpotè populus Aſſyriorum in cupiditate,Chaldæorum in ferocitate, Græcorum in doloſitate, plus .n. nocuit hoc regnum Iudæis doloſitate , quam poteſtate,vt patet 1.& 2.Machab.Romanorum verò,in poteſtate,propter quod illud regnum vocatur ferreum Dan.2.quia ſicut ferrum domat oīa,ita Regnum Romanorū domauit alia Regna.*Vbi apparet,ſummam miſeriā eſſe alicuius Republicæ,cùm Deus contra illam armat cupiditatem,ferocitatem,doloſitatem , & potentiam inimicorum.Cart.Enarr.ibi ſic:* Secundum hoc apparet, quod Propheta nō loquitur,niſi de vno ſpeciali populo.Ad quod aliqui dicunt, q quilibet prædictorum populorum , quo ad aliquid, exceſſit, puta Aſſyrij in cupiditate,Chaldęi in ferocitate, Græci in doloſitate , Romani in poteſtate . Sic nanq; de multis Sanctorum canitur.Non eſt inuentus ſimilis illi.*Vbi apparet pari paſſu currere nequitiam,ac virtutem: nullus .n. tam impius , qui alij comparatus, non ſe habeant ſicut excedens , & exceſſum .*

CXLIX.

RVP. *Abb. ibi ad illud,* Et deſcendere faciet ad vos imbrem matutinum,& ſerotinum, ſicut in principio.*vnum nimirum ex cæteris bonis, quæ filijs Syon promittit:ſic ſcribit.*In principio(inquām)ideſt primum Iudæo,deindè Græco : filij namq;Syon rectè intelliguntur Iudæi,primitiuę Eccleſiæ filijs,quicumq; receperunt verbum ſalutis,quia prius oportuit illis prædicari verbum Dei:propterea prædicationem,ſiuè doctrinam eandem matutinū imbrem nuncupauit.Et quia cum plenitudo gentium ſubintrauerit,tunc iterū prædicabitur illis,& reliquiæ ſaluæ fient,ex eis; rectè imbrem illum,& matutinum dixit & ſerotinum.*Vbi liquidò conſtat imbrem diuinarum miſericordiarum dici ſerotinum, non quia ſerò veniat, ſed quia iterum,etiam ſerò viſitat eos, qui illummet matutinum reſpuerunt : & tunc etſi ſerotinum tempore,cauſa noſtræ vecordiæ,non ſerotinum qualitate ſed matutinum,& ſicut in principio.*

CL.

GLO. *Moraliter ibi ſic:* Et deſcēdere faciet,&c. doctrinam ſalutiferam : Sicut in principio. S. Eccleſiæ quo tēpore vigebat pdicatio Apoſtolorū:*Vbi apparet non eſſe temeritatē dicere nunc ſero in aliquibus religioſis vigere veram & apoſtolicam doctrinam , tam quoad mores , quam quoad prædicationem : vnde apud populum nomen Apoſtolorum ſortiantur: vt v. g. Patres ſocietatis Ieſu qui apud Luſitanos Apoſtoli ab omnibus vocantur.*

CLI.

DIONIS. *Cart. Enar. ibi ſic:* Imbrē matutinū, .i. pluuiā aptam,& fęcundantē,cū ſemen in terram proijcitur , Et ſerotinum.i. aptum tempore meſſis. Sicut in principio dedit , cum non peccaſsēt in ea filij Iſrael.*Vbi apparet,mutationes curſuum temporum a peccatis eſſe cauſatas , quæ ſi ceſſarent omnia ad debitum, & præordinatū a Deo antiquum curſum , redirent .*

CLII.

HVGO *Cardinalis Poſtil.in Thren.cap.5. Ad illa verba,*Innoua dies noſtros ſicut a principio: *quādam affert allegoricam expoſitionem , ſiue ſolutionem dubij ſæpe citati, & ſoluti , nempe quia cum præuideret res in deterius ituras;voluit vt præſignaretur vnde inceperint , quatenus haberent quo per reformationem recurrerent. Ait .n.* Vox Eccleſiæ: cuius dies ſunt prælati : qui debent totā Eccleſiā illuminare.Mat.5.Vos eſtis lux Mundi.Quot ergo boni prælati ſunt in Eccleſia: tot ſunt dies: *Et poſt pauca ſic:* Innoua dies noſtros:ideſt prælatos

In Principio.

tos,qui inuetetati ſunt.Pſ. Filij alieni inueterati ſunt:& claudicauerunt a ſemitis ſuis:ſicut a principio:Quaſi diceret; Sicut boni fuerunt à principio Eccleſiæ:ita & modo fac bonos. Pſ. Dies mei tranſierunt ſicut vmbra declinauerunt. Idē: Quia defecerunt ſicut fumus dies mei, propter hoc rogat modo vt innouentur: *Vbi commendatur mos ſcribēdi vitas Patrum, qui fuerunt à principio, quatenus ex eorum exemplo omnes reformentur tanquam à principio.*

CLIII.

DION.*Cart.Enar.ibi ſpirit.expoſit.ſic*, Innoua dies noſtros ſicut à principio.i. aurea illa primitiuæ Eccleſiæ tempora renoua, atq; reſtitue nobis,vt cum omni feruore,& conſtantia tibi ſeruiamus. Nunc enim impletū videtur quod. 2.ad Timot.3. ſcribit Apoſtolus:Scio quia in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines amantes ſeipſos ſuperbi cupidi, ſine affectione, ſine pace, voluptatis amatores magis quam Dei. *Addatur quod inſupradicto ſenſu breuiter Angelius Doct. Com ibi ait.* Innoua dies noſtros ſicut à principio. Iob. 29. Quis tribuat mihi vt ſim iuxta menſes priſtinos, ſecundum dies,quando Deus cuſtodiebat me.

CLIV.

S*HIER.Com.ibi ſic*,Quod aūt dicit: Innoua noſtros ſicut à principio:hoc poſtulare videtur:vt ſicut à principio primos Patriarchas eorū Abraham,Iſac,& Iacob plena fide,& dilectione ſibi eſſe fecit deuotos:ita & ipſos eodē munere ſibi fideles,ac deuotos facere dignetur. *Vbi religiones habent,quid Deo orent reſpectu ſuorum Fundatorum,& antiquorum Patriarcharum,de quorum principio tantum gloriantur.*

C L V.

H*VGO Poſtil.in Abacuc.ad illud*, Nūquid nō tu à principio Deus meus ſancte meus, & non moriemur:*Quādā expoſitionē adducit,ex qua non contemnenda pōt elici rō:quare .ſ. Deus voluerit vt legiſlationē præcederet ipſū à principio fuiſſe creatorē;nimirū vt cum nos propter legis tranſgreſſionem vellet punire, haberemus in ipſa ſtatim ſacri textus frontè,vnde illi blandiri poſſemus.Nam ſic ait:* Intelligens Propheta ex reſponſione Dñi, ꝙ Dñs quantū in ſe eſt iuſtè facit,qui per Nabuchodonoſor punit Iudæos,& cœteras gentes,qa benè meruerunt: ſed cum ipſe Nabuchodonoſor iniquior ſit ipſis Iudæis, quos flagellat, ſcire deſiderat quomodo Deus iuſtè hoc facit.Primo aūt bladitur Domino dicens:Nunquid non tu;quaſi diceret,Domine ab æterno ſiue à principio creaturarū tu es?Deus meus:qui creaſti nos,: ſancte meus:cuius clemētia ſubſiſtimus. Et non moriemur ex dono tuo, q̃ ex merito noſtro oēs à Nabuchodonoſor iuſte poſſemus interfici. *Confirmat ſanctus. Hieronimus Comment in eundem; ſci.* Hæc autē loquitur blandientis,& pænitentis affectu:quia à principio nos creaſti, cuius miſericordia huc vſq; ſubſiſtimus *Vnde patet, maximā occaſionē habere Deo blandiendi in quacumq; tribulatione: illos q̃ à principio opus Dei ſe eſſe cognoſcūt.*

C L V I.

DION.*Cart.Enar.ibi ſupra dicta verba ſic com.* Nunquid nō tu à principio.i. immotus ſolus æternus es.Domine Deus meus:qui licet ſis omniū Deus generali prouidentia, & iure creationis,ſpecialiter tamen es Deus meus & electorū,tā ex parte tui, qui ſingulariter benefacis, ac prouides nobis, quā ex parte noſtri,qui te ſumme diligimus,totaq; mēte tibi inhæremus. *Vbi apparet, & quod ſolus Deus eſt Deus à principio,cæteriq; terrę dij minime ſed à tempore:& quod ſoli illi poſſunt Deū,Deū ſuū dicere, qui amore correſpondent deificis beneficijs, & prouidentia.*

C L V I I.

I*DEM ibi proſequitur ſic:* Conſequenter Propheta oſtendit ſe diuinitus illuſtratū,& aperit cauſam ſuperioris quæſtionis, & quærelę quam mouet;cur .ſ. Deus taceret, conculcante impio iuſtiorē ſe.Dñe in iudicium poſuiſti eum; .i. Nabuchodonoſor in ſolio regali, & tanta eminētia conſtituiſti,vt per eū tuæ iuſtitiæ iudicium exequereris. Et fortem vt corriperes fundaſti eum: .i. regem iſtum in tanta pōte fundaſti, ſeu fortē ſtatuiſti, vt per eius pōtiā corriperes gentes iniquas,earum peccata vlciſcēdo,& ipſas in manu Chaldæorum tradendo. *Vbi apparet,ita extraneū eſſe diuinitati,& ſanctitati Dei malos infideles contra bonos,& ēt impios fideles potentes facere: ꝙ moueat de Deitate ſua, & bonitate Deum interrogare: non dubitando: ſed admirando.*

C L V I I I.

R*VP.ABB.Com.in Abacuc ad eadē verba, cōbinanſq; ea cū illis Apoſt.Hebr.4.ait,hæc illa eſſe,quibus Angelus in horto confortauit Dom.Ieſum*

Chri-

In principio.

Chriſtum gerentem perſonam totius generis humani: Verè (inquit) à principio, nam & alia Scriptura dicit,(Cuius quoq; meminit Apoſtolus ad Hæbreos pro ſua perſona) Et tu,inquiens,in principio Domine terrã fũdaſti, & opera manuũ tuarũ ſunt cęli:ipſi peribũt,tu aũt pmanes,& oẽs ſicut veſtimentũ veteraſcent,& velut amictũ mutabis eos, & mutabuntur,tu autẽ idem ipſe es,& anni tui nõ deficiẽt. Cõfortare igitur Domine meus, Sancte meus,quia nõ ad inſipientiã tibi,ꝙ videtur te reliquiſſe Deus, imo ad magnã ſapientiã, magnus .n.erit mortis tuę fructus, quia non moriemur, quia &ſi peribũt cæli, ideſt ſancti morte carnis tu primus reſumpta carne permanebis, eoſq; veteraſcentes ſicut veſtimentũ pro conditione mortalitatis, tu velut amictũ mutabis vera reſurrectione eiuſdẽ carnis,& mutabuntur,ita vt iã ex eo ſemper in æternũ incorruptibiles, & impaſſibiles ſint.

CLIX.

HVGO *Card. Poſtil.in Eſai. Ad illud c.*83.Facti ſumus quaſi à principio, cũ nõ dominareris noſtri: *Vbi filios Iſrael breuiter exprimere putauerim qualiter àDeo in ſuis tribulationibus oĩno neglecti fuerint; affert quandã expoſitionẽ, ex qua quędã põt colligi ratio quare Moyſes nõ cõtentus Deũ dicere cæli & terræ creatorẽ,prædixerit dicẽs:*In principio: *nempe vt oſtenderet,nullũ dari inſtans quo mundus diuina Prouidentia careret.Nam verba Prophetæ ſic explicat.*Facti ſumus deſerti,& diſſipati,& deiecti quaſi in principio cũ nõ dominareris noſtri,ideſt quando non regebas nos antequam .ſ. vocares nos in Abrahàm. *Lyra autem dicit ſic.*Quaſi dicat tanquam extranei a te dimiſſi ſumus in manibus inimici tui.*Interli.* Quaſi à principio: Sine Deo. *Vbi apparet, quanta ſecuritate,confidentiaq; poſſint viuere,qui ſeruos Dei ſe eſſe profitentur:& è cõuerſo.*

CLX.

O*LEAST.Com.ibi ſic.* Solent Domini potentes, non ſinere cõculcare ſeruos ſuos,præſertim,qui ab eo nomen ſortiuntur, vocantes ſe ſeruos eorũ:aut, qui eos in ſuũ auxiliũ vocant. Dicunt ergo iſti, Deũ ſic eos negligere afflictos & cõculcatos,ac ſi nõ eſſet dominus illorũ,neq; ipſi ſerui eius,neq;ab eo denominarẽtur: aut nõ inuocarẽt eũ in auxiliatorẽ.Eſt ergo ſenſus.Fuimus à multo tẽpore ſic afflicti ab hoſtibus, ac ſi tu non eſſes Dominus noſter,ac ſi non denominaremur à nomine tuo, aut ac ſi non inuocaremus nomen tuũ potentiſſimũ. *Ad mores autẽ ſic.* Docentur domini ſeruos ſuos à malis eruere, pſertim eos, qui ab eis denominantur.Et quã inęſtimabile bonũ eſt,eſſe ſeruũ Dei.Et ſi abeo denominari, ſic eum ad ſubueniendũ vrget, quid faciet, ſi alijs amoris nexibus ſis illi deuinctus? Audi quid Dominus dicat per Ezechielẽ. 56. Nõ propter vos facio domus Iſrael, ſed propter nomen ſãctũ meũ,quod polluiſtis ingentibus.Et vide quanti faciat nomen ſanctũ ſuũ, vt eos ſanctificet,ne in eis malis,nomen eius ſãctũ polluatur.Vnde valde debent,qui ſerui Dei nominantur,à ſordibus cauere,non tam propter ſe,quam propter ſanctum nomen, quod ſortiti ſunt Dei.

CLXI.

P*Rocop.Abb.Com.ibi tenet,hanc vocẽ eſſe Iudæorum.qui fuerunt,ſunt,& erunt poſt mortẽ Chriſti Dñi: & in perſona ipſorum prædicta verba ſic commentat:*Quaſi à principio antequam vocares nos in Abraham, vel cum in Aegypto colebamus idola ſine Rege,ſine Principe,ſine Propheta,ſine Deo,ſine lege,& Sacerdote,quę partim in aduentu Chriſti; omninò poſt eius Aſcẽſionẽ completa ſunt.Complentur aũt quotidiè ſecundum illam maledictionẽ:ſanguis eius ſuper nos, & ſuper nos,& ſuper filios noſtros.Dum .n.permãſerint in vetuſtate legis, nec ſuſceperint veritatem Euangelij non vocabuntur populus Dei à Chriſto .ſ. Chriſtiani.*Vbi,extra quod de Iudæis patet,vnuſquiſq; attendat ne beneficijs Dei ſe ingratum exhibeat: quia inueniet ſe ſpoliatum, & ſicut à principio.*

CLXII.

I*DEM poſtil.in Tren.c.*2.*ad illa verba*, Lauda in nocte in principio vigiliarũ:*ait dubij allati hanc quoq; poſſe aſſignari ſolutionẽ nimirum,vt oſtẽderet nihil Deo magis placere,quã principia,ita nãq; loquitur.*In nocte .i. in aduerſitate, non ſicut illi, de quibus Pſ. Confitebitur tibi cum benefeceris ei.Iſti ſunt ſicut aues,quæ nõ cantant, niſi in æſtate & ſereno tẽpore: ſed ſi eſſet auis, quæ in omni tempore,& hieme & æſtate, & in nubilo & ſereno cantaret,illa plus diligeretur quã aliæ. Iob 35.Vbi eſt Deus,qui fecit me: dedit in nocte carmina.Pſ.In die mandauit Dominus miſericordiam,& nocte canticum eius. Propter hoc dicit Hieronymus Euſtochio virgini:eſto cicada no-

In Principio.

noctium. nonne in tpe tempeſtatis Sacerdotes, magis cãtare incipiunt laudes, & campanas pulſare! In principio. Quatuor vigiliç, ſunt quatuor ætatæs, adoleſcentia iuuentus, virilis ætas, & ſenectus. In principio ergo dicit, quia bonũ eſt viro cum portauerit iugum Domini ab adoleſcẽtia ſua. infra cap. 3. Item prima vigilia eſt contẽptus mundi, ſecunda mortificatio carnis, tertia exercitium virtutũ, quarta deſideriũ cœleſtiũ. Propter hoc dicitur quater Cant. 6. Reuertere, reuertere ſunnamitis, reuertere, reuertere vt intueamur te. Item primo vigilat peccator, quãdo ſua mala cognoſcit: ſecundo, quando mala cognita pœnitendo corrigit: tertiò cum ad bona agenda ſe conuertit; quarto quando bona opera, quæ habet, ſollicitè cuſtodit.

CLXIII.

INTERL. *ibi ſic*: Nè in principio operis ſomnus obrepat deceptionis. *cui glo. immixa ait*: In principio vigiliarum laudare debemus, vt omnia, q̃ agimus, aut patimur, ad gloriam, & laudem eius referamus, nè torpentes in principio operis opprimamur ſomno deceptionis. Vnde *1*. Cor. *10*. Omnia in gloriam Dei facite. Multæ quidẽ ſunt vigiliæ, in quibus laudandus eſt Dominus, & maximè præcauendum eſt, nè ab initio intẽtionis opus condemnetur. Cum aũt opus benè incipitur, reſtant adhuc vigiliæ, quibus vſq; in finẽ in gloria Dei conſumetur.

CLXIV.

L*YRa Poſtil. ibi coniungens, vt reuera, vnam ſententiam, quæ ſequuntur*: Effunde ſicut aquam cor tuum ante conſpectum Domini: *ſic commẽt*. In principio vigiliarũ, .i. celeriter, & expedite: Effunde .i. perfectè ſicut aqua effũditur perfectius cœteris liquoribus: & talis effuſio idẽ eſt, quod intenſa deuotio. *Vbi aduertatur, ſimile primæ vigiliæ, quando omnia, quæ tunc aguntur expeditæ fiunt, nimirũ nullo obturbante ſomno, quo quæ agantur malè, imperfecteq; fiant.*

CLXV.

INTERL. *ibi ſuprad. verbis ſic correſpondet*, In principio vigiliãrum effunde ſicut aqua cor tuum ante conſpectum Domini: In calore dilectionis Dei: diliges Dominum Deum tuum.

CLXVI.

S. THO. *Com. ibi ſic*, Vigiliæ noctis diſtinguebãtur ſecundũ cuſtodias illorum, qui Ciuitatẽ cuſtodiebant, ſicut dicitur Cant. 3. Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiebant Ciuitatem. Et erãt quatuor. Prima vocatur conticinium, quãdo tegitur ignis. Secunda vocatur intempeſtum circa mediam noctem, quia tempus illud non eſt opportunum ad aliquid faciendum. Dicitur. n. tẽpeſtum apud antiquos, opportunum. Tertia, galli cantus. Quarta, dicitur ante Lucanũ. Dicit ergo q̃ ſurgat in principio vigiliarum .i. in prima vigilia: vel in prĩcipio cuiuslibet vigiliæ. Eſa. *26*. Anima mea deſideraui te in nocte: ſed & ſpiritu meo in p̃cordijs meis de mane vigilabo ad te. *Vbi ſenes religioſi non exiſtimẽt feciſſe debitum ſuæ vocationis, ſi in prima ſuæ ætatis vigilia vigilauerũt: neceſſè eſt; vt per oẽs ætatis curſus vigilent renouantes principium ſui feruoris vſq; ad mane ſuæ mortis.*

CLXVII.

S. HIER. *Com. ibi ſic*: Conſurgit in nocte, qui in tribulatione præſentis vitæ torporem à ſe excutit negligentiæ. Laudat in principio vigiliarum, qui in omni conuerſatione ſua ſtrenuum ſe adhibet, & cautum, & quidquid aduerſitatis patitur, totum ad confeſſionem laudis conuertere nititur.

CLXVIII.

S. HIER. *Com. in Dan. ad illa verba c. 9.* Adhuc me loquente in oratione ecce vir Gabriel, quem videram in viſionis principio: *ait ſic*, Principium vocat præteritam viſionem, quam hæc ſequitur: Et grãdis orationis effectus eſt: impletaq; promiſſio Domini, qui ait: Adhuc te loquẽte dicam: Ecce adſum: Eſai. 65.

CLXIX.

R*VP. Ab. Com. in Oſe. Ad illud cap.* j. Principiũ loquendi Domino in Oſe. *ſiſtens in hoc quod dicatur Deus feciſſe principiũ loquendi in Oſea. cum iã antea per tot prophetas, qui Oſeã præceſſerant Deus locutus fuiſſet: Aſſignat duas ſolutiones. Prima eſt.* Si ergo ſic p̃dictũ intelligi placet, principiũ loquẽdi Dominum in Oſee, vt ſit ſenſus: primus locutus eſt Dominus in Oſee nihil repugnans inuenitur, ita videlicet vt ſubaudias, eorum qui ſub prædictis Regibus prophetauerunt. *Secunda eſt:* Sic accipitur: Principiũ &c. vt ſit ſenſus: hæc talia, quę protinus ſequũtur: Vade ſume tibi vxorẽ fornicatiam &c. primum in eo locutus eſt Dominus. *Vbi apparet principiũ non ſemper indicare, ante omnia: ſed vel præcedentiã coætaneorũ; vel materiæ nouitatem.*

THEO-

In principio.

CLXX.

THEODORET. vt in Gloſ. tenet hanc locutionē denotare maximā reſolutionem Domini, circa Oſeā, cui antequam aliquid quaſi introductoriè loqueretur, iuſſit ei facere rem adeò difficilem, vt v.g. eſt accipere vxorem fornicariam: ait enim ſic. Principiū loquendi hoc eſt, nihil ante hoc ipſum mihi præcepit Dominus, ſed ſimul ac ad me verborū initium fecit, ſtatim iuſſit me uxorem fornicationis ducere, & filios fornicationis procreare. Vbi apparet, regulariter nemini Deum maxima pręcepta imponere, quem prius facilioribus, & anteactis verbis non allexerit, aut diſpoſuerit: ſiquidē hic ad exagerationē hoc deſcribitur, Principiū loquēdi, &c.

CLXXI.

GLOS. in Amos: ad illud cap. 7. Ecce fictor locuſtæ inprincipio germinantium ſerotinis imbris: ait. Allegoricè. Cum poſt opera iuſtitiæ aliquis grauia cōmittit, inducitur ſuper eum generatio locuſtarū, veniens mane, quando incipit peccata ſua cognoſcere. Et quia non agit pœnitentiā, adducitur bruchus. i. quædam ſuperba, & atrogans fortitudo, quæ omnia conſumit.

CLXXII.

LYRA Poſtil. in Hiere. Ad illud cap. 27. In principio regni Ioachin filij Ioſiæ regis Iuda, factum eſt verbum iſtud a Domino. reſpondet cuidā dubio hic incitato: nempe, quare Sacr. Propb. nominauerit regem ſuæ propbetiæ aſſiſtentem, cum hoc aliquid vanitatis videatur ſonare: ait enim ſic: Quia primo ponitur Hieremiæ perſecutio; ponitur tēpus huius perſecutionis cùm dicitur: In principio regni Ioachim: ſecundo ponitur cauſa eius, quæ fuit Hieremiæ prędicatio cum dicitur, A Domino. unde Prædicatores tunc ſe iactent de audientia Regum & Principum, cum ab eis ob verbum Dei, & prædicationē fuerint perſequuti: ſed attendant, ꝙ verba increpatoria ad Principes, debēt eſſe à Domino, & non ab ipſorum prædicantiū paſſione, vt perſecutio ſit meritoria, & glorioſa.

CLXXIII.

DION. Chart. Enarat. in Michæ. ad illud c. 1. Lachis principiū peccati eſt filiæ Syon: poſtquā literaliter ſic exponit, Lachis, ꝗ dicta eſt Dan, fuit principium idolatriæ regno Iudæ, quoniā in Lachis fuit idolū Michæ, vt dicitur in lib. Iudic. 18. Et ita à Lachis deriuata eſt idolatria ad decem tribus. Elucidatione morali ait ſic. Lachis autē interpretatur ambulatio. Hinc ad cordis ſtabilitatē vbertim hortatur nos diuinus Apoſtolus ſecundum quod ait. i. Cor. 15. ſtabiles ſtate & immobiles abundantes in omni opere bono. Alibi quoq; Optimum, inquit, eſt gratia ſtabiliri cor. Heb. 13. Hinc ſecundum Philoſop. ad ſapientes & virtuoſos ſpectat ſtabilitas mentis. Inſtabilitas vero inſipientiæ ſignum eſt. Deniq; Lachis. i. inſtabilitas iſta, & euagatio cordis principiū peccati, eſt filiæ Sion. i. animabus fidelibus, quæ niſi omni diligentia enitantur figi in Deo, plura crimina illabuntur. Propter quod ſcriptū eſt Prou. 4. Omni cuſtodia cuſtodi cor tuum, quia ex ipſo vita procedit. Et in Eccl. 5. Non ventiles te in omnem ventum. Eſto firmus in uia Domini, & in ueritate ſenſus tui, & conſeruabit te verbum pacis. Vbi apparet, infidelitatem, & per hæreſim, ſeu ſciſmata egredi ab Eccleſiā, a leuitate cordis habere principium.

CLXXIV.

LYRA Poſtil. in Eſai. Ad illud cap. 49. Nō à principio in abſcondito locutus ſū: Vbi in perſona Dei loquitur Propheta de datione legis in mōte Syna: ait: Circa ꝙ ſciendū, quod licet lex illa fuerit data à tota Trinitate, cuius opera ſunt indiuiſa, tamen iſta datio appropriatur Filio; ſicut. n. illa quę pertinent ad potētiā appropriatur Patri, & quæ ad bonitatē Spiritui Sancto, ita quę pertinent ad ſapientiā appropriantur Filio: cuiuſmodi eſt datio legis. Vbi Principes attēdāt, quod ad promulgationem legum nō tantum ſe potentes, quantū ſapientes oſtendant: neq; illo vtantur barbaro dicto: ſic uolo, ſic iubeo: ſed quia ſic, attentis rebus, conuenit.

CLXXV.

GLO. in Eſai. Ad illud c. 52. In Egypto deſcēdit populus meus in principio, vt colonus eſſet ibi: & Aſſur abſq; cauſa calūniatus eſt eū: Ex B. Auguſt. ait: Quaſi diceret: Aegyptij voluerunt populum meum ſeruitute opprimere, & videbātur aliquid inde rationis habere: quia ſubuenerunt eis in famis neceſſitate. Sed ego liberaui eum, & eduxi eum per deſertum in terram promiſſionis, Sed quid cauſæ eſt Aſſyrio, vt ēt in terra ſua opprimat illum, & calumnietur ei? Vbi apparet, tolerabilius eſſe, etſi de ſe malum, ſeruitute opprimere illos, quibus in terra noſtra ſubuenimus tempore neceſſitatis: execrabiliſſimum ēt Deo ita ſe gerere ad illos, quibus neq; ſubuenitur, & inſuper

in

In principio.

in ſuis laribus vitā degunt. Et ſecūdū Lyram Poſtil. ibi, loquitur de tempore Ezechiæ, & hanc aſſignat Deus rōnē, quare occidendo Aſſyrios liberauerit Iudæos: nempe quia ſine cauſa in propria terra voluit eos opprimere Rex Aſſyriorum.

CLXXVI.

L*YRA Poſtil. ibi notauit, quod cum Deus hic ad confortandos in ſpe Iudæos in oppreſſione Aſſyriorum adduxerit exemplum liberationis de Aegypto: tamen non de liberatione dixit, ſed de labore, & oppreſſione, quam ibi paſſi fuerant: aitq;* Iſta tamen liberatio hic non exprimitur, quia erat nota, & famoſa: & ideo ſatis datur intelligi, per hoc, ꝙ deſcenſus in Aegypto tangitur. *Vbi apparet, non eſſe opus beneficia Dei facta recitare, cū nota ſint: & ꝙ de ſe intelliguntur exhibita ſuis: cū tangitur labor, & oppreſſio ipſorum: non poteſt enim non ſieri quin à talibus ab eo liberentur.*

CLXXVII.

O*LEAST. Com. in Eſai. Ad illud c.41.* Quis annūtiauit ab exordio, vt ſciamus: & à principio, vt dicamus Iuſtus es? Non eſt neq; annuntians, neq; prædicens, neq; audiēs ſermones veſtros: *quam vltimam ſententiam ille ſic legit:* Etiam non eſt annuntians, non eſt audire faciens, etiā non eſt, qui audiat ſermones veſtros: *ad literam ait:* Loquitur ad idola, & diuinos gentium. Quis inter vos hæc futura, quæ ego annūtio meis, annuntiauit à principio, .i. multo tpe antequā eſſent, & ſciemus ea ab eis: & quis inter idola diuinos, vel vates veſtros, hæc ante prædixit, & dicemus, quod ſit iuſtus, S. Propheta Domini, aut vt Deus? Etiam non eſt, &c. Sumitur, ēt, pro, ſed, & eſt ſenſus. Sed non eſt inter vos, & Deos veſtros, qui annuntier futura hæc, neq, eſt qui nos ea audire faciat: & ideò non eſt, qui audiat ſermones veſtros; Aut neq; eſt, q. ſermones veſtros audiat, .i. credat in huiuſmodi futuris prædicēdis, propter admixta mendacia. *Vbi apparet, Propheticum donum, vt plurimum, indicare ſanctitatē, & tanto ſublimius, quanto à multo ante tpe prædicit futura: & ꝙ defectus audientium prouenit ex defectu prædicantium, qui audientes audire non cogunt: & deniq; quod multa verè dicta non creduntur propter admixta mendacia.*

CLXXVIII.

P*ROCOP. Ab. Com. ibi ſic,* Quis annuntiauit ab exordio, &c. vt dicamus: Iuſtus es? Quaſi diceret: Nullus ex gentibus fuit, qui annuntiauerit aduētum Filij. Si eſt aūt, qui annuntiauerit, dicemus, quia iuſtus eſt. In aduentu Filij, dæmones, qui in idolis ventura annuntiabant obmutuerār. *Vbi apparet, Deum nemini permittere aduentum Chriſti prædicere, niſi iuſtis, & Sanctis.*

CLXXIX.

H*VGO Card. Poſtil. ibi, deducens præcedētia verba, intelligenſq; illa dicta ad expreſſionem ſcelerum Prælatorum: propoſita verba ſic explanat:* Oīa hæc de Prælatis prædicta quaſi nullus annūtiat. Si quis verè auderet prælatos corrigere iuſtus, Simpliciter deberet dici.

CLXXX.

L*YRA Poſtil. in Hiere. Ad illud c.28.* Et factū eſt in anno illo in principio regni Sedechiæ reg. Iud. in anno quarto, &c. *ait:* Quarto anno Sedechiæ, quo venerunt nūtij Regum ad ipſum. Sed cōtra hoc videtur illud, ꝙ interponitur: In principio regni Sedechiæ: quartus .n. annus ſui regni, non pōt dici conuenienter principium eius, ꝑ quod Rab. Sal. dicit, quod principium regni hic accipitur pro illo tpe, quo Nabuchodonoſor præfecit eum quinq; Regibus, vt prædictum eſt cap. præcedenti, & hoc fuit quarto anno Regis Sedechiæ. *Vbi apparet, tunc innouari coronas, & Prælaturas, quaſi à principio, cū nobiliores, Regibus, & Prælatis ſubduntur.*

CLXXXI.

C*APEL. Cartu. Com. ibi ad illud cap.30.* Et erunt filij eius, ſicut à principio: *ait:* Hoc eſt ſicut Abraham, Iſac, & Iacob, quibus ſimiles fuerunt Apoſtoli, de quibus Pſ.44. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, & conſtitues eos Principes ſuper oēm terram. Sic Malac.4. de Eccleſia dicitur. Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum. *Vbi apparet, non eſſe temeritatem Sanctos modernos antiquis comparando adequare, cūm ſemper Deus in Eccleſia ſua, vt dicitur Thren.5. innouet dies noſtros ſicut à principio. Ponatur hic, nè pereat, quod Dion. Cart. Enar. ibi, ſic exponit:* Iudæi quoq; qui tempore Antichriſti credent, præcipuæ perfectionis conſiſtenr.

CLXXXII.

S*HIER. Com. in Amos, ad illud cap.* 7. Ecce fictor locuſtę in principio germinantiū ſerotini imbris. *Vbi Propheta minatur populum ex parte Dei multitudine exercitus Aſſyriorum, qui venturi erant ſuper Iudam tempore Ezechiæ: aſſignans rōnē,*

Digitized by Google

quare expreſſerit tempus, quo venturi erant, ait, Oſtendit igitur Dñs Sennacherib Regem Aſſyriorum cũ infinita exercitus multitudine, inſtar locuſtæ vniuerſa tondentis, eſſe venturum in principio imbris ſerotini, quando extrema Dei omnipotẽtis miſericordia indigebat Iſrael. Quæ locuſta venit in principio imbris ſerotini: quãdo cuncta virent, & parturit omnis ager, & diuerſarum arborum flores in ſui generis poma rumpuntur. *Vbi apparet, quam timẽda ſunt diuina ſupplicia, quæ multoties tunc veniunt, qñ magis indigemus diuina miſericordia, & cuncta virentia, vt in fructum rumpant, ſerotiuum diuinæ beneficentiæ expectant imbrem.*

CLXXXIII.

RVPER. *Ab. com. in Zach. ad illud c. 12.* Et ſaluabit Dominus tabernacula Iuda, ſicut à principio: *ait,* Ideſt Eccleſiam confitentium ſibi ſaluabit, non per legem factorum, v3. Circumciſionis, & cæremoniarũ, ſed per legem fidei per q̃ ſaluatus eſt, & Abraham in principio. Quid .n. ſcriptura dicit? Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam, Gene. 15. Quomodo reputatum eſt illi ad iuſtitiam? In circuncifione, an in preputio? Non in circuncifione, ſed in præputio, nondum enim erat circumciſus.

Ex Epiſtolis Apoſtolorum.

CLXXXIV.

S. *THO. Com. in Epiſt. ad Philip. Ad illa verba c. 4* Scitis aũt & vos Philippẽſes, quod in principio Euangelij, quãdo profectus ſum à Macedonia nulla mihi Eccleſia communicauit in rõne dati, & accepti, niſi vos ſoli: quia & Theſſalonicã ſemel & bis in vſum mihi miſiſtis. *occaſionẽ præbet dicendi Moyſem ante narrationẽ creationis præfixiſſe verbum,* In principio, *nè illa facta prima beneficia in obliuionem deuenirent. Laudabile enim valdè eſt, & gratum benefactori, beneficij preteriti, & facti à principio recordari. Nã explanans, quare Apoſtolus non ſolùm beneficium ab illis acceptum commemorat, ſed addit* In principio Euangelij; *ait* Commemorat beneficium præteritũ ibi A quibuſdam .n. nihil accipiebat .ſ. Chorinthijs, & Theſſalonicenſibus: & hoc quia Corinthij erãt auari, & cum turbatione miniſtraſſent: ſed quia Theſſalonicenſes erant otio dediti: laborabat dans eis exemplum laborandi. Iſti verò erãt boni in abſentia, & præſentia *Hugo Card. Poſtil. ibidem notauit alterum .ſ.:* In vſum: Quaſi diceret: Ad vtendum miſiſtis: non ad theſaurizandum: nec ad luxuriandum: contra prælatos auaros, & luxurioſos.

CXXXV.

S. *ATHAN. Com. ibi;* Quia viſus eſt hos ſuperius aliquantulum inceſsiſſe, cum diceret: Iã aliquando refloruiſtis: nunc ſe prudenter excuſat: Quod aũt viſus ſum, inquiens, vos offendiſſe, nõ vt à vobis quidpiam accipere vellem id egi: ſed quia admodum ſum vobis confiſus, & occaſionem vos ipſi obtuleratis: vt qui omnium primi cepiſtis neceſſaria mihi ſuppeditare. Vnde & ipſe accepta fiducia obiurgaſſe vos videor, qui à veſtra, & priſtina conſuetudine deſciueratis. Ingens ſanè hæc laus: & quia in Euangelij ipſius primordijs: & cum non modo apud vos permanenti neceſſaria mihi ſubminiſtraſtis, ſed & ex Macedonia abeunti. Non .n. vlla Eccleſia mihi dedit, inquit, ſed nulla coĩcauit ea ratione, vt pro carnalibus ſpiritalia capiens commutaret.

CXXXVI.

S. *ANSEL. Com. ibi ſic:* Hoc cõmemorat Apoſtolus, vt quaſi laude digni magis ſtudeant Prædicatoribus miniſtrare, & nè illi putarent eũ fuiſſe oblitum charitatis ſæpè ſibi impenſæ. Qui ab eis hoc non refutabat, quia non idcircò dabant, vt vellent eum vitijs ſuis parcere. A cœteris non accipiebat, nè authoritatem ſibi correctionis minueret, & nè fortè illis eſſet graue, cibum ei corporale impendere.

CXXXVII.

CLAVD. *Guillliandus Coll. t. in Epiſt. Pauli: ad hæc verba ſic,* Ex his colligimus, Paulum nõ damnare munera honoraria, ſed illa, quæ vel veritatem obſcurant, vel res iuſtas peruertunt.

CXXXVIII.

BEDA *Expoſ. ibi ſic,* Ad bona opera eos rediſſe nunc gaudet, & repullulaſſe lætatur, tanquã reuiuiſcente fertilitate agri. *Vbi apparet, excellentiori circunſtãtia eminere illa exercitia ſpiritualia, quę à principio incepta: denuò renouãtur; quam illa, quę de nouo incipiunt exerceri.*

CXXXIX.

S. *IO. Chryſoſt. Hom. 15. ibid. Sic intelligit illud dictum*

In Principio.

ctum Apoſt. ſup.poſitum .ſ. In principio, *vt liceat ſupradicto dubio ēt reſpondere, præpoſitū fuiſſe creationi Orbis verbum*, In principio, *vt oſtenderet, cōmendaretq; diuinam bonitatē, ex eo quod talia exhiberet beneficia ex motu proprio, nullo ante viſo exēplo quo ad imitationē prouocari potuiſſet: Nā Apoſtoli verba ſic exponit:* Papè quantū teſtimoniū. Etenim in principio Euangelij tantū ſtudij erga Sanctum iſtum oſtenderunt, vt cum nullum haberent exemplum, ipſi primi in iſto fructu ferē fuerint.

CXC.

HVGO *Card. Poſtil. in 1. Io. c. 2. ad illa verba.* Chariſſimi, non mandatum nouum ſcribo, vobis, ſed mandatum vetus, ꝙ habuiſtis ab initio, *ſeu vt aliqui legunt*, A principio*: aliā rurſus affert dubij eiuſdem ſolutionem. Nempè, vt ſemper appareret, vnde veritatem poſtea dicendorum poſſet comprobari: nimirum ex concinentia, & concordia, conſonantiaq; cum primò tradita ſcriptura: ita enim loquitur*, ab initio prædicationis: quaſi diceret: non diſcrepantia, vel diſſona vobis prædico, ſed eadem. *Vnde conſtat, maximam eſſe debere animaduerſionem in recentiorum Doctorum ſcriptis nè diſſonantia priori, à S. Patribus tradita doctrina, doceant. Conſeruant .n. hæretici opera Sanctorū Patrū, vt noſtram, falſitatis, arguant doctrinā, oſtēdētes modernos aliquos, diſcrepare ab illa, q̄ data fuit ab initio. Deindè, vt iterum typis mandentur eorundem Sanctorum Patrum opera, nè neglecto principio, & quæ audita eſt à principio doctrina, licentia pateat, vt vnuſquiſq; pro ſuo peculiari modulo in Eccleſia cantet, ſeù vt melius dicam, garrulet.*

CXCI.

S. THO. *Com. in Epiſt. Pauli ad Coloſſ. Ad illa verba c. 1* Et ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, qui eſt principium: *vbi loquitur de Chriſto Dño ſecundum quod homo eſt: ait quod illud verbū caput eſt explicatiuum illius verbi*, Principium, *ſiquidem Eccleſiam in Adam & Eua incæpiſſe nemo dubitat. Et ait ita*, Caput .n. reſpectu aliorū mēbrorū hēt tria priuilegia. Primo, quia diſtinguitur ab alijs ordine dignitatis: quia eſt principiū, & præſidens. Secundo in plenitudine ſenſuum, qui ſunt omnes in capite. Tertiò, in quodam influxu ſenſus, & motus ad membra.

CXCII.

NICOL. *de Gorran. Comm. ibi ait.* Hic oſtendit humanā eius dignitatē. Primo ex Eccleſiæ regimine. Secundo, ex eius fundatione. Eſt caput corporis Eccleſiæ ſecundum humanitatē, eam .ſ. ſibi vniens natura, & gratia admodum capitis ipſam regens, & ei influens per modum meriti ſenſum ſpiritualem. In quantum .n. homo habet in ſe omnium ſenſuum ſpiritualium perfectionem vtiq; ad modum capitis. Eph. 1. Ipſū dedit caput ſuper oēm Eccleſiam. Qui eſt principium .i. Eccleſiæ fundator ſecundum diuinitatem. Io. 8. Principium qui & loquor vobis. Vel ēt ſecundum humanitatem; quia ſuper fidē humanitatis eius fundata eſt, 1. Cor. Fundamentū aliud nemo pōt ponere. *Vbi noto, quod cū vtrūq; Chriſto Dño conueniat, primo ponit Apoſtolus regimē: quia reuera Fundatores magis eminent regimine tradito communitatibus fundatis ab ipſis: quam ipſamet fundatione.*

CXCIII.

BEDA *Expoſit. ibi ſic:* Totus Chriſtus ſecundū Eccleſiam, .i. caput & corpus prædicatur. Etenim caput & corpus vnus Chriſtus: nō quia ſine corpore nō eſt integer: ſed quia & nobiſcū integer eſſe dignatus eſt, qui & ſine nobis ſemp eſt integer, non ſolum in eo, ꝙ verbū eſt vnigenitus Filius æqualis Patri, ſed & in ipſo homine quem ſuſcepit, & cum quo ſimul Deus, & homo eſt. Veruntamen fratres quomodo corpus eius nos, ſi non & nóbiſcum vnus Chriſtus? Vbi inuenimus, hoc quia vnus Chriſtus eſt caput, ideſt corpus i capite ſuo: Sponſa cū ſponſo ſuo quaſi ſingulariter loquitur apud Eſai. 61. Certè vnus, idemq; loquitur. Et videte quid ait: Veluti ſpōſo alligaui mihi mitram, & veluti ſpōſam induit me ornamento, vt ſpōſus, & ſponſa. Eandē dicit ſponſus ſecundum caput: ſponſam ſecundū corpus. Duo videntur vnus eſt. *Vbi apparet, non ſolū nos truncos eſſe ſine Deo, cum ipſe ſine nobis integer permaneat: ſed quod Epiſcopi debent vtrunq; ſe eſſe, oſtendere .ſ. ſpōſos, & ſpōſas: capita, & membra. attendentes, quod ſicut prius, corpus ornant veſtibus ſacris, quam mitram capiti ſuo imponant: ſic primò debent cogitare de ſubuemēdis pauperibus, & ornādis, quam de imperio, & gubernatione, quæ per mitram deſignantur.*

CXCIV.

S. AMBR. *com. ibid. ſic ait:* Quoniam omnia per ipſum ſunt, per ipſum denuò, negligētia quadā facta caduca reformanda fuerunt, nè ad in-

In principio.

iuriam eius pertineret, ſi opus eius per alterum inſtauratum fuiſſet. *Vbi primi alicuius operis Authores aduertant, quod ex eo, quod authores prædicantur, reparatores futuros eſſe ſe obligant.*

CXCV.

S. *IO. Chryſoſt. hom. 3. ibid. notans antecedentia verba, .ſ.* & omnia in ipſo conſtant, &c. *cũ vt noſtro, ad quem alludit, concordaret textui dicere debuiſſet,* Et omnia in ipſo creata ſunt. *ſic inquit,* dicit eum omnia conſeruare: id quod non minus eſt, quam omnia condere: Equidẽ apud nos maius ẽt eſt: nam illud artificiũ inducit, iſtud verò non: item neq; quod corruptibile eſt continet. *Vbi apparet, quod etſi homines dicantur creare. v.g. Epiſcopos, minimè tamen illos poſſe conſeruare; cum & ipſi conſimili ſubiecti ſint corruptelæ.*

CXCVI.

IOAN. *Gagnæius Scol. in Epiſt. Pauli, ad hæc verba ait,* Quidam Græci legunt (Primitię) Et ſic habet codex Dionyſianus, .i. primitiæ; ꝙ quemadmodum primitię primus & præcipuus eſt fructus Deo dedicatus, ita Chriſtus fructus eſt vnus & præcipuus pro nobis Deo Patri oblatus. *Addatur, ꝙ Theophilat. tom. ibi ait:* Primitiæ .n. quorundam ſunt primitiæ. Et quemadmodum vno manipulo veluti primitijs oblato tota meſſis benedicitur: ſic per ipſum omnes ſanctificati ſumus, & oblati.

CXCVII.

S. *TIIO. Comm. in Epiſt. ad Hebr. Ad illa verba cap. 1.* Et tu in principio Domine Terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli: *ait:* Per terram imperfecti in Eccleſia, qui ſunt fundamentum aliorum: quia niſi eſſet actiua in Eccleſia; cõtẽplatiua vita nõ ſubſiſteret. Et hæc facta ẽ in Eccleſia in principio, .i. ꝑ Filiũ, Eſa. 51. Poſui verba mea in ore ſuo, vt fundes terram, ideſt imperfectos: & plantes cęlos, .i. perfectos.

CXCVIII.

N*ICOL. qui ſup. Com. ibi ſic ait:* Superius oſtẽdit Chriſtũ meliorẽ Angelis, quoad ꝓprietates humanæ naturę. Hic idẽ oſtẽdit quo ad ꝓprietates diuinæ. Et hoc quo ad tria ſpecialiter: Primo, quo ad creationis põtatẽ: Terrã fundaſti. Secundo, quo ad durationis æternitatẽ: ibi, Ipſi peribunt. Tertio quo ad ſtatus immutabilitatem: Et velut amictum. *Vbi notetur, quod cũ in duobus extremis excedere videãtur Sum. Pontifices, qui vice Chriſti ſunt in terra, omnes Epiſcopos, qui, Angeli vocantur;* nimirum creationis poteſtate: creant .n. Cardinales, Epiſcopos, &c. in immutabilitate ſtatus: rarò eos excedũt in durationis tempore.

CXCIX.

I*DEM ibi ſic,* Et dicũtur ſpecialiter Cęli opera manuum eius, quia in ipſis maximè relucet eius potentia, & bonitas. Potẽtia in magnitudine. Bonitas in vtilitate. *Vbi apparet, illam religionem poſſe comprobari ſpecialiter à Deo fundatã, in quo ſimul cum maiori vtilitate proximorum eluceſcere videatur in virtute, magnitudineq; ſanctimonia.*

Ex Apocal.

CC.

H*VGO Card. Poſtil. in Apoc. Ad illa verba c. 1.* Ego ſum Alpha, & O: principium & finis: *ait ſic:* Quæritur, quare ſe comparat litteris, & quare illis. Item: & tunc quæritur, quare tantum vocalibus, quare Gręcis, & nõ Hębreis? Solutio. Litteris ſe comparat: quia ipſe eſt ſapientia, quæ literatos facit. 1. Cor. 1. Dei virtus & ſapientia. Item (Alpha) interpretatur, petere; Vnde huic ſe litteræ comparat: vt ſic doceat, quod ab ipſo eſt petenda ſapientia. Iacob 1. Qui indiget ſapientia poſtulet in fide nihil hæſitans. Item vocalibus, quia ipſe venit vocare nos ad regnum. Item quia ipſe eſt verbum in cuius libro nõ decet eſſe mutas, vel liquidas litteras. Per duo aũt maximè nos vocat .ſ. per cõſiderationem principij vitæ noſtræ: & per memoriam finis: & propter hoc ẽt comparat ſe illis duabus litteris: quę ſunt extremæ, & finales, ſecundum Græcos. Itẽ Græcis, & nõ Hæbreis: ad litteram ſapientia incœpit in Græcis, & à Græcis. Item, vt ſciremus, quia non ſolum ſcientia diuinarũ ſcripturarũ eſt à Deo: ſed ẽt ſcientia philoſophorũ. Eccl. j. Omnis ſapientia à domino Deo eſt. *Vbi inter cœtera, quæ patent excellentiſſima, aduertant, qui encomia principatus, litteris, & ſcientiæ præponunt: quam diuersã à Deo habeant æſtimationẽ, qui litteras principatui in ſuæ magnitudinis oſtentatione præpoſuit. Primo: ſum Alpha, & O. & ſecundo: Principium, & finis.*

In Principio.

CCI.

IDEM *ad eadem verba c.21.ſic ait,* Ponit autē litteras Græcas, primam & vltimā, ad innuēdum, quod ipſe eſt finis, & principium omnis cognitionis: à Grçcis.n. deriuatur ad nos cognitio.

CCII.

S. THOM. *Expoſit. ibid. Ad eadem verba ait ſic:* Principium à quo omnia oriuntur. Finis ad quem omnia ordinantur.

CCIII.

RVP. *Ab. Com, ad eadem verba ſic ait,* Præterea & illud ſciendum, quia Alpha, vnū, O, aūt apud Græcos octingentos ſignificant: oēs enim litteræ apud Græcos verba cōponunt, & numeros faciunt, & ſicut quæquæ ſunt ordine poſteriores, ira ſuis characteribus numeros titulant ampliores. Primā vt iam dictū eſt littera, alpha, vnum, O, ſignificat octingentos. Et in hoc nimirum pulchritudo myſterij magna & delectabilis eſt; quia v3. qui in principio vnus erat, filius vnicus ſiue vnigenitus, in fine ſæculorum filios Dei ſecum, non quidem genitos, ſed adoptatos, habebit quaſi octingentos, ideſt innumerabiles, octo beatudinibus, per diuerſas manſiones diſpertiēdo remuneratos, remunerādo diſpertitos.

CCIV.

BEDA *Expoſit. ibi pred. verba ſic exponit:* Initiū quem nullus præcedit: finis cui nullus in regno ſuccedit. *Vbi apparet, Deos terræ miſeros eſſe, qui neq; principiū dici poſſunt, vtpotè quibus multi præceſſerunt, quibus etiā quamplurimi ſuccedent.*

CCV.

AND. *Cæſar. Cap. Epiſc. Com. ibi ſerm. 1. ait,* Hic locus perſpicuè Chriſtum deſignat, vt qui & Deus exiſtat, & abſolutum in oēs dominatum obtineant, ꝗ omnis principij, & finis expers viuat. Qui idē ēt eſt, & erat, & finem ignorat perindeq; atq; Pater æuo ſempiterno durat, vt vnicuiq; olim pro operum ſuorum ratione, & qualitate, vel premia exoluet, aut ſupplicia inferet. *Vbi apparet, quam timendus ſit iſte diuinus Imperator, cuius imperium neq; multorum annorū duratione vllus excedere poterit: nullo .n. temporis duratione finem habebit: ſicut neq; principium. Addatur, quod Cælius Pannonius Collect. ibi ait,* Deus eſt principium rerum omnium, idem & finis, à quo oriuntur, in quem & deſinunt omnia. *Sicut ab ipſo incæpimus per eſſe, & vitam: ſic in ipſum debemus finiri, ſiuè ad premium, ſiuè ad pœnam.*

CCVI.

COELIVS *Pann. Coll. ibi ſic,* Vt ergo dubiū nō ſit quale, vel cuius principium ſit, vel finis, ad ſacræ ſcripturæ exordium reſpiciamus, vbi ſcriptum eſt: In principio creauit Deus Cœlum, & Terram. Et ad finem eiuſdē ſcripturæ reſpiciamus vbi ſcriprum eſt: Ecce ego vobiſcum ſum vſq; ad conſummationem ſæculi. Mat. vlt. Vt veraciter credamus, & confiteamur hunc eſſe, & principium, per quem facta ſunt omnia. Io. 1. Et finem, in quo cōſummata, reſtaurata, & perfecta ſunt omnia. *Vbi qui ſe authores inſignium operum iactant attendant imperfectam eſſe gloriam, niſi & incboata perficiant, & perdita iterum reſtaurare ſtudeant.*

CCVII.

ABB. *Ioach. Expoſ. in Apocal. p. 1. tex. 11. Ad eadē verba ait,* Quid eſt, A, & O? Illud quod ſequitur principium .ſ. & finis. Quorū principiū? Eorum, quæ creata ſunt. Quorum finis? Eorum, quæ in bono termino conſumanda ſunt: vt perfectionis ſuę conſummationem accipiant. Finis, inquit, præcepti charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide nō ficta. Si ergo quæritur: cur Chriſtus, qui iam venit: in fine ſæculi venturus eſt? Illa profectò cauſa eſt; qua dictus eſt in hoc loco principium, & finis. Venit .n. primo, vt aliquid inciperet, & ſe principiū eſſe mōſtraret: venturus eſt, vt his, quæ incæpit nō cōſumptionis, ſed conſummationis finem imponat. *Vbi apparet, opera à Deo incæpta non conſumi, ſed conſummari.*

CCVIII.

IDEM *p. 6. c. 1. tex. 7. ad illud,* Ego ſum A, & O, principium & finis: *ait:* Repetitio facta eſt: vt ea facilitate credant homines conſummationē rerum: qua non poſſunt hæſitare de creationis principio. Si .n. homo mortalis inchoat aliquod opus bonum: ꝗ ſit ei vel vtile, vel amabile: triſtatur, & erubeſcit, ſi nō pōt perducere ad effectū: quanto magis ignominioſum eſſet Deo viuo & vero: fruſtra incipere opus, quod explere non poſſet. *Vbi apparet, non debere dubitari de proſpero fine illarū rerū, ꝗ̄ à Deo fuiſſe incæpta, cognoſcūtur.*

CCIX.

RVP, *Ab, Com. in Apoc. ad illa verba c. 3.* Et Angelo Laodiciæ Eccleſiæ ſcribe. Hæc dicit, Amen teſtis fidelis, & verus: qui eſt principium crea-

In principio.

creaturæ Dei; *aſſignando rationem, quare huic Epiſcopo Deus voluit nominari hoc nomine (Principium creaturæ) præbet, materiam vndè elici poſſit, ideò Moyſen dixiſſe,* In principio, *ideſt,* In filio, *nè homines deinceps bona terræ ſibi, aut alij quã ipſi, à quo principium habuiſſe, conſtat, adſcriberent. Verba ſunt hæc,* Vt .ſ. in humilitate requieſcat, nè ſaltem vno uerbo, aut cogitatione ſuperflua fatigetur, magnificando, vel ſibi tribuendo opera ſua; *concluditq; in hunc modum;* Nã hinc eſt, quod Apoſtolus dicit Ephe. 2. Donum .n. Dei eſt, nõ ex operibus, nè quis glorietur. Ipſius .n. ſumus factura, & creati in Chriſto Ieſu.

CCX.

ABB. *Ioach. vbi ſup. p. 1. tex. 25. ad illa verba,* Ego ſum primus & nouiſſimus, & fui mortuus, & ecce ſum viuens: *ait,* Quid eſt ergo: ego ſum primus, & nouiſſimus: niſi *id*, quod conſequenter adiũgit. Et fui mortuus, & ecce ſum viuens: Tale eſt .n. ac ſi diceretur: Primus ordo, martyrium eſt: nouiſſimus, virginum: Ego autẽ vbique totus. Ego ibi operatus ſum. Ego hic requieſco. *Et poſt aliqua ita concludit,* Propter illos, itaq; qui paſſi ſunt quadraginta dierum numerus ſacrum diem diuinæ paſſionis præcucurrit. Propter iſtos, qui otio ſecuturi ſunt: ſequuntur in ſolemni gaudio quadraginta dies: haud dubium, ꝙ in memoriã illorũ, quadraginta dierũ ſpatio præbuit ſeipſum Dominus diſcipulis ſuis uiuum, apparens eis frequẽter: & loqueus de regno Dei. *Vbi apparet, quod etſi Chriſtus moritur, & laborat in martyribus: reſurgit tñ, & requeſcit in virginibus.*

CCXI.

RVP. *Ab. vbi ſup. Ad illa verba c. 22.* Ecce venio citò, & merces mea mecũ eſt, reddere vnicuiq; ſecundum opera ſua: Ego ſum Alpha, & Omega, primus, & nouiſſimus, principium, & finis: *ait,* Ac ſi dicat: Inde manus mea nõ eſt inualida ad reddendum vnicuiq; ſecundum opera ſua, quia ego ſum ante oẽs, & ante ſæcula Deus, & poſt me non erit alius, quod intelligitur per Alpha, & Omega, quorum v3. litteræ in alphabeto Græco, altera prima, altera vltima. *Vbi apparet, à ſolo Deo debere expectari retributionem, & ſolutionem promiſſorum, & etiam timeri minas: nã homines ſicut non ſunt primi, ſic non ſunt nouiſſimi, & tempore retributionis ſurgit alius Pharao, & rex nouus, qui ignorat Ioſeph. Exod. 1. & 3. Reg. 11. Hieroboam, quem ob crimina grauiſſima Salomon volebat occidere, ob idq; in Aegyptum fugerat: eodem mortuo ad patriam reuerſus, ſtatim Rex eſt conſtitutus.*

CCXII.

ABB. *Ioach. vbi ſup. ibi. Ad illa verba c. 3.* Hæc dicit amẽ: teſtis fidelis, & verus, ꝙ eſt principiũ creaturæ Dei: *notauit ſingulariter ſe dicere, Chriſtum principium creaturæ Dei, quando cum nouiſſimo Angelo loquitur: cum magis conſonans videretur hoc dicendum ab initio cum alijs primis colloquebatur: & aſſignans rationem ait,* Principiũ creaturæ Dei in loco ultimo dici voluit: quia miro illo ſuo cõſilio, quo facit vltimos primos, & primos vltimos facit principiũ vbi finem: & ordine præpoſtero benedicit electis. *Vbi apparet, nõ eſſe diffidendum de diuinæ bonitatis plenitudine, ex eo, ꝙ vltimis temporibus adueniat quiſquis; ibi enim, ſi vult, principium ſuæ emanationis ſumit fons diuinæ largitatis.*

CCXIII.

S. THO. *Expoſit in Apoc. Ad eadem verba ait ſic:* Amen: ideſt veritas: promiſſa ſoluendo. Teſtis fidelis, de operibus noſtris teſtificando. Verus, docendo. Principium, creando, & recreãdo. Hæc etiam quatuor conueniunt Chriſto, ſecundum aprationem quatuor perſonarum, quæ ſunt in perfecto iudicio. ſ. Auctor, Aduocatus, Teſtis, Iudex. Eſt igitur Amen, .i. veritas, .i. mouens cauſam contra reprobos. Teſtis fidelis, quia teſtis erit contra reos. Verus, quia eſt electorum defenſor, ſiuè aduocatus. Principium, in quantũ Iudex, qui eſt in cauſa principalior perſona.

CCXIV.

BEDA *Axpoſ. ibi ſic,* Principium creaturæ Dei factum eſſe commemorat, vt per hæc ad tolerantiam paſſionum conformet Eccleſiam. *Vbi apparet, ſuo principio: nempè Chriſto. conformẽ non eſſe, qui tolerare paſſiones recuſat.*

Finis Secundi Textus.

Creauit.

I.

SEVERIAN. *Gabal. vt in catena Lippom. Quærit, quare Moyſes legem deſcripturus, primò incipiat à mundi Creatione, Deumq; potius introducat Creatorem, quam Legiſlatorem? Reſpondet autem ſic:* Duo Moyſi propoſita ſunt, & Dei opificium exponere, & legiſlationem formare. Cũ .n. Moyſes legiſlator eſſet, prius Deum vniuerſorum creatorem, ac Dñm oſtendit: deindè eorum quos condidit gubernatorem, ac verè illis legem dantẽ tanquam ſuis, & non alienis. Quia hoc in cõſequens eſt, illud verò ad violentiam, & tyrannidem pertinet. *Vbi apparet, quã iniuſtũ, immo tyrannicum ſit, illos velle gubernare, legibuſq; aſtringere: qui nec creationis, neq; beneficij titulo ſunt obligati.*

II.

PHILO *Hæb. de Mundi opificio contra negantes Deum eſſe Vniuerſi Creatorem; ait ſic,* Cœterũ qui mundum factum negant, non animaduertũt ſe tollere, quod in vita vtiliſſimum, & ad pietatẽ ſummè neceſſarium, nempè prouidentiam. Nam opificium non negligi ab opifici ſuo, parenteq; docet tũ. Etenim Pater hoc agit, vt permaneat ſua progenies: conditor item, diuturnitati à ſe conditorũ conſulit. *Vbi apparet, quod à prouidentiæ diuinæ cura ſe eximit omnis, qui ſe à Deo factũ non recognoſcit, in quocunq; genere.*

III.

ECKBERTVS *Abb. contra Catharos: ſerm. 6. Solũ ex hoc verbo:* Creauit, *conuincit hæreſim Manich. qui negabant, Deum eſſe Creatorem rerum viſibilium, quarum creationẽ diabolo attribuebant: & arguit ſic:* An neſcitis, quoniã tantæ malitiæ eſt; vt ſi poſſit, vno momẽto omne quod ad laudẽ Dei eſt in mũdo deſtrueret, & ad nihilum redigeret, potius, quam crearet? *Vbi apparet, potentiam, quæ exercetur magis deſtruendo, quam creando, non eſſe à Deo, ſed à Diabolo: qui ſi poſſet, potius deſtrueret, quam crearet.*

IV.

S. AVG. *lib. cont. Secundin. Manich. c. 10. Poſtquã oſtendit Dei omnipotentiam, creando mundũ ex nihilo, liberalitatemq; commendat, ex eo, quod tanta hominibus dona præbuerit: nititur oſtendere, quomodo homines potentia, cæteriſq; attributis, vel in malũ vel in bonum imitari contendant ipſum Deum, & aſſerens, quomodo per peccatum annihilamur, inter cætera ait ſic:* Ipſum etiam Deum Patrem peccãtes imitantur impia ſuperbia: iuſti pia liberalitate: Spiritum deniq; Sanctum, iniquorum cupiditas, rectorum charitas imitatur.

V.

D. PETR. *Dam. Epiſt. 4. quæ eſt de Dei omnipotentia: ait,* Ad creandum igitur, quod nõ erat, nõ eum ſolitudinis, vel inopiæ alicuius neceſſitas cõpulit, ſed ſola propriæ clementiæ bonitas prouocauit. Nec beatitudini eius rerũ conditio conferre aliquid potuit, cũ ita per ſe, & in ſe ſit plenus, atq; perfectus, vt nec exiſtẽte creatura ſibi aliquid accedat, nec ea pereũte decedat. Omnia ſiquidẽ flumina intrãt mare: & mare non redundat. *Vbi apparet, quod licet omnia noſtra bona ad Deum, vt ad finem tendant: ſicut ab ipſo principium ſortita ſunt: tñ diuina gloria, neq; ſi vadant creſcit, neq; ſi deſint ſuo fulgore minoratur.*

VI.

S. GREG. *Naz. Orat. Panegyr. in Chriſti Natiuit. ait ſic,* Quoniam aũt bonitati nequaquã ſatis erat ſua ipſius ſolum cõtemplatione moueri, ſed bonum diffundi, ac propagari, oportebat vt plura eſſent, quæ beneficia afficerentur. Id .n. ſummæ bonitatis erat. *Quæ verba Nicetas ibi ſic explicat:* Quod aũt ait, oportebat; non neceſſitatẽ affert, ſed opificis voluntatem ſubindicat: ipſa .n. lex eſt cõgruentiſſima. *Vbi apparet, pios bonos Principes non minus neceſſitari, vt faciant bona, à benefica voluntate: quam ab exigentia, & neceſſitate alij non tales conſtringuntur.*

VII.

THEODORET. *lib. 4. de Materia, & Mundo: ait:* Rerum omniũ Deus opifex, nec inſtrumentis, nec materia vlla indiget, ſed quod alijs artificibus ſunt, & materia, & inſtrumenta, tempuſq; præterea, & conficiendi opera, ipſaq; ars, & exactiſſima diligentia, hoc eſt ipſi Deo, ſola, vnicaq; voluntas. Omnia .n. quæcũq; voluit Dñs fecit in Cœlo, & in Terra, in mari quoq; ipſo, & in omnibus Abyſſis, ſicut ſacræ nobis ſcripturæ teſtantur. Neq; tamen quodcunq; poterat, totidẽ creare voluit, ſed ea dũmtaxa, quæ ſatis eſſe ſua ſapientia comprobauit. Facilè .n. illi fuerat decies, ac vicies mille orbes producere, quandoquidem ipſum velle, multò omniũ operum eſt facillimum. *Vbi apparet, fragilitas illius argumẽti,* Potuit: ergo fecit, *& Reges, Principeſq; habent documẽtũ, ne res agẽdæ põtia, ſed cõuenientia, mẽſurẽtur.*

Creauit.

VIII.

THEOPHILVS *Antioche.lib.* 1. *Antolicũ cõtra Chriſt.relig.calumniatores, ait ſic.* Deus vniuerſa cũ non forent creauit, vt ex operibus ſuis quã magnus, quã excelſus ſit homini innoteſceret. *Vbi apparet, licitè, imò debitè Principes multa magna, ægregieq; opera facere abſq; alicuius emolumenti ratione, niſi ob maieſtatis ſuæ oſtentationem.*

IX.

IVNILIVS *de Part. diu. leg.lib.2.ſic*:D.Si omnia,quæ in præſenti ſæculo geſta ſunt,ad futurũ reſpiciebant:quid opus erat,vt à Deo præſẽs ſæculũ fieret?M.Quia decuit vt rationales creaturæ prius diſcerent,& exercitarentur in dubijs: ac tunc æterni, poſtea fruerentur: & meritò data viderentur probatis, & gratioſa fierent reminiſcentibus traſacta certamina, & plus glorificarẽt donatorem, qui pios in hoc ſæculo iuuat, & vt vincerẽt,& victoribus æterna premia cõcederet.

X.

OLEAST. *Adnot.in Gene.ad litterã ſic.* Aduerte etiã hic, Bara,non ſolũ producere, ſed etiã ſeparare, & diuidere ſignificare, vt exemplis mõſtrabimus. Nam Ioſue.17.habes. Vberetha.i.ſuccides cum videlicet montẽ,& erunt tibi exitus.Item Ezechi.23.Vbara.i, & ſuccidẽt, ſeu diuidẽt eas.ſ. duas fœminas gladijs ſuis,ſeu ſcindẽt eas.Sic Num.16. Si ſeparationem Ibra .i. ſeparauerit Dominus. Vnde hic ẽt verti poſſet: In principio ſeparauit Deus Cœlum, & Terrã. *Vbi ſpiritualiter apparet cõnaturalis diuiſio ab initio cœleſtium, & terrenorum, ſiquidem eodemmet actu primo,quo creata,diuiſa ẽt ab inuicẽ dicuntur.*

XI.

PROCOP.*Comm.in Gene.ſic*:Nam quod 70.Interpretes inquiunt,Fecit,certè occaſionem quibuſdã magni erroris obtulere. Facere enim de his prædicatur, quæ ex quadã materia producuntur,vt ex ferro falx, & alia, quæ nobis artifices efficiunt. Hinc quidam in hunc errorem prouoluti ſunt,vt vociferarentur,Moſem ab Aegyptijs edoctũ,credidiſſe ex præiacenti materia hoc Vniuerſum conditum,eamq;ſententiã ſtatim in ſui operis initio nobis inculcare, cum vtatur verbo,Fecit;Horum impudentiam,cum ignorarent 70.Interpretes, præſentem locum per verbum,Fecit,expoſuere;cum ſatis fuiſſet aliter expoſitum eſſe:& per verbum, quod Hæbreo per omnia reſponderet,ſicut Moſes egiſſe conſtat,q eo verbo,quod ponit, quaſi reluctatur ſumma vi illis,qui materiam inducebãt, oſtendens euidenter eam non præiacuiſſe.Imò Cœlũ,& Terram,Abyſſumq; anteceſſiſſe materiam commõſtrat, dum ex his Mundi ornatũ præceſſiſſe, populum ſuæ fidei commiſſum erudit. *Vbi apparet, & quantam occaſionem Interpretes Sanctorum Patrum dederint impijs malæ ſuſpitionis non rectè doctrinæ: & quantam ẽt occaſionẽ talibus præbeat innodandi bonos: verſari ipſos bonos in terris, locis ue vbi tales,vel tales errores vigent.*

XII.

PHILO.*Hab.prout ab Euſeb.relat.de præparat. Euang.lib.7.cap.8 ſic* De quantitate aũt ſubſtantiæ, vtrum facta ſit dicendum eſt ad formationem Vniuerſi tãtam materiam Deũ creaſſe, vt nec ſuperflueret,nec deficeret.Abſurdum .n. eſt,hunc vel illum artificem diligentiſſimè de quantitate materiæ ſufficientis,præcipuè in pretioſa materia prouidere:Deum verò,qui numeros,& mẽſuram omnium nouit, minimè de hoc præuidiſſe. Auſim igitur exclamare, nec pluri, nec pauciori materia ad creationẽ Mundi opus fuiſſe.Non .n. integer ex omnibus partibus Mũdus eſſet, ſi non à ſufficiẽti materia eſſet formatus. Sed cùm prudẽtis proprium artificis ſit,anteaquam inceperit,ſufficiẽtiam materiæ proſpicere,homo quidẽ mortalis errare poteſt, vt nõnunquam deficienti materia additamẽta quærat,nonnunquam ablationem à ſuperfluente. Deus verò,cui nihil deeſt, quiq; omnia põt,ad ad vnguem ſufficientẽ produxit Hylem.Sed qui cauillari volunt,argumẽta multiplicant: qui verò philoſophari, veritate rerum contenti ſunt. *Vbi apparet,non obſcurum ſignum quo diſcerni inter opera Dei, hominumq; poſſit, quorũ iſta ſemper vel diminuta,vel ſuperflua:illa verò à fine vſq;ad finẽ propriè,iuſteq;attingentia.*

XIII.

S*Ioann.Chryſoſt. Homil. 17. operis imperf. in Matth.Ad illud Chriſti domini ad Chananæã,* Fiat tibi ſicut uis:*combinans hæc verba cum noſtro textu,quæ eadem dicit eſſe,ſecundum illud Pſ.150. vbi Dauid paraphraſiando hanc Moyſi narrationẽ dicit ſic.*Ipſe dixit, & facta ſunt. *Dicit ſanctus Pater ſequentia verba,* Conſidera ſermonis germanitatem. Patrem ſuum imitatur. Quando enim

Digitized by Google

Creauit.

faciebat Deus Cælum, dicit: Fiat Cęlum; & factũ eſt Cęlum. Fiat Terra; & facta eſt Terra: &c. Iuſſio addxuit ſubſtantiam parentelæ; ſermo cõmunionem oſtendit naturæ. *Vbi moraliter apparet, filios, & parentelas oſtendi, non ſolum in ſubſtantia operationis, ſed multò magis in modo locutionis, & imperij prolatione.*

XIV.

A*RNOLD. Abbas Bonæ vallis Tractatu de ſeptem verbis domini. §. de ultimis, vt in Bibl. Patr. to. 1. Quærit, quare cũ finis ſacræ ſcripturæ ſit Dei opera manifeſtare (quatenus per illa in ipſius cognitionem peruenire poſſimus) incipiatur a creatione, & cõpleatur in Mundi termino, & fine, ſola nimirum media Dei opera manifeſtando: prima verò, & vltima reticendo. Itavt nihil ſcribatur in diuino textu, neq; de operibus ante Mundi conſtitutionem, neq; de illis, quæ fient poſt iudicij diem? Reſponendet autem, Deũ ſola illa opera ſua à nobis ſciri voluiſſe, in quibus ſimul cum exrcitio fidei inflammaretur charitas. Qualia, nimirũ erant, & ſunt opera media, nempe creationis, & redemptionis, Et afferens illud Iſai. 6. Videlicet quod Seraph. alis ſuis velabant caput Domini, per ꝙ intelligit prima opera, & pedes, per quos intelligit vltima, etiam alijs duabus volantibus, ſolum pectus, per quod media opera, tanquam, à diuina charitate procedentia, palam; videndum relinquebatur: dicit ſequẽtia verba,* Secũdũ illud Iſai. 6. de illis Seraph. qui velabant pedes, & caput Dei, quaſi prima, & nouiſſima Cherub. contegunt; media tantum videnda exponunt: quia quę, ante Mundi conſtitutionem apud ipſum erant, vel quis ſtatus rerum futurus ſit poſt iudiciũ vltimũ, cibus eſt fidei, & ſpei. Interim dum intelligere ſatagit, quæ ſecundum carnem geſta ſunt, & humanitatis indagare affectus, quaſi ex charitatis eius viſceribus religionis manſuetudo paſcitur. *Vbi habemus documentum, vt ſola illa noſtræ fidei myſteria indagare ſtudeamus, ex quorũ conſideratione charitas in nobis erga Deum inflãmetur. Cætera verò tanquã duriora, & pro ſtatu noſtro macra, & ſine pinguedine, tanquam caput & pedes (membra oſſea) fide credere, ſpe tolerare. Et Prædicatores etiam (qui Seraph. ſunt) aduertãt, ne niſi pectoralia detegãt, cœtera cõtegant. Sunt, nanq; aliqui, qui nonniſi oſſeam, macramq; doctrinã Populo proponunt, qua nec populus impinguatur charitate, & fides periclitatur ſimplicibus: & docti minimè ædificantur.*

XV.

S. *Iſidor. Hiſpal. Origin. lib. 7. cap. 1. Ad idem propoſitum afferens ſupra dicta verba: ait ſic.* Quod autẽ duo Seraphim in Eſaia legimus, figuraliter veteris, & noui teſtamenti ſignificationem oſtendunt. Faciem vero, & pedes operiunt, quia præterita ante mundi, & futura poſt mundũ ſcire nõ poſſumus, ſed media tantũ eorũ teſtimonia contẽplamur. Singuli ſenas alas habent, quia fabricã tantum mũdi: quæ in ſex diebus facta eſt, in prę-ſenti ſæculo nouimus.

XVI.

S. *Ioannes Chryſoſt. Homil. 53. in Math. Ad illud Chriſti domini ad Chananæam.* Fiat tibi ſicut vis. *Tenens verba noſtri text. eſſe ſynonima, ac illa Ps. 150.* Ipſe dixit & facta ſunt. *Combinans etiam prædicta verba Chriſti domini dicit ſic.* Hæc vox illi affinis eſt, quą dictũ eſt. Fiat Cęlum, & factũ eſt Cælum. *Vbi patet, omnia Dei verba, (quantumuis noua, & moderna) affinia eſſe prioribus, & antiquis. Non .n. vnquam locutio diuina à ſe ipſa diſcrepat. Vnde non poteſt non eſſe ſuſpecta doctrina noua, cuius verba diſcrepare videmus, & penitus nullam conſonantiã, & affinitatẽ habere cum illis antiquorũ Patrũ, & Magiſtrorũ melliſluis verbis, fidẽq; ſtillantibus, tanquã myrrhã primã ex labijs Chriſti domini (labia enim Chriſti fuerunt ſancti Patres) per quorũ ora illam primã, incorruptãq; Eccleſiæ ipſe Dominus tradidit doctrinam.*

XVII.

S. *Auguſt: Enarrat. ps. 101. Contra illos, qui nõ contenti reſumptione noſtri tex. nempe* Creauit. *volũt inueſtigare (quomodo) dicit ſequentia verba.* Attende potius, quod fecerit, & noli quærere quomodo fecerit. Multum eſt enim te compræhendere quomodo fecerit: *Vbi patet, eſſe temeritatẽ in diuinis operibus velle inueſtigare modum, cum ſatis ſit ad ſalutem ſcire, & credere factum.*

XVIII.

S. *Hieronymus* Comment. *in Ionam Ad illa verba Nautarum;* Quid hoc feciſti? *Quibus verbis addit diuinus textus dicens:* Cognouerunt .n. viri, ꝙ à facie Domini fugeret. *Dicit Sanct. Doctor hæc verba addita fuiſſe ad exprimendam cauſam ſtuporis, & timoris illorum ruſticorum idolatrarum, nimirum, quia videbant, quod cum Ionas fateretur Deum Creatorem eſſe Vniuerſorum, ſic enim ille dixerat:* Hæbreus ſum, & Dominum Deum Cœli

Creauit.

ego timeo, qui fecit mare, & aridam; *nihilominus dixerat ſe fugiſſe à facie Dñi. Et loquens S. Doctor in perſona nautarum: ait:* ſi tantæ potentiæ prædicas quem colis; quomodo te putas eum poſſe euadere. *Vbi patet, nihil ità ſtupendius eſſe in fidelibus, quã videre nos fideles operari cõtra illud, quod voce de Deo, & noſtra ſacra fide fatemur.*

XIX.

P*AVL. BVRG. Add. ad glo. 1. cap. Gene. Quærit, quare diuina ſcriptura Cœli, & Terræ creationẽ magis deſcribat per verbũ,* Creauit, *quam per verbum,* Fiat, *quo vtitur infra in creatione lucis, & firmamenti, & luminarium; quorum creationem cùm deſcribit alia vtitur phraſi, nimirum:* Dixit Deus Fiat? *reſpondet aũt ſic:* In hoc loco Moyſes intẽdit exprimere informitates creaturæ corporalis tàm cœleſtis, quàm terreſtris in primordio productæ, & ideò non oportebat in hoc loco dicere: Dixit Deus: Fiat terra, & huiuſmodi, ſicut in alijs creaturis, quæ in ſui prima productione tales informitates minimè habuerunt. *Vbi patet, honorabilius eſſe titulum facturæ, quam creaturæ. Siquidem creare exprimit informitatem in re creata; facere aũt, perfectionem. Vnde Epiſcopi nunc dicũtur creati à Sum. Pontificibus. Chriſtus aũt dixit Apoſtolis, Faciam vos fieri. Vt inſinuaretur differentia electorum à Deo, & eorum, qui eliguntur ab hoĩbus.*

XX.

G*LOSA. Prothem. Ad hunc locum tenens illã communem lectionem, ſcilicet:* In verbo Creauit Deus. *Ex hinc vſq; ad vltimum huius creationis notans ordinem: nempè in verbo creatum mundum de nihilo, poſtea informem apparuiſſe, & vacuũ, à qua deformitate exiuit per diuerſarum creaturarũ creationem, & elementorum diſtinctionem, vltimò illuſtratus deſcribitur multiplicationis, & propagationis benedictione; dicit ſequentia verba:* Quatuor modis operatur Deus. Primò in verbo: Secũdò, in materia informi: Tertiò, per opera ſex dierũ varias diſtinxit creaturas: Quartò, ex primordialibus ſeminibus non incognitæ oriuntur naturæ: ſed notæ: ſæpius, nè pereant formantur. *Vbi myſticè apparet, ordo recreationis peccatoris per gratiã. Primò .n. recreatur in Deo miſericorditer ſine vllis meritis decretante primam, quæ non meretur gratiam dare.) Vnde Dauid in Pſal. 50. Poſtulans cor mũdum in ſe creari, totum diuinæ miſericordiæ operãdũ adiudicabat. Niſi .n. primo in Verbo, .i. in meritis paſſionis Chriſti, Deus per miſericordiam magnam recreauerit per gratiam, nulla ex noſtra parte extat meriti materia, vnde recreemur lapſi, per peccatum annihilati. Secundò .n. quaſi in materia confuſa operatur Deus. Vndè in Pſ. ipſe Dauid poſtulat S. Sãcti aſſiſtentiam permanentem, dicens:* Spiritum Sanctũ tuũ nè auferas à me. *De Spiritu .n. Sancto dicitur, ꝙ in illa confuſione ferebatur ſuper aquas, ſeù (vt legunt multi) formabat, aut (vt alij) fatabat aquas. Ad modum auis ſuper oua, vt ſuo alento ex illa materia formet pullos. Sic .n. dicit S. Hieron. lib. de Hæbraic. quæſt.* Quod .n. legitur in Hæbreo: Mærahe phet, ꝙ nos appellare poſſumus, incubare in ſimilirudinem volucris oua calore animãtis: Ex quo intelligimus, non de ſpiritu Mundi (vt non nulli arbitrantur) ſed de S. S. qui & ipſe viuificator oĩum à principio dicitur: de quo Pſal. 103. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur. *Tertiò, diſtinguit, & ordinat virtutes. Vndè anima (ſicut mũdo) per creationem animaliũ, productionem plãtarũ reſultauit quidam ornatus, & lætitia. Ridet .n. mũdus (vt dixit Philoſophus) ordine, & diſpoſitione creaturarum. Hoc poſtulabat Dauid (eodem pſalmo) in ſe fieri, cum dicebat,* Redde mihi lætitiam ſalutaris tui. *Ridet .n. iam aĩa, & quaſi quibuſdã futuræ gloriæ præludijs, in ſe videns Diuinæ gratię opera virentia, germinata, plantata, viua, & ordinata. Quartò, nè ſimul cũ illo indiuiduo diuinę operationis excellentiæ, pereant: idem Deus, qui iuſſit germinare herbam virentem, & lignum fructiferum, iuſſit ẽt, vt ſemen vnumquodq; ſecundum genus ſuum faceret. Id eſt, ædificationis proximorum indicit obligationem, ſecundum illud:* Qui vadit, dicat alio: veni. *Vnde Dauid, eod. Pſ. ait:* Docebo iniquos vias tuas, &c.

XXI.

S. *AMBR. Hexam. li. 1. cap. 4., faciẽs myſteriũ de eo, ꝙ in ꝑterito deſcribatur creatio.* Et pulchrè addidit de celeritate conditionis, Fecit, nè moram in faciendo fuiſſe exiſtimaretur. *Et paulò infra ſic;* Nemo operantem vidit, ſed agnouit operatum. *Vbi apparet ratio, quare omnia Regum conſilia, antèquã exequantur, cognoſcantur ab inimicis, vndè contraminantur, nimirum ex mora executionis miniſtrorum, de quibus nunquam dici põt, ꝙ fecerũt, ſed quod faciebant. Nihil enim ſic conſulit ſecreto, vt celeritas in operando. Videatur operatum, antequam operans innoteſcat.*

S. AM-

Creauit.

XXII.

S. *AMBROS.Hexam.lib. 1.c.2.Laudans Moyſē ex eo,quod de nihilo omnia facta dixiſſet, ait:* Qui cùm de aqua nomen acceperit, nõ putauit tamen dicendum, quod ex aqua cõſtarent omnia,vt Tales dixit.*Vbi apparet,quam naturale eſt, omnia noſtris attribuere rebus* .

XXIII.

THEODORET.*lib.4.de Materia,& Mundo, ad propoſitum noſtri tex..quem multi legunt:* Fecit: *afferens illud pſal.134.* Omnia quæcumq; voluit Dñs fecit:*notans non dicere:* Omnia quæcunq; Dominus potuit:*ſed:* Omnia quæcunque Dominus voluit: *ait ſic;* Neq; enim quodcunq; poterat,totidem creare voluit,ſed ea dumtaxat, quæ ſatis eſſe ſua ſapiẽtia comprobauit. *Vbi apparet, eſſe infirmum argumentum in* Deo *: potuit, ergo fecit* .

XXIV.

S. *BONAV.2.ſent.q.1.art.2. Reſoluens,Deum omnia præcipuè propter ſe,& ſuã gloriã creaſſe:opponentibus,non ſeruaſſe regulam charitatis,quæ non quærit,quæ ſua ſunt,reſpondet ſic:* Dicendum, ꝙ ſecus eſt in nobis,& in Deo. Nã in nobis bonum propriũ differt à bono cõi : ſed in Deo bonum ſuum eſt bonum cõe:nam ipſe eſt bonum omnis boni. Si ergo effectum nõ ordinaret à ſe, vel non faceret propter ſe (cùm ipſe ſit bonum, à quo omne bonum)iam effectus non eſſet bonus. Quoniam ergo vtilitas creaturæ tota attẽditur in ordinatione ad bonũ (ꝙ Deus eſt) ideò charitas Dei omnia rectiſſimè fecit, & cõuertit ad ſe:& ſic non eſt in nobis.*Vbi patet,perſonas cõmunes,& bonũ cõe zelantes benè,imò obligari, vt in ſe,ſuamq;gloriam potius quam in peculiarium,bona opera,& quæcunq; alia conuertãt.Inde .n. facilius, rectioriq; tramite ad totam deriuabuntur communitatem.Vnde ſodales ſponſæ lætabantur, & exultabant de bonis,quæ ſponſa ex familiaritate ſponſi acceperat dicentes,*Memores vberum tuorum.*Aſſũpta metaphora nutricis,quæ quicquid in propriũ alimentum recipere videtur, ipſa natura ad vbera dirigit,vt inde infanti communicetur* .

XXV.

R*VP.Ab.in Gen.lib.1.cap.4. Quærit,quare hic non dictum fuerit:*Dixit Deus fiat Cœlum, & Terra,*ſicut poſtmodum dictum eſt:*Dixit Deus: fiat lux? *reſpondet aũt ſic:* Quia verbum imperatiuum,quale eſt hoc, quod dicitur, Fiat, incongruè promitur vbi non dum eſt aliquid, cui imperetur,vel præceptum ponatur. Non dum aũt erat aliquid,ſi,vt verè credimus,& pręſens ſcriptura teſtatur,Cœlum, & terram creauit, .i. de nihilo fecit . ergò nè nihilo præceptum dediſſe diceretur Deus (ꝙ incongruè eſſet) rectè prius ſcribitur materiam qualemcunq; confuſam,ſiuè informem creauiſſe,& deindè præceptum rei iã exiſtenti dediſſe; vt diſcretas,ac ſpecioſas(quas non habebat)aſſumeret,vel produceret formas. *Vbi apparet,incongruè à Superioribus imponi præcepta,vbi non præexiſtit materia, de qua.*

XXVI.

S. *AMBR.Com.in Epiſt.ad Hæb.ad illud cap.1.* Portans omnia verbo virtutis ſuæ:*ait:* Portans, .i. gubernans omnia verbo virtutis ſuæ, p ꝙ fecit omnia.Non.n. minus eſt gubernare mũdum,quam creare. Nam in creando quidem ex nihilo rerum ſubſtãtiæ productæ ſunt: in gubernando verò ea, quæ facta ſunt, nè ad nihilũ redeant,continentur. Ergò dum hæc omnia reguntur,& ad inuicem ſibi repugnantia, coaptãrut,magnum,& valdè mirabile,plurimęq; virtutis Dei indicium declaratur .

XXVII.

S. *BONAV.2.ſent.q.1.art.1.contra illos, qui dixerunt,Angelos ante mundum creatos,quibus veluti coadiutoribus,ſeù inſtrumentis,Deus in creatione Vniuerſi vſus fuerit,ait:* Quanto nobilius,& perfectius eſt agens, tantò paucioribus indiget ad agendum: ergò agens nobiliſſimũ nullis extra ſe eget.*Vbi aduertant Principes, nè in remuneratione Miniſtrorum tantum reſpiciant bonitatem operis: ſed ẽt expenſas computent, ut ſic perfecti, uel imperfecti agentes,tales Miniſtri iudicentur.*

XXVIII.

S. *GREG.Naz.Apolog.& oratio.1. Maximè irridet quoſdam,qui confitentes Mundum eſſe creatum à Deo,illum tñ ipſi opifici faciunt coæternum,et coætaneum.Et inter cætera dicit ſic:*Nam neq;cum eo,qui ædificat,ædificium exiſtit . Nec cũ nauis inſtructore,nauis:verum opifices quidem rõnes, apud opificem ſunt:ipſum verò opificium longè poſterius eſt . Verùm hos quidem ille Dei ſpectator Moyſes,atq; horum nugas,impiaſq; & ſacrilegas ſeñtias anteuertens ſtatim in libri ſui principio his verbis ſuſtulit:In principio creauit

Digitized by Google

Creauit.

Deus Cœlum,& Terram. *Vndè à fortiori irridēdi ſunt aliqui moderni,qui ſe auctores,& opifices prætendunt prædicari Theologarū, aliarumq; materiarum, quæ ab antiquioribus traditæ, longè illos præceſſerunt.*

XXIX.

S. AMBR. 1. *Hexam.* 5. *legens cum Græco,* In principio fecit Deus: *contra aliquos, qui Deum cauſam non liberam, ſed neceſſariam huius Vniuerſi dicebant, ait:* Quamuis cām eius Deū eſſe fateantur, cām tamen factam volunt, non ex volūtate, & diſpoſitione ſua, ſed ita vt cā vmbræ corpus eſt. Adhæret .n. vmbra corpori, & fulgor lumini, naturali magis ſocietate, quam voluntate arbitra. Pulchrè ergò ait Moyſes, quia fecit Deus Cœlum,& Terram. Nō dixit, quia ſubeſſe fecit: Non dixit, quia cauſam, vt eſſet præbuit: ſed fecit quaſi bonus, ꝙ foret vtile: quaſi ſapiēs, quod optimum iudicabat: quaſi omnipotēs, quod aptiſſimum præuidebat. *Vbi apparet, non eſſe nimis laudandos aliquos, qui bona magis ex neceſſitate naturæ, quam ex libera uoluntate faciunt, iuſto, rationabiliq; præcedente iudicio.*

XXX.

S. GREG. *Thaumaturg. (ut in eius uita) refert de quodam Magnate, qui ad fidem conuerſus fuit, ex eo, quod uiderit Sanctum eundē, ſolo uerbo, transferri facere quendam magnum lapidem de uno ad alterum locū: ſicq; exclamaſſe, ait:* Si tanta ſit ſerui poteſtas, vt verbo res moueat immobiles, & imperio vtatur in res ſenſu carentes, præcipiatque rebus inanimatis: quantam potentiæ copiā cōſentaneum eſt exiſtimare ineſſe Dño rerū vniuerſarum? Cuius voluntas velut materia quædā fuit, & fabricatio, atq; conſtructio, & vis tā ipſius mundi, & omnium, quę ſunt in ipſo, tum omniū, quæ ſupra ipſum ſunt.

XXXI.

S. IO. *Chryſoſt. Homil. 3. in Gene. aduerſus eos, qui Mundum per ſe, & caſu, fortuituq; Vniuerſū creatum aſſerunt, ſic:* Quid .n. miſerius eſt, & inſipientius his, qui talia dicere attentant, & aſſerunt per ſe fieri, fraudantq; oēm facturam, diuina prouidentia?

XXXII.

LVDOLPH. *Chartuſian Enarr. Pſ. 123. Ad illū verſum:* Adiutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit Cœlum, & Terrā: *ait ſic:* Ideſt, in inuocatione, & poteſtate nominis Domini, contra quem nullus pōt omninò præualere, qui fecit Cœlum, & Terram. Alij quęrant humanū adiutorium: nos quæramus diuinum: reclament nomina Principum: nos nomē Domini Dei noſtri inuocemus ſuper nos. Ipſe ſit noſter adiutor, qui creator: Ipſe fecit nos, non ipſi nos: ipſe regat nos, & non ipſi nos. *Vbi apparet, ex eo, quod Creatorē ſe prædicat Deus Vniuerſi, uelle ſibi gubernationem, regimen, & ſubſidium ſibi confiteri, & reſeruari.*

XXXIII.

S. BONAV. 2. *ſent. q. 1. art. 2. Reſpondet cuidam dubio hinc inſurgenti, nimirum, Ad quid neceſſè erat Deum Creatorem Vniuerſi prædicari, cum conſtaret eum eſſe Dominum, & Deum; ſuperfluum .n. videbatur ſtatuere, quod ex tam infallibili fundamento ſuppoſitum intelligebatur? Reſpondet autem arguendo contra Manichæū, qui ex eo deceptus fuit, vt diceret, diabolum eſſe huius Mūdi viſibilis creatorem, quia ſæpè in Euangelio eū legerat huius mūdi Principē: & dicit ſic:* Peccauit in illatione. Non .n. ſequitur: Eſt princeps huius Mundi, ergo cōditor. Sic enim ſequeretur: cum Rex Franciæ ſit Princeps Franciæ, ergo Fecit eā. Qui ſic argueret, ſtultus iudicaretur. Certò multò Sultius arguit Manicheus. Rurſus non ſequitur: Eſt Deus, ergo conditor. Nam ſi ſic, cum dicatur: Quorū Deus venter eſt: ergo Deus vēter creauit illos. *Vbi apparet, eſſe diuerſam rationem conditoris, à ratione dominatoris. Vndè abominatur in diuino textu Dan. 4. inſolentiā Nabuchodonoſor, dicentis:* Nōnè hæc eſt Babylon magna, quā ego ædificaui. *Cùm à multis annis antea legatur ædificata. Solum tamen ex eo, quod pro tunc illam dominabatur, eius ædificationem ſibi attribuebat. Quod eſt proprium Tyrannorū, qui volunt, vt ſibi attribuantur, & quaſi debita confiteantur, etiam illa bona ab antiquis benefactoribus ex nihilo, vel cōitatibus, vel peculiaribus facta. Et hoc ſolo dominationis titulo. Et ſic videmus quotidiè (quod peius eſt, in domibus Religioſorum) tolli ſtegmata fundatorum antiquorū, & ſtatui illorum, qui actualiter dominantur, adulationis gratia.*

XXXIV.

ALEX. *de Ales 2. p. q. 6. memb. 2. art. 2. Ad illam quæſtionem, vtrum actio creādi ſit nobilior alijs Dei actionibus, tenens partem affirmatiuam, ſic ait:*

No-

Creauit.

Nobilior eſt actio, qua datur eſſe in quantum huiuſmodi, quàm qua proximè datur aliqua additio ſuper eſſe: omnis enim prima cauſa, & vniuerſalis plus influit ſuper cauſatum, quam ſecũda: ſed cauſa prima influit eſſe eis: ergo nobilior eſt actio: ſed actio illa eſt creatio: ergo creatio ē nobilior alijs actionibus. Item: actio, quæ procedit ex vno ſibi ſufficienti, eſt dignior actione, quæ requirit neceſſariò multa, ſed aliæ actiones exigunt neceſſariò multa: creatio verò ex vno eſt: ergò creatio eſt dignior. *Vbi apparet & homines ſemper debere magis ſe honorari, & maximè facere illos, à quibus in vnoquoq; genere beneficij eſſe primum acceperunt, quam illos, à quibus additi fuerunt, quantumlibet excellens ſit additio. Nobilius eſt etiam à paucioribus, quam à pluribus in vnoquoque genere fieri: & etiam hoc intelligitur actiuè.*

XXXV.

M*Agiſter ſent. 2. diſt. 12. Ad illam queſt. quare, ſcilicet, non dixit,* Fecit: *ſed,* Creauit; *ait ſic:* Quatuor enim modis, vt ait Alcuinus ſuper Gene. operatur Deus. Primò, in verbo omnia diſponendo. Secundò, in materia informi quatuor elementorum, de nihilo eam creãdo. vnde: Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul: Omnia, ſcilicet elementa, vel omnia corpora materialiter ſimul creauit. Tertiò, per opera ſex dierũ, varias diſtinxit creaturas. Quartò, ex primordialibus ſeminibus non incognitæ oriuntur naturæ, ſed notæ ſæpiùs, nè pereant, reformantur.

XXXVI.

S. *AMBR. Hexam, lib. 2. cap. 1. Aduerſos eos, qui dixerunt, materiam eſſe increatam, Deumque tantummodo formam, figuramq; rebus dediſſe, ſic ait:* Fecit igitur Deus cœlum, & terrã, & ea quaſi author eſſe præcepit: non tanquam figuræ inuẽtor, ſed tanquam operator naturæ. *Et poſtea ſic arguit:* Plus ergò inuenit operator omnium, quã contulit. Inuenit materiã, in qua poſſit operari: contulit autem figuram, quæ decorem inuentis rebus afferret? *Vbi patet, plus feciſſe ſanctos antiquos patres, authoreſq; ſolos ipſos eſſe Theologiæ, qui materiam miniſtrarunt: modernoſq; tantũ figurarũ eſſe adinuentores: vnde iure optimo figuris, & ſtāpis ſua ſtudent condecorare volumina: quod minimè inuenimus, neq; in antiquorum; neq; in illorum (qui antiquorum veſtigia inſequi ſtudent) libris.*

XXXVII.

S. *AVG. de Gene. contra Manich. lib. 1. c. 2. Reprehendens Hæreticos, qui non contenti audire Deũ Mundum creaſſe, curioſius inquirunt voluntatem diuinam, nempè, quare ei placuerit creare: poſtquam incomprehenſibilitatem diuinæ voluntatis demõſtrat, ſic cõcludit:* Et ſi voluntatem Dei noſſe quiſquam deſiderat, fiat amicus Deo, quia ſi voluntatem hominis noſſe quiſquis vellet, cuius amicus non eſſet omnes eius impudentiam, ac ſtultitiã deriderent: non autem quiſquam efficitur amicus Dei, niſi purgatiſſimis moribus, & illo fine præcepti, de quo Apoſtolus dicit: Finis aũt præcepti eſt charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta 1. Timot. 1. *Vbi non ſolum apparet, quam iuſtè Summus Pont. Paul. 5. Angelicum Doctorem, verum vocauerit, diuinę voluntatis Interpretem, ſcribens ad Neapolitanos (cum ipſum Angelicum in Patronum elegerint) ſed ſtultitia illorũ, & impudentia, qui cum non tam amici Dei ſint effecti: melius quam S. Thò. præſumunt diuinam interpretare voluntatem.*

XXXVIII.

S. *AMBR. lib. de fide Reſurrectionis paraphraſtãdo iſta verba noſtri textus, cum illis Pſal. 150.* Ipſe dixit, & fact ſunt: Mandauit, & creata ſunt. *reprehendens illos, qui de diuino auxilio diffidentes, ad humanum ſe conferunt, dicit ſequentia verba.* Hominis tu quæris auxilium, vbi opus Dei cernis? Non egent humanis, diuina myſteria. Cœlum Deus fieri iuſſit, & factum eſt: Terram creari ſtatuit, & creata eſt. Quis humeris ſaxa connexit? Quis cõgeſſit impenſas? Quis laboranti Deo ſuam operam miniſtrauit: In momento hæc facta ſunt. Vis ſcire quã breui? Dixit, & facta ſunt. *Vbi patet, de ſolo illo ſperari poſſe auxilium, qui ſine aliena ope quicquid vult operatur. Ridiculum .n. eſt opem expectare ab illo, qui aliena eget, vt ſuum perficiat miniſterium.*

XXXIX.

S. *Ambroſ. Hexam. lib. 1. c. 2. ſic*: Pulchrè quoq; ait: In principio fecit: vt incomprehenſibilē celeritatem operis exprimeret, cum effectum p ius operationis impletæ, quam indicium cæptæ explicuiſſet. *Vbi habemus, nè de diuinis expectatis beneficijs diffidamus, quia indicia operationis inceptæ non videmus: Nam prius effectum plenariũ ſolet Deus oſtendere ſuorum operum, quam ipſa indicia apparere poſſint.*

Gu-

Creauit.

XL.

GVLIEL.*de Vuiuer.part.*1. *cap.*39. *Ad illam quęſt.hic communiter excitatam,nempè,quare hic non deſcribatur cælum,& terram creari per verbum,*Fiat,*ſicut poſtea omnia, quę ad ipſius Vniuerſi ornatum pertinent deſcribuntur;ait ſic:* Quoniam Verbum, quod eſt ars ipſius omnifica, non fuit nominandum cum creatione, quoniam creatio non fiebat,niſi ſecundum ſubſtantiam, & nondū in complemento perfectionis;Artis aūt eſt propriè formam perfectionis dare. Cùm igitur in creatione,forma perfectionis,neq; data eſſet ei, neq;danda,non fuit mentio faciendo de arte, vel Verbo Dei.*Vbi apparet, quod ad agenda ſubſtantialia,debet oſtentari potentia,& non ars,quę ſolum ſuppoſitis ſubſtantialibus locum habet. Ad intelligentiam aduertatur, quod ait S.Tho. tenens idem* 1.*p.q.*74.*art.*3. *ſic:* Sicut autem formatio artificiatorum eſt per formam artis,quę eſt in mente artificis, quæ poteſt dici intelligibile Verbum ipſius; ita & formatio totius creaturæ eſt per Verbum Dei.

XLI.

RVP.*Ab.Com.in Amos, Ad illa verba c.*5. Et facientem Arcturum,& Orionem*: ait ſic:* Quare autem cum omnium factor ſit, præſenti loco tantūmodo dicitur factor Arcturi,& Orionis? Videlicet vt cum potentia Creatoris,gratiā quoq;myſticè commendet eiuſdem Saluatoris. Arcturus nanq; qui in cœli axe conſtitutus, ſeptem ſtellarum radijs fulget,ſemper verſatur,& nunquam mergitur, imò & dū verſatur erigitur. Orion aūt ipſo pondere temporis hyemalis oritur,ſuoq;ortu tempeſtates excitat,& maria, terraſq;perturbat. Vnde apud Beatū Iobub dicitur: Qui facit Arcturum,& Oriuna,& Hyadas,& interiora auſtri. Per Arcturum,qui (vt iam dictum eſt)ſemper verſatur,& nunquā mergitur (exponente B.Gregorio) Sāctam intelligimus Eccleſiam,quæ ſeptiformi Spiritu ſtabilita, perſecutiones iniquorum ſine ceſſatione tolerat, ſed tū vſq;ad mundi terminum ſine defectu perdurat. Per Orionem verò ſanctos Martyres,qui pōdus perſequentium,moleſtiamq; paſſuri,ad cœli faciem,quaſi in hyeme venerunt. *Vbi apparet,non minus ſplendeſcere gratiam Saluatoris in fortitudine,& conſtantia Eccleſię,& Martyrum: quam in omnium creatione, potentia apparet.*

XLII.

S.AMBR.*Com.in Luc.lib.*3.*Ad illud c.*3. Vt putabatur filius eſſe Ioſeph:*ſic ait:* Non alienū etiam videtur, vt qua ſōno fabrum patrem habuerit declaremus. Hoc.n. typo eum patrē ſibi eſſe demonſtrat,qui fabricator omnium cōdidit mundum,iuxtà quod ſcriptum eſt Geneſ.1. In principio fecit Deus Cœlum, & Terram. Nam &ſi humana non ſunt comparanda diuinis,typus tū integer eſt,quod Pater Chriſti igne operatur, & ſpiritu, & tanquam bonus animæ faber viria noſtra circundolat, citò ſecurim admouens arboribus infecundis,ſecare doctus exigua,culminibus ſeruare ſublimia, rigida mentium ſpiritus igne mollire, & in varios vſus omne humanum genus diuerſa miniſteriorum qualitate formare.

XLIII.

S.AVG.*de Gene.ad lit.lib.*1.*c.*3.*ſic:* Et cur ita dictum eſt:In principio fecit Deus Cœlum, & Terram,& non dictū eſt, In principio dixit Deus,Fiat cœlum,& terra,& facta ſunt cęlū,& terra,ſicut de luce narratur. Dixit Deus, Fiat lux, &c.? Vtrum prius vniuerſaliter nomine cœli,& terræ comprehendendum erat, & commendādum,quod fecit,& deindè per partes exequendū,quomodo fecit,cū per ſingula dicitur: Dixit Deus,&c.*Vbi Prædicatores habent documentum,nè populo rudi prius proponant modum,quo Deus diuina operatus ſit myſteria: quā eos doceant ipſum,quod operatus eſt myſterium.*

Expoſitiones Sententiarum, quæ inueniuntur in Pſal.Lib. Salom. Proph.Epiſt.Apoſt.Apoc.in quibus es Verbum CREO.

In Cap. Parabolicis Iob non inuenitur prædictum verbum.

Ex Pſalmis.

XLIV.

S.HIERON.*vt in Caten.Aurea, Ad illūm verſic. Pſ.*50. Cor mundum crea in me Deus:*ait ſic:* Quo te videam,& quale non pōt eſſe per naturam,tale fiat per gratiā. *Et iterū:* Sicut igitur ipſe rogabat ita,& vnuſquiſq;noſtrum facere debet.

Caſ-

Creauit.

X L V.

CASSIOD. *ibid. Ad eund. verſ. ait ſic*: Creare dicimus nouũ aliquid inſtituere. Petit ergo Propheta ſibi creari, ideſt reſtaurari cor, qđ iam peccatis impellentibus ruere minimè potuiſſet ad culpam. *Vbi apparet, non rectè poſtulare cor nouum in sè creari, qui nè deinceps ad peccata ruat, firmiter non proponit, nec diſponit*.

X L V I.

LYRA, *vt ibid. Ad eundem verſ. ait ſic*: Crea autem ideò dicit, quia gratia iuſtiucans de potentia ſubiecti nõn educitur: ſed in anima à Deo creatur. *Vbi apparet, hanc munditiam cordis neminem à ſe poſſe proſumere, ſed à Deo expectare*.

X L V I I.

D. HAYMON. *Com. in Pſ. Ad eundem verſ. ait ſic*: Cor mundum crea in me ò Deus: nè deinceps velim peccare: crea dicit, quia per peccatum erat cor quaſi deſtructum: & non tantum remoue voluntates è corde, ſed ẽt ſuggeſtiones à carne: poſſet .n. voluntatem mundatam ſuggeſtio carnis corrumpere. Et hoc: Spiritũ rectũ: ideſt Filium tuum, qui benè regit omnes, quos inhabitat: innoua in viſceribus meis: ideſt vt innouet mea viſcera, ideſt deſideria meæ carnis. Per hoc, quod ter ponit Spiritum Sanctum, notamus Trinitatem. *Vbi apparet, parum prodeſſe mũditia cordis: ſi non benè, nè ſuggerat, regatur caro*.

X L V I I I.

S. *Greg. Pap. vt in catena aurea: Ad eundem verſum: ait ſic*. Vide, itaq; ordinẽ Primo cor mundum: deinde ſpiritum rectum Propheta à Deo requirit. Hæc eſt autem ſpiritus recti innouatio, vt omnem mundi gloriam mente deſpicias mẽtem medulitus in conditoris tui amore infigas, illatis contumelijs patientiam cuſtodias, & cuſtodita patientia dolorem à corde repellas. Omnibus te per humilitatem inferiorem reputes. de morte inimici nullatenus exultes. Aliena nõ ambias. Propria egentibus diſtribuas. Amicũ in Deo & inimicum propter Deum diligas. In afflictione proximi te ipſum compaſſione affligas.

X L I X.

S. *Remig. Enar. in Pſ. Ad eund. verſ. ait ſic*. Cor mũdum crea in me Deus, quia meum cor ego pollui de opere iniquitatis. Et ſpiritũ rectũ: quẽ ego diſtarſi, in noua in viſceribus meis. ideſt in interiori meo, qui inueterauit & defecit in me. *Vbi apparet, per peccatum ſpiritum & cor inueteraſcere, & deficere in peccatore. Vnde ſemper peccatores ſunt parui: aut nullius ſpiritus, ac puſili cordis*.

L.

INcognitus *Expoſit. in Pſ. Ad eundem verſum: ait ſic*. Hic conſequenter poſtulat gratiam iuſtificantem. Quamuis .n. inſimul, & in eodẽ inſtãti, fiat peccati remiſſio, & gratiæ iuſtificãtis infuſio, quia gratia ſimul cum peccato ſtare non poteſt; vnde cum gratia infunditur, remittitur culpa, & cum culpa remittitur, infunditur gratia. Tamen ſecundum noſtrum modum intelligendi, ordine naturali, prius intelligimus cor mundũ à peccatis, quam Dei gratiam infuſam in corde. Et hunc ordinem ſatis hic notat Pſ. præmittendo munditiam dicens: Cor mundum crea in me Deus; & conſequenter addendo gratiã, dicens: Et ſpiritum rectum, &c. *Vbi apparet, non rectum naturalem ordinem intelligendi ſeruare, qui in ſe ante cor mundum non intelligens: proſumit ſe per abſolutionẽ ſacramentalem, gratiam conſequutum*.

L I.

IDem *ibidem: Ad ſupradicta proſequitur*. Vbi notandum, quod cor noſtrum de ſe eſt immũdum, & maculatum, niſi per diuinam emundetur gratiam: Quoniam ab ipſo corde omnia procedunt peccata, Chriſto dicente Mat. 15. Quæ autem de ore procedunt, de corde exeũt; è corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ, hæc sũt quæ coinquinant hominẽ. Ex quo patet, quod omnia vitia oriuntur à corde, & non à diabolo, vt quidam arbitrantur. Quoniam diabolus malarum noſtrarum cogitationum non eſt auctor. Sed, cùm illas ex actibus interioribus in corde noſtro eſſe natas proſpexerit, tunc illas ſuis tẽtationibus fouet, & nutrit. Vnde Hieronym ſuper Mat. exponens præmiſſa Chriſti verba dicit. Arguendi ſunt ex hac ſententia, qui malas cogitationes à diabolo immitti putant, & non ex corde naſci, & propria voluntate. Diabolus .n. adiutor, & intentator malarũ cogitationum poteſt eſſe, autor aũt eſſe nõ põt. Si aũt diabolus ſemper in inſidijs poſitus, leuẽ cogitationum noſtrarum ſcintillam ſuis fomitibus inflammauerit, non debemus opinari eum occulta quæq; cordis noſtri rimari, ſed ex corporis habitu, geſtiſq; exterioribus æſtimare, qđ

in

Creauit.

in noſtro corde verſetur, v. g. Si pulchram mulierem nos crebo uiderit inſpicere, intelligit ab oculis cor vulneratum eſſe luxuria. Vnde ſi quãdoq, repetiatur in ſcriptura, quod diabolus cogitationes malas, & peccata immittit in corde noſtro: non eſt intelligendũ, quod diabolus illas malas cogitationes faciat, ſed ſuis ſuaſionibus ad illas ex corde noſtro generãdas inducit nos, & prouocat, ſicut dicitur Ioan. *13*. Cum diabolus miſiſset in cor Iudæ vt traderet eum, &c. Illa enim immiſſio ſolum quædam perſuaſio fuit.

L I I.

S. *Ambr. ſerm. 10. in Pſ. 118. Afferens per occaſionẽ eundẽ verſ. ait ſic.* Non dixit: Fac: ſed: Crea: vt de integro cor eius inſtauret, & mũdet. Grande enim cor eſt à Domino creatũm, quod recipiat verbũ de cęleſtibus virtutibus, ac poteſtatibus. Grande cor, quod recipiat ipſum Dominum dicẽtẽ: Inhabitabo & deãbulabo in ipſis. 2. Cor. 6. Vt hæc igitur recipiat, creatorem cordis ſui, nõ Angelum fieri, ſed ipſum Dominum deprecatur, qui cælum creauit & terram.

L I I I.

C*Atena aurea: in Pſ. Ad illum verſum Pſ. 101.* Populus qui creabitur laudabit Dominũ; *ait ſic.* Hieronimus: Populus ſcilicet Chriſtianus, qui prius peccatis mortuus, in eo eſt recreatus. Caſſiodorus: Per gratiã baptiſmatis. Iſte nanq; populus, ſine dubio, Dominũ, nouo cãtico laudabit.

L I V.

S. *Hieron. Com. ibi ſic.* Populus qui creabitur &c. Chriſtianus vtiq; qui prius peccatis mortus, in eo recreatus eſt. *Vbi apparet, quantum per peccatum annibiletur homo, ſiquidem ex eo per gratiam erutus, dicitur crĕari.*

L V.

S. *Remigius: Enarrat. in Pſ. Ad eandem verſum, illumq; coniungens cum præcedenti ſententia;* Scribantur hæc in generatione altera: *ait ſic.* Quaſi dicat: Non ſolum reſpiciet Dominus, illos, qui erant in primitiua Eccleſia, ſed etiam illos, qui poſt futuri ſunt: quia hęc quę impleta ſunt in primitiua Eccleſia, ſcribentur, ideſt notabuntur, eſſe. ſ. futura in generatione altera, ideſt ingeneratione poſteriori: & ſic populus qui creabitur, laudabit Dominum; non erubeſcens confiteri Domino coram hominibus. *Vbi apparet, non eſſe mirum, ſi etiam noſtris temporibus tanti quaſi, & in primitiua eccleſia ſint Martyres: illorum enim antiquorũ martyria, ad hoc nobis ſcripta relicta ſunt, vt eorum, qui pręceſſerant exemplo, etiam nunc, & vſq; ad conſumationem ſæculi, populus qui creabitur: non erubeſcant confiteri Domino.*

L V I.

L*Vdolph. Cart. Enar. in Pſ. 132. Ad illum verſ.* Quoniam ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mandauit, & creata ſunt: *coniungens primum verbum ſequentis verſus:* Dominus diſſipat: *ait ſic*: Ideſt verbo ſuo præcepit, & creata ſunt informia de nihilo: & ità poteſt in nihilo redigere. *Vbi apparet, nullum ſic hominibus metuendum noſtræ Fideĩ articulum quam hunc noſtri textus: nempè credere, Deum omnium eſſe Creatorem: ſequitur enim etiam creata poſſe diſſipare.*

L V I I.

L*YRA Poſtil. ibi, coniungens iſtum verſum cum ſequenti,* Statuit ea in æternum, & in ſæculũ ſæculi: præceptum poſuit, &c. *aduertens, quomodo hæc referantur tãtummodo ad ſuperiores creaturas, vt patet ex antecedentibus, quos Deum laudare Propheta inuitat, ait:* Hic conſequenter ponitur dictę laudationis ratio, quæ eſt duplex. Vna ex beneficio creationis. Quia ipſe dixit, &c. Et ſic habẽt ab eo eſſe. Et per hoc excluditur error illorum, qui dicunt, quod creaturę incorruptibilęs, & intelligentiæ, & corpora cœleſtia, nõ habent Deũ pro cauſa efficiente, ſed tantum pro finali. Secũda ratio accipitur ex duratione eorum æterna à parte, poſt cum dicitur: Statuit ea, &c. *Vbi apparet, quod & ſi Deus pro ſua maieſtate, ſua a ſe facta beneficia vult cognoſci, ne contra eum inflemur ſtulta ſuperbia: ſua infinita bonitate æterna, & ſine termino ſtatuta, vult intelligi; ne cum timore amittendi illis fruamur. Et non minus de hoc, quam de illo, vult laudari.*

L V I I I.

S. *AVGVST. Vt ab Incognito Expoſit. ibi ſic:* Non mirum ſi opera laudant operatorẽ, non mirũ, ſi facta laudant factorẽ, non mirum ſi creata laudant creatorem.

L I X.

S. *HIER. Com. ibi ſic:* Dei iuſſiſſe feciſſe eſt: Eius impetium fabrica eſt.

L X.

E*Vthym. Expoſ. ibi ſic:* Hoc ſermone Propheta duo hæc nobis demonſtrare voluit, quod &

crea-

Creauit.

creauit Deus,quæ antea nõ erant,& quod multa cum facilitate id fecit,dum dixiſſe tantum eũ dixit,& facta eſſe:ac ſi dixiſſet:Quẽadmodũ tibi facilè eſt aliquid dicere, ita & Deo facilè eſt ea creare,quæ nõ sũt:quinimò,& multò faciliùs id pũt,neq;.n.poſſibile eſt diuinæ facilitatis modũ demonſtrare.V*bi apparet,non minus elucere potentiam qua fieri res mandantur, quã facilitas,qua in executione fiunt.*V*nde difficultas in rebus,alium , à Deo, operatorem ſemper olet .*

L X I.

C*Atena Aurea in Pſ.ex diuerſis autboribus breuiter reſpondet cuidam dubio bic cõſurgenti ex repetitione verborum,ſonare .n. videtur,quod cum quę ſimplici verbo dixerat vt fierent,renuerant fieri,ita vt addi neceſsè fuerit præceptum: ſed in contrarium dicit accipiendum eſſe, nempè.* Quod autem dixit: mandauit .i. conſtituit,' atq; firmauit. V*bi redarguuntur quamplurimi Pręlati,qui reuera, quæ conueniunt,non ſolum intra ſe formant , ſed verbo pronuntiant:timiditate autem depreſſi illud, quod iuſtũ fieri dicunt,madare exexutioni timent .*

L X I I.

C*ASSIOD.Comm. ibi ad illud Pſ.* 88. Tui ſunt Cœli,& tua eſt terra : Aquilonem & mare tu creaſti. *Intelligens per Aquilonem, diabolum, ſecundum illud:* Ponam ſedem meã in Aquiloné , & ero ſimilis Altiſſimo. *Et per mare, Iudaeorum populus, qui cõtra Chriſtum* Dominũ *infremuerunt, & ſuperbè intummuerunt:ait:* Quia igitur omnia tua ſunt,ideò in cęlis triũphaſti de ſuperbo diabolo : quia tui ſunt cœli : Et in terra de perfido Iudæo:quia tua eſt terra.V*bi apparet,non eſſe locũ vbi Deus de inſurgentibus in ſe triumphare non valeat.Et idem de Iudæis loquens:ait:* Cur igitur voluerunt ſtulti Iudæi in te ſæuire in mundo iſto; cuius tu Chriſte fundator es ? *Addatur,quod D. Haym.Com.ibi ſic ait:* Aquilonem,qui,quia frigidus ventus eſt,intelligitur diabolus, qui caret omni charitate.Et qui de ſe ipſo dixit: Ponam ſedem meam ad Aquilonem.V*bi apparet,vnumquemq; ſecundum proprium humorem locũ ſibi eligere,& mãſiones:& ex electione locorũ benè poſſe conie*c*turari humor vniuſcuiuſq.*

LXIII.

I*Ncognit.Expoſit.ibi ſic:* Per Aquilonem intellige Diabolum, ſed per mare, obſtinatos homines.Per Aquilonem enim diabolus intelligitur.Vnde Greg 17. Moral. *11*. Aquilonis nomine in ſacro eloquio appellatur diabolus , qui vt corporis frigore gentium corda cõſtringeret, dixit Eſai. 14.Sedebo in monte teſtamẽti in lateribus aquilonis.Per mare,ſignificantur perſecutores Eccleſiæ amari,q̃bus purificatur Eccleſia,vt ait Gloſ.Dicat ergo de iſtis Deo Pſ.Aquilonem,& mare tu creaſti,quaſi dicat:Et licet iſti non ſint tui,tamen plus valet ad dominationem tuam,quod in illis feciſti , quia per ipſos purgatur Eccleſia , quam valeat illorum voluntas ad malitiam ſuam.

L X I V .

B*EDA Com.ibi ſic:* Quaſi dicat: quod Aquilo hoſtis antiquus,& mare,.i. illi,in quibus ipſe operatur tanquam in vaſis ſuis ad oppugnandum populum Dei,ſed non ſunt timendi: quia tu creaſti aquiloné,& creaſti mare. Et quia creaturæ tuæ ſunt, ideò nihil poſſunt contra te , niſi permiſſi.V*bi inter cætera,quæ patent, notetur ſimilitudo maris,quod non intumeſcit , niſi ab Aquilone incitatum,& commotum. Ita impij à diabolo.*

L X V .

C*Atena Aurea in Pſal.ibi,ex diuerſis Patribus, ait:*Mare verò ſeculi huius elatas , & iniquas hominum,ſignificat poteſtates. Hos ergò increpat tãquam Dei creaturas,quod propterea non debuiſſent contra Deum ſuperbire. Nam ſtultè ſe erigunt contra eum, à quo creati ſunt . V*bi apparet, per illum primum ſymboli articulũ, .ſ.* Creatorẽ cęli,& terræ . *Ante omnia velle Sanctã Eccleſiam ſuperbos in* Deum *ſuum,confundere .*

L X V I.

G*LO.Moraliter ibi ſic:*Aquilonem, & mare tu creaſti .i. terrorem gehemnæ,& amaritudinem pœnitentiæ,tu pęnitentibus immiſiſti.V*bi apparet, & timorem,quo quaſi ab impetu inſufflantis Aquilonis peccator ad pœnitentiam per gehemnæ timorem confugi:,amaritudinẽq; pœnitentiæ,in quã totus ille timor reſoluitur,à Deo eſſe.*

*LXV*II.

G*LO.ibi ſic:*Baſilius.& Theodoret.Sic expoſuit Theodotion,Boreã,& noruim tu creaſti,& venti,& orbis partes opera tua ſunt.Porrò non temere harum duarum partiũ meminit.Sed quoniam ex parte auſtrali Hieroſolymæ , ſunt Aegyptij, & ex Aquilonari parte ſunt Aſſirij,cũ

L euer-

Digitized by Google

Creauit.

euertiſſet verè Aegyptiorum audaciam, libertatē ipſis largitus eſt, facilè tibi, inquit, eſt & hos, vt illos, qui non ſunt deſtruere. *Vbi apparet, ruinas, & deſtructiones antiquorum inimicorū Eccleſię, maximè eam debere conſolare in præſentibus: nam cū iſti, ac illi ſint Dei creaturæ, ita facilè ac illi poſſunt, conſimili ſubiacere Domini punitioni. Eſt enim de vno ad aliud concludens argumentum.*

Ex Lib. Salom.

LXVIII.

RVP. *HolKot. ſuper lib. Sap. cap. 1. lect. 12. Ad illa verba,* Creauit Deus vt eſſent omnia: *ait ideò Salomonem declaraſſe, Deum omnia de nihilo creaſſe ad eſſe, vt exindè conſtaret non feciſſe mortem, neq; peccatū, per quod homo ad vtranq; ſui partem annihilatur, & tranſit de eſſe ad non eſſe. Hæc ſunt eius verba:* Ideò Deus non fecit mortē, ideſt peccatum, quod ducit ad mortem, quia Deus creauit, vt eſſent oīa: mors autem, & peccatum facit hominem non eſſe. Tren. 4. Patres noſtri peccauerunt, & non ſunt. Et 1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar, charitatem autem nō habuero, nihil ſum. Et Auguſt. ſuper Ioan. Peccatum nihil eſt: & nihil fiunt homines dum peccant. Ex quo ergo Deus non ſolum creauit homines vt eſſent: ſed etiam omnes res, vt eſſent vnaquæq; in ſui natura: manifeſtum eſt, q̧ Deus non fecit peccatum. *Vbi apparet, per nullū melius argumentum probari aliquem non eſſe deſtructorē, quam oſtendendo eſſe ædificatorem in vnoquoq; genere rerum.*

LXIX.

HVGO *Card. Poſtil. ibid. ad ead. verba ſic ait:* Creauit Deus vt eſſent omnia, non vt perirent. *Vbi apparet, quod perire creata, fit ex proprio defectu: non ex intentione conditoris.*

LXX.

DIONIS. *Cart. Enar. ibi ſic:* Quædam produxit incorruptibilia, & immortalia, vt Angelos, ac animas rationales, atq; cęleſtia corpora, ac elementa, itaquod, quo ad ſe tota, corrūpi non valent. Mixta verò fecit, vt eſſent directa intentione: ſed quia corruptio concomitatur conditionem eorū, & quæ in ſe ipſis perpetuari nequeunt, voluit per ſucceſſionem perpetuum eſſe ſortiri, vt ſic omnia aliquo modo diuinum eſſe participent.

LXXI.

IANSEN. *Com. in Eccl. ad illud cap. 1.* Ipſe creauit eam in ſpiritu ſuo: *ait:* Creaſſe Deum ſapientiam dicit: quia ab æterno nullo ei ſuggerēte, in mente ſua cōcepit rationes ſecundū quas Mundum erat creaturus, & rōnali creaturæ viuendi modum præſcripturus. Et nè putaretur ſapientiā alterius alicuius dono apud Deū fuiſſe. Rectè proindè dicitur Spiritu Sancto, .ſ. ſuo eam creaſſe, hoc eſt ſua diuinitate, & natura, quæ ab omni impuritate, & vitio immunis eſt, vt intelligamus, eam rōnem, qua Deus omnia facere diſpoſuit, omni carere vitio, & ob id omnia opera quæ indè prodierūt eſſe perfecta, & irreprehēſibilia. *Vbi apparet, non eſſe mirum à quam plurimis etiam bonis. Principibus imperfectas reprehenſibiles, & non tam puras leges, ac mandata exire: non .ſ. propria, ſed emendicata ab alijs ſcientia, & nō à ſpiritu ſuo gubernant, diſponuntq;*

LXXII.

HVGO *Card. Poſtil. ibi. ad illud cap. 17. vbi loquens de priorum parentuum creatione, ait,* Creauit, & illis ſcientiam ſpiritus: *ait,* Ideſt ſciētiā ſpiritualium .i. qua regitur, & perficitur ſpiritus. De qua dicitur Rom. 8. Prudentia carnis mors. prudentia aūt ſpiritus, vita & pax. Et quia hæc ſcientia eligit aſpera, & cōtraria carni: ideò dicitur Eccl. 1. Qui addit ſcientiam, addit & dolorem. *Vbi apparet, non addere ſcientiam ſpiritualē, qui cum doctorātur blandam lætam, delicijſq; affluentem vitam agunt.*

LXXIII.

IANSEN. *Com. ibi comprehendens totum verſum, nempè:* Et ſenſu impleuit cor illorum, &c. *ait,* Quantum ad omnes homines creauit Deus in illis ſcientiam mentis, & ſpiritus: quia per infusū lumen naturale, dedit eis cognitionem prudenter diſponendi temporalia, & per impreſſam menti eorum legem naturalem agnoſcēdi quid malum, aut bonū eſſet. Quantū verò ad electos in hominibus: dedit hoc eis Deus per lumen gratiæ longè perfectiùs, vt cæleſtia, & ſpiritualia bona agnoſcerent, & ſenſu. *Vbi apparet, non eſſe mirum, ſi de cœleſtibus bonis Sanctos longè altiùs loqui audimus, ſenſibiliter .n. quaſi palpādo eorū ſciētiā à Deo ſortiti sūt, et ſi in cæteris ignorantes appareāt.*

HV-

Creauit.

LXXIV.

HVGO Card. Poſtil. in Eccleſ. myſticè ad illud cap. 38. Altiſſimus de terra creauit medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam: *ait*; Ideſt Deus Pater, vel Deus Trinitas de Virgine carnem Chriſti formauit. Pſ. 84. Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuũ. Et vir prudens .i. catholicus: non abhorrebit illam: Contra Iudæos & quoſdam hæreticos: qui abhorrent, Dei Filium verã carnem aſſumpſiſſe.

LXXV.

IANSEN. *Com. ibi poſtquam omnibus ſuadet, medicinis, vtpotè à Deo creatis vti: ait:* Sed deſperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam. Et Ouid. Principijs obſta, ſero medicina paratur: cum mala pet longuos conualuere moras. *Vnde moraliter deſperatis, non diſciplina, ſed orationes tanquam moribundis adhibeantur.*

LXXVI.

RVPERT. HolKot. *ſuper lib. Sap. cap. 1. lect. 12. Ad illa verba:* Creauit. n. Deus vt eſſent oĩa: *ait ſic:* Nota ſuper illud: Creauit Deus vt eſſent omnia: quod conſideratio creaturarum propter hominem factarum: mouet hominem erga Deũ ad quinque laudabiles diſpoſitiones: mouet .n. hominem ad amorem: ad honorem: ad ſtuporẽ: ad timorem: & ad laborem. De primo Auguſtinus 10. confeſ. c. 18. Cœlum & terra, & omnia, quæ in eis ſunt: Ecce vndiq; mihi dicunt vt te amem, &c. Hugo: de arra animæ loquens; animæ ſuæ dicit: Magno debito obligata es anima mea & multum accepiſti, vel habuiſti: & pro his omnibus non habes quid retribuas, niſi vt tantum diligas. Nam quod pro dilectione datum eſt nõ melius, nec decentius, quam per dilectionẽ rependi poteſt. Secunda conſideratio creaturarũ mouet hominem ad honorem debitũ Deo impendendum: omnis .n. creatura pro ſuæ naturę potentia Deum nititur honorare: nec eſt aliqua res corporea, quæ ſuis legibus nititur obuiare. Vndè Boet. 3. de conſolat. proſ. 22. probat, quod oẽs res à Deo, quaſi voluntariè reguntur ſeq; ad diſponentis nutum conuenienter contemperatè conuertunt: nec bonũ regimen foret, ſi foret iugum detractantium, non obtemperantium ſalus. Ideò concludit, quod nihil naturam ſuam ſeruans Deo contrariari conatur. Tertia conſideratio creaturarum mouet ad ſtuporem. Non .n. eſt tàm parua creatura in hoc mundo, cuius naturam, compoſitionem, & virtutem poſſit cõprehendere intellectus: ſed magis ſtupere, & mirari, Hiere. 5. Stupor, & mirabilia facta ſunt in terra. Eccl. 11. Mirabilia opera Altiſſimi ſolius: & glorioſa, & abſcondita, & immenſa opera illius. Quarta conſideratio creaturæ mouet hominẽ ad timorẽ. Oĩs .n. creatura triplici voce alloquitur hoĩẽ: ſicut dicit Hugo de Arca Noè. In hoc enim genere cõtemplationis. Prima ait, Accipe. Secunda, dicit: Redde. Tertia: fuge. Accipe beneficium: redde debitũ: fuge ſuppliciũ. Prima vox, eſt famulantis: ſecunda eſt admonẽtis: tertia comminantis. Vox famulãtis eſt: Cęlũ dicit: Ego miniſtro tibi lucem in die vt vigiles; tenebras in nocte, vt pauſes, &c. Aer dicit: Vtilẽ tibi præbeo flatum, &c. Aqua dicit, potum tibi præbeo, &c. Terra dicit: ego te porto, &c. Secũda vox admonentis eſt. Mundus dicit: Vide homo quomodo amauit te, q; propter te fecit me: ſeruio tibi, quia factus ſum propter te: vt tu ſeruias illi, qui fecit te, & me: me propter te: te propter ſe. Si ſentis beneficium: redde debitũ. Accipis benignitatem, redde charitatem: Hoc tribuit Deus, hoc exigit Deus. Tertia vox cõminantis eſt: Ignis dicit: A me combureris. Aqua dicit: A me ſubmergeris. Terra dicit: A me ſorberis. Infernus: A me deglutieris: quia omnis creatur a, ſicut ex cõditione homini famulatur: ſic ẽt peccatoribus pro malorũ ſuorum conſciẽtia comminatur: vt in ſingulis creaturis ſe puniri timeant, quod ſe meruiſſe cognoſcũt. Hęc ille. Et ideò ſignanter dicitur Eccleſ. 25. Timor Dñi ſuper omnia ſe ſupponit, quia ex omni creatura homo debet concipere timorem Dei. Quinta conſideratio creaturarũ, ſeù vniuerſi, mouet hominem ad laborem. Omnis .n. creatura habet aliquam vtilem operationem. Vnde Cõmentat. 9. meth. cap. 7. Qui aufert proprias operationes à rebus aufert eorum eſſentias, Homo autem ad laborem naſcitur. Iob. 5. Et ideò cauẽdus eſt ſibi nè ocioſus, & inutilis habeatur. Et rogandus eſt Deus, vt nobis cooperari dignetur: quia ipſe eſt de quo ſcribitur Eſai. 26. Omnia opera noſtra operatus es in nobis Domine.

LXXVII.

HVGO Card. *Poſtil. in Eccl. ad illud c. 38.* Honora Medicũ propter neceſſitatẽ: etenim illũ

Creauit.

creauit Altiſſimus:*ſic*:Myſticè de Chriſto,qui eſt verus medicus animarum, qui pixidem apportauit: in qua fuerunt duo electuaria .i. ſanguis noſtræ redemptionis:& aqua noſtræ ablutionis: vnde confert pigmenta, & vnguenta .i. Eccleſiaſtica ſacramenta ad curationem totius Eccleſiæ. *Et poſt aliqua ſic*, Auguſtinus: Magnus venit in Mūdum Medicus:quia magnus vbiq; iacebat ægrotus. *Vbi apparet, ex excellentia miniſtrorum, quos mittit Deus, ſatis argui magnitudinem negotij, ad quod mittuntur.*

LXXVIII.

IDem ibi *ſic*,Et eſt hic argumentum, quod Medicis vti licet religioſis. Vndè Eſai. emplaſtrū cariacarū alligauit Exechiæ: Eſai. 38. Sed obijcitur de B. Agatha, quæ dixit B. Petro: Medicinam carnalem corpori meo nunquam exhibui. Reſponſio. Priuilegium paucorū non facit legē. *Dionyſ. Cart. ibi ſic*: Immò nolle ea vti tempore opportuno, eſſet quaſi tentare Deum.

LXXIX.

GLO. *ibi ſic*:Diſcretos vult nos eſſe in omnibus,quia opera Dei bona ſunt valdè:vnde non debemus ea ſpernere,quæ conſtat Creatorem ad noſtram vtilitatem feciſſe. Sunt corporales Medici,Medici ſunt & ſpirituales. Corporales medici corpora, ſpirituales curant animas. Vtriq; ergo honorādi,ſed ſpirituales præferēdi. *Addatur,quo Hugo Card. vbi ſup ſic*:Quanto prætioſior eſt anima corpore, tanto medicus ſpiritualis magis honorandus eſt medico corporali. *& ante ſic*: Honora precibus & muneribus.

LXXX.

IANSEN. *Com. ibi ſic*: Poſtquam monuit,quomodo cauendi ſunt morbi, ſubijcit etiā quid faciendum ſit cum morbos incidere contigerit. Et quoniam ad morbos curandos naturaliter in primis valet medicorū opera in genere monet, Medicum honorandum. *Vbi apparet,prouidentiā, in primis debere præuidere,nè mala fiant,deindè vt factis remedia adhibeantur ad medelam. Legatur antecedens cap. totum.*

LXXXI.

IDem ibi *aſſignans rōnes, quare Medicus debet honorari,& in quibus ait*:Græca habent:Honora Medicum ad neceſſitatē honoribus ſuis, hoc eſt,qui ei debētur. Debetur autem ei in primis, vt in Republica non contemptim habeatur,ſed in pretio ſit,& honoratus. Deindè,vt ei à Republica ſtipendia honeſta præbeantur, quo etiam pauperibus ꝓdeſſe poſſit,& arti ſuæ vacari poſſit. Itidem vt ab his, qui eius opera vtuntur pro facultatibus ſuis munificentia honorentur, ne tanquam mercenarij habeantur medici, ſed potius vt vitæ parentes. Hinc & prophani ſcriptores,dum volunt ſignificare mercedē, quæ medico danda eſt, honeſto honoris nomine eā exprimunt, honorem medico habendum eſſe dicentes:hac rōne ſignificantes artem liberalem, & laudabilem. Sic Cicero ad Tyronem. Curio miſi vt medico haberetur. Sic Iuriſconſulti honorarium vocant munus, quod à clientibus datur patronis.

LXXXII.

IDem *ibid. proſequens ait*: Quoniam aūt videri poſſet,honorem medici derogari honori Dei quaſi qui medicorum opera vterentur,declararent ſemper illo ipſo,ſe non ſatis cōfidere Deo, rectè pro cauſa honoris medici ſubijcit. Etenim illum creauit Altiſſimus. Creaſſe autem illum dicitur Dominus,tū quod in genere Dñs voluit eſſe medicos, quos ordinauit ad communem hominum vtilitatem, tum ꝙ omnis cognitio rerum naturalium,quibus Medicus vtitur, ſit hominibus indita à Deo, à quo non ſolū ſunt vires herbarum,& omnium rerum medicarum,ſed ēt earum cognitio. Item in particulari Dominus creauit Medicum,quia quibuſdam ingerit inclinationem ad artem medicam, in qua & eorum ſtudia promouet,ingenia illorum illuſtrando.

LXXXIII.

NICOL. *de Lyra Poſtil. in Eccleſ. Ad illa verba cap.* 18. Qui viuit in æternum creauit oīa ſimul: *ait ſic*:Intelliguntur autem omnia creata ſimul dupliciter. Vno modo, quod cœlum empyreum Angelis repletum creatū ſit cum informi materia corporalium, quæ poſt formata eſt per diſtinctiones formarum ſubſtantialium in opere ſex dierum. Alio modo, quod oēs partes principales mundi ſimul productæ fuerint cum ſuis formis ſubſtantialibus, & formatio ſequens intelligatur quantum ad formas accidentales. *Vbi apparet; tunc opus à toto genere dici poſſe abſolutum, quando omnia ſubſtantialia peracta cognoſcuntur, licet accidentalia in magis longum protendatur.*

Digitized by Google

Creauit.

LXXXIV.

IANSEN.*Com.ibi ſequens Græcam lectionẽ, quæ pro* Simul,*habet:* Pariter: Communiter *: ait:* Non .n. ſimul hic temporis identitatem ſignificat, ſed vniuerſa ſine exceptione cõprehẽdit. *Aſſignans autem rõnem, quare hanc omnium cõitatẽ ſine exceptione in creatione expreſſerit: ait,* Vt ſic magis comprimat humanæ mentis ſuperbiam. *Vbi apparet,nihil magis humanæ mentis ſuperbiam, quæ ſemper exceptiones quærit,comprimi poſſe,quã conſiderare communiter, etiam cum vermibus brutis lapidibus eſſe creatum quenq;.*

LXXXV.

ROPERT. *HolKot.ſup.lib.Sap.cap.1.lect.12.ad illa verba:* Creauit Deus vt eſſent omnia, & ſanabiles fecit nationes Orbis terrarũ:*ait ſic:* Poſt beneficium creationis ſubiungit beneficiũ recreationis,ſeù reformationis. Et dicit, quod non ſolum Deus creauit homines inter omnia animalia: immò fecit eos tales,quod ſi laberentur in peccatum ſanari poſſint per ſua ſacramẽta. Et hoc eſt,quod dicit: Et ſanabiles fecit nationes orbis terrarum: hoc eſt homines, qui naſcuntur de terra: Et hoc eſt ſpeciale beneficiũ, quod ſolis hominibus eſt collatũ. Angeli .n. inſanabiliter peccauerunt.*Et poſt pauca iterum:* Et ſanabiles fecit nationes orbis terrarum. Nõ nationes cœlorum,videlicet Angelorum:ſed ſpecialiter nationes Chriſtianorum.In Pſ.Nõ fecit taliter omni natioui. Nobis autem in noua lege prouidit de tot remedijs:tot ſacramẽtis: tot indulgẽtijs,quibus ſanari poſſimus,ſi velimus.Sed heu,Hiere.51.dicitur: Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata.

LXXXVI.

S. BERN.*medit.cap.2.Aſſerens per occaſionem illa verba Eccl.c.24.*Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo:*ait ſic,*Beataanima,apud quam Deus requiem inuenit, & in cuius tabernaculo requieſcit.Beata,quæ dicere põteſt: Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Negare ſiquidem requiem cęli ei non poterit.

LXXXVII.

IANSEN.*Com.ibi dè anima intelligens,ſeu de populo Iſraelitico:ait,*Hoc eſt requieſcere fecit, fixit,vel locauit tabernaculũ meũ,conſtituendo .ſ. mihi certũ locũ habitationis meę.*Et poſt pauca ſic:*Hoc eſt,quieſcere me fecit in tabernaculo meo,quod .ſ. mihi quæſiui,& optaui. *Vbi apparet,per noſtrã vniuſcuiuſq; in proprio ſuo loco quietem,Deum dici etiam quieſcere, & ècontra per noſtram vagationem,& inquietudinem,vagari ipſum etiam.*

LXXXVIII.

VIgilius, *prout in Gloſ. Ad illud Eccl. 1.* Prior omnium creata eſt ſapientia: *ait ſic,* Secũdum humanitatis naturam,quam in tẽporis plenitudinẽ ſuſcepturus erat, anticipãs prælocutus eſt. Cum ergò clareat Chriſtum creatum,vel factum eſſe, ſecundũ id, quod homo dignatus eſt fieri,aut cõcedite hoc humanæ eius naturæ,aut ſi concedere non vultis,naturã diuinitatis creatam eſſe affirmabitis, ac ſi cum Arrianis, vel cũ gentilibus conuincemini creaturam venerari,& colere.*Vbi apparet,errores in fide ſemper in confuſionem errantium retorqueri. Arriani Chriſtum vt Deum venerabantur, & ſecundum diuinitatem eũ creatum affirmabant.*

LXXXIX.

IANSEN.*Com.ibi ſic,* Nè cum ſtultis Philoſophis crederetur Mundus fortuitò,& temere incæpiſſe, dicit ante omnia creatam ſapientiã; volens ſignificare, Deum ante omnem creaturã in mente ſua concepiſſe rõnes, ſecundum quas mundum erat creaturus,& gubernaturus. *Vnde Principes habent documentũ, vt in acquirendis largioribus dominationibus primò cõcipiant rõnes,quibus ſapiẽter eas gubernare poſſint: alias temerarij potius, & ambitioſi,quam ſapientes iudicabuntur.*

XC.

HVGO *Card.Poſtil.ibi,de Chriſto Domino ſecũdum carnem intelligens ad litteram,ait,* Secũdum humanitatem prior omnium: ideſt dignior quam creatura aliqua,tamen creatura. Simile Io.1.Poſt me venit;qui ante me factus eſt: quia prior me erat.*Vbi apparet, primos in domo Dei dici non reſpectu temporis: ſed meritorum dignitate attenta.*

XCI.

DIONIS.*Cartu.Enar.ibi ait:*Per ſapientiam, quæ prior omnium fertur creata,quidam intelligunt naturam Angelicam. Nã Angeli intelligentię nuncupantur, & quamuis ſimul cum cœlo,& tpe ſint creatæ, dicũtur primo creatæ,ordine dignitatis, cum ſint digniſſimæ creaturæ.*Vbi apparet, inter coæuos meritorum dignitatẽ efficere primatiam,& antiquitatem.*

HV-

Digitized by Google

Creauit.

Ex Prophetis.

XCII.

HVGO Card. Poſtil. in Hiere. Ad illa verba c. 31. Creauit Dominus nouū ſuper terrā: ait ſic, Triplici vetuſtate ſenuerat mundus: .ſ. culpæ, miſeriæ, veteri lege. Prima patet in primorum parentum inobedientia: & in Angeli primi ſuperbia: & eius contra hominem inuidia: & in ira Caim, & eius cupiditate: & in luxuria Lamech. Secunda vetuſtas eſt quadruplex, .ſ. benefaciēdi difficultas. Vnde dicitur Adæ: Maledicta terra in opere tuo Gene. 3. Secunda pronitas ad malum. Vnde ibid. Spinas & tribulos germinabit tibi. Tertia moriēdi neceſſitas. Ibidē: Donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es. Quarta labor: Ibidem: In ſudore vultus tui, &c. Tertia vetuſtas legis: quæ erat in præceptis multis, & aſperis, ſacramentis vmbraticis, promiſſis terrenis. Sed vt dicitur Apocal. 21. Ecce noua facio omnia. Vetuſtas .n. culpæ renouata eſt per fidei & gratiarum nouitatem. Act. 15. Fide purificans corda eorum. Vetuſtatem miſeriæ, ſpe renouauit in nobis: in ſe aūt re. Rom. 8. Spe ſalui facti ſumus. Veterem aūt legem renouauit, leuia dādo mandata. Vnde Ioan. 13. Mandatum nouum do vobis, &c.

XCIII.

LYRA. Poſtil. ibi tū antecedentia; nēpè, Vſq; quo delitijs diſſolueris filia vaga? quā ſequentia verba vtpotè: Fœmina circundabit virū. cōplectens ait: Vſquequo diſſolueris, carnaliter viuendo: Filia vaga: per diuerſa vitia. Quia creauit Dominus nouum .i. Incarnationis myſterium. Et loquitur de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ. Et ponitur ibi, Quia, tanquā reddituum cauſæ reſpectu præcedentis ſētiæ. Quaſi diceret. Debet dimitti vita carnalis aduenìente Chriſti Incarnatione, & inchoari ſpiritualis.

XCIV.

ABB. Ioach. Interpr. ibi à ſuperiori incipiens ſententia, ait: Statue tibi ſpeculam cōtemplationis: & pone tibi amaritudines: afflictionis, nè vaga filia, Græcorum Eccleſiæ, doctrinæ carnalis delitijs diſſoluaris. Creabit Dñs nouū ſuper terram: fœmina circundabit virum. Fœmina hæc Romana Eccleſia eſt: hæc circundabit virum .ſ. perfectos: viros, non pueriliter viuentes: ſed in nouitate vitæ ambulantes.

XCV.

STHO. Com. ibi ſic, Hic ponitur reuocatio ipſorum in terram ſuam. Et primo ponitur reuocatio, Reuertere, vſq; quo delicijs, &c. Hoc dicitur quantum ad illos, qui abſorti delicijs Chaldæorū, in terram promiſſionis reuerti nolebant, qui rectè propter mollitiē mulieres vocantur ſup. 3. Tu aūt fornicata es cū amatoribus multis, tñ reuertere ad me dicit Dñs, & ego ſuſcipiam te. Secundo ponitur reuocationis ratio ex Chriſti Incarnatione, quæ omnes inducere debet, vt à delicijs recedant. Addatur, quod Hugo Card. vbi ſup. cōmentatur ſic: Quia creauit Dominus, &c. Quaſi reuertere, & benè poteris, quia creauit nouum, quia virgo peperit. Vbi apparet, Incarnationem Chriſti non ſolum inculcare neceſſitatem exeundi à vitijs: ſed & potentiam vireſq;

XCVI.

THEODORET. prout à Gloſ. legens ſuperiorem ſententiam cum additione 70. Interp. nempè, Lugens vſq; quo conuerteris: reſpondet illi dubio hinc inſurgenti .ſ. quōmodo compatiatur gaudium reuerſionis à vitijs per Chriſti Natiuitatis myſterium, & lætitia, cum luctu, & lachrymis: ait enim: Nec huiuſmodi luctus aduerſatur lætitiæ: cum nos alioqui fruentes bonis, memores eſſe debeamus propriorum delictorum, & ea deflere.

XCVII.

RVPER. Ab. Com. in Amos, Ad illa verba c. 4. Præparare in occurſū Dei tui Iſrael: Quia ecce formans montes, & creas ventum. Siſtu in hoc, quod hic dicatur Deus ſolum creator montium, & venti, cum abſolutè ſit, & omnium, & aliorum nobiliū creator: & recurrens ad præcedentia verba, ait ſic: Quare? videlicet, quia de Sodoma ſermo cæptus eſt dicendo. Subuerti vos ſicut ſubuertit Deus Sodomam, & Gomorrham. Legimus aūt, vbi Sodoma ſubuerſa eſt, dixiſſe Dominum ad Loth. Gene. 19. Salua animā tuam, noli reſpicere tergum, ne ſtes in omni circa regione, ſed in monte ſaluum te fac, nè & tu ſimul pereas, &c. Igitur ad illā ſcripturā nos mitti arbitramur, dū in iſta poſtquam dictū eſt, ſubuerti vos ſicut ſubuertit Deus Sodomā, & Gomorrhā ſubiungitur. Præparare in occurſum Dei tui Iſrael, &c. Nimirum, quia in monte ſaluū te fac, ipſe hic dicitur formans montes: Subuertens nanq; gentem illā Iudaicam, ſicut ſubuertit Deus Sodomā, & Gomor-

Creauit.

morrhā, formauit Euangelicæ perfectionis mōtes. *Vbi apparet, nūquā Deū vna manu minari ſupplicia, & ſubuerſiones, quin alia oſtendat, & præparet refugia: & non minus iactare refugia, quàm ſupplicia olim aliquibus inſticta.*

XCVIII.

I*Dem, ibi, ſiſtens in hoc quod ſolummodo dicitur hic* Deus *creator montium, & venti: recurrens ad præcedentia verba, nempè*, Subuerti vos, ſicut ſubuertit Deus Sodomam, & Gomortham. *Ait alluſiſſe hic ad illum locum Gene.* 19. *quando euerſa Sodoma Deus iuſſit Loth vt ſe ſaluaret in mōte: & ait ſic*, Dixit Deus Loth homini declinanti à malo; Loth enim interpretatur, declinatio) & dixit (inquam) homini volenti declinare à malo Sodomæ, & Gomorrhæ ſaluum te fac, .i. fruere perfectione Euangelica, ita ut nè ſaltim vxorē quæras. Et ille quidem in illorū perſona, qui infirmi ſunt, myſtica nobis verba formauit dicens; non poſſum in monte ſaluari, q̄ eſt à nobis dici; non poſſumus Euangelica perfectione frui, nè fortè vramur, & melius eſt nubere quam vri. 1. Cor. 7 Verùntamen multi aſcenderunt in mōtes illos, quos iſte Dominus formauit, ideſt, apprehēderunt propoſitum Euāgelicæ, & Apoſtolicæ perfectionis, v3. neq; nubentes, neq; uſti, ſed in propoſito virginali, ita viuentes ſicut Angeli Dei. Mons primus, & maximus omniū montiū, quos in aduētu ſuo formauit iſte Dominus exercituū, Beata eſt Virgo Maria, de cuius carne carnem aſſumpſit Chriſtus. &c. Poſt iſtum montem alios montes in aduētu ſuo formauit idem Dn̄s Deus exercituū. ſ. Apoſtolos: quotū ad pfectionē quicunq; efficaciter tendit ſubuerſionis, qua illam Sodomam ſubuerſam eſſe conſtat, periculum magnificè euadit, ſimulq; & ſecurus eſt à tribulatione carnis, magnum habens refrigerium, qd̄ præſenti loco ſignificatur, dum præmiſſo, ecce formans montes, ſubiungitur, & creans ventum. Quid .n. per ventū loco præſenti delectabilins placet intelligi, quam bonam temperiem carnis continentis, velut auram dulciter ſpirantem in illis montibus ſanctis. *Vbi inter cætera apparet & Beatiſſimam* Virginem, *& Apoſtolos eſſe refugium declinantium à vitio luxuriæ: & in propoſito virginitatis eſſe etiam diuinitus tributam carnis temperiem, & refrigerationem; nam poſt aliqua ſic iterum ait:* Creans ventum, caſto eorum propoſito dulce præſtans refrigerium, vt nè ſaltē moleſtè inualeſcant aliquando carnis ardore vſq; ad tentationis impatientiam. Montes iſti nimirum ſancti, & pulchri ſunt, & poſſunt ſuis meritis his qui tentantur auxiliari. *Et quod tētati à vitio Sodomiæ, vel ad religiones, vel ad matrimonium (ſi quominus ſanctam virginitatis perfectionem ſeruare poſſunt) debent confugere.*

XCIX.

O*LEAST. Com. in Eſai. Ad illa verba cap.* 54. Ecce ego creaui fabrum ſufflantē in igne prunas, & proferentem vas in opus ſuum; & ego creaui interfectorem ad diſperdendum. Omne vas, qnod fictum eſt contra te, nō dirigetur, &c. *ad litteram ſic ait:* In mea poteſtate eſt creare fabrum, qui ſufflet prunas in igne ſeu ignem prunarum, & producentem inſtrumentum ad opus ſuū) & videtur eſſe ſermo de inſtrumentis bellicis. Et ſimiliter ego creaui ſuccidentem, vt diſperdat. Et quia in mea poteſtate eſt, vt bellicū inſtrumentum fiat, vel non fiat, faciam q̄ omne inſtrumentum ferreum fabricatum contra te, ſeu in tuam perniciem, non proficiat, ſeu non proſperetur. Similiter faciam, quod omnis lingua, quæ voluerit in iudicio tecum contendere, condemnetur à te. Ac ſi dicat: Ego produxi fabrum fabricantem gladium, aut bellicum inſtrumentū, & ēt produxi eum, qui gladio, vel tali inſtrumēto vtitur ad diſperdendum, & ideò in mea poteſtate eſt, vtrunq; impedire .ſ. fabricatorem, & vtentem. *Ad mores aūt ſic:* Sunt multa aduerſantia, quæ homines non poſſunt impedire, ſed qui omnia fabricat, & omnia pōt deſtruere, ēt ab ipſis fundamentis ea omnia euertit, & ſuccidit, q̄ contra te fabricātur. Fabricat faber enſem, malleum, & id genetis inſtrumenta, ad perdendū te, tu ignoras: ſed qui omnia nouit arma in te fabricata deſtruit, & in factorem conuertit. Et conſidera, quod quemadmodum in omni ſtatu pōt bona noſtra promouere, ita & mala aduerſantia impedire.

C.

A*RIAS Mont. Cōm. ibi ſic:* Ecce ego creaui fabrum, qui non ſolum hominem, ſed neq; fabrum ſe eſſe potuiſſe citra meam virtutem eligere poſſit. Nā à quo naturā ab eodem ingeniū accepit: ſpiritum item, & idoneum ad condiſcēdam artem, ſenſum, & mēbra, manuſq; ad opus

fa-

Creauit.

faciendum opportunos, induſtriam præterea ad ſingulorum operum, & inſtrumentorum paranda,& aptanda genera.

CI.

MICHAEL de Palacio Delucid.ibi ſic: Quaſi dixerit: Ego ipſe, qui permiſi hoſtiles in te ſæuire faciã, vt te exerceam in ſpirituali militia,ego ipſe præſidia tibi prouidi. Sermo vertitur ad Eccleſiam Ieſu Chriſti, qui vulnerat & ſanat,mortificat,& viuificat. Per fabrum igitur ſufflantem carbones principes, qui hoſtiles parabant contra Eccleſiam Catholicam, pugnas ſubaudi: per interfectorẽ verò patronos Eccleſiæ Angelos,cœteroſq; Principes,qui Eccleſiæ inſigni fuerunt præſidio: vt Conſtantinus Imperator fuit,qui ab iniurijs Eccleſiam primus eripuit infidelium. *Vnde perſecutores Eccleſiæ aduertant,quod eodemmet tempore,quo Deus eos ad exercitium armat aduerſus Eccleſiam: alios armat, qui illos deſtruant,& interficiant.*

CII.

DIONIS.Cart.Enar.ibi.Ad illud: Fabrum: *ſic* .i. diabolum mendaciorum fabricatorem. *Et ad illud:* Et proferentem vas: *ſic*: Ideſt tyrannum,ſeù perſecutorẽ Eccleſiæ, & maximè Antichriſtum,qui erit ipſius proprium inſtrumẽtũ, vaſq; ab ipſo omninò impletum atq; poſſeſſum. Hæc ſunt vaſa iræ apta in interitum, de quibus Rom.9.& 1.Tim.2 ſcribit Apoſt. *& ad vltima verba ſic*: Omne vas,quod fictum eſt contra te, .i. diabolica ſuggeſtione præparatum,ac probatum ad impugnandum te: Non dirigetur .i. bonum exitum non habebit, ſed ſua intentione fruſtrabitur: Chriſtus .n. Eccleſiã ſuã tuetur. Propter quod ſcriptum eſt 1.Pet.3. Quis eſt,qui vobis noceat,ſi boni æmulatores fueritis? Et alibi. Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.Rom.8.

CII.

SHIERON.Com.ibi ſic: Ego creaui fabrũ,&c. hoc eſt, diabolum omnium malorum artificẽ,non neceſſitate naturæ: ſed mentis arbitrio. Qui ſuſcitauit incendia,& proferret contra te vaſa. Quales fuerunt Simon,& Elimas magi Petro & Paulo Apoſtolis reſiſtentes. Ego creaui interfectorem eorum,qui increduli ſunt futuri. Non quo ego ſim cauſa perditionis eorum, ſed quo creatus aduerſarius ad pugnandum, & victis perditio, & victoribus cauſa ſit premiorum.

CIV.

HVGO Card. Poſtil. ibid. Ad ead. verba, ait ſic: Ego creaui fabrum,ideſt temptatorem diabolum: quaſi diceret: nè timeas eum, quia in poteſtate mea eſt. Sufflantem in igne prunas: .i. igneas prunas, .i. temptantẽ mentes iam à propria concupiſcentia ignitas. Diabolus.n. quemlibet temptat de illo vitio, ad quod ſit hominẽ magis pronum. Iob 12. Halitus eius prunas ardere facit,ideſt ſuggeſtione ſua mentes carnaliũ magis,ac magis accendit igne peccati. Vnde Pſ.57. Supercecidit ignis,& non viderunt Solẽ. Huius fabri folles ſunt omnes adulatores, detractores,lenones,& vetulæ mediatrices.

CV.

ARchiep.Tran. Alueres noſt.Com.ibi,ſic: Ratio autem,propter quam nos admonet,ſe eſſe creatorem omnium perſequentium nos, ſiuè ſit diabolus,ſiuè hæretici,ſiuè tyranni Principes,ſiuè reprobi,qui electis ſunt in Eccleſia permixti, ea eſt,nè paueamus ab eorũ potentia: ac ſi apertius dicat.Non te deijciat fortitudo diaboli,nec te moueat eius inuidia, non eſt,quod timeas ab eo,quoniam ipſe eſt creatura mea, ipſe in manu mea eſt,nec plus poterit nocere,quam ego permiſero.

CVI.

NICOL.de Lyra, Poſtil.ibid.ad verba, quæ ſequuntur: Et ego creaui interfectorem ad diſperdendum,*poſtquam primo dictum,& per fabrum intelligit Antichriſtum de interfectore loquẽs: ait*: Et ego creaui interfectorem ad diſperdendum,ideſt Michaelem Archangelum, cuius miniſterio de precepto Dñi Antichriſtus,& magna pars adhærentium ſibi interficientur. *Vbi apparet,diuina erga nos prouidentia: quia ſi creauit Antichriſtum,qui nos tentabit: ante creauit Michaelem, qui eum occidet.*

CVII.

HVGO Card.Poſtil.in Eſai. Ad illa verba cap.4. Et creauit Dominus ſuper omnem locum montis Syon,& vbi inuocatus eſt,nubẽ per diẽ, & fumum, & ſplendorem ignis flammantis in nocte: *ait ſic*, Ideſt creabit Dominus, quãdo hæc fient: ſuper oẽm locum montis Syon, ideſt in omni Eccleſia,quæ mons eſt in cõtemplatione, & eminentia vitæ. Et vbi inuocatus eſt, à fidelibus

Creauit.

bus adiutor in tribulationibus, conſiliarius in dubitatione, conſolator in deſolatione. Nubem per diem: ideſt obumbrationem ſpiritus in proſperis, nè eleuetur per elationem. Et fumum cōpunctionis: vnde emanant guttæ lachrymarum. Et ſplendorem ignis flammantis in nocte: ideſt conſolationem illuminantem in aduerſitate, ne deijciatur per deſperationem, aut puſillanimitatem. *Vbi apparet, Deum nolle Eccleſiam ſuam, neq; lætam in proſperis, neq; deiectam in aduerſis, & ſemper plorantem, compunctamq; eam deſiderare.*

CVIII.

GLO. *Moraliter ad hunc locum ait ſic:* Poſt pœnitentium conuerſionē hic ponit Propheta bonorum conſolationem dicens, Et creauit dominus, &c. ideſt Eccleſiæ militantis. Vbi inuocatum eſt nomen eius per officium ſolemne. Nubem per diem: ideſt Euchariſtię Sacramentum, quod dicitur nubes refrigerans concupiſcentiæ æſtum: & ignis flammans propter charitatis incendium, ideò dicitur amoris Sacramentum. Dicitur & fumus, .ſ. incenſorum, quia celebratur cum orationibus Sanctorum.

CIX.

LYRA *Poſtil. in Eſai. Ad illud cap. 40.* Dominus, qui creauit terminos terræ, non deficiet. *Addit ſic,* In opere gubernationis. *Vbi apparet, non fideliter Deum in Symbolo creatorem Cœli, & Terræ, & omnium confiteri, qui de omnium eius prouidentia, gubernationeq; diffidit.*

CX.

MICHAEL *de Palacio dilucidat. ibi, tenens idē, intelligenſq; per terminos terræ, vltima, minimaq; ac infima Orbis terrarum: ait:* Neq; indignū eſt diuino Numini, etiam viliſſima, & minutiſſima quæq; orbis non negligere. Etenim ſi non indignum duxit illa creare Deus, cur indignum illa curare decet? Siquidem, vt ſine creatione non ſubſiſterent, ita ſine gubernatione diuina non conſeruarentur. Imo Dei indigniſſimū eſſet res creare, & creatas non curare. Temere enim creaſſe illas videretur: nullus .n. accedit Deo labor in curandis, neq; maximis, neq; rebus minimis. *Vbi apparet, maximam iniuriam facere Deo creatori, qui de eo prouidente, gubernante, curanteq; dubitat.*

CXI.

HVGO *Card. Poſtil. ibi Moraliter ſic:* Terminos Eccleſiæ creauit Dominus, qui duo ſunt. Humilitas primus terminus, à quo incæpit Eccleſia: & gloria ſecundus, in quem cōſummatur. Vnde Luc. 8. Qui ſe humiliat exaltabitur.

CXII.

DIONIS. *Cart. Enarr. ibi coniungens ſequentia verba:* Neq; laborabit: *ſic commentatur:* Nō deficiet in cognoſcendo: Neq; laborabit in operando, ſeu omnia prouidentialiter diſpenſando. *Vbi apparet, illum Principem Deo magis aſſimilari, in quo (modo poſſibili) neq; in cognitione neceſſarij, neq; in prouidentia datur defectus? Aliqui enim, vel non cognoſcunt, vt prouideant; alij ſi cognoſcunt prouidere minimè volunt, aut valent.*

CXIII.

S. THO. *Com. ibi ſic:* Non deficiet, vt omnia nō poſſit, neq; laborabit, vt difficultet. Dan. 7. Poteſtas eius poteſtas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur. *Vbi apparet, non minorem defectum eſſe difficultari in executione operis, quam deficere in potentia.*

CXIV.

S. THO. *Com. in Eſai. Ad illa verba c. 40.* Leuate in celū oculos veſtros, & videte quis creauit hæc. Qui educit in numero militiam eorum, & omnes ex nomine vocat. Præ multitudine fortitudinis, & roboris, virtutiſq; eius, &c. *ait ſic;* Hic aſtruit contra deſperantes. Et primo aſtruit diuinam maieſtatem ex rerum creatione. Quis creauit, .ſ. cœleſtia. Pſ. 180. Ipſe dixit & factā ſunt, &c. Ex ſcientiæ perfectione. Qui educit, ad implendam ſuam voluntatem (in numero determinato ſua ſcientia (militiam eorum) ſcilicet cœlorum, ſtellas, vel Angelos (ex nomine) ideſt vnicuiq; propriam naturam, vnde nominari poſſit determinans. Pſ. 14. Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat. Ex dominij plenitudine (fortitudinis) ad impugnandum (roboris) ad reſiſtendum (virtutis) ad operandum. *Vbi apparet, moraliter, quænam in Principe debeant videre, ſubditi nè in anguſtijs deſperent. Maieſtatem, ſcientiam, & dominium, fortitudineq;. Debet eſſe maieſtoſus, ſapiens, & dominus. Vndè Chriſtus Dominus Apoſtolos ſuos, quos Principes creabat. Mat. 5. Fecit Sapientes dicēs:* Vos eſtis Sal terræ. *Maieſtoſos:* Vos eſtis lux mundi. *Fortes & Dominos:* Non poteſt Ciuitas abſcondi ſuper montem poſita.

Creauit.

CXV.

HVGO Card. *Poſtil. ibid. Ad prima prædicta ſententiæ verba: ait ſic:* Quæſtio hæc ducit ad Deum per aliorum remotionem. Cum .n. intuemur cœlum, & ſtellas, & oẽs creaturas: & videmus Deum nihil horum eſſe: quia creator ſemper excedit creaturã: ex hoc poſſumus colligere qđ Deus eſt ſuper oĩa, & à nullo. Vnde Sap. 13. A magnitudine ſpeciei, & creaturæ cognoſcibiliter, poterit creator horum videri. Et 2. Si tantum potuiſſent ſcire, vt poſſent æſtimare ſæculũ: quomodo Dominum huius non facilius inuenerunt? *Vbi apparet, nullos ſic inexcuſabiliores eſſe in Dei ignorantia, ac illi qui ſæculũ nimis æſtimare ſe iactant, & mundana.*

Ex Epiſtol. Apoſtol.

CXVI.

SATHAN. *Comm. in 1. Timot. 4. Ad illa verba:* Et cauteriſatam habentium ſuam conſcientiam, prohibentium nubere, abſtinere à cibis, quos Deus creauit: *ait ſic:* Nam ſi eorum vita purior eſſet, & conſcientia labe careret: nunquã quæ Deus benedicendo probaſſet, vituperarẽt. Qui tamen haud faciunt ſecus, ac ſolent, qui cũ laborant ſtomacho, eò cibum repudiant, quia noxios intus humores contineant. Quid igitur? Num ipſi nuptias prohibemus? Abſit. Quin potius eum ad cælibatũ hortamur, qui nuptias fugiat, eoq; & honorarior ſit. Haud ꝓpterea ignomioſæ ſunt nuptiæ: ſicut neq; ob id cõtemnetur argentum, quia maioris ſit ptetij aurum. Quod .n. honoratius eſt, honore illud excedit, quod ſit honoratum. & melior quiſpiam, quod bonũ eſt ſuperat bonitate, non malum. Qui põt itaq; habeat ſecũ virginitatis hoc aurum: qui minus, nuptiarum argentum excipiat. Abſtinere à cibis, quos Deus creauit, &c. Ideſt conſulentium fore à cibis abſtinẽdum. Quæret aliquis: Quid ergo? Nõne vel infidelibus ipſis in eſcam creauit hoc Deus? Ita quidem: hi tamen ab his ſeipſos coercent. Quid preterea? Nonne prohibetur & luxus? Admodum: haud tñ moderata cibi deſũptio. Nam vt modum hæc præfert: ſic luxus modũ excedit. Quin ẽt nec luxus ipſe tãquã impurus, & ſordidus prohibetur: ſed quia ſuo exceſſu animam perdat.

CXVII.

THEOPHILAT. *Enar. in Epiſt. Paul. Ad eadẽ verba, ait ſic:* Quid igitur? nonne delitiæ ſunt prohibitæ? Omninò, ſed non ipſa ſumptio, ſiuè participatio. Nam participatio mediocritatem habet, delitiæ verò, & luxus immoderationem. Quin ẽt ipſæ delitiæ non veluti immũdę ſunt prohibitę, verum quod animum per immoderatum vſum diſſoluant.

CXVIII.

S. THO. *Com. ibid. Ad eadem verba, ait ſic:* Cauterium eſt corruptio in carne per ignem, ex qua egreditur cõtinuè putredo. Ità ex igne peruerſæ voluntatis, iræ, odij, concupiſcentiæ vlceratur conſcientiã, & dæmoniorũ egreditur falſa doctrina: Titum .i. coinquinatę ſunt eorum mẽtes. *Addatur illud Lyræ Poſtil. ibi:* Cauteriatam .i. obſtinatam in ardore ſuæ malitiæ, & concupiſcentiæ. Etenim cauterium ferrum ignitum, quo vritur caro, & per duritiam ferri intelligitur obſtinatio in malo, & per eius igneitatem, ardor malignitatis, & concupiſcentiæ.

CXIX.

S. AMBR. *Com. ibi ſic:* Hi .n. & Chriſtum natũ negant, & nuptias prohibent, & abſtinendũ à cibis tradunt. Quorum cauteriatam dicit conſcientiam, hoc eſt ſimulatione corruptam, quia ſicut cauterium corium corrumpit, & notam infligit, ita & fallacia conſcientiam, quæ dolo maleuolentiæ aliud ſit, & aliud profitetur denotat ad perditionem. Iam .n. hos immutari negat vt ſaluentur, quia ſicut cauterium immutari nõ põt, ita nec eorum animus emendari. Nihil .n. peius ſimulatione. Tales .n. hi ſunt, quales, & Iudæi illi, qui intelligentes Chriſtum Dei virtute operari, in Belzebub hęc ab eo fieri dicebant, vt .n. fabricatorem hominis malè tractent, cũ natos ſe non doleant, nuptias tñ prohibẽtes, Chriſto carnem ſubtrahunt, & vt ad eius iniuriã proficiant, ab his, quæ vſibus noſtris inſtituit, abſtinendũ docent, vt per id, quod deſpiciuntur mala eſſe, & à malo authore inuecta videantur. *Vbi inter cætera apparet, impios bona opera falsè calumniari, non quod ipſa dedecorare intendant: ſed quatenus per illorũ deſpectum, authores quos clarè mordere non audent: per operum deſpectum in contemptum veniant.*

HV-

Creauit.

CXX.

HVGO Card. *Poſtil. ibid. Ad eadem verba: ait ſic:* In lege prohibita ſunt quædam animalia propter ſignificationem. Porcus .n. ſignificat luxuriã: & ſimiliter de alijs. Similiter propter pœnitentiã: quia .ſ. in animalibus peccauerant colendo ea: ideò & in animalibus puniti ſunt abſtinendo ab eis. Sap. 11. Per quæ peccat quis, per hęc, & torquetur. Itẽ in onus præcepit eis Dominus diſcretionem ciborum: vt talibus præceptis intenti: & preſſi onere obſeruationum non attenderent cultui idolorum. Item, quia voluptuoſi erant, & guloſi: ſicut dicitur Num. 11. Populus flagrauit deſiderio carnium, ſedens, & flens, &c.

CXXI.

S. IOAN. *Chryſ. Com. in Epiſt. Pauli: Ad eadẽ verba quærit duo. Primum, quare Apoſtolus Timotheo prædixerit hæreſes poſt longa tempora futuras? Secũdum, quare cum alia plurima, eſſent oriundæ in Eccleſia ſolum prædixit Manichæorum, qui non manducare carnẽ prohibituri erant, ex eo, quod creatas à diabolo credebant? Primo ſic reſpondet.* Noli igitur mirari, inquit, ſi modo, quando initium accepit fides, iſta quidem clam inferre conãtur perdita dogmata: quandoquidem longo poſt tempore cum firmiſſimis illa radicibus innixa fuerit, pleriq; à fide receſſuri ſunt. *Secundũ aũt ſic proponit.* Quid oro? Num alias quoq; hæreſes tacuit? Et ipſas profectò deſignauit, dicens: Spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum. Neq; .n. iã tunc iſta voluit humanis inſerere animis, ſed id tantũ aperuit, quod iam initium cœperat, abſtinere à cibis. *Vbi apparent duo: Primum, hæreſes non eſſe ſic mirãdas in neophitis, ſicut in veteribus Chriſtianis. Secundum, quod populis non ſunt prædicenda mala, (neq; etiam ratione cautelæ) & ſi præſciantur, niſi illa, quæ iam erumpere, & apparere cœperint: præcipuè fragilibus, & nouiter cõuerſis. Addatur, quod Theophilatus, prout Sanctes Pagni. Iſag. lib. 5. c. 3. ait ſic:* Nè illas in animos ſeminet hominum. *Aliquando ex pauca cautela prædicantium quædam vitia ſeminantur in cordibus audientium, dum crimina: ipſis incognita prædicantur eis.*

CXXII.

CAET. *Com. ibi ſic commentat.* Quoniam metaphoricus eſt ſermo, obſtinata horum conſcientia intelligi põt ad ſimilitudinem indelebilis notæ, quæ ex cauterio facta eſt in hominibus, ſeù iumentis. Vt ſignificetur conſcientiam horum cauterio diaboli penetratã eſſe, vt indelebiliter eandẽ retineant conſcientiam, vt nulla ſit ſpes emendationis eorum. Eſt .n. ſermo de hæreſiarchis, & de capitibus errorũ. Prohibẽtiũ nubere. Depictis magiſtris errorum deſcribũtur eorundem præcepta circa nuptias, & cibos. Et quoad nuptias dicitur: prohibentium nubere; quo ad cibos verò, abſtinere à cibis. Vtrunque præceptum dicitur eſſe Manichæorum. Quos Deus creauit. Contra præceptũ abſtinentiæ à cibis, affert Paulus rõnem ex inſtitutione diuina. *Vbi apparet, & de pœnitentia hæreſiarcharũ minimè vnquam fidendum: & quod diuina inſtitutio ratio formalis bonitatis vſus. Inſtituit Deus, ergo vti licitum eſt, niſi alia ſuper excellẽs ab eo ordinata conſtet, ſeu interueniat ratio, vt in nuptiarum vſu interuenit votũ caſtitatis, cælibatuſq; excellẽtia. Addatur quo ad primum illud Interlin. ibi:* Aduſtã igne malæ conſcientiæ, & ſigno mẽdacij aperti notabilẽ, vt omnes caueant. *Et illud glo. ibi:* Cauterium eſt ferrum à cauendo dictum.

CXXIII.

NICOL. *Gorran. Elucidat. ibi, ſic:* Cauteriatam .i. corruptam. Et hoc tam errore doctrinæ, quam macula culpę: quam igne cõcupiſcentiæ. Quia vt dicit Auguſt. Hæreticus, qui alicuius temporalis cõmodi, & maximè gloriæ principatus quam gratia: falſas, ac nouas opiniones, aut gignit, aut ſequitur. Iſti ſunt ſignati cauterio diaboli, Apocal. 13. Licet exterius in corpore portare videantur ſtigmata Ieſu Chriſti. Gal. vlt. Infœlices homines, qui habent errorẽ in intellectu, hęreſim in affectu, hypocriſim in effectu, mendacium in lingua, corruptelam in conſcientia. *Et poſt ſic:* Abſtinere à cibis, quaſi immundis, non tamen cauſa caſtigationis corporum, ſed vt videantur abſtinentes.

CXXIV.

IOAN. *Gagnaius Schol. ibi ſic:* Cauteriatam, &c. .i. corruptam, & igne concupiſcentiæ aduſtã, ſumpta metaphora à maleficis, quibus ferro cõdenti cutis inurebatur, in argumentum delicti, & infamiæ. At hęretici non cutem, ſed mentem infamia cauteriatam habent.

Creauit.

CXXV.

CLAVD. *Gulliand. Com. ibid. reſpondet cuidam dubio hinc inſurgenti, nimirū quid neceſsè erat dicere, hos cauteriatam habere conſcientiam, cum cauterij nota, vt maleficos cognoſcere faciat in corpore, parteq; viſibili poneretur: quibusnam notabantur iſti per cauteria intra in conſcientia impreſſa? ait .n. ſic:* Ideſt quibus conſcientia cauterio notata eſt. Nam ferro candenti notabantur malefici, ſtigmatibus impreſſis cuti. At iſti non corpus, ſed animum habent ſtigmaticū, ob vitæ dedecora, quorum ipſi ſibi conſcij ſunt. *Vbi apparet, non minorem erubeſcentiæ notā incurrere impios cum interius ſua facinora conſpiciunt, quam cum aliis per exteriores notas, eadem pateſiunt.*

CXXVI.

S. *ANSEL. Com. in Epiſt. ad Hæbre. Ad illa verba cap.* 3. Ille qui creauit omnia Deus eſt: *ait ſic:* Non ſolum creauit nos vt eſſemus, ſed ēt vt boni eſſemus, ſi iam boni ſumus. Quod ſi nec dum boni ſumus, rogandus eſt, vt qui nos fecit homines, faciat nos bonos.

CXXVII.

LYRA *Poſtil. ibi: aſſignans rationem, quare cū ex profeſſo Apoſtolus loqueretur de redēptionis myſterio, meminerit creationis: ait:* Eiuſdem aūt potētiæ eſt creare Mundum, & recreare homines p fidem, & gratiam: propter hoc dicitur Iacob. 1. Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis, vt ſimus initium aliquod creaturæ eius.

CXXVIII.

S. *AMBR. Com. in Epiſt. ad Colo. 1. ad illud:* Quoniam per ipſum in ipſo condita ſunt vniuerſa in cœlis, & in terra, viſibilia, & inuiſibilia, ſiuè Throni, ſiuè Dominationes, ſiuè Principatus, ſiuè Poteſtates: omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt, *aſſignans rationem, quare de Chriſto Domino loquens, hanc, eiuſdem potentiam oſtentauerit: ait:* Idcircò .n. omnipotentiā magnitudinis quanta ſit Chriſti, & quam infinita, ab initio declarauit, vt doceret in ipſo ſolo ſpem ponendam, quia ipſius ſunt omnia, & quia nihil ſine ipſo poteſt viuere, neq; in cœlis, neq; in terris. Ante omnes .n. eſt, & cuncta ipſi conſtant, quia in omnibus ipſe primatum tenet, vt ſi quis alicui elementorum, aut Angelorum, vel Poteſtatum deuotum ſe debere eſſe putet, errare ſe ſciat. *Vbi apparet, oſtentationem diuinæ potentiæ, non ad terrendos nos fieri, ſed ad alliciendos in amoremq; creatoris, potius quam creaturarum attrahendos.*

CXXIX.

S. *ATHANA. Comm. vbi ſup. poſita ſētiæ vltimæ coniungens ſequentem, nempè:* Et ipſe ante omnes, & omnia in ipſo conſtant: *ait,* Proindènè hunc miniſtrum fortè aliquem putes, & in ipsū, inquit; hoc eſt, in eū pendent vniuerſa. Nec ſolū hæc ipſe creauit, ſed eadem hæc continet: & ita vt ſi ab eius hæc prouidentia abducantur, pereant protinus neceſsè ſit. V*bi politicè apparet, Miniſtros etſi de mandato ſuperiorum facere aliqua prouidere tamen, vt facta conſeruentur, aſſiſtāt, cōtineanturq; minimè poſſe. Addatur, quod Lyra Poſtil. ibi ſic ait:* Et omnia in ipſo conſtanr, quia per ipſum omnia conſeruantur in eſſe: ſicut de nihilo creata ſunt, ſic in nihilo redigerentur: niſi per ipſum manutenerenrur. *Vbi moraliter, qui ſe factos, ſeù creatos à Deo, in quolibet genere viderint, attendant non minus indigere diuina ope, vt conſeruentur, quem fuit diuina potentia, vt crearentur.*

CXXX.

GLO. *ibi notans, non contentum dicere Apoſtolū, omnia per Chriſtū creata, ſed dicto:* per ipsū: *addiderit:* Et in ipſo creata ſunt: *ait:* Omnia ſunt in Chriſto: quem non excedunt, quia immenſus. *Vbi apparet, ſolum Chriſtum magnos ſine vllo ſui detrimenti pauore facere poſſe, qui vtiq; cum immēſus ſit, a nulla factura ſua excedi poteſt: homines verò aliquando magnos efficere poſſen, ſed multoties à facturis ſuis exceduntur: vndè cautè debent in huiuſmodi facturis procedere, vt quæ per ipſos, in ipſis ſemper .ſ. non ſe excedentes, ſubiecti permaneant.*

CXXXI.

LYRA *Poſtil. ibi, aliter ſic exponit:* Omnia per ipſum: ſupple: creata ſunt efficienter: Et in ipſo: ſuple: quieſcunt finaliter. *Et ante affert illud Prouerb.* 16. Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus.

CXXXII.

S. *IOAN. Chryſ. Hom. 3. ibi ſic,* Non ſolum ipſe ea ex nihilo adhoc, vt eſſent produxit, ſed & idem ipſe nunc quoq; ea conſeruat, ac tuetur, ita ut ſi ipſius cura deſtituerentur, mox perirenr, & corrumperentur. Sed non dixit, conſeruat, qđ craſſius fuiſſet, ſed quod ſubtilius eſt, nempè, ꝙ oīa in ipsū pendēt. Dūtaxat ad ipsū adnuere, & inclinari, ſatis eſt ad cōſeruādū, & cōſtringēdū.

S. HIER.

Digitized by Google

Creauit.

CXXXIII.

S *HIER.Com.in Epiſt. Ad illud Ephe.* 3. Mihi minimò omnium Sanctorũ datá eſt gratia hæc, in gentibus Euangelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti,& illuminare omnes, quæ ſit diſpẽſatio myſterij abſconditi in ſæculis in Deo, qui vniuerſa creauit:*ait:* Si inueſtigabiles diuitiæ Chriſti ſunt,quomodo Euangelizantur in populo? Si abſconditum eſt à ſæculis myſterium in Deo, qua ratione per Paulũ profertur in gentes? Sed inueſtigabile,& abſconditum dupliciter ſentiẽdum. Quod inueſtigabiles ante diuitiæ fuerint, & nunc apertę ſint poſt Domini paſſionẽ. Aut certè,q̃ natura ſua homini inueſtigabiles erant, hæ Deo reuelãte,ſunt cognitæ.Quia aliud eſt ad ſecretũ curioſitate propria peruenire, quod poſtquam inuentum fuerit: deſinit eſſe inueſtigabile: Aliud propria diligentia illud nequaquã poſſe comprehendere, ſed per gratiam cognoſcere Dei:quod cum ſcieris, & cœteris quoque oſtenderis, nihilominus inueſtigabile perſeuerat,dum tibi quantum in te eſt,fuit,antequã oſtenderetur occultum. Diuitias Chriſti ininueſtigabiles,ad ipſum quoq; Chriſtum loquens Pſ. 30. teſtatur dicens: Quam infinita multitudo bonitatis tuæ, quàm abſcondiſti timentibus te?Hę bonitatis eius diuitię ab omnibus retro ſeculis abſconditæ fuerunt in Deo, qui creator eſt omnium.*Vbi apparet, res diuinas,neq; inueſtigatione,neq;inuentione,neq;ſcientia,& prædicatione ineffabilitatem perdere. Non ſic terrena.*

CXXXIV.

CAET.*Com.ibi ſic:* Myſterium abſconditum à ſæculis in Deo,eſt arcanum efficiendorũ tali, & tali tempore in Eccleſiaſticis. Quod abſconditum deſcribitur à ſæculis in Deo, etiam poſtquam omnia creauit. Manifeſtat Paulus, q̃d quamuis Deus creauerit omnia, ac per hoc manifeſtauerit rerum omniũ rõnes Angelis, & naturas rerum intelligẽdas porrexerit hominibus, reſeruauit tamen in arcano ſuo notitiam certis temporibus agendorum,de quibus Chriſtus dixit:Non eſt veſtrum noſſe tempora,vel momẽta,quæ Pater poſuit in ſua poteſtate. Sed aduerte,quod non dicit, & illuminare omnes, q̃d ſit myſterium,ſed dicit, quæ ſit diſpenſatio myſterj abſcõditi.Non .n. manifeſtauit Paulus,quę latent in illo myſterio: ſed diſpenſationem(hoc eſt executionem ordinatam)illius myſterij,quæ ſit. Declarauit ſiquidem,quod vocatio gentium in vnitate Eccleſiæ ex Iudæis, & gẽtibus,eſt,nõ de numero eorum,quæ Deus manifeſtauit, ſed eſt executio myſterij reſeruati in arcano Dei.Et ſic de ſimilibus ſpectantibus ad executiones, q̃ fiunt in Eccleſia Chriſti manifeſtatis per Paulũ intellige.*Vbi apparet,inutiliter nos admirari,quare tot regna infidelium vſq; modo non ad fidem cõuerſa ſint, & quare non antea, quæ nunc nouiter eã recipiunt. Hoc .n. à nobis abſconditum eſſe voluit Deus,& in ſe abſconditum.*

CXXXV.

S *HIERO.Com.in Epiſt. ad illud Ephe.* 2. Ipſius ſumus factura creati in Chriſto:*ait,* Quia creationis, & conditionis nomen ad magna ſemper ſolet opera copulari; verbi cauſa, illa vrbs condita eſt,& ab initio creatus eſt mundus,& vnuſquiſq; Sanctorum per varia dogmata,atq; virtutes in ſemetipſo Mundus eſt totus, propterea nunc creati in Chriſto,dicimur & creati in operibus bonis. *Vbi apparet,quemlibet iuſtum in diuina æſtimatione,tantum quantum totus Mundus: & quod nemini eſſe condecorum,aut proprium, de rebus minimè entitatis ſe authorem,fundatorẽ,creatoremq; iactare.Fũdare enim & creare,ad res magnas dicit reſpectum.*

CXXXVI.

S *ATHAN.Com.ibi coniungens totam ſententiã: nempè:* Creati in Chriſto *Ieſu* in operibus bonis,quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus;*ait,*Es nanq; in Chriſto creatus, & in nouũ es opus,ſublato à te per baptiſmum, veteri homine,iam morte adfectus:innouamq; es immutatus facturam.Et quemadmodum ex nihilo adeſſe aliquid creauit te Deus: ſic nunc ad benè eſſe prouexit. Conditus præterea es,& creatus, nõ vt ocio vaces & torpeas:ſed vt aliquid agas, & in bonis operibus ambules. Hoc eſt,vt omnẽ vitæ huius ſemitã in bonis huiuſmodi tranſigas. *N*ec ad ſecundum, tertiumuè annũ id agas velim:ſed quandiù hæc tibi ſuppetit vita.Id enim pretendit cum dicit: Ambulemus. *Addatur explanatio Lyræ Poſtil.ibi,*Vt in illis ambulemus de virtute in virtutem ad beatitudinẽ conſequẽdã.

CXXXVII.

NICOL.*Gorran.vbi ſup.ad eadem verba: aſſignans rationem, quare cum Apoſtolus de re-* cre-

*creatione, ſeu myſterio reparationis ageret, creationis operis meminerit:ait,*Et quia creauit. Etiam recreare potuit.

CXXXVIII.

S. IOAN.*Chryſ.Homil.4.ibi ſic*:Obſerua Apoſtolum quid dicat.Regenerationem hic ſubindicat.Reuera quippè alia creatio eſt. Ex eo, qđ non eſt,ad hoc vt ſimus producti ſumus. Quod primum eramus,emortuum eſt:vetus, videlicet, homo.Quod prius non eramus facti ſumus. Igitur creatio eſt iſta, alteraq; præstiοſior. Nam ex illa quidem,quod viuimus: ex iſta vero ꝙ benè viuimus contigit.Ad opera bona, quæ præparauit Deus,vt in eis ambularemus. Non vt exordiamur dumtaxat,ſed vt ambulemus. Perſeueranti quippè nobis virtute,& quæ ad mortem vſq;noſtram extendatur,opus eſt. Neq;enim, ſi quando res ita poſtulauerit vt in vrbem regiam ferens obeũda ſit via,deindè maiore illius parte confecta,circa finẽ pigreſcentes deſideamus, ipſa vtiq; nos ſpes adiuuat.Ad opera .n. bona, inquit. Nihil itaq; nobis res ipſa,niſi ad hunc modum ambulauerimus proficiet.

CXXXIX.

IDem *ibi moraliter,ſic proſequitur*:Ita ſanè & hic, non vt vnum dumtaxat, ſed vt omnia operemur præcipit. Nam quemadmodum quinq; nobis ſenſus ſunt, quibus omnibus pro rerum exigentia vti oportet, ita & omnibus vtendum eſt virtutibus. Quod ſi quis modeſtus quidem, immitis tamen iuxta fuerit, aut miſericors quidẽ, at ſimul inuaſor rerum alienarum, aut ſi rebus alienis quidem abſtinuerit, ſua verò egenis non dederit,omnia fruſtrà erunt.Neq;enim ſufficiet ad hoc vt cum fiducia ad Tribunal Chriſti ſiſtamur,ſi vna dumtaxat ſit virtus, ſed multis opus eſt,& varijs omnigenis, inquã, atq; prorſus vniuerſis. *Afferens autem inter cœtera illud Math.5.* Si quis ſoluerit vnum de mãdatis iſtis minimis, &c.*Sic progreditur*: Vnum,inquit,ſi ſoluerit,minimus vocabitur. Itaq; omnibus opus habemus. Et vide quomodo non poterimus ſola eleemoſyna ingredi,ſed illa ſola neglecta in ignem abituri ſumus. Abite ſiquidem,inquit,maledicti in ignem æternum,&c.Qua quæſo rõne?Quoniam eſuriui,&c. Vide quomodo propter hoc vnum perdantur,qui nullius præterea culpæ arguſitur. Et Virgines illę hoc ſolo nomine è nuptijs reiectæ ſunt: quanquàm caſtimoniam habuerint, ac ſanctimoniã vitæ, ſine qua, quemadmodũ Paulus dicit,nemo Dominum videbit. Conſidera itaq; quod ſine caſtimonia quidem vitæ,Dominum videre non liceat, non tamen omninò cũ illa,ſi ſola fuerit,videri queat.

CXL.

CAET.*Com.ibi ſic*:Creati in Chriſto Ieſu:ad differentiã creationis in eſſe naturæ.Hæc ſiquidẽ eſt rõ, quare ea ex quibus ſumus ſaluati ſunt Dei:quia vt Chriſtiani,ſumus creati factura Dei,tanquam ex nihilo producti in tali eſſe. *Addatur illud Auguſtini, prout in Gloſ.ibi*, Creati:nõ ea creatione,qua homines facti ſumus.Sed ea, de qua ille dicebat (qui iam vtiq; homo erat:) Cor mundum crea in me Deus.

CXLI.

NICOL.*Gorran. Elucidatiua Poſtil. ibi ſic*: Et notandum,quod ponitur hic creati,pro, recreati: quia ſicut in creatione de nihilo in natura fit aliquid.Ita in recreatione de nihilo in genere moris:fit aliquid:quia ſecundum Auguſ. Peccatum nihil eſt: & nihil homines fiunt cum peccant.Ideò Pſ.Emitte ſpiritum tuum,& creabuntur.

CXLII.

BEDA *Com.ibi, notans, non dici nos creatos ex operibus,ſed in operibus bonis ait*: Audi & intellige, non ex operibus dictum tãquam tuis ex te ipſo tibi exiſtentibus,ſed tanquam his,in quibus finxit,.i. formauit,& creauit,hoc n. ait.*Ipſius ſumus figmentum creati in Chriſto Ieſu in* operibus bonis,non illa creatione,qua homines facti ſumus,ſed ea,de qua ille dicebat,qui vtiq; iam homo erat.Pſ.50.Cor mundum crea in me Deus.Et de qua dicit Apoſt. Si qua igitur in in Chriſto noua creatura,vetera tranſierũt,ecce facta ſunt noua.Omnia aũt ex Deo.Fingimur ergo.i. formamur & creamur in operibus bonis, quę nõ pręparauimus nos,ſed pręparauit Deus, vt in illis ambulemus. Scriptũ eſt,quia ſumpſit Deus limum de terra,& formauit hominẽ. Antequã homo eſſes, limus eras, antequam limus eſſes,nihil eras. Sed non de iſto ſolo figmento gratias agas artifici tuo. Audi aliud figmentum vbi te fecit,&c. *Vbi cõuerſi ad fidem bona,in quibus exercitantur opera, à Deo parata,non à ſe quæſita eſſe intelligant. Addatur illud Petri Lombardi*

Creauit.

Com.ibi: Præparauit, antequam ad ea ſurgere poſſitis.

CXLIII.

NICOL. *Gorran. vbi ſup. ſic*, Hoc legitur tripliciter ſecundum Gloſ. Primo modo vt notetur primo beneficium creationis. Quia ipſius factura. Secundo, iuſtificationis: Quia creati in Chriſto. Tertiò prædeſtinationis ibi: Quæ præparauit. *Et poſt ſic:* Et non ſolum in fide, ſed etiã in operibus bonis. Quia fides ſine operibus, mortua eſt. Iacob. 2.

CXLIV.

IACOB. *Naclant. Clugienſ. Epiſc. Enarr. ibi primã partem, nempè*, Ipſius .n. ſumus factura. *de Iudæis intelligens, ait:* Licet à Domino omnia facta ſint, Iſraeliticus tamen populus, veluti peculiari opificio factus eſt: quippè qui, ſingulari diligentia inſtructus fuit ab eo in lege, & mandatis: in cultibus & ſacrificijs, atq; alijs præclariſſimis inſtitutionibus, doctrinis, oraculis, & continuis ſacramentis: vt quidem non temere gloriatus ſit Moyſes, non eſſe ſub cœlo aliam nationem tam grandem, quæ Deos habeat ita appropinquãtes ſibi, ſicut illi propinquus erat Deus, Deut. 4. Ergo iure alius Propheta clamabat; Verè tu fictor eſt, & opus manuum tuarum omnes nos ſumus. *Vbi apparet, illos proprius dici opera Dei, quos inter cæteros magis erudierit, & in lege ſua docuerit eos. Ad ſecundã verò partem eiuſdẽ ſententiæ ait:* Quod autem ſubditur, Creati in Chriſto, in operibus bonis, &c. Illis, & rectè videtur congruere, quãdoquidem à Deo creati non fuerunt ad otium, ſed ad operationes: non quidem vanas, ſed ex ſuo genere bonas, quoniam ad operationes legis; cuius mandatum ſanctum, & iuſtum, & bonũ. Non quidem vt in illis ſisterent, ſed vt in illis ambularent; & in Chriſto fidei greſſum figerent. Vt in illo velut ſupra firmã petrã ædificati, nullis aduerſitatis pcellis poſſent demoueri ab eo.

Ex Apocal.

CXLV.

ABB. *Ioachim Expoſit. in Apocal. c. 4. p. 2. tex. 3. Ad illa verba:* Mittẽtes coronas ante thronum dicentes: Dignus es Dñe Deus noſter accipere gloriã & honorẽ: & benedictionẽ & virtutẽ: quia tu creaſti oĩa, & pp volũtatẽ tuã facta ſunt: *ait ſic:* Non extollunt ſemetipſos tanquã ex debito accepturi mercedem: nec ſe merito ſuo: gloria & honore coronatos exiſtimãt, aut laude dignos: ſed totũ Deo attribuunt, per quẽ & oĩa facta ſunt. Hoc eſt .n. illud, ꝙ ex voce veritatis didicerant. Cũ feceritis oẽm iuſtitiã: dicite: ſerui inutiles ſumus. Quo contra illi ad pedes Dñi coronas ponere renuunt. qui ſibi attribuunt: quod iuſti ſunt, & ob hoc: non ipſi Deo laudes, & gratias referunt de acceptis muneribus; ſed magis ipſi mercedem operum, ac ſi ex iure debiti pro bono naturali expectant. Porrò viri ſancti non ſic: ſed omnia (inquiunt) opera noſtra operatus es in nobis: Eſai. 16.

CXLVI.

HVGO *Card. Poſtil. ibid. Ad ead. verba, ait ſic:* Et nota modũ humiliandi, ꝙ in quatuor cõſiſtit. Primò, vt ante Deũ procidamus, reuerẽdo: & adoremus, ipſi ſeruiendo; & mittamus coronas, bona oĩa, ꝗ in nobis ſunt ipſi reputãdo: tandem gratiã referamus laudãtes, noſtrã fragilitatẽ cognoſcendo. Et hæc expreſſa ſunt per quatuor, ꝗ hic dicta ſunt .ſ. Procidebant, & adorabãt, mittebant dicẽtes, dignus es Dñe, &c. Cauſã aũt oĩum pdictorũ ſubiũgit dicẽs: Quia tu creaſti oĩa dignus es .ſ. ab oĩbus laudari. Iudith. 9. Dominus totius creaturæ.

CXLVII.

RVPER. ABB. *Comment. in Apocal. Ad eadem verba: ait ſic:* Mittunt ergò antè thronum coronas ſuas, ideſt quicquid virtutis, quicquid habent dignitatis, Deo cũ gratiarũ actione offerũnt dicentes: Dignus es Dñe Deus noſter accipere gloriã, & honorẽ, & virtutẽ, quia tu creaſti oĩa, & pp voluntatẽ tuã erant, & creata ſunt. Cõparetur dignitas quorumlibet Sanctorũ, vel iuſtorum, comparentur dignitates, vel merita ſeniorũ, dignitati, vel operi, ſiuè meritò huius antiqui dierũ; dignitates vel merita illorũ ꝗd ſũt? Ille .n. creauit oĩa, & pp voluntatẽ eius erũt, & creata ſunt. *Et poſt aliqua, iterũ ſic,* Quis ergò ſeniorũ iſtorũ ſapientũ tantã dignitatẽ conſiderãs iudicet ſe ſe eſſe dignum? Sic ab oculis eorum reſpectu dignitatis illius, oẽs ſuæ dignitates diſparẽt, quomodo in præſentia Solis ſup terram oẽs ſtellæ tegũtur, & nõ parẽt. Tu ergo, inquiũt, Dñe Deus noſter, tu ſolus dignus es accipere gloriã, & honorẽ, & virtutem. Gloriã v3. quia de ni-

Creauit.

nihilo à te creata ſunt: honorẽ, qa propter volũtatẽ tuã ꝑ generationũ ſucceſſiones erãt: virtutẽ quia ꝑ ſpiritũ tuũ ſecũda creatione creata sũt. Ergo non nobis: ſed nomini tuo da gloriam.

CXLVIII.

ANDR. *Caſ. Cappad. Epiſ. Com. ibi ſic:* Tu, inqt, Dñe, victriciũ coronarum auctor, & largitor extitiſti. Quamobrẽ ab vniuerſa creatura gloria, & gratiarũ actio iure, meritoq; tibi debetur. *Vbi apparet, Deũ magis gloriari de coronis, quas per victorias vincentibus exhibet, quã de naturalibus, quæ à natura hæreditario iure proueniunt.*

CXLIX.

CAEL. *Pannon. Collect. ibi ſic:* Dũ aũt coronas vigintiquatuormitterẽt dicebãt. Dignus es Dñe Deus noſter accipere gloriã, & honorẽ, & virtutẽ. Gloriã, inquã, noſtrorũ bonorũ actuum, quũ oĩa tu opatus ſis in nobis. Honorẽ dominij ſup oĩa, & virtutẽ .i. pỗtiã, qa tibi ſubijcies oĩa. Obſerua. Gloriã Chriſtus accepit, quando tertiã die reſurrexit à mortuis: honorẽ, quãdo quadrageſimo reſurrectionis die eleuatus eſt ad dexterã paternæ maieſtatis: virtutẽ, quãdo oĩa ſubiecta ſunt ei, ſicut ipſe teſtatur: Data eſt, inq̃t, mihi oĩs pỗtas in cœlo, & in terra, Mat. 28. Qđ verò in ſequẽtibus dicitur: Quia tu creaſti, &c. rõ planè redditur, quare dignus ſit accipere gloriã, &c. Ac ſi dicant: Idcircò cũcta tibi, q̃ à tuis gerũtur, adſcribenda ſunt: quia vt eſſe poſſent, & ea, quæ tua ſunt agere, & à te acceperunt.

CL.

GLO. *ibi ſic:* Creaſti omnia: Ideò ad te referenda: quia omnia à te habent initium. *Addatur, quod Enar. ibi ait Dioniſ. Cartuſ.* Itaque quoniam omnia profluxerunt à Deo, omnia ad Deum ſunt referenda, vt vndè exeunt flumina, reuertantur. Et de omnibus, atq; in omnibus exhibenda ſunt Deo, honor, gloria, & virtus, tanquam principio, & fini abſolutè perfecto.

CLI.

LYRA *Poſtil. ibi coniungens totam ſententiam, nempè:* Quia tu creaſti omnia: & propter voluntatem tuam erant, & creata ſunt: *ait ſic:* Quia tu creaſti omnia: de nihilo producendo. Et propter voluntatem tuam erant .i. diſpoſitione tua ab æterno antequam crearentur: ſicut domus materialis antequam ſit in effectu præexiſtit in diſpoſitione artificis: & ſecundum hoc dicitur 7. metaph. quod domus in materia fit à domo, quæ eſt in anima. Omnia verò creata ſe habent ad Deum ſicut artificialia ad artificem: Sap. 8. Omnium enim eſt artifex omnem habẽs virtutem, &c. Et creata ſunt .i. producta in effectu in tempore: & hoc ex diuina voluntate: non ex naturæ neceſſitate. *Vbi apparent duo: Primũ, quod res ſuum eſſe incipiunt habere à firma diſpoſitione, qua fieri diſponuntur. Secundum, quod à Deo nihil neceſſariò naturæ neceſſitate procedit: ſed ſemper voluntariè, vndè ſemper eſt exorandus vt velit miſericorditer fieri, etiam quæ fieri diſpoſuit, aut promiſit. Addatur, quod Dioniſ. Cart. Enar. ibi ai:* Liberè, non per modum naturalis emanationis, vel de neceſſitate naturæ, ſicut radius procedit à Sole. Imò potius eo modo, quo dona procedũt à dante, & artificialia ab artifice. Propter quod dicit Apoſtol. Ephe. 1. Deus operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ. *Vndè non mirum, ſi quotidiè, miſerè, quãplurimi obſcuros, frigidoſq; ſe ſentiant, aut doleant (ſi dolent) eodemmet tempore, & loco, quo alij illuminantur, & caleſiunt ab illo verò iuſtitiæ Sole: voluntariè enim, & non neceſſariò illuminat,* Tanquam ſponſus procedẽs de thalamo ſuo.

CLII.

S. THO. *Com. ibi aliam aſſignat rationem, quare hic Vniuerſum dicatur, quod erat antequã crearetur: ait enim ſic:* Nè crederet aliquis, quod ſubitò, & ex improuiſo creaſſet omnia Deus. *Vbi habetur documentum, nè tantum de magnis operibus iactandos nos eſſe: quantum de antea facta præuiſione, & iudicio in faciendis.*

CLIII.

DION. *Cart. Enar. ibi ſic,* Vel ſic Propter voluntatem tuam, per complacentiam fuerunt æternaliter, quantum adeſſe ideale, in increata tua arte, ac diſpoſitione. *Vbi apparet, quãtum Deo debeamus, à quo non ſolum ingentia accepimus beneficia, ſed cum maxima benefacientis cõplacentia diſpoſita. Homines enim multa nobis exhibent: quæ cum maxima ſui diſplicentia diſponunt, Dauid non ſolum poſtulabat erui: ſed complacentia ipſius liberatoris.* Complaceat tibi Domine, vt eruas me.

CLIV.

INTERLIN. *ibi aliter exponit illud:* Erant: *ait enim ſic:* In arte, in ſapientia Dei viuebant.

Gloſ.

Creauit.

Gloſ. autem ſic: Propter voluntatem tuam erant, & creata ſunt. Et non de ſubito: ſed quod factũ eſt; in ipſo vita erat. *Et poſt ſic:* Erãt in arte, prius quam formarentur in opere. *Vnde infertur, non eſſe nimis gratificanda beneficia, quæ de ſubito fiũt, arguunt enim, inuoluntarium: & Principes habent documentũ, nè quid exeat in opere, quin prius fiat in arte.*

CLV.

HVGO *Card. Poſtil. ibi, ad illud cap. 10.* Et Angelus quem vidi ſtantem ſupra mare, &c. Leuauit manum ſuam ad Cœlum, & iurauit per viuentem in ſæcula ſeculorum, qui creauit Cœlum, & terram, &c. *Reſpondet cuidam inde inſurgenti dubio, nempè ad quid cum Angelus beneficia quamplurima facienda Eccleſiæ futuris temporibus, iuraret, meminerit creationis beneficij, ait enim ſic:* Quæ ſi ita promiſit, & potens eſt promiſſa complere: quia maiora fecit. Qui .i. quia ipſe creauit Cœlum Empyreum. *Vbi apparet, diuinorum mirabilium oſtentationem, fieri ad ſtabilitatem fidei noſtræ in promiſſis à Deo nobis factis, ſine heſitatione expectandis.*

CLVI.

RVPERT. *Ab. Com. ibi: intelligens per iſtum Angelum, Chriſtum Dominum, ait:* Quod ipſe eſſet ille viuens, per quem iuraret, quod ita iurando per ſemetipſum iuraret, ipſo eiuſdem ſtantis habitu ſubintelligi promptum eſt. Sic nanq; ſtabat vt contingeret tria hæc, ipſum ſe eſſe ſignificans, qui omnia contineret. Dextrum nanq; pedem ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram poſuerat, & in cœlum, quod horum tertium, vel primum eſt, manum ſuam leuauerat. Qui ergo creauit hæc, qui manu ſua, & pedibus ſuis .i. omnipotentia ſua, continet hęc, certum eſt, quia quod iurauit in hæc verba, quæ dixit, adimplere poteſt. Quid enim iurat? Quia tempus amplius non erit, ſed in diebus vocis ſeptimi Angeli, cum cœperit tuba canere, conſummabitur myſterium Dei. Tempora quippè circa vel intra cœlum, terram, & mare, & ea, quæ in eis ſunt, variantur, ſibiq; decedendo ſuccedunt, ac perindè, qui illa creauit, ſine dubio tempora quoq; illorum præfixit, eademq; finire potens eſt cum voluerit.

CLVII.

AND. CESAR. *Cappad. Epiſc. Com. ibi ſic*: Cum Deus nullum ſe maiorem habeat, per quẽ iurare poſſit: per ſemetipſum iurare ſolitus eſt. Angeli autem tanquam res creatæ, per creatorem iurant ea, quæ dicunt, propter noſtram diffidentiam, & incredulitatem, cœleſtis numinis atteſtatione confirmant. *Vbi apparet, iuramentum factum à perſona illuſtri, homini humili, & vili, non innuere obligationem ligantem promittentem (cum in talibus ſimplex verbum ſufficiat) ſed diffidentiã in illis, quibus promiſſio fit.*

CLVIII.

COELIVS *Pannon. vbi ſup. ſic:* Sed quæro, cùm Dominus iurare prohibeat in Euangelio, dicens: Nolite iurare, neq; per cęlum, neq; per terram; Quid eſt: ipſe manum ad cœlum leuans iurat per viuentem in ſæcula ſæculorum? Sciendum ergo, quod homines iurare prohibentur, quia in iuramento ſæpè falluntur. Neq; enim Deus à iuramento prohibuiſſet, niſi peccatum cognouiſſet. Deus autem, qui falli non poteſt: iurare poteſt.

Finis Tertij Text.

Digitized by Google

Deus.

I.

SAMBROS.1.Hexam.3.ſic: Miraris opus, quæris operatorem. Quis principium tanto operi dederit, quis tàm citò id fecerit; ſubiecit ſtatim dicens: Quia Deus fecit. Audiſti authorem, dubitare nō debes: *Et poſt ſic:* Non mirum ergo, ſi Deus, qui eſt ſine initio, initium omnibus dedit, vt quæ non erant, eſſe reciperent. Non mirum, ſi Deus, qui omnia ſua virtute continet, & incomprenſibili maieſtate vniuerſa complectitur, fecit hæc, quæ videntur, cum etiam illa fecerit, quæ nō videntur. *Vbi inſtruimur, vt in Dei mirabilibus ad authorem recurramus, ſi omnes dubietatis inquietudines volumus euadere.*

II.

S. BASIL.Hexam.Homil.1. *Aſſignans rationem, quare Moyſes ſtatim à principio narrationis admirabilis Vniuerſi creationis præpoſuerit, Deum eiuſmodi creatorem: ait,* Hic itaq; Mundus, ſortitus cùm ſit principium, quippè, qui olim conditus: relinquitur iam tibi quęrendum, à quo principium ſit ſortitus, quis tātæ molis fuerit opifex. Verius vt nè, ſi humana ratiocinatione nitens, ſingula exactius pergas exquirere, longius degradiare, & aberres à via veritatis, anteuertit nos Moſes ſua doctrina hoc tueri, ac communire, quando illud multò omnium precioſiſſimum nomen Dei adiecit, quaſi ſigillo quopiam aĩas noſtras conſignaret, aut certè eas aduerſus, cuiuſcunq; tandē erroris venena præmuniret, præſeruatorio, aut tutelari quodam amuletò, idque dum dixit: In principio fecit Deus. Natura planè beata Deus, exuberantiſſimè abundans, ac loculenta bonitas, cuiq; rationis capaci mirè amabilis pulchritudo, flagrantibus votis, & ex extuanti deſiderio, nulli nō expetenda, omniũ, quæ ſunt primiceria origo, fons vitæ, ſpiritualis omnis intelligentiæ lux, ſapientia in attingibilis, nec vlli peruia mortalium. Hic, inquam, ille eſt, qui Cœlum, & Terram creauit, idq; in principio.

III.

FEVARDENTIVS *Annot.in lib.4.cap.37. Diui Irenæi aduerſus hæreſes: aſſignans rationem, quare Moyſes ſimul cum narratione creationis huius Vniuerſi, nobis notitiā Dei inculcauerit, ait:* Deus natura quidem incomprehenſibilis, operibus tū oſtendit ſe vnicum huius mundi Deum, ac Dominum: quippè qui illum non mediantibus Angelis, ſed per vnigenitum Filium ſuum, atq; S.S. condiderat. *Vbi moraliter, Principes, qui ſe Deos terræ iactant, ſe magis oſtendant, cognitionemq; ſui facere intendant, operum demōſtratione, quam verborum multiplicatione: & tanto magis eorum excellentia apparebit, quanto minus ſubditorum ope, & exactione egregia operati fuerint opera.*

IV.

RVPER.Ab.Prolog.in Gene.S.1. *Quærit, quare Moyſes illi rudi populo primam Dei notitiam ſcribens, illam inuolutam in rerum diuerſarum hiſtoriarum tradiderit: quod minimè Euangeliſtæ fecerunt, & Apoſtoli, qui clarè abſque vllo velamine Deitatem Chriſti Domini prædicauerunt? Reſpondet autem ſic:* Facies Moyſis cū vbiq; ex collocutione Dei ſplendida ſit, & idcirco figuratĩuis tum vocibus ſenſum ſuum (qui per faciem intelligitur) velare oportuerit; tum verò in creatione Mundi tanti ſplendoris eſt, quantum ferre nequaquam potuiſſent vniuerſi filij Iſrael, niſi illum groſſiori textu litteræ, quaſi pannis infantiæ deuoluiſſet. *Et paulò poſt, recitatis aliquibus ſupernis, diuiniſq; miſterijs, quæ Euangeliſtæ, ac Apoſtoli clarè prædicauerunt: ait,* Hæc ſine dubio, ſi abſq; velamine palam omnibus ſcripſiſſet, ſicut nunc vbiq; in toto orbe prædicatū eſt, ex quò iam glorificato Ieſu, & Spiritu dato reuelata facie gloriam Domini ſpeculari licet, profectò nimis cornutam faciem, nimium Dei ſplendorem impatientibus lipporū oculis obieciſſet. At ille velamē talis litteræ, ſuæ faciei prudenter oppandit. *Vbi Prædicatores habent documentum nè diuina myſteria ita pandant neophitis, ac rudibus, ſicut & iam adultis, & doctis in fide. Habet diuinum eloquium ſuam infantiam, quæ niſi obuoluatur pannis, ſine dubio in cordibus rudium morietur.*

V.

S. AMBR.1.Hexam.2. *Aduertens Moyſem diuerſè, ac alij prophani hiſtoriatores, quæ de mundi opificio ſcribentes, nihil de auctore dicto, toti ſe conurrerunt ad diſputationem materiæ, de qua creatus, & formatus fuerat: ait:* Non ille vt attomorum concurſione Mundus coiret, ſerum, atq; ocioſum expectauit negotium: neq; diſciplinam quandam materiæ, quam contemplando mundum

dum

Digitized by Google

Deus.

dum poſſit efficere: ſed authorem Deum exprimendum putauit. *Vbi apparet, in diuinis operibus prædicandis inaniter in materiæ ſubſtantiæ inueſtigatione immorari: cum adhoc vt facta probētur ſufficiat Deum authorem prædicari.*

VI.

IDem ibi cōtra illos antiquos aliquos Philoſophos, qui Mundum caſu, fortuituq; abſq; vlla prouidentia gubernari affirmabant: ait: Nec immeritò gubernatorem neſciunt, qui non nouerunt Deū, per quem omnia regantur, & gubernantur. *Vbi apparet, quod fortunæ caſui res attribuere, arguit maximam Dei ignorantiam.*

VII.

S*IXTVS Senenſ. Bibliothe. Sanct. lib. 2. Poſtquam dixit* Aegyptios, *nonniſi per animalium figuras ſcripſiſſe: ſic enim ait:* Apud Aegyptios Theologos Accipitris imago ſignificat Deum, ſcarabei figura Solem: Ibicis pictura Lunā: Hominis forma prudentiam, & ſolertiam: Leo fortitudinem: Equus libertatem, Crocodilus impudentiam, Piſcis odium, &c. Fuerunt hoc ſymbolico ſcripturæ genere Scytas quoq; delectatos, quorum Rex Idanhuras, vt refert Pherecydes Syrius, cum Darius Rex, traiecto Iſtro fluuio, bellū per literas, & regionum vaſtitatem minitaret, niſi ei Scythæ parerēt, ſymbolum ei per literas remiſit, murem, ranam, auem, iaculum, aratrum. Cum autem de his, vt erat conſentaneum, exorta eſſet dubitatio: Orontopagas Tribunus militum dicebat, eos Dario tradituros imperium, coniectans ex mure quidem habitationes, ex rana aquas, ex aue aerem, ex iaculo arma, ex aratro agros. Xyphodres autem, contra interpretatus dicebat: Niſi protinus, tanquam aues, euolauerimus, aut tanquam mures, terram, vel tanquam ranæ aquam ſubierimus: illorum iacula non effugiemus: ſed eorūm agros, au cœſi impinguabimus, aut capti, & ſub iugum miſſi aratro ſcindemus. *Afferens illud Philonis de vita Moyſi:* Moyſes itaq; numeros, & geometriam, vniuerſamq; muſicam, rythmicam, harmonicam, metricam, ſiuè contemplatiuam, ſiuè per voces, inſtrumentaq; promētem ſe modis varijs, accepit ab Aegyptijs Doctoribus, maximè verò occultā philoſophiam, deſcriptam litteris, vt vocant, hieroglificis, hoc eſt notis animalium, quæ ipſi venerantur pro nominibus, ex peregrinis autem regionibus euocati Chaldæi docuerunt, ſyderalē ſcientiam; hanc & ab Aegyptijs didicit: *Notauit in laudem Sancti Scriptoris hic nomen,* Deus, *cæteraq; nonniſi Hæbraicis characteribus ſcripſiſſe: aſſignanſq; rationem, quare non edoctis litteris in Aegypto potius ſcriberet, vtpotè ipſis Iſraelyticis ibi natis, & educatis ſatis notis: ex Iuſtino Philoſopho: qui ait:* Aſſeuerat Moyſem, omiſſo ſtudio omnium Mathematicarum, quæ tunc in Aegypto vulgares erat, & viles, adieciſſe animum ad ſolas hierogliphicas diſciplinas; quæ tā apud Aegyptios ſolo in honore, & pretio erant, & non quibuslibet, ſed præcipuis, & approbatiſſimis viris, & in abditis locis traderentur. Has cum dediciſſet Moyſes: nunquam tamen ſecundum eas dixit, aut egit, quod contrariū eſſet vnius Dei cultui. *Vbi apparet, pios etſi in prophanis ſcientijs doctos, nunquam ſecundum illas viuere, aut docere.*

VIII.

IDem ibi proſequendo (quod non ab re, ſaltem, nè pereat, putaui hic inſerendum, ait: Clemens in 5. ſtromatum ſcribit Moyſem iuxta hanc hieroglyphicæ doctrinæ conſuetudinem multa ſub tropicis, ac myſticis animalium ſymbolis vitæ moralis præcepta occultè tradidiſſe, ſolis diuinæ legis amatoribus peruia: qualia ſunt. Neque porcus, quia eſt animal voluptati deditū, & immundum, ſymbolum eſt ingluuiei, & libidinis, ſignificans ciborum cupiditatem, & fallacem in re venerea intemperantiam, & inquinatam vitā in cęno uitiorum iacētem, quæ ad cedem, & interitū ſaginatur. Aquilæ verò, accipitris, & corui interdictio oſtendit eos non eſſe imitandos, qui labore, & virtute nec ſciunt, nec volunt ſibi parare victū, ſed rapina viuunt, & iniquitate. Aquila enim rapinam, Accipiter iniuſtitiam, Coruus auaritiam ſignificant.

IX.

C*AET. Com. in Gene. Legens cū Hębreo,* Elohim, *quod interpretatur,* Iudices: *quęrit, quare Moyſes ſtatim à principio Mundi creationis narrationis Deum Iudicem propoſuerit? Reſpondet autem ſic:* Vt creatio Cœlorum & terræ, & eorum, quæ in eis ſunt, intelligatur actus Dei iudicijs ſecundū iuſtitiam diſtributiuam; nè putaretur, Deus creaſſe res ſecundum eſſe earum tantum, & non ſecundum diuerſos illarum gradus, atq; ordines: ſed res ipſas creādo diſtribuiſſe. Ad hunc ſiqui-

dem errorem tollendum deſcribitur, ꝙ Deus. quatenus Iudex, ſecundum iuſtitiæ diſtributiuæ rationem,creauit omnes res ſic, quod creando diſtribuit ſingulas res ſuauiſſimè, ſuis quaſq; locis,gradibus,ac ordinibus deputãdo. *Vbi Principes habent documentum, nè tantum ſua potentia creare,& facere ſe iactent, quãtum etiam ordinatè, & diſtributiuè componere facta.*

X.

ASCANIVS *Gloſ. ſua Magna. Hanc Caetani expoſitionem reprobare contendens: ait:* Alia cauſa à Caetano adducta,intempeſtiuè lata mihi videtur. Elohim,inquit ipſe,Moſes Deum appellauit in Mundi ſtructura,vt in diſtributione naturarum eum Iudicis munere functum fuiſſe agnoſceremus;dum his quidẽ clarius,& his obſcurius eſſe impertitus eſt.Sed Iudex certè tũc, meo iudicio,quis appellatur,cùm merita,& demerita ponderat: & ex meritorum, demeritorumq; æqua lance libratorum rõne, premia diſtribuit. Cœterum in creaturis, nec dum formatis,nulla meriti,vel demeriti ratio eſſe poterat:quamobrem,vt Iudex,his clarius, & his obſcurius eſſe conferre non potuit. *Et poſt adducẽs quandam ex D. Hieronymo expoſitionem nominis,* Elohim *ex Græco,& latino idiomate deſumptã,nẽpè Deum , quaſi videntem explicare potius, quam Iudicem: proſequitur:* Quoniã in rerum effectione, non vt Iudex ex merito,ſed vt ſapiens & vidẽs, Creaturis nihil promerentibus,his quidem eminẽtius,& his humilius;ſeu,vt Ariſt.dixit;his clarius,& his obſcurius eſſe condonarit. *Vbi apparet,& quod fruſtra requiritur à Principe diſtributiuæ iuſtitiæ ratio, vbi nondum merita extant: & quod in tali caſu Princeps ſecundum quod ſapienter viderit communitati conuenire huic magis, illi verò minus largire debet.*

XI.

OLEAST. *Annot. in Gene. Tenens eandem litteram: diſcrepat à ſuperiori expoſitione: ait nãq;* Non rectè illi de nomine ſentiunt,qui ex nomine, Elohim,volunt rerum diſtributionẽ in Mũdi creatione deriuare,dicentes,ideò hic poni,Elohim,vt explicetur Deũ optimè res in creatione diſtribuiſſe. Non enim,vt probauimus, Elohim ſignificat,Iudicem,quatenus diſtribuit, ſed quatenus punit, aut ab eo punitionem fieri præcamur. Quare aũt Moyſes ſtatim à principio Deũ ſub nomine vindicantis attulit, putarẽ, quod vt Dei timorem,& prouidentiam,ſimul cum creatione inculcaret: ac ſi diceret: Ille res has,quas videtis in eſſe produxit, qui non ſolum rerum omnium author eſt, ſed etiam omnium punitionum,qui poteſt mala geſta punire. *Quam expoſitionem præ cæteris amplectens Aſcanius ſua Glo. magna, ait:* Supereſt igitur,vt cũ Luſitano dicamus; Vatem noſtrum Moſem,Spiritus Sancti afflatu, Deum Elohim,hoc eſt Iudicem nuncupaſſe, cũ Mundi effectionem narrat;vt ſimul amorem, & timorem incuteret:animaduerterentq; Hæbrei, & cuncti mortales, non adeò confidendum eſſe de Dei beneuolentia,& charitate,qua in eorum gratiam Vniuerſum hoc, opus adeò præclarum conflauit: vt etiam non timeant de eius iuſtitia, quando etiam dum Vniuerſum extrueretur Iudex voluerit appellari. Perſpectum ſiquidem eſt Deum ſemper commiſcere miſericordiæ, & iuſtitiæ monumenta,vt beneficio,& amore ad bona homines compellat: & pœnis, ſeueritateq; à malis retrahat.

XII.

VIELMIVS: *Lection. 3 ſic.* Quam obrẽ dicerem Moyſem nunc voluiſſe nobis hoc nomine declarare Dei præcellentem, & indicibilem in creado Mundo fortitudinẽ,quam omni potentiam ſignificantius nuncupamus: neq;.n. hanc apertius vnquã manifeſtauit, atq; in creatione Mundi. Nomen .n. Elohim, à fortitudine deſumptum eſt;& D. Hieronymus Epiſtola citata 136. ad Marcellam teſtis eſt Theodotionem vertiſſe; Græcè, Iſchiſron hoc eſt, fortẽ. *Et poſt:* Creatorem igitur antonomaſticos, Fortem, hoc eſt, Omnipotentem, legiſlator,hoc eſt adhibito conſilio tam crebro appellat, vt nimirum de eiuſmodi eius omnipotentia,quam nullibi æque cernere, ac increatione eſt, vt dicebam, commonefaceret lectores, & in eius admirationem, & cultum, eos, qui Mundum hunc contemplarentur adduceret: *Vbi documentũ habemus quod tunc præcipue & Dei, & etiam hominum encomia magis proclamemus,cum opera eiſdem encomijs congruentia præcipuè tractamus, & oſtendimus.*

XIII.

CAET. *Vbi ſup. aliam aſſignat cauſam quare Moyſes à Principio. Deũ, Iudicem inculcauerit. ait nanq;* Vt vnus atq; idẽ Deus credatur Creator

tor

Deus.

ror Mundi,& Iudex vniuerſorum ; ne crederent Philoſophis tradentibus, quod ſupremus rerum Opifex, non eſt Iudex humanarum actionum. Percutit ſiquidem Moſes Philoſophos omnes deſcribendo Iudicem omnium creaſſe Cælos, & Terram. *Vbi etiã Prædicatores habent documentum, vt ita diuina myſteria proponant, quatenus & eum eorum eruditione percutiant contrariam opinionem habentes, quod etiam in moralibus debent obſeruare, quatenus vnde alij erudiuntur, inde etiã alij pungantur.*

XIV.

ASCANIVS *Vbi ſup. Hanc Caetani expoſitionem, reijciens ait.* Non mihi videtur ſufficiens, & neceſſaria: quoniam qui Deum Mundi Opificem fatentur, eum Iudicem quoq; eſſe non renuunt, & qui ipſum moderatorem, Iudicemq; negant, hi ẽt Mundi non fuiſſe fatorem contendunt. *Ex qua refutatione (quam ego neq; reijcio, neq; approbo, ſicut in cæteris controuerſijs facio, non .n. mei muneris hæc eſt examinatio,) Sed tantum prædicabiles conceptus ex SS. Patrum doctorumq; elicere doctrina) infero: non bene de Deo creatore iudicare,qui eũ vt Iudicẽ non timet.*

XV.

OLEASTER *Vbi ſup. ſic.* De ſignificatione vero dicunt Hæbrei ſignificare Deum quatenus, Iudicem. Sed ſi radix nominis, ſcilicet, Alah recte expendatur, conſtabit ſignificare Deum, aut Iudicem, quatenus ab eo mala alicui aut nobis imprecãtur.Nam Alah, proprie ſignificat iurare execratoriè,maximè & maledicere, vt patet Iudicum 16. Et tu Alah, .i. adiuraſti, ſeù execratus es.*Vbi videtur mihi non carere myſterio,quod etſi à Principio Deus iudicem ſe voluerit prædicari, tamen tali modo quod intelligatur ad punitionem magis ex noſtra execratione, & imprecatione deſcendere,quã ex ſua natura, cui proprium eſt, miſereri, & parcere. Quare maximè cauendum eſt ab huiuſmodi imprecationibus, tam in alios, quam in nos ipſos.*

XVI.

PAVLVS *Burg. Addit: Gloſ. 1. cap. Geneſ. Ad illam quæſtionem communiter hic incitatã, nempe quare cum Moyſes diceret* Elohim: *quod in plurali ſignificat:* Dij, Iudices: *in ſingulari dixerit:* Creauit: *ait:* Patet manifeſte, quod Moyſes intendit inſtruere populum, ſpecialiter quantum ad Doctos,quod in Deo qui Cælum & Terram creauit, eſt pluralitas perſonarũ in quantũ dixit: Elohim;ſimiliter vnitas ſecũdũ eſſentiã,in quãtũ dixit: creauit: Et hoc notãter inſinuat Moyſes in prima propoſitione totius ſacræ ſcripturę, in qua continetur articulus creationis,vt innueret,hoc myſterium in primo exordio fidei eſſe attendendum.

XVII.

THEODORETVS *De Principijs lib. 2. Superiorem Burgenſis aſſertionem multo antea ab alijs prolatam,impugnat ſic.* Etenim cum in Egypto longinquum ſanè tempus permaſiſſent, multorumq; ibi Deorum cultum ritu Aegyptiaco didiciſſent, ſapientiſſimus Deus nequaquam illis manifeſtè, apertaq; prorſus oratione,Trinitatis myſteria tradidit, ne ita propoſitã ſibi eſſe Deorum multitudinem arbitrantes,occaſionem hanc haberent ad impietatẽ Aegyptiacam reclinandi. *Vbi apparet quanta cautela diuina ſunt rudibus proponenda noſtræ fidei myſteria.*

XVIII.

CATHERINVS *Com. in Gene. Tenens Burgenſ. opinionẽ, addit ſic.* Iunge his conuenienter ſic dictum eſſe: quoniam cum actiones (teſte Philoſopho) ſint ſuppoſitorũ, creatio propriè pertinet ad perſonas; nam Trinitatis opera ſunt indiuidua, ideoq; opportunum fuit indicare perſonas creantes: Quod ſi aliquo ſcriptura loco iſtud erat indicãdum, maximè certè in hoc ipſo exordio opportunum erat,vbi commune rerum omnium creationis opus narratur, vt verum ſit verbum Chriſti, qui dixit Pſ. 29. In capite libri ſcriptum eſt de me. *Vbi Prædicatores docentur, & ne niſi opportune de diuinis myſterijs diſputent: & ne opportunitate ſe offerente ea tractare omittant.*

XIX.

OLEASTER *Annot. ibi ſic.* Vnde meo iudicio, ſi Moyſes myſterium ſignificare voluit Trinitatis,hoc nõ niſi velate nimis feciſſe videtur. Fuit enim myſterium hoc velatiſſimum Iudæis ſeruatum,vt Meſſię tempore reuelaretur. Quare Chriſtus apud Ioan. 17. dicebat. Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus: non quo vocaris Deus,ſed quo vocaris Pater meus. Vnde cum contendendum cum Iudæis fuerit, non eſt hoc telo, vt firmiſſimo vtendum: ne putent nos non habere aduerſus eos ſolidiora. *Vnde*

etſi

Deus.

habemus, quod etſi ad noſtrâ fidei myſteria fidelibus prædicanda, quæcunq; ſacri textus loca ſufficiãt vt illuſtrentur: tamen, infidelibus non niſi ſolidiſſima debemus afferre de ſacra Scriptura teſtimonia.

XX.

PAVLVS *Burg. Vbi ſupra poſtquam ſuã ibi inſertam opinionẽ ſtatuit proſequitur ſic.* Vult autem intelligi (Rabbi Aben-haçra,) ꝙ hoc nõ ſignificat pluralitatem in diuinis: ſed pluralitatẽ virtutum, ſeu potentiarum ab eo procedentium; in cuius ſignum allegat ipſe, & ſui ſequaces; ꝙ in Scriptura quandoq; etiam Iudices dicuntur Elohim propter eorum virtuoſam potentiam in iudicando. *Vbi Principes, & Prælati, qui de ſe (cũ loquuntur) numero vtuntur plurali, attendant tunc verè loqui, cum in iudicando plures oſtenderint, & habuerint virtutes, & potentias: alias non dicant,* Nos, *ſed* Ego.

XXI.

VIELMIVS *lect. 3. Aſſerens eandem ſimilitudinem ad eundem propoſitum: ait:* Reges, & Principes, amplificandi cauſa, Nos, pronuntiant, cum de ſeipſis loquuntur: totius enim populi ac regni perſonam repreſentant. *Vnde Principes, qui charitatiuè omnium ſubditorũ perſonas non induũt, ſed de ſuo peculiari commodo agunt, non, Nos, ſed, Ego, dicant.*

XXII.

I*Dem ibi iterum ſic:* Rabbinis quibuſdam viſum eſt, ideò Moyſen ita ſcripſiſſe, vt manifeſtaret Deum tribus proprietatibus, Intelligentia, v3. Sapientia, & Prudentia condidiſſe Mundum. *Vbi Principes non mediocrem habet aduertentiam, quibus nam effulgere debeãt virtutibus, gubernãdo, vt propriè dicant, & de ſe loquantur in plurali, dicentes, Nos.*

XXIII.

S. IRENAEVS *aduerſus hæreſes lib. 2. cap. 2. Arguens aduerſus Valentinum, & alios, qui Deũ Creatorem per ſe negabant: ſed Angelorum miniſterio vſum fuiſſe aiebant: ait,* Proprium eſt .n. hoc Dei ſupereminentiæ, non indigere alijs organis ad conditionem eorũ, quæ fiunt, & idoneus eſt: & ſufficiens ad formationem omnium propriũ, & eius Verbum, quemadmodum, & Ioa. Domini diſcipulus ait de eo; Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.

XXIV.

S. ATHANAS. *Contra Arrianos, ſerm. 3. ait,* Neq; enim quicquam Angeli vel creare poſſunt; cùm & ipſi ſint creaturæ: quamuis in diuerſam ſententiã Valentinus, Marcion, & Baſilides eãt, & vos vna cùm ijs, vt aſſeclas decet, & æmulatores: Quinimmo nè Sol quidem, quum ſit res creatitia, vnquam effecerit, vt quod nihil eſt, aliquid fiat, neq; homo hominem effinxerit, neque lapis lapidem excitauerit, neq; lignũ ligno augmentum dederit: ſed Deus eſt, qui in vtero fingit hominẽ, & qui montes collocat, & qui ligno proceritatẽ addit, homo verò mentis, ſcientiæq; capax hanc materiam cõcinnat, & modificatur, & quæ iam ſunt, operatus pro ratione ſuæ ſcientiæ, & contentus eſt, quod ipſe dumtaxat ſit genitus, ſuamq; naturam agnoſcẽs, vbi alicuius rei indiguus eſt, Deum inuocat.

XXV.

S. CYRIL. *Alexandrin, contra Iulianum lib. 2. qui aiebat, Deum Angelis commiſiſſe Mundi creationem: ait:* Hoc itaq; dixiſſet, vel quod grauetur, vel quod omninò nihil curet noſtra: quæ, vt arbitror, à ſumma omnium ſubſtantia, aliena ſunt penitus. Etenim ſi bonus eſt Opifex, quomodo illi vllius rei pigeret? Sic .n. ipſe Plato dicit, Bonus erat, bonoq; nullius rei eſt inuidia. Dicere aũt, quod hoc nõ fuerit dignatus, nihil aliud eſſet, quam faſtum, & indignabundæ ſuperbiæ crimẽ ei tribuere. Quomodo illis imperare vellet, quæ formare non dignaretur? vel quomodo noſtris cultibus oblectabitur, ſi principio nos condere non eſt dignatus? *Vbi apparet, indignè dominari Principes, qui vel grauantur, vel dedignantur negocia ſubditorum per ſe tractare, illaquè alijs (cum per ſe poſſunt) committentes.*

XXVI.

S. AVGVST. *lib. 3. de ſymb. vel Regul. ad Chatecum. Reſpondere videtur cuidam hic inſurgenti dubio, nimirum, quare Moyſes cuius proprius ſcopus erat populo notitiam Dei dare, vtpotè idolatrijs Aegyptiacis affecto, vt ſic eum ab idolatria reuocaret: ſolo dicto hoc verbum,* Deus, *ad narrationem creaturarum, earumq; qualitates tranſierit: dicit enim, omnẽ idolatriæ affectũ, ex eò maximè reuocari, ſi ex cognitione deficientiæ creaturarum, quæ pro Deo coluntur, & ſic dicit, omnes creaturas ex hoc clamare ſe Deum minimè eſſe. Et inter cætera de ſuperioribus*

lo-

Digitized by Google

Deus.

loquens ait: Clamat Cœlum: Non ſum Deus. Nã ſi Deus eſſem, nulla me nubilatio obumbrare potuiſſet, nec tenebræ ſuccederẽt luci meæ; ſed lux integra incorrupta, inuiolataq; manſiſſet, ſicuti manet illa lux vera, quæ iſtam lucem tẽporalẽ creauit in me propter te. Clamat Sol. Quid me homo colis, vt Deum, quem vides Ortu, & Occaſu concludi? Deus nec Ortum habet, nec Occaſum. Sed tu illum deſerendo magnum incurriſti caſum. *Vbi apparet, à nullo concludentius probari diuinam Deitatem, quã à permanentia immutabilitateq; ſtatus, & conditionis: & è contra minimè poſſe dici Deũ, quod deficere, & immutari videmus, quantumuis excelſum, & ſublimè ſit.*

XXVII.

I*Dem ibi ex alio capite probat intentum, nempè à famulatu creaturarum in obſequium hominis: ait enim,* Eos autem, qui Scripturas ſanctas legere nolunt, ipſa rerum natura, ipſeq; Mũdus operibus famulatus ſui, incredulos ſua quadã voce conuincit, & animam peruerſam increpãs dicit: Quid eſt miſera quod erras in me, & degener facta oblita eſt, à quo quanta creata ſis. *Et poſt pauca incipiens à Sole, in perſona eiuſdem, ſuos idolatras increpans: ait:* Cum aũt opera, & ſplendores, & calores mei tibi deſeruiant, quomodo me pro Deo colendum ducis, niſi quia verum Deũ colere neſcis. Ita Luna & Stellæ iſtam ſimilẽ proferunt vocẽ: Non vides, inquiunt, O homo ſpatium nos agere nocturnũ, excludi luce, nec terminos tranſgredi conſtitutis, quos ad ſolatium quietis tuæ Omnipotens Artifex terminauit? Non ſumus, Deus; Conuincimus falſitatem ſeruiendo tibi. *Vbi facilè legenti venit in mentem illũ profundiſſimum myſterium ablutionis pedum diſcipulorum factę à Chriſto Domino in nocte ſuę ſacratiſſimę paſſionis, quando eis ſuam abſq; vllo prouerbio diuinam, colendamq; diuinitatem annuntiauit, & toto Orbi annuntiandam pręcepit: operibus famulatus, & tam humilis, illam à contrario argumenti S. Auguſtini comprobando. Soluat hoc argumentum ipſe, qui fecit, & non ipſi nos.*

XXVIII.

I*Dem ibidem, aliundè ſumit etiam intenti probationem, nempè ex cognitione nobilitatis humanæ ſuper cætera creata: proſequens enim in perſona aliarum creaturarum inferiorum, ad Terram deueniẽs: ait:* Clamat Terra. Ergo, nè homo deitatis mihi nomen aſcribis? Ideò non agnoſcis quid ſim, quia oblitus es quis ſis. Non agnoſcis materiam tuam. Non agnoſcis, quia limum meũ es, ex me quidem formatũ, ſed non ſicut ego inanimatũ? Non agnoſcis, quod inter omnia animalia, quæ ex me procreata ſunt, tu ſolus ſub Deo penè Mundi dominus conſtitutus es? Meritò non intelligis, quia cum in honore eſſes, nõ intellexiſti comparatus es iumentis inſipientibus, & ſimilis factus es illis. *Addatur, quod Cæſarius* V.C. *Dialogo* 1. *in eadem conſideratione execratoriè clamat:* O dementiam, quæ ſeipſis ſunt abiectiora deificãt vani, & inſipientes à vero Deo per errorẽ abducti. *Et illud S. Proſp. de Vocat. Gent. lib.* 1. Vnde & ineſcuſabiles facti ſunt, quia Deos ſibi Dei dona fecerunt: & quæ creata erant ad vſum, venerati ſunt ad colendum.

XXIX.

S. *IOAN. Chryſ. Hom.* 12. *in Epiſt. Epheſ. cap.* 4. *In eadẽmet conſideratione, loquens contra illos, qui ignem, vt Deum adorabant: ait.* Quare extinguis, quod adoras. Quare perdis, & occidis Deũ tuum? Quare non permittis, vt domus tua illo adimpleatur? Immo ſi Deus eſt ignis paſcatur ex corpore tuo, non ex ſuffecto illo ollæ, ſebetisq; liquore. Introduc eũ in prõptuaria theſaurorũ tuorum, in ſerica illa veſtimenta tua. Tu vero illum non ſolum non introducis, ſed & ſi forte cuiuſpiam temeritate ſubingreſſus fuerit, vndiq; expellis, oĩa claudis, & non ſecus quam ſi beſtia quępiã demoliendi gratia ingreſſa fuiſſet, luges ac gemis, atq; illud calamitatem vocas excellentẽ; nempe quod Deus tuus illo acceſſit. Ego vero Deum meum habeo talem vt nihil omittam, quo in ipſo pectore meo illũ inclũdam, tum me beatiſſimũ ratus, non quando domum meam tuetur, & viſitãt: ſed quando ipſum in cor meum traxero: Trahe ergo, & tu ignem in cor tuũ. Ridicula ſunt iſta, & ipſiſſima vanitas. *Vnde infertur, quod duo genera Chriſtianorum hoc eneruant argumentum S. Ioan. Chryſoſt. Primi sũt illi, qui ſacroſanctũ Eucharistiæ Sacramentũ faſtidientes frequẽtare omittunt. Secundi, Auari, qui à facultatibus ſuis Deum quaſi ignem expellunt, & à ſuis ædibus, quaſi beſtias pauperes excludunt.*

XXX.

I*Dem ibi alio ex capite hanc ignis, idolatriam impugnat ſic:* Non vides ipſius immodeſtiam,

Digitized by Google

Deus.

quomodo nec finem, nec modū ſi quando ędes quaſpiam corripuerit, ſciat: Sed quicquid obtinuerit demoliatur, & niſi per fabrorum, aliorū́q; opera extinguatur, ipſius inſania nec amicos agnoſcat, nec inimicos: ſed pariter omnibus abutatur? Hic ergo Deus eſt? An non erubeſcitis? *Vbi Principes, & Prælati, qui taliter ſe in ſubditorū correptione agunt, attendant, quam alieni ſint à deifica dignitate, quam exercere ſe iactant.*

XXXI.

E*VSEB. Cæſarien. Eccleſiaſt. hiſt. cap. 26. ex quadam hiſtoria irridet ignis adoratores: Nam volens aſſignare cauſam tantæ venerationis Canopi ſimulachri; ait,* Ferunt aliquando Chaldęos ignē Deum ſuum circunferentes, cum omnium prouinciarum Dijs habuiſſe conflictum, quo .ſ. qui viciſſet, hic eſſe Deus ab omnibus crederetur. Reliquarum Prouinciarum dij æris, aut auri, argentiq; aut ligni, vel lapidis, vel ex quacūq; materia conſtabant, quę per ignē proculdubio corrumperetur. Ex quo fiebat, vt ignis locis oībus obtineret. Hæc cum audiſſet Canopi Sacerdos, callidum quidam excogitauit. Hydriæ fieri ſolēt in Aegypti partibus fictiles, vndiq; crebris, & minutis admodum foraminibus patulæ, quibus turbida aqua deſudās, defecatior, ac purior redditur. Harum ille vnam cera foraminibus obturatis, deſuper etiam varijs coloribus pictā, aqua repletam ſtatuit in Deum. Et exciſum veteris ſimulachri, quod Menelai gubernatoris ferebatur, caput deſuper poſitum diligēter coaptauit. Adſunt poſt hæc Chaldæi: itur ad conflictum: circa hydriam ignis accenditur: cera qua foramina fuerant obturata, reſoluitur: ſudantē hydria ignis extinguitur. Sacerdotis fraude Canopus Chaldęorum victor oſtenditur. Vnde ipſum Canopi ſimulachrū, pedibus per exiguis attracto collo, & quaſi ſugillato, ventre tumido in modum hydriæ cum dorſo æqualiter tereti formatur. Ex hac perſuaſione velut Deus victor omnium colebatur.

XXXII.

I*VLIVS Firmicus lib. de Errore prophanarum religionum cap. 3. Scopum omnis idolatriæ (de qua non extra chorum canentes aliqua hic ponimus) aſſignans ait:* Quapropter quicunq; hæc ſacra deuoluta mente veneratur, cuicunq; placet ſuperſtitionis iſtius metuenda contagio, aut malis ſuis ſolatium quærit, aut facinora eorum tacita collaudat cogitatione, hoc optans, hoc quærēs, hoc vtiq; magno opera deſiderans, vt & ſibi liceat, quod dijs ſuis licuit, vt & ſe ad conſortium talis vitæ morum ſimilitudo perducat. Adulterio delectatur aliquis. Iouē reſpicit, & indè cupiditatis ſuæ fomenta conquirit, probat, laudat, quod Deus ſuus in cygno fallit, in tauro rapit, ludit in ſatyro, & vt liberalis in flagitijs eſſe cōſueſcat, quod incluſam regiam virginē auro largiter fluente corruperit. Puerorum aliquis delectatur amplexibus. Ganymedem in ſinu Iouis quærat, Herculē videat Hylam impatienti amore quærentem, Hyacinti deſiderio captū Apollinem diſcat. Chryſippum alius, alius Pepolem videat, vt per Deos ſuos ſibi licere dicat quidquid hodie ſeueriſſimè Romanis legibus vendicatur. *Et poſtquam omnes antiquos Deos ſic percurrit, progrediēs ait:* Si qs promiſcua hominū cæde gaudet, præpoſteras Martis cupiditates diligenter inſpiciat. Semina pęnè omnium ſcelerum à dijs ſuis peccantium turba collegit. Et vt perditus animus impunè facinus poſſet admittere, ex præcedentibus facinorum exemplis maiori ſe authoritate defēdit. Si ſtupri premia corruptor inquirit, ſi viam optat ſollicitationis addiſcere, in ſinu corruptæ mulieris aurum videat Iouis. Si publicus parricida, commiſſam ſibi regni cuſtodiā nefaria prodere cupiditate deſiderat, reſpiciat ad eos, qui Saturnū filio prodiderunt. Quatenus ius lædatur hoſpitij, vel amicitiæ iura turbentur, vel quatenus menſæ conciliatio ſancta violetur. Siquis ad iniuriam pronus quærit eſſe, ordinem ſcelerum de Tantali caſibus diſcat. O facinoroſę cupiditatis triſte ſolatium. O hominū deflenda perſuaſio. O infelicis imitationis cruenta meditatio. Scenam de cœlo feciſtis, & errantes animos per abruta præcipitia crudeli calamitate duxiſtis, cum hominibus peccare cupientibus facinorum via de Deorum monſtratur exemplis. *Percutit hīc, & ſubditos, malos, & impios eligentes prelatos, & electis applaudentes: & admonet etiam omnes Principes, & Prælatos, vt benè, rectèq; viuant, nè impijs ſolatium, faciléinq; peccandi viam aperiant.*

XXXIII.

I*Dem ibi proſequens ait:* Sed in iſta criminum lege, in iſta confeſſione ſcelerū gratias agamus

Deus.

agamus illis, qui etiam exitia, & mortes Deorũ iſtorum nobis neſcientibus prodiderunt: vt diſceremus omnia per tot obſtantes. Fuit .n. & apud veteres, licet nondum terram illuminaſſet Domini noſtri Ieſu Chriſti veneranda dignatio, in ſpernendis ſuperſtitionibus religioſa conſtãtia. Diomedes pudicus, ac ſobrius Venerem vulnerat, Martem vicit, & percutit. Oti & Ephialtæ edicto Mars bellipotens temporali exilio damnatus, ferrea catenarum vincula ſuſtinuit. Sarpedonem filium mortuum in Troia Iupiter plangit. Et mercedem fabricatorum murorum Neptunus à ſuperbo rege non recipit. Alterius regis Apollo greges paſcit. Et Soli omnia videnti, alius occiſarum bouum nunciat mortes. Caſtores ſepelit Sparta, ardet apud Oetam Hercules, & Aeſculapius alibi fluminatur Vulcanus præcipitatus à patre pedem frangit. Licurgum fugiens Liber moritur. Venus in adulterio deprehenſa detegitur, & poſt Dei nuptias Anchiſæ hominis cubile ſectatur. Saturnus regno timẽs deuorat filios. Hic ex Creta fugiens in Italia ab Spartanis abſcõditur. Ob amorem catamiti Iuno ſpernitur, & ad Endimionem Luna deſcendit, & contra voluntatem vxoris, & filiæ Troianis auxilinm ferens deceptus Iupiter dormit. *Vbi apparet, diuina prouidentia erga humanũ genus, qua etſi magnates licentioſè peccare permittit, nè indè licentiam inferiores peccandi præſumant: diſpoſuit, vt ſimul cùm eorum ſceleribus deſcriberentur eorum ſupplicia.*

XXXIV.

S. *GREG. Nazi. de Theolog. lib. 2. Octo aſſignat radices, ex quibus orta eſt idolatria. Prima eſt, ſuperioritas, & ab ea dependentia. Secunda, neceſſitas. Tertia, oculorum cupiditas. Quarta, conſanguineorum, ſuorumq; nimia affectio, & deſsiderium. Quinta, conſuetudo, ignorantiæ annexa. Sexta, adulatio. Septima, exceſſus meritorum, egregiaq; in aliqua perfectione, excellens exceptio. Octaua, vitiorum, cupiditatumq; inſolens affectio. Ait enim:* Deum alij faciunt Solem, alij Lunam, alij ſtellarum cœtum, alij Cœlum ipſum vna cum ſtellis: vt à quorum motu, pro diuerſa tùm qualitate, tùm quãtitate, alio atq; alio omne genus rerum dependeat. Pleriquè uerò ipſa elementa, terram, aquam, aera, ignem, pro Deo amplectuntur: nimirum eorum vſum ſpectántes vſq; adeò neceſſarium, vt ſine eis vita humana nè conſiſtere quidem poſſit. Rurſus alij, in quodcunq; oculis fortè inciderint, hoc quiſq; pro ſe coluerunt, cùm v3. deorum loco ſibi præſtiterunt ea, quæ viſu pulcherrima haberentur. Sunt & quibus deorũ vice fuetunt ſtatuæ, & imagines primo ſuorum: q genus craſſius eſt, & affectibus paulò magis etiã inſeruit, dum vita functos eiuſmodi tolit monimentis, deindê & alienorum. Et qui his longo interuallo ſuccédebant, quia Principem naturarum ignorabant, religionis ritum à maioribus ſibi relictum, & velut per manus traditum, pro legitimo, & neceſſario amplectabantur. Cõſuetudo .n. tẽpore corroborata, pro lege habetur. Nec defuiſſe opinor, qui cum vel potentiorum fauorem captarent, vel egregiũ corporis robur mirarentur, vel inſignem formam laudarent, eũ ſibi fecerint Deum, qui tum eiuſmodi dotibus præceteris floruerit: atq; adeò nè aliquando deprehendi poſſit impoſtura, fabulis aliquot rem omnem inuoluere. Porrò, qui noxijs affectibus altius etiàm erant immerſi, ei ipſos adeò affectus Deos putarunt, aut ſaltem dijs conſacrarunt iracũdias, homicidia, libidines, ebrietates, & neſcio, quæ alia conſimilia, commenti nimirũ vitijs proprijs, excuſationem hanc neq; honeſtã, neq; iuſtam. *Moraliter dicere poſſumus hæc omnia etiam nunc in Chriſtianis vigere, plurimoſq, ab his fundamentis deificari. Alÿ, quia multi ab illis ſe dependere vident. Iſti ſunt Prælati, & Superiores. Alÿ, quia ſine illorum ope quamplurimi viuere minimè poſſunt. Iſti ſunt mercatores, & diuites. Alÿ, quia pulchritudine dotati, vt v.g. mulieres, quas more gentilium, Deas ſui àmatores, Chriſtiani cùm ſint, in poematibus appellare non erubeſcunt. Alÿ, quia conſanguinei. Iſti ſunt filÿ cognati, præcipuè Eccleſiaſticorũ nepotes, quorum ſtatuæ, picturæq; (ſi ſunt potẽtes eorum antenati) etiam ipſis viuentibus in domibus, camerisq; omnium inueniuntur. Alÿ, & meritò, quia in vnaquaq; Republica meritis excellunt. Iſti ſunt pauci. Alÿ, quia pro ſe ſolam conſuetudinem habent, cuius venerationis ſtultus populus, ſolam cõſuetudinem reſpondet. Iſti ſunt nobiles, & magnates, etſi non omnes, qui ſolo iure conſuetudinis à populo volũt honorari. Alÿ, quia adulatio adulatorũ, eos* Deos *proclamat. Horum ſunt quamplurimi. Vltimi ſunt, qui cum impÿ ſint, ab impÿs eliguntur, vt ſuorum vi-*

Digitized by Google

Deus.

tiorum excuſationem in impia ſuperiorum vita præſcriptam demonſtrent.

X X X V.

S. *EPIPHAN.contra hæreſ.lib.1.to.3. Tam cōtra idolatras,quam contra hæreticos ait,*Miſera eſt enim hominum natura,quum relicta Dei via errat,& vbi ſeipsā à Dei vocatione ſeparauit. Cōtigit enim his canis prouerbium,qui vmbræ intentus non continuit,quod habebat in ore,& in aquam intuens, & maiorem vmbram aquæ eſſe putans,quam cibū quem in ore ferebat, aperto ore etiam eum,quem habebat amiſit. Sic & hi quum viam repererint,& vmbram aſſequi velint in ſuſpicione ipſorum obortam, nō ſolum cibū, qui in ore ipſorum,vt ita dicā, erat ex Deo donatus, amiſerunt, ſed ēt perniciem ſibi ipſis attraxerunt. *Quod etiam ad mores poteſt accommodari. Cum diabolus vmbram terrenorum nobis oſtēdens, maioraq; ſpiritalibus, quæ ex Dei dono poſſidemus, affectans: & vnū amittere, aliud non apprehendere irriſoriè nobis facit.*

X X X V I.

I*Dem ibi lib.1.tom.1. Tenet, idolatriam per imagines, & ſimulachra incepiſſe à Tharra filio Nachor. Ait enim ſic*: Nondum autem in ſtatuis, & in ſculpturis lapidū, aut lignorum, aut ex argento,& auro, aut alia materia factis, ſed ſolum per colores, & imagines hominis mēs in ſeipſo malitiam excogitauit, & per liberum arbitrium, rationiſq; ac mentis vim pro bonitate iniquitatem reperit. Naſcitur ipſi Seruch filius Nachor, Nachor autem gignit Tharra. Hinc fieri cęperūt ſtatuæ ex luto, ac arte figulari, per induſtriam huius Tharra. Durauit aūt hoc ſtudium in vigeſimam generationē vſq; adhuc, annis ter mille trecentis triginta duobus. Et nullus vnquā ex prioribus hominibus, filius ante patrē mortuus eſt: ſed patres ante filios vitam finientes, filios ſucceſſores relinquebant. Et ne quis dicat de Abel: non .n. morte propria mortuus eſt, donec Tarra æmulum Deo per propriam verſutiā cōmentus erexit,& ex vltione ſimilia, his,quæ fecit recepit, dum etiam ipſe per proprium filium ad æmulationem prouocatus eſt. Vnde admiratione ducta diuina ſcriptura adnotauit dicēs: Et mortuus eſt Arran in conſpectu Tarra patris, in terra natiuitatis ſuæ.

XXXVII.

S. *IOAN.Chryſ.hom.7.in Gene. Poſtquam execrauit idolatriam antiquorum,dicens:* In tantam abſurditatem deducti ſunt,vt canes,& ſimias,& crocodilos, & fœdiora adorarint. Et quid dicā bruta animalia? Multi eorum in tantum ſtuporē, & amentiam inciderunt, vt cepe, & allia, & his viliora colant. *aſſignaturus rationem,quare ſapiētes,etiam,homines in tantam deciderint dementiam: ait:* Quia mox vt ſemel à recta via aberrarunt,in præceps ierunt, & in malitiæ profundum inciderunt. *Vbi qui in via recta ſunt, caueant nè diabolus hoc vocabulo:* Semel: *illos decipiat. Sufficit* Semel, *vt deinceps in profundum quis præceps demergatur omnium iniquitatum.*

X X X V I I I.

S. *CYRIL Alexandri. contra Iuli.lib.2. qui Iulianus ex eo Deum dicebat Cœlū, quod nullus ſit, inquit,* Qui Deum hoc eſt Deos, vel orās, vel Iurans manus non ſubleuet in Cœlum, & numinis quandam cogitationem cōcipiens illuc feratur. *ait:* Haud obſcurum eſt, ſermones illos delirantis,& ab omni veritate deſtituti eſſe. Quoniam autem ſuſpicatus eſt, neſcio quomodo ſufficere poſſe ad demonſtrandum,quod Deus ſit Cœlū, ex hoc vno,quod manus ſuſtulimus in excelsū, & oculos quoq; quando otare cogitamus. Age ad hoc dicamus, nūquid dic obſecro, ſi q̃s putet ſe videre nubes, & ſubleuet ipſe corporis oculos in illas, ſufficeret nè ad ꝓbādū eſſe oportere nubes Deos confiteri? *Vbi apparet quod etſi oculorum noſtrorum eleuatio in aliquem maximam indicet reuerentiam: tamen, qui de hac in ſe hominum oculos eleuatione deificari à talibus putant: aduertant, non eſſe argumentum infallibile, aliquando .n. ex mera, ſolaq; curioſitate prouenit hoc.*

XXXIX.

I*Dem ibi, Ad illud, quod ſuprad. Apoſtata ad confirmationem ſui erroris proſequendo dicebat.* Et hoc non immeritò accidit. Videntes enim nihil eorum, quæ circa Cœlū, minui, vel augeri, neq; vllam ſuſtinere deordinatām affectionem, ſed congruam illius motionem, ac benè aptatum ordinem, definitas quoq; leges Lunæ, definitos ortus,& occaſus Solis, ſtatutis ſemper temporibus, meritò Deum,& Dei ſolium ſuſpicabantur. *ait:* Dicit aūt, quod facit benè ordinatam, congruam,& aptiſſimam motionem,& quod Sol, ac Lu-

Deus.

Luna dent fulgores definitos, ordinem ſeruent aſtrorum ortus,& occaſus,& circunferentiæ, & curſus,ipſiq;ſuis locis motus ſunt ijdem,& omni tempore,abſq; mutatione.Igitur quo pacto non ſapienter egit Paulus, qui ex illis ducem oſtendit,& præfectũ creaturæ ex bona ordinatione, & legibus,vt Deum decet, ſubdito gubernantẽ, ſecundum quod cuiq; vt ſe habeat opus eſt: & ita magnum;& immenſum opificium ex his,per quæ tàm benè habet,& admirationi eſt,& declarat non carere præſide. Dicit.n. Rom. 1.Inuiſibilia illius à creatura Mũdi, dum per ea,quæ facta ſunt intelliguntur, peruidetur, nempè ſempiterna eius potentia. *Vbi apparet,& quod ex iiſdemmet principijs,ex quibus impij Dei gloriam minuunt,creaturiſq;conferunt,ſancti,& pij in Dei maiorem gloriam,& admirationem,inſurgunt: & moraliter,quod ex vna benè ordinata Communitate,et Republica,eius moderatoris prudentia,ſapientiaque abſq;vlla alia prædicatione monſtratur.*

XL.

I*Dem ibidem irridens illam vltimam Iuliani concluſionem,nempè:*Meritò Deum,& Dei ſolium ſuſpicabantur:*ait:*Quod autem dicit,quod Cœlum ob ea,quæ natura habet, meritò eſt in admiratione,& ſuſpicantur multi,& Deum eſſe, & Dei ſolium:doceat præteriens num idem eſſe cenſuerit,& in æquali poſuerit menſura, quæ in vtriſq;ſed nunquam opinor, ad eam ſtupiditatẽ peruẽturus eſt, quod nullo modo differre putet eſſe Deum,& Dei ſolium.Itaq; thronus ſi dicatur Dei,regnum ipſius ſignificabit: quemadmodum de terreno verum eſt dicere, quod ſit cuiuſdã fulgidus,& ſublimis thronus, hoc eſt principatus,& regnum.Præterea quomodò æqualis portio erit imperantis, & eorum quibus imperatur:regentis,& eorum, qui cum minori gloria Regi ſubſunt:excellentis,& ſubiugatorum: multa poſſidentis,& minus poſſidentiũ? Igitur quomodo Deum, vel Dei ſedem appellat Cœlum?

XLI.

S*ATHAN.contra Gentil.lib.1.ſup. poſito dubio, nempè,quare Moyſes cum primario intenderet populo illi idolatrijs Aegyptiacis infecto Dei vnius notitiam docere:dicto tãtummodo hoc verbũ,*Deus: *ad narrationem Orbis creationis tranſierit: videtur reſpondere, quia ex nullo apertius patet vnitas diuina,quam in rerum omnium conſentu,harmonia,cõcordiaq; ait enim,* Veluti ſiquis de longè audiat lyram ex multis,varijſq; fidibus compoſitã, earumq; conſonantiæ miretur harmoniam, quod non ſola grauis vox perficiat ſonum,neq; acuta tantum,neq;ſola media, ſed oẽs pariter, modo parili,vnum efficiant concentum, prorſus intelligit,non à ſeipſa moueri lyram, aut à pluribus pulſari,ſed,vnum eſſe muſicum, qui ſingularum fidium ſonum in vnam congruam conſonantiã artis piritia miſceat, licet eum minimè videat. Ita cùm ſit omninò cõcinnus Mundi totius ordo,neq; ab inferioribus ſuperiora, neq; à ſuperioribus inferiora diffideant,ſed vnum ſimul oĩa perficiant ordinem,conſequens eſt, vt non plures intelligamus, ſed vnũ creaturæ totius Principem,& Regem,qui ſuo lumine omnia illuſtret & moueat. *Vndè, conſequenter apparet, diſcordias in vna Communitate,etiam non videntibus cauſam, clarè indicare in illa eſſe ſciſmata,vel à pluribus gubernari. Confirmatur ex his,quæ ante dicit idem S. Doctor:* Neq; .n. ſi eſſent plures creaturæ Principes, ſeruari poſſit hic tãtus rerum ordo, ſed eſſent confuſa oĩa, dum quiſq; arbitrio ſuo oĩa traheret,atq; aduerſus alium diſſideret.Sicut.n. dicebamus deorum multitudinem id efficere, vt ſine Deo ſimus,ita fateri cogimur,multorum Principatum, verum auferre dominium. Cum illud ſibi inuicem tollant: nullus iam erit Princeps, ſed principatus deſideratio apud omnes præualebit.

XLII.

I*Dem ibi inde aliam videtur aſſignare rationem, ſupra dicto dubio, nempè ex nullo ſic apparere diuinam præſentiam Vniuerſo aſſiſtentem,quam ex ſupradicta rerum omnium cõcinentia,& concordia. Ait enim:*Quoniam igitur,non temeritas,ſed ordo Mundo ineſt,neq;immoderatio, ſed modus, neq; incompoſitio fæda, ſed honeſtus ornatus; Mundiq; aptiſſima omninò compoſitio,neceſsè eſt,vt veniat in mentem; cogitationemq; noſtrã is,qui iſta coniunxit,atq; connexit,eorumq;cõcordiam molitus eſt Dominus. Etſi .n. minimè oculis cernitur, at ex ordine magno conſenſũ eorum,quæ per naturam cõtraria inuicem ſunt, intelligere poſſumus eorum Principem, & Ducem,atq;Regem.Sicut .n. ſi Ciuitatem ex multis,varijſq;mortalibus conſtantem,paruulis,magnis,opulẽtis,inopibus,ſenibus,iunioribus, ma-

Deus.

ribus, fœminis, ordinatè inhabitari videamus, eoſq; qui intus ſunt multos licet, & varios in vnã conſpirare concordiam, neq; diuites aduerſum pauperes erigi, neq; magnos cõtra paruos, neq; aduerſum ſenes iuniores moueri, ſed omnes ſimul per ſummam æquabilitatem tueri pacem. Si, inquam, iſta videamus eiuſce profectò concordiæ cauſam, conijcimus Principis præſentiã, etſi illum minimè cernamus. Sic, &c. *Vbi apparet, non temerè, ſed benè dici poſſe, Deum abeſſe ab vna Communitate, ſeù Republica, vbi diſſidia cernuntur, & in paruos magnates conſurgere, &c. videntur: Et quod Principes, & Prælati adeſſe ſuis ſubiectis Communitatibus ſtudeant, concordia enim in illis rarò in Principum, Prælatorumq; abſentia conſeruari poteſt.*

XLIII.

S. *CYRIL. Alexandri. contra Iulian. lib. 2. Arguẽs illos, qui plures cooperatores Vniuerſo aſſignabãt, ita quod Deus non omnia, ſed aliqua, cæteraque alijs creanda reliquiſſet: ait:* O craſsã de Deo ignorantiam, & inſipientiam, grauiſſimè .n. labuntur tales. Nam Deum dicentes ſe colere, ac benedicere, non tribuant ei, quod fecerit oĩa: neque Deum ſciunt. Et cum hoc, quod ignorantes sũt, etiam plurimum in illũ peccãt impiè, affectione ei tribuentes, deſpicentiam, vel impotentiam. Nam ſi non omnia facit, vel ſuperbiens non facit, vel non potens, id quod eſt impium ſentire. Deus .n. vnam ſolũ habet affectionem, nempè bonitatẽ. Bonus aũt neq; ſuperbus, neq; impotens eſt. *Vbi Principes, qui alia per ſe, alia alijs facienda committunt, vt dicantur boni, appareat magis id fieri ex impotentia (non .n. omnipotentes ſunt) quam ex ſuperbia, & dedignatione erga parua, & minima. Si poſſunt, omnia ipſi per ſe agant, vt boni omninò prædicentur.*

XLIV.

S. *ATHAN. vbi ſup. Ex alio capite arguit contra Gentiles, qui plures Deos creatores ponebant: ait enim:* Nam ſiquidem plures eſſent Dij, plures quoq; Mundos eſſe oporteret, ac varios; Neque enim deceret multos vnum fabricare Mundũ, neq; vnum à multis fieri propter illa, quæ ex his ſequerentur indigna. Primum quidem, quod ſi à multis vnus fieret Mundus, ille illorum ſugillaretur infirmitas, quod vnũ opus multi peregiſſent. Atq; ex hoc haud breue traheretur indiciũ imperfectæ cuiuſq; ſcientiæ. Si enim ſufficeret vnus, nequaquam plurimi ſingulorũ ſupplerent defectus. At verò in Deum mancum aliquid dicere, non modo impium eſt, ſed omne ſupergreditur nephas, nam & in hominibus nemo perfectum opificem dicit, qui quoduis vnum opus non ſolus, ſed multorum ſolatio, & ope ſubnixus effecerit. Si autem quilibet potuit perficere totum, ſocialiter tamen id egiſſe omnes referãtur, ridiculum id profectò erit. Quod ſi gloriæ cauſa vnuſquiſque operatus eſt, nè quaſi impotens exiſtimaretur, huiuſmodi vanitatem in dijs dicere, ineptiſſimum eſt. *Vbi apparet, & quod multiplicitas opificium arguit in ſingulis defectum ſcientiæ ad tale opus, & inſufficientiam: Et q̃d velle mittere manum ad opus, vbi non opus eſt, ſolum vt quis dicatur, tale etiam poſſe facere; eſſe vanitatis indicium.*

XLV.

I*Dem ibidem, ex alia ratione probat intentum: ait nanq;* Præterea impium ſimul, indignumq; videtur, ſi quum opus vnũ ſit, autores eius plurimi, differenteſq; dicuntur. Eſt quippè naturalis ratio, vnum, atq; perfectum pluribus, differentibuſq; præſtare. Ad hæc illud quoq; ſciendum, ꝙ ſi à plurimis Mundus eſſet effectus, differentes vtiq; haberet motus ſibi diſſimiles. Nam cũ ad ſingulos authores aſpiceret, varijs etiam motibus ageretur. *Vbi apparet, miſeria illorũ, & labor, qui à pluribus, in vna Communitate, vel Republica, ſe factos, & obligatos cognoſcunt. Non põt enim eſſe quin diuerſi à ſeipſis motus in eis cognoſcantur, cum non ad vnum ſolum, ſed ad diuerſos ſui benefactores reſpicere debeat.*

XLVI.

S. *GREG. Nazi. de Theol. lib. 2 ait:* Principio tres de Deo ſunt præcipuè opiniones: quarum prima, nullam Deum, nullum Dei imperiũ: alia Deos multos, & cuiq; ſuum imperium: tertia vnum ſolum, eiuſq; vnicum imperium ſtatuit. Duabus prioribus luſerunt Græci, atq; adeò ad ſatietatem vſq; ludant. Siquidem vbi nullum eſt imperium, ibi nullus ordo: vbi multorum, ibi ſeditio: vt & ſic nullũ imperium, nullus ordo exiſtat. Vtrunq; .n. eòdem abſurditatis perducit, nimirum ſine ordine tumultuari omnia, quę res ruinæ eſt vicina, ſiquidem vbi non eſt ordo, ibi iam ruinæ oſtium patet.

S. Gau-

Deus.

XLVII.

S. *Gaudent. Brixien. Epiſc. tract. 7. qui eſt de Exo. manifeſtè conuincit Marcionem, & Manichæű, qui etiam duos Deos ponebant, vnum ſ. noui teſtamenti auctorem; quem bonum dicebant: alterű verò veteris teſtamenti, quem malum pronuntiabant, ex eo, quod in minimorum præceptorum obſeruantia ſalutem animarum poſuerat, vel perditionem, ſi transgrederentur: ait .n. ſic S. Pater:* Vnus eſt .n. Deus, vbi deitatis nulla diuiſio eſt, &c. Quod ſi Marcion, & Manichœus meruiſſent aduertere: nunquam profectò dixiſſent vnum quidem Deum noui teſtamenti, bonum, alium verò malum, qui per legem veterem ſit locutus. Auſi ſunt, & in ſupradicta lege Azimorum aſcribere ei ſæuitiã, dicentes, hominis animã diſperdi propter fermentum panis: quo nihil poſſit eſſe crudelius. Væ cordes .n. non intellexerunt, vel quanta eſſet in mandato vtilitas, vel quod Deus maiorem cauſam tunc vlciſcẽdi habeat, ſi in exiguis rebus (vbi nulla difficultas eſt contemnatur: facilius neceſſitati ignoſcens Deus, quam præſũptioni. Deniq; ſancto Dauid non imputatur ad peccatum, quod in neceſſitate famis conſtitutus manducauerit ſanctos panes, quos nõ decebat manducare, niſi ſolis Sacerdotibus. Hic verò, videamus, quid potuit neceſſitatis incumbere. Iuſſit Deus Iſraelitas, vt ſeptem diebus Paſchæ fermentatum ſibi panẽ non ſacrificarent: Si fermentatum fieri iuſſiſſet; diligentia illic neceſſaria fuerat, nè deeſſet: quod iuſſit; deſidiæ eſt, nõ laboris. Negligentiam iubet, vt obedientiã probet: & non vis, vt damnet illam animam, quę diligentiam commodauerit, vt contemnat.

XLVIII.

EVSEB. *Cæſari. De præparat. Euangel. lib. 7. c. 4. Reſpondere videtur cuidam hic inſurgẽti dubio, nimirum, quare Moyſes, cuius ſcopus ſcribẽdi fuerit populum, alias durum, & rebellem ad Dei obedientiam edomare: de Deo ſolum dicto hoc verbo,* Deus, *ad narrationem cœli, & terræ, cæteriq; Vniuerſi totũ ſe cõtulerit; nempè vt ex obedictia Creatori omnium inſenſibilium, hic demonſtrata, eos ad debitam Deo ipſo exhibendam ſubiectionẽ conuinceret; ait enim;* A prima viſibilium, omniumq; inuiſibilium cã exorſus, illum docet creatorẽ eſſe vniuerſi, Regem, atq; Dominum, non ſolum quas ipſe ſcripturas erat legum, verum etiam naturæ ipſius: cuius ſolo nutu à non ente ſimpliciter cuncta fuiſſe producta oſtẽdit: cuius virtute omnia, quę producta ſunt, gubernare docet. *Et poſtquam omnium obedientiam ſigillatim oſtendit: concludit.* Nã ſi vniuerſus Mundus, Cœlum, Sol, Luna, Stellæ omnes, terra, & quæcunq; in ipſa ſunt, cuncta naturæ opera, naturaq; ipſa creatori Deo ſeruit, quantò magis homines ratione, ac libero decoratos arbitrio obtemperare creatori decet? *Et vltimo ſic:* Quam igitur veniam homines conſequentur diuina negligentes mandata?

XLIX.

S. *CYRIL. Alexand. lib. 1. in Gene ſauet illam iam ſup. hoc tex. aſſignatam rationem, quare S. Moyſem Deum creatorem propoſuiſſe creationi rerum, nempè vt omnem tolleret inanem curioſitatem circa creata. Nam ait ſic:* At ſi quis quærat, quomodo, vel quibus principijs creata ſint, reſpõſum illud rectum, optimumq; accipiat: Quis adiuuit ſpiritũ Domini, aut quis cõſiliarius eius fuit? Si quis .n. rem huiuſmodi intelligere uelit, mentem quoq; atq; prudentiã, quæ in Deo eſt, ipſum habere oportere certũ eſt. *Et poſt pauca ſic:* Omittamus igitur tanquam ſuperuacuam, & nullo pacto comprehenſibilem talem quæſtionẽ. Creat enim Deus, vt ipſe nouit, & poteſt. *Vbi apparet, indigentia multorum Principum, qui neq; vt norũt, neq; vt poſſunt operantur: Nam aliquando ignorantia opponitur potentiæ: aliquando potentia non adiuuat, neq; concurrit ad ſcientiam.*

L.

SIXTVS *Sene. Biblioth. Sanct. lib. 5. annot. 23. Ad illam quæſtionem (cuius non incongruus locus, eſt noſter hic textus) nempè, quid faciebat Deus antequam Mundum crearet: defendens Origenem quẽ de hac materia multi accuſant ineptè reſpondiſſe: ait:* Nemo tamen putauerit Origenem, virũ eruditione eximium, adeò fuiſſe hebetem, ac ſtupidum, quin ſenſerit quæſtionem aduerſariorũ nõ minus facilè potuiſſe diſſolui, quam illudi, ſi .n. irridere maluiſſet, in promptu erat, quod Augu. lib. 11. Confe. cap. 12. quendam dixiſſe ſcribit: qui quærentibus, Quid faceret Deus prius quã conderet Mundum, ſatis iocosè quæſtionis vanitatem illudens, reſpondit: Alta ſcrutantibus gehennas parabat.

LI.

I*Dem ibi proſequendo: ait:* Aut ſi q̃ſtionem riſu indignam putaſſet, equidem reſpondere pote-

Digitized by Google

terat,Dei naturam, neq; vnquam fuiſſe ocioſa, neq;vnquam bonitatem,ac potentiam eius obtorpuiſſe ceſſando. Semper .n. æterna illa Deitas,extra oẽm locum in ſeipſa manens, intra ſeipſam ineffabili intellectus, ac volũtatis actione operabatur,v3, Mundũ quẽ mente gerebat, anima conſpiciens, intelligentia pertractans, & voluntate deliberans,ac præcipiens,nè Mundus ipſe ab æterno fieret,ſed vna cum tpe, vt eſſet. Neq; enim,quia Mundum fore,bonum eſſet,idcireò Deus condidit Mundum: ſed quia Deus Mundum fore voluit,ideò Mundum eſſe bonum fuit. Rectè igitur Mundus tunc conditus eſt, qñ eum Deus bonum eſſe decreuit, & non antea. *Vbi apparet, & quod non minus laboratur cum internè recogitatur,quod exterius faciendum eſt: & ꝙ non minus elucet bonitas alicuius cum iubet nõ fieri, quod faciendum tempore opportuno decreuit: quam cum illud actu operatur.*

LII.

S. *SALVIAN.Maſſil.Epiſc.lib.1. de Gubern. Dei ſup.poſitæ quæſtioni reſpondere videtur ſatis de uotè,cùm dicit tunc gerere curam de Mundo,& homine, qui creandi erant, prouidentia, præueniens creationem. Nam aduerſus negantes Dei curam, gubernationem,& prouidentiam circa creata, cum ipſum Creatorem eſſe minimè negarent:ait:* Quid.n. tàm furioſum eſt, quam vt aliquis cum Deum creatorem rerum omnium non neget,& gubernatorem neget: & cum factorem eſſe fateatur, dicat negligere, quæ fecit:quaſi verò hæc ei faciendorum omnium cura fuerit. vt negligeret, quæ feciſſet. Ego autem in tantum eum curam creaturarum ſuarũ habere dico, vt probẽ prius quam etiam crearet habuiſſe. Res quippè ipſa euidenter oſtendit.Nihil .n. faceret,niſi curam faciendi habuiſſet antequam faceret: præſertim cũ ẽt in ipſo humano genere nullus ſit ferme hominũ tam hebes,qui ad hoc aliquid agat, atq;perficiat,atq; perfecta non curet. Nam qui & agrũ excolit,ad hoc colit, vt culta conſeruet: & qui vineam plantat, vt plantatam cuſtodiat. *Et poſtquam de formicis,apibus exempla affert, quæ ſuis fœtibus nè pereant, etiam antea, prouident, concludit.* Deus ergo, qui ẽt minimis animantibus hunc affectum proprij operis inſeruit, ſe tantũmodo ſolum creaturarum ſuorum amore priuauit? Præſertim cum oĩs in nos rerum bonarum amor,ex illius bono amore deſcenderit.Ipſe eſt .n. fons,& origo eunctorum: & quia in ipſo, vt ſcriptũ ẽ Act.7. viuimus & mouemur & ſumus; ab ipſo vtiq; affectum oẽm, quo pignora noſtra amamus accepimus. Totus nanq;Mũdus,& totũ humanum genus,pignus eſt creatoris ſui. Et ideò ex hoc quoq; affectu,quo amare nos fecit pignora noſtra, intelligere nos voluit quantum ipſe amaret pignora ſua.

LIII.

S. *ISID.Peluſiota lib.2.Epiſt.epiſt.299.Theodoſio Scolaſtico reſpondere videtur cuidam hic inſurgenti dubio,nimirum quare cum Moyſes ſcripturæ ſua intenderet illi populo Dei notitiam inſerere tam pauca de eo dixerit: ait .n. ſic:* Sciendum .n. ac credendũm eſt Deum eſſe: non autem quid ſit curioſè inueſtigandum.Quocirca miſſa facta de ipſius eſſentię diſputatione(vt quæ nullo modo percipi,atq; comprehendi queat, rerum omnẽ explorationem,& inueſtigationem ſuperet) vitã noſtram,& mores componamus,vt qui omninò rationem reddituri ſumus. *Vbi Prædicatores habent documentum,nè populis proponant, niſi & illa, quæ eis credere ſatis ſit: & illa de quibus rationem reddere debent,vel his concernentia.*

LIV.

S. *IOAN Chryſoſt.Homil.5.contra Anomæos hæreticos ſupra poſito dubio ſic:* Requiritur certè à nobis,vt eſſe Deum ſciamus, nõ vt quid Deus ſit indagemus. Qđ Paulus Doctor eximius docet,cum dicit;Credere .n. oportet eum, qui ad Deum accedit,quia eſt.Propheta itẽm cum impietatis quempiã argueret, nõ crimini aſſignat, quod neſcit,quid Deus ſit. Sed quod Deũ eſſe ignorat;quippè qui ita ſcribat;Dixit impius in corde ſuo nõ eſt Deus. Igitur,vt ille impius eſt, non quia Deum quid ſubſtantiæ ſit ignorat, ſed quia neſcit Deum eſſe; ſic ſatis ad pietatem eſt ſcire Deum eſſe.

LV.

S. *GREG.Nazianz.Orat.33.ſup.poſ.dub.excellentem materiam præbet ſolutionis,nempè Moyſẽ, ideò hoc ſolo verbo dicto de Deo, ad creaturarum tranſiſſe narrationem creationis:nimirum,& vt ipſam Dei neceſſariam cognitionẽ, quæ per legem fieri debebat, præcederent quædam eiuſdem veritatis ſimulachra, & ad amputandam omnem ſtultam curioſitatem ab humano intellectu,qui videns ſe, neq; ipſo-*

Deus.

ipſorum præcedentium ſimulachrorum poſſe comprehendere eſſentiam, cum ſenſibus paterent, non ſe ad ipſam inueſtiganda inutiliter extenderet veritatem. Ait enim ſic afferens illum verſum Pſ. 8. Videbo cœlos opera digitorum tuorum: Videbo enim cœlos, opera digitorum tuorum; vt conijcere poſſimus, eam quæ nunc cernimus, non veritatẽ ipſam eſſe, ſed quædã dumtaxat veritatis ſimulachra.) Si teipſum nõ noſti, quiſquis es, qui de his rebus diſputas, ſi hæc nõdum intellectu cõprehendiſti, quorum ſenſus ipſe teſtis es, quo tãdem modo, quid & quantus ſit Deus, te certò tenere, ac ſcire arbitraris? Magnæ profectò id ſtultitiæ eſt. *Et poſt pauca ſic:* Per vitæ probitatẽ aſcende: per purgationem, eum, qui purus eſt, adipiſcere. Vis Theologus aliquando fieri, ac diuinitate dignus? Mandata ſerua: per Dei præcepta actio enim gradus eſt ad contemplationem. *Vbi apparet, ratio, quare Chriſtus Dominus dicto: Baptizantes eos in nomine Patris, &c. ſubiunxit: Docentes, eos ſeruare mandata: nõ curioſè explanare myſteria.*

LVI.

S. *AVGVST. de Verb. Dom. in Euang. ſecund. Ioa. ſerm.* 38. *Loquens de incomprehenſibilitate Dei; Reſpondet ſup. in cit. dub. ſic:* Attingere aliquãtum mente Deum, magna beatitudo eſt: comprehẽdere autem, omninò impoſſibile. Ad mentem Deus pertinet, intelligendus eſt: ad oculũ corpus, videndum eſt: ſed corpus oculo comprehẽdere te putas? omninò non potes. Quid .n. aſpicis, non totum aſpicis. Cuius hominis faciẽ vides, dorſum nõ vides eo tpe, quo faciem vides. Et qñ dorſum vides, eo rpe quo faciem vides. Et quando dorſum vides, eo tempore faciẽ non vides. Non ſic ergò vides vt comprehendas, ſed quando aſpicis aliam partẽ, quam non videas, niſi memoria tecum facias; vt memineris te vidiſſe vnde recedis, nũquam te diceres aliquid, vel in ſuperficie comprehendiſſe. Tractas quod vides: verſas hùc atq; illuc, vel ipſe circuis, vt totum videas: Vno ergò aſpectu totum videre nõ potes. Et quandiù verſas vt videas, partes vides, & contexendo, quia vidiſti alias partes, videris totum inſpicere.

LVII.

S. *AMBROS. lib. de Fide Orthodoxa cap. 6. ſup. poſito dubio, ſic:* Deus credi ſe voluit, non examinari.

LVIII.

S. *CYPRIAN. Prolog. in lib. de Cardinalib. Chriſt. operib. Ad ſup. propoſitum, ſic ait,* Huius rei forma, Seraph. faciem Dei, & pedes velat, & patentibus, quæ in medio ſunt, principium, finemq; maieſtatis diuinæ alarum extenſio infra, ſupraq; operiens, aditum ad ſe temerarijs tractatoribus, vel ſcriptoribus interdicit: nec patitur ad liquidum ſe videri diuinitas, quam vtiq; inueſtigatio fidelis aliquo modo odorat, vel ſentit: ſed purã eius eſſentiam, nec conſpicit, nec cõprehendit.

LIX.

S. *MARIVS Afric. lib. 3. aduerſus Arrium ſup. cõcinnens: ait:* Extolle te igitur, atq; erige ſpiritus meus, & virtute, qua à Deo mihi es inſpiratus, agnoſce Deum, intelligere difficilè, non tamen deſperatum: nam ideò noſſe ſe voluit, ideò Mundum, & opera ſua diuina conſtituit, vt eum per iſta omnia cerneremus.

LX.

PHILO *Carpathi. Epiſcop. Interpre. in Cart. Docet nos, quomodo Deum confiteri debeamus. Nã ad illa verba:* Viderunt eam filiæ Sion, & beatiſſimam prædicauerunt eam: *poſtquam notauit non dixiſſe:* Audierunt eam: *ſed:* Viderunt eam: *ait;* Cùm his igitur, & alijs multis Sponſa uirtutibus polleat: iure admirationem ſe uidentibus affert, & à rectè intelligentibus, ſeq; benè gerentibus animis beatiſſima prædicatur: Videt .n. ad quãtam gloriam benè, beateq; uiuendo perueniat: ad quam quidem nemini datur acceſſus, niſi eã uita pariter, ac ore ſanctiſſimè laudet. Multi .n. ore ſe Deum noſſe fatentur, moribus uerò turpiſſimè abnegant. *Et poſt pauca ſic:* Nihil enim eſt turpius, quam uitam diſparem uerbis agere. Nã qui uerè boni ſunt, & perfecti, æquè dictis, ac factis Deum confitentur, ac diligunt; eundemq; cum oportet, conſtantiſſimè prædicant; pluſq; de ſe rectè præſtare malunt, quam polliceri, ac dicere.

LXI.

S. *ANAST. Synaita lib. 1. de Fid. Cath. dogmat. ſic:* Nemo igitur putet, ſe comprehendere poſſe eum, qui ſit incomprehenſibilis: neq; ſe inuenturum eũ ſperet, qui nullo apprehenditur loco. Inutilẽ ſiquidem fuerit eum perſequi, quem nõ queas apprehendere.

S. IO.

Deus.

vires hominum. Veritatis aũt ſtudioſi, Deũ Deo adiuti quærunt, & lumen, ope luminis. *Vbi apparet, inaniter ſine Deo, Deum perquiri.*

LXVIII.

ALGERIVS *Prolog. in lib. de Sacram. Corpor. & Sang. Dominici. Quamuis ſpecialiter ad illum Sacroſ. Euchariſt. Sacramentum reſpiciat: tamen ſuprapoſita concinnit doctrina, dicens*: Penſare enim debet humana paruitas modum ſuum: vt quia non accepit vt magnalia *Dei* valeat comprehẽdere. non minus credat eſſe. Cũ .n. homo creatura ſit, ſed excellẽs, ſicut præeſt quibuſdã creaturis, ſuper quas factus eſt: ſit ẽt quibuſdam nõdũ equatus ſubeſt: lõgè deſimilis ei, à quo factus eſt. Sicut .n. lapidi datum non eſt vt ſentiat, nec pecudi vt intelligat: ſic nondũ homini datũ eſt, vt cum Angelis Deum ſicuti eſt videat. Cùm ergo nec ſẽtiatur à lapide: nec intelligatur à pecude, cui præeſt: nũquid homo ſe minus eſſe intelligit, q̃a hoc ſuis inferioribus non innoteſcit? Sic igitur *Deus*, qui incomprehenſibilem maieſtatẽ ſuam beſtialibus ſenſibus, vel intellectibus humanis, ſicut res terrenas quaslibet cõiter nõ exhibet perceptibilem: nunquid à nobis, longẽ ſuis inferioribus, minus eſſe putãdus eſt, qui lõgè longius, quam noſtra inferiora noſtram comprehendere non poſſumus ſuã veritatẽ? Quãto .n. ſenſu, vel intellectu longè ſunt à nobis, quæ facta ſunt: tanto & incõparabiliter amplius longè ſumus ab eo, qui nos fecit. Ex quo .n. homo cum in honore eſſet, non intellexit, & cõparatus eſt iumentis, inſipientibus ſimilis factus eſt eis. In corpore quidẽ beſtiales ſenſus recepit, quibus tantũ corporalia, nec illa ẽt verè, perfectèq; ſentiret: in mente verò ita hebetem intellectum habuit, vt parum corporalia, minus ſpiritualia diſcerneret. Non igitur decet, vt à beſtiali ſenſu vel modico intellectu noſtro, quo nec terrena iſta ſcire ſufficimus, immenſitatem diuinę maieſtatis comprehẽdere velimus: cùm ipſi Angeli, qui adhuc nobis ſuperiores ſunt, in eum dẽſiderent proſpicere, nec tamen immenſitatem eius maieſtatis valeant penetrare: quamuis eius ſicut eſt, faciem cõtemplentur, & eius manifeſta gloria ſatientur. Quæ .n. creatura cum circũſcripta ſit, immenſũ poſſit comprehendere? Si aliquatenus comprehendi poteſt: immenſus nõ eſt. Vt ergo ait Apoſt. Rom. 12. Non plus ſapere, quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem: & vnicuiq; ſicut diuiſit menſuram fidei.

LXIX.

S. *GREG. Naz. orat. 36. Loquens de nomine* Deus, *ait ſic*: Deus nullo modo exprimi põt. Idq; oſtendunt Hæbreorum doctiſſimi, atq; antiquiſſimi, quiq; quantum quidem nobis conijciendũ dederunt. Nam qui proprijs notis ſummũ illud nomen honorandũ duxerunt, ac nè iiſdẽ quidẽ litteris aliud quidam eorum, quæ poſt Deũ sũt, ac Deum ipſum ſcribi ſuſtinuerunt, tanquam, .ſ. Deum huc etiam vſq; à rerũ noſtrarum cõmercio diſtinctum eſſe oporteat.

LXX.

SIXTVS *Senen. Biblioth. Sanct. lib. 8. Affert quandam hæreticorum aſſertionem circa illud dubium cõiter excitatum, nempè, quare in lib. Cant. cant. non inueniatur hoc verbum*, Deus, *ex qua reuerentia huius ſanctiſſimi nominis non parum depromitur: ait enim*: Pronunciarunt materiam eius eſſe prophanam, ac proindè Salomonẽ religione adductum non fuiſſe auſum amatorijs carminibus ſãctum Dei nomen immiſcere, nè cõtra legis pręceptũ, nomẽ Dei in vanis ſermonibus aſſumeret.

LXXI.

IDem *melius, & catholicè ſupradict. dub. ſoluens: poſtquam de Eccleſia dicta ſup. dicta Cãtica ex varijs Patribus oſtendit: ait*: Quod non agnoſcentes carnales huius Cantici lectores, nullũ in eo diuinum nomen inuenire poſſunt, cũ tñ ſingula eius carmina plena ſint diuinis nominibus, quibus ſeſe Deus, nunc paſtorem, nunc fratrem, & amicum, nunc ſponſum, nunc dilectum, ac deſiderabilem de induſtria nominat, præteritis (non abſq; myſterio) priſcis illis nominibus, quibus incomprehenſibilis illa maieſtas non ſine metu ab hominibus circunſcribi conſueuerat, veluti El, hoc eſt fortis: vel Adonai .i. dominus: vel Saddai, quod Hæbreis, ineffabile reputatur. Cũ .n. cœleſtis ille ſponſus in præſenti Cantico cõſolari velit myſticam ſponſam ſuam tantò iã tpe dilecti ſponſi oſeula expectãtem, ac dilatatione deſiderij tabeſcentem, omiſit vetuſtiſſimam illã diuinorum nominũ appellationẽ ipſo penè ſono formidabilem, ſumptis eorũ loco nouis, & gratioribus nominibus, quorũ ſoni dulcedine æſtuãtem ſponſæ animum, demulceret: vocans ſeipſũ pro domino, fratrem, amicum, dilectum, & ſpon-

P ſum

Deus.

ſum: pro armipotente, pacificum, ac paſtorem: pro forti, ac robuſto, vulneratum, ac ſauciũ: pro ineffabili, vnguentũ effuſum; faſciculũ myrrhæ, botrum cyprium, hynnulum ceruinum, electum ex millibus, totum deſiderabilem, & amabilem: ita viciſſim vocans ſponſam ſuam, nõ ſicut olim appellare conſueuerat, terram Iſrael, filiam Syõ, terram Iuda, ancillam, ac ſeruam, ſed ſororem, ſponſam, amicam, columbam, dilectam, vnicam, mulierum pulcherrimam, ac multis alijs huiuſmodi nouis, blandiſq; appellationibus, quibus dilectam ſibi ſponſam diuturno ſponſi deſiderio confectam, dulciter recrearet.

LXXII.

S. *GREG. Nazi. de Fide, profert quædam verba, quæ hic pro huius materiæ complemento propriè ponenda duxi: ait .n. ſic:* Deniq; pro captu, p viribus pro fide intueamur Deus quid ſit, & videamus an ei aliquid poſſi cõparari. Certè hoc eſt Deus, quod cũ dicitur, non põt dici: cũ æſtimatur, non põt æſtimari: cum definitur, ipſa definitione creſcit, quia cęlũ manu ſua cooperuit, pugno omnem Mundi ambitum concludit: quẽ omnia neſciunt, & metuendo ſciunt.

Expoſitiones aliquarum ſentẽtiarum, ex penè innumerabilibus, quę inueniũtur in Cap. Parabolicis Iob. Pſ. Lib. Salom. Prophet. Epiſt. Apoſt. Apoc. in quibus cũ aliqua peculiaritate eſt hoc verbum: DEVS.

Ex Iob.

LXXIII.

S. *GREG. 26. Moral. 10. Ad illud Heliu Iob. c. 35.* Propter multitudinem calumniatorum clamabunt, & eiulabunt propter vim brachij tyrãnorum. Et non dixit: Vbi eſt Deus, qui fecit me, &c. *ait:* Mos ſacræ ſcripturæ eſt, vt à ſingulari numero ad pluralem ſubitò tranſeat, atq; à plurali ſæpè ad ſingularem vertat. Atq; inde Heliu cum diceret: Clamabunt, & eiulabũt, nequaquam ſubdidit: Non dixerunt, vbi eſt Deus: ſed, Nõ dixit vbi eſt Deus: A plurali quippè numerò in ſingularem veniens, ad perſonã ſubitò infirmi vniuſcuiuſq; trãſiuit: fortaſsè quia à ſingulis melius recognoſcitur quicquid de eis ſingulariter auditur, vt ad cor ſuum quiſq; redeat, & in ſemetipſo hoc quod de vnoquoq; dicitur, reprehendat. Singularem igitur numerũ tenuit, dicẽs: Nõ dixit, vbi eſt Deus, qui fecit me? Quis q. s. n. aduerſitatũ tribulatione frãgitur, à quo factus eſt, minimè contẽplatur. Nã qui ꝙ nõ erat, fecit factũ ſine gubernatione non deſerit: & qui benignè hominem condidit, nequaquam iniuſtè cruciari permittit: nec ſinit neglectè perire, quod eſt, qui hoc ẽt, quod nõ fuit, creauit vt eſſet. Cũ ergo cauſam tribulationis noſtræ requirimus, & fortaſsè tardiùs inuenimus: eſt iſta cõſideratio, ꝙ nihil iniuſtè patiamur: quia ſi Deo authore ſumus, qui non fuimus, Deo regente nõ affligimur iniuſtè, qui ſumus. *Vbi apparet, ꝙ ideò tentationibus quilibet frangitur, quia factorem, & liberatorem deſperans, non contemplatur: Et Prædicatores habent documentum, nè tantum in cõe vitia reprehendant: quin etiam ad ſingulares perſonas deſcendere obliuiſcantur: Compungitur .n. magis peccator quiſquam cum cõem doctrinã ad ſe ſpecialiter ſentit dirigi, à Cõcionatore. Addatur, quod Interlin. illis verbis:* Propter multitudinẽ calumniatorũ. *correſpõdet:* Quia hi in mundo abundant. *Et illis:* Et non dixit: vbi eſt Deus: *ſic:* Infirmus vt Iob: putat ſe deſeri.

LXXIV.

B*EDA Expoſit. ibi ſic:* Potuit hæc Heliù de illa multitudine calumniatorum ſuperiùs nominata dixiſſe, ſicut ait: Et nõ dixit, vbi eſt Deus qui fecit me? Quãdo utiq; affligebãt prædictos, quos ſibi per iniquã dominationem, Deo permittente, ſubegerant, & duriſſimæ ditioni ſuæ ſubdiderant, ita vt hi ſub tanta neceſſitate pręſſurarum poſiti eiularent, & clamarent ad Deũ. Illi verò non intẽderunt animo, neq; ſuſpexerũt in Cœlum, vt ſaperent, quod Deo creatori ſuo, & conditori hæc omnia diſplicerent. Non dixit, inquã, apud ſemetipſam illa multitudo iniquorum, ſiuè dæmonũ, ſiuè ẽt hominũ: Vbi eſt Deus qui fecit me? *Vbi apparet, per nullum melius reprimi poſſe tyrannorum ſæuitiam, quam per recordationem Dei, qui fecit eos.*

Ti-

Digitized by Google

Deus.

LXXV.

TItelmanus *Elucid. ibi ſic:* Et eum à uiolentis tyrannis per potentiam ſupprimuntur, miſere eiulant præ amaritudine doloris, propter violentiam ſibi illatam, cũ ſe vident tantã pati iniuſtitiam, nec tñ poſſe inuenire vindictã. Et(ꝙ ualdè mirandum eſt) nec ſic tñ homines pleriq; tanta preſſi anguſtia ad Deum ſtudẽt reſpicere, adq; eius confugere auxilium. Non leuant oculos ſuos ad Deum, vt in fide clament ad Deum, & dicant: Vbi eſt Deus? Surge Deus, & iudica cauſam meam, ac libera me de manibus opprimentium.

LXXVI.

S. GREG 11. *Moral.* 15. *Ad illud Iob c.* 13. Nunquid Deus indiget ueſtro mendacio, vt ꝓ illo loquamini dolos? *ait:* Deus mendacio non eget: quia veritas fulciri non quærit auxilio falſitatis. Hæretici aũt, quia ea, quæ prauè de Deo intelligunt, ex ueritate tueri non poſſunt: quaſi ad probandum radium luminis, vmbrã falſitatis requirunt. *Addatur, quod Lyra poſtil. ibi ſic:* Illa .n. quæ dixerant, oſtenderant ſe dixiſſe ad defendendam diuinam iuſtitiam, ꝙ non eſt neceſsè, cũ aliter poſſet defendi. *Et Glo. Moral. ſic:* Quaſi diceret: Non. Hoc aũt pōt dici quæſtuaribus Prædicatoribus, qui multa falſa dicunt, vt quæſtum extorqueant à ſimplicibus. *Et Hugo Card. Poſtil. ibi, tenens idẽ: addit:* Eccl. 34. ſine mendacio conſummabitur verbum legis: & ſapientia in ore fidelis complanabitur. *Et illud Titelm. Elucid. ibi:* Nobilis eſt veritas, falſitatis abnegat, vel patrocinium, vel obſequium, ſibi per ſe eſt abundè ſufficiens, adſingi non patitur aliundè mẽdaciũ. Adeòq; non pōt ueritatẽ adiuuare mendacium, ut & ſuſpectam illã reddat, & de fide pereclitari faciat, ſi ad eius defenſionem, aut confirmationẽ adhibeatur: quemadmodũ productus in iudicium teſtis mendax, cauſam per ſe bonam, nonnunquam reddit ſuſpectam.

LXXII.

S. GREG. *Papa Moral.* 23 *cap.* 10. *Ad illa verba Heliu dicta Sancto Iob:* Reſpondebo tibi, ꝙ maior ſit Deus homine: *ait ſic:* Dicatur fortaſsè ab aliquo: Quis iſtud, uel cum nō audit ignorat? ſed nimirum hæc ſententia uilis creditur, ſi non ex ipſa intentionis ſuæ radice pẽſetur. Flagellato uidelicet loquebatur, qui & percuſſionis verbera acceperat, & cauſas uerberum neſciebat; Idcircò ergò intulit. Reſpondebo tibi, ꝙ maior ſit Deus homine. Vt flagellatus homo conſiderãs, quia illo maior eſt Deus, in omne, ꝙ patitur, eius iudicio ſe poſtponat, cui ſe minorẽ eſſe nō dubitat, & ꝙ à meliori patitur, iuſtum credat, & ſi eiuſdem iuſtitiæ cauſas ignorat. *Vbi apparet, vñ humilis patientiæ in Sanctis, & cum iniuſtè puniuntur: nempè ſuos Superiores, meliores ſe putare.*

LXXVIII.

S. THO. *Com. ibi ad idem ait:* Præſumptuoſum eſt, ꝙ homo cupiat diſputare cum Deo. Et in hoc quidem iuſtè argueretur Iob, ſi cum Deo diſputare voluiſſet ad contradicendum quaſi de pari. Iob aũt cum Deo diſputare volebat, quaſi ad addiſcendum, ſicut diſcipulus cum magiſtro. Vndè ſup. 13. dixit: Os meum replebo increpationibus, vt ſciam verba, quæ mihi reſpondeat. *Vbi apparet, maxima differentia inter arguere, vt conuincat, & arguere vt diſcat quiſq; cum ſuis Superioribus, & Magiſtris.*

LXXIX.

DION. *Chart. Enarr. ibi ad idem ait:* Hoc præmittit Heliu ad comprobandum, quod Deus melius ſcit defectus, & vitia hominis, quã ipſemet homo, & ideò homo ſeipſum nimis iuſtificare non debet. *Vbi dij terra intelligant tunc verè maiores eſſe ſuis ſubditis, cùm vitam eorũ melius quam ipſi ſciunt ſupereminent tunc.*

LXXX.

S. GREG. 5. *Mor.* 26. *Ad illa verba Eliphas Iob.* 4. Nunquid homo Dei comparatione iuſtificabitur? *ait:* Humana iuſtitia diuinæ iuſtitiæ comparata, iniuſtitia eſt: quia & lucerna in tenebris fulgere cernitur, ſed in Solis radio poſita tenebratur. Recta nanq; credimus, quæ exterius operamur, ſed cum minimè interna cognoſcimus, quaſi in Solis radio poſiti caligamus. Cùm verò illa vtcunq; percipimus, iſta non vtcunq; iudicamus: quia tanto quiſq; ſubtilius de tenebris iudicat, quãto ei verius claritas lucis conſtat. Qui enim lucem videt, ſcit quid de tenebris eſtimet. *Vbi apparet, longè valdè eſſe à Deo, qui de ſuis operibus aliquid boni æſtimat.*

LXXXI.

BEDA *Expoſit. ibi: Ad eadem verba, quæ iſte, vt condemnaret Iob dicta ſibi Angelo præmiſerit dicens:* Et cũ ſpiritus me præſente tranſierit, &c.

Deus.

loquens cum ipſo calumniatore ait: Verum eſt quidem,ꝙ dicis, quia creatura creatori ſuo in nullo poterit comparari:ſed neſcio,ſi ille ſpiritus,quẽ tibi dicis, apparuiſſe in ſomnis,iſtud tibi de ſancto Iob dixerit: quia beatus homo ab Angelo ſancto nulla potuit rõne culpari. *Vbi apparet, minimè credendas eſſe viſiones, quæ Sanctos, vel eorum doctrinas culpaſſe dicuntur.*

LXXXII.

S. *ISIDOR. Hiſpal. de Iudicio Dñi c.19. Afferens per occaſionem illa verba Iob* 19. Credo, q̃d Redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra, &c. & in carne mea videbo Deum: *ait ſic:* Quem Deum? niſi qui videndus eſt in iudicio? ſicut legimus: Videbunt in quem cõpunxerunt. Quem dicunt in eo loco iudicaturũ impios, vbi ipſe iudicatus eſt, Ioele Proph. teſtante cap. 3. Exurgam, inquit, & aſcendent oẽs gẽtes in vallem Ioſaphat, ibi ſedebo, vt iudicem oẽs gentes in circuitu. Iam pleriq; ibi aſſerunt futurum iudicium, vbi paſſus eſt Dominus, Eſaia probante, Conſummationem, & eleuationem dñs exercituum faciet in medio orbis terræ. Quæ conſũmatio, & abbreuiatio proceſſura põt eſſe, niſi iudicij futuri? Sed vbi ſit medium terræ, illud fidele de paſſione teſtimonium Dauid oſtendit, qui dicit. Pſ. 73. Deus aũt noſter Rex ante ſęcula operatus eſt ſalutem in medio terrę. Nulla .n. alia eſt ſalus noſtra, niſi redẽptio domini noſtri Saluatoris & iudicis, q̃ in medio terræ orta eſt.

LXXXIII.

S. *GREG. 8. Mor. 1. Ad illud Baldath. Iob.* 8. Nũquid Deus ſupplantat iudicium, aut omnipotens ſubuertit, quod iuſtum eſt? *ait:* Hæc beatus Iob, nec loquens negauerat, nec reticens ignorabat. Sed procaces quiq; vt diximus, etiã nota iactantes proferunt, vt loquendo docti videantur. Contemnunt moderatè conticere, nè credantur ex imperitia tacuiſſe. Sciendum verò eſt, quia tunc diuinæ iuſtitiæ rectitudinem laudant, cùm ſe ad gaudium incolumitas ſubleuat, & alios flagella caſtigant, cùm ſe conſpiciũt terum proſperitate perfrui, alios aduerſitate fatigari. Nam dum peruerſa agunt, ſed tñ ſe rectos arbitrantur, hoc ꝙ ſibi proſpera ſuppetũt deberi ſuis meritis credunt, eoq; colligunt, quod Deus iniuſtè non iudicat, quod quaſi iuſtos ſe aduerſitas nulla contriſtat. *Vbi apparet, neminem in proſperis degentem debere laudare Dei iuſtitiã in alijs aduerſa tolerantibus: ſignũ nanq; maximę præſumptionis de propria iuſtitia eſt.*

LXXXIV.

S. *THO. Com. ibi, ait,* Et notãdum eſt, ꝙ iuſtitia dupliciter corrumpitur, .ſ. per aſtutiam alicuius ſapientis, & per violentiam alicuius potentis. In Deo aũt vtrunq; eſt, & perfecta ſapiẽtia, & omnipotentia. Nec tñ per ſapientiam (quę nomine Dei intelligitur, quaſi aſtutè agens, ſupplantat iudicium, nec per omnipotentiam, quaſi violenter ſubuertit, quod iuſtum eſt. *Vbi apparet, per ſapientiam impiorum Doctorum, & potentiam malorum Principum omne corrumpi iudicium.*

LXXXV.

D*IONIS. Chart, Enar. ibi ait:* Argumẽtum Baldath non procedit: quamuis enim iuſtum ſit pro culpa pœnam infligi, non tñ ſemper eſt contra iuſtitiam, infligere pœnã pro alia cauſa, quam pro culpa, videlicet pro gratiæ incremẽto, pro gloriæ cumulo, pro bono cõi, ꝙ eſt proximorum ædificatio. Nec ratio iuſti conſiſtit ſolum in hoc, vt retribuatur pro meritis, ſed & in alijs multis ſaluatur rõ iuſti. Nam & Deus tam bonus, & pius eſt, vt iuſtũ ſit eum peccatoribus miſereri. Ipſe quoq; tam ſapiens eſt, vt iuſtũ ſit, eum iuſtos aduerſitatibus exercere ad maiorem eorum profectum, & pro bono cõi fideliũ. *Vbi & Prælati in conferendis honoribus, &c. non ſolũ attendãt merita ſubditorum, ſed vel eorum particulares profectus, vel aliquod cõe bonum, & & eos tales non promoueant ad infirmorum ædificationem, qui videntes bonos, & meritos deſpici, patienterq; tolerãtes in ſua pro meritis deiectione conſ lãtur. Chriſtus Dominus, nè Iudas exaſperaretur, Matheũ, & cæteros dignos, gloria transfigurationis priuauit.*

LXXXVI.

B*EDA Exp. ibi, Ad illud c.* 9. Verè ſcio, quod ita ſit, & quod non iuſtificetur homo compoſitus Deo: *ait:* Notauerat Baldaht in ſermone ſuo Sanct. Iob, quod quaſi de ſanctitate ſibi, & innocentia blandiretur: & ob hoc ei ita Iob incipit reſpõdere dicẽs, &c. *Addatur, quod S. Greg. 9. Mor. 1. ait.* Homo quippè Deo non cõpoſitus, iuſtitiã percipit: cõpoſitus amittit: quia quiſq; ſe authori bonorũ cõparat, bono ſe ꝙ acceperat priuat. Qui.n. accepta bona ſibi arrogat, ſuis cõtra Deũ donis pugnat. Vnde ergo deſpectus erigitur, dignum eſt, vt erectus inde deſtruatur.

S. GREG.

Deus.

LXXXVII.

S. GREG. 16. *Mor. 1. Ad illud Iob. c. 22.* Nunquid Deo comparari homo põt, & cum perfectæ fuerit ſcientiæ? *ait,* In comparatione enim Dei ſcientia noſtra ignorantia eſt. Ex Dei nanq; participatione ſapimus: non comparatione. *Vbi apparet, quam ſtultè aliqui ſe Sāctis Patribus ſcientia comparare audent, cum quod ſciunt illorum participatione addiſcerint. Addatur ad confirmationem, q ibi ait Dionyſ. Chart.* Qui enim audet diſputare cum alio, putat ſe comparabilem illi.

LXXXVIII.

STEVCHVS *Enar. ibi ait:* Quod tranſtulit cōparari, Hæbraicè, iſcon, Hæbreis deſignat cōparari, & prodeſſe vtilē eſſe. Pro hoc poſtremo accipitur ab ipſis, vt dicat. Nunquid homo proderit Deo? & vtilitatem afferet Deo? *Quā trāſlationem ſequēs D. Tb. com. ibi ait:* Prouocatur aliquis ad diſputandum, vel ratiocinandum cū aliquo, propter aliqua, q̃ ab eo accepit, vt fiat collatio datorum, & acceptorum. Eſt aūt præſumptuoſū, q homo putet bona, quæ facit, eſſe Deo vtilia: vnde eſt Pſ. 15. dicitur: Dixi Dño: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorū nō eges.

LXXXIX.

S. GREG. 21. *Mor. 3. Ad illud Iob 31.* Quam .n. partem haberet in me Deus deſuper, & hęreditatem omnipotens de excelſis, *quæ verba ſunt conſecutiua illorum præcedentium.* Pepigi fœdus cum oculis meis, vt nè cogitarem quidē de virgine: *ait:* Cordis munditiam quiſquis adipiſci non appetit, quid aliud quam eius à ſe mūditiæ authorē repellit? Vnde & beatus Iob protinus ſubdit. Quam .n. partem, &c. Ac ſi apertè dicat: Si mētem in cogitatione polluero eius, qui mūditię author eſt, eſſe hæreditas nequaquā poſsū. Nulla enim bona ſunt cœtera, ſi occulti Iudicis oculis caſtitatis teſtimonio non approbantur.

XC.

STEVCHVS, *Enar. ibi, ait,* Præter omne genus probitatis, adiecit caſtitatem, continentiam magnarum virtutum principium, ac fundamētū: vt nè cogitaret quidem prætereundo, vel quoq; tpe de virgine, nedum eam contingeret. Nihil cogitaret, nihil deſignaret, rapere eā: quale ſępè fit à principibus. Quæ eſt .n. (inquit Hębraicus) pars, quod premium, quæ ſpes in Deo, bonorum expectatio ei, qui ſcelus hoc perpetrarit? Formidine pœnæ, & amore virtutis abſtinebat. *Vbi apparet, Principes raptores virginum, nullum à Deo debere expectare bonum.*

XCI.

S. *Tho. Com. ibi ſic:* Quaſi dicat, in tantum in me Deus partem habet, in quantū ad ſuperiora mea mens rapitur: ſi verò per luxuriā mens mea ad carnalem delectationē deijciatur, nullā partē in me Deus deſuper habebit. Contigit aūt quādoque; q & luxurioſi ad horam aliquid de Deo ſpiritualiter cogitant, ſed mox per delectationis concupiſcentiā ad ima vocantur: vnde pars Dei in eis firma eſſe non pōt quaſi hæreditas: vnde ſubdit: Et hæreditatem: ideſt firmā poſſeſſionē. In me .ſ. ad inferiora prolapſo. Habere non poterit omnipotens de excelſis: .i. qui in excelſis habitat. Vndè oportet, q hęreditas eius, ſit in ijs qui ſublimia petunt .ſ. ſpiritualia, non aūt in ijs, qui ad carnalia deſcendunt. *Vbi apparet, quam longè ſint luxurioſi ab hæreditate, & regno Chriſti.*

XCII.

S. GREG. 23. *Mor. 12. Ad illud Iob* 33. Deū hominē non æquabo. Neſcio .n. quandiù ſubſiſtam: & ſi poſt modicū tollat me factor meus. *ait:* Recta conſideratio, q Deum homini idcircò nō æquat, quia quandiù hic ſubſiſtat, vel quādo ad Dei iudicium tollatur, ignorat. Et benè ait. Poſt modicum tollat me factor meus; quia quālibet longū fuerit tempus vitę præſentis, eò ipſo breue eſt, quo permanens nō eſt. Neq;.n. dignū ē, vt diutinū iudicetur, q cq d fine circūſcribitur.

Ex Pſalmis.

XCIII.

S. IO. *Chryſoſt. Hom. in Pſ. 49. qui incipit:* Deus Deorum locutus eſt, & vocauit terram: *in quo deſcribitur iudicium finale; ad illum verſum:* Quorum Deus iudex eſt: *ait ſic.* Vt oſtenderet & eſſe iuſtum, & alijs reddere, quod iuſtum eſt. In Deo .n. illud, Iudex, pro iuſto ſumptum eſt, quē admodum Paulus Rom. 3. id quoq; poſuit, dicens: Nam quomodo iudicabit Deus mundum? Hoc .n. eſt maxime iudicem, hoc maximè eſſe iudex: non ſolum ferre ſententiam: ſed eam iuſtè ferre.

XCIV.

S. CYPRIAN. *de bono patientiæ. Tract. 11. Afferens per occaſionē illū verſum Pſ. 49.* Deus mani-

Deus.

ſileſtus ueniet, Deus noſter, & non ſilebit, *quæ verba coniungens illis Eſai.* 53. Tacui,nunquid ſẽper tacebo : *ait ſic.* Quis autem eſt hic, qui ſe tacuiſſe prius dicit, & non ſemper tacebit? utiq; ille, qui ſicut ouis ad uictimã ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſine uoce, non aperuit os ſuum:utiq; ille,qui non clamauit,neq; in plateis uox eius audita eſt : utiq; ille, qui non fuit contumax,neq; contradixit, cum dorſum ſuum poneret ad flagella,& maxillas ad palmas: faciẽ non auertit à fœditate ſputorum : utiq; ille, qui cum accuſaretur à Sacerdotibus, & ſenioribus, nihil reſpondit: & admirante Pilato, patientiſſimum ſilentium tenuit.Hic eſt,qui cum in paſſione tacuerit, in ultione poſtmodum non tacebit. Hic eſt Deus noſter, .i. non omnium, ſed credẽtium, & fidelium Deus: qui cum in ſecundo aduentu uenerit manifeſtus, non ſilebit: nam cum in humilitate prius fuerit occultus,ueniet in poteſtate manifeſtus.

XCV.

ELIAS *Creten.Comment.in Orat.1.D.Greg.Naz. Afferens per occaſionem illud Pſ.* 13. Dixit inſipiens in corde ſuo:non eſt Deus:Corrupti ſunt, &c. *ait ſic*. Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus. Qua .ſ. ex re illud ſequitur, ut in omne impuritatis genus quiſpiam prouoluatur.

XCVI.

PAYVA *Luſitanus Theol. Conc. Trid. ſerm.* 1. *fer.6.poſt 2.Dom. Quadrag. Afferens per occaſionem illum verſum Pſ.* 9. Non eſt Deus in conſpectu eius:inquinatæ ſunt uiæ illius: *ait ſic:* Exiſtimo non poſſe adeſſe Deum cordi, ſi eſt longè à memoria. Ideo noluit Deus,ut mãna plus uno die conſeruaretur incorruptum; non quod talis fuiſſet natura eius, ſiquidem ſabbato incorruptũ permanebat cum die præcedenti colligeretur: ſed ut ſemper à Deo pendentes, eum à memoria minimè perderent.

XCVII.

S. AVGVST. *lib.9.de Ciuit. Dei, prout refertur à Beda in Compen.expoſit.eiuſd.Auguſt. in Epiſt. Pauli.1.Cor.7. Afferens per occaſionem illũ verſum Pſ.94.*Et Rex magnus ſuper omnes Deos: *intelligens per Deos homines,vel iuſtos,vel Principes,notauit ſingulariter, quod cũ tam liberalis inueniatur Deus in ſacra ſcriptura, huius encomij (Deus) erga homines nunquam tamẽ inuenitur illud cõcaſſe ſãctis Angelis: & aſſignans rationem,ait:* Nè .ſ. propter illorum excellentiam,aliquem illorũ nobis conſtituere Deum, infidelis auderet infirmitas, quod in homine facilè eſt euitare. *Et tract. in Pſ. 135. excitans idem dubium & reſpondens,quod ſup. addit ſic:* Vndè multò vtiliùs Angeli vocantur,q Latinè,nuntij nuncupantur,vt per nomen non ſubſtantiæ,ſed officij, ſatis intelligamus, illum Deum à nobis coli,eos velle quem nuntiant.

XCVIII.

S. IOAN. *Chryſoſt.Homil.in Pſ.133. Ad illum verſum:* Quia ego cognoui,quod magnus eſt Dominus: Et Deus noſter præ omnibus Dijs: *notat,non benè cohærere ſe iactare magnitudinem Dei cognoſcere; & eiuſdem magnitudinem per comparationem ad vana idola, non aũt abſolutè laudare: & ait ſic:* Qui dicit,magnum eſſe Dominum, & ſe id nouiſſe, procedens ei, quod dixerat detrahit,& eum confert cum alijs,& per comparationem ei excellentiam tribuit. Nequaquã; ſed tunc loquebatur habens rõnem eorum, qui audiebant paulatim eos ad id deducens. Neq; .n. hoc ad modum magnum eum oſtẽdit, quod dicatur eſſe maior, & magnus præ illis. Sed ſicut dixi,moderatur orationem humilitate auditorũ, eos paulatim ſuſtollens. Benè .n. tunc cum eis agebatur,quod hæc audiuiſſent, & perſuaſa haberent. *Vbi apparet, cõparatione non ſemper dicere cõicationem: ſed aliquando infimorum vanam æſtimationem: quæ tolli neceſſè eſt, vt ſupernorum vera ſtatuatur æſtimatio, ſic Chriſtus Euchariſtiam cum manna, & gratiam cum aqua Samariæ comparauit.*

XCIX.

IDem *Homil.in Pſ.13. Ad primum verſum,* Dixit inſipiens in corde ſuo:non eſt Deus: *ait ſic:* Et vt intelligas,quod qui nunc dicitur inſipiens,nõ erat priuatus naturali intelligentia,vide quantũ valebat prudentia. Neq; .n. lingua dixit:non eſt Deus:neq;per os locutus eſt, ſed in corde celauit improbitatem. Sciebat .n. ſe in periculo futurum,ſi id eructaſſet. Quoniam .n. qui illis tẽporibus blaſphemabat,vel eum inficiebatur, lapidis obruebatur. Teſtis eſt Nabuth,qui tanquã blaſphemus condemnatus eſt. Nè huic improbe ſentienti,id ipſum vſu veniret in corde, impietatem inſculpſit, impietatis templum cor ſuum conſtituens. Si fuiſſet .n. emotę mentis,& naturali caruiſſet prudentia,nõ in corde ſolũ, ſed & ore dixiſſet: non eſt Deus.

Deus.

C.

S. *IOAN.Chryſoſt.Hom.8.in Pſ.7.Ad primũ verſum:*Domine Deus meus ſaluum me fac ex omnibus perſequentibus me: *ait ſic,* Non enim dixit: *Dominus Deus,* ſed *Domine Deus* meus: & alibi. *Deus Deus* meus: ad te de luce vigi o. Etenim cũ omnibus eo opus habebat: ſeorſum autem, ac ſeparatim propter inſignè deſideriũ. *Vbi ẽt S.Pater aduertit quoddam dignum, q ne pereat, nolui pertranſire (eſt .n. eiuſdem verſus, nempè quod cum, vt conſtat ex titulo Pſalmi hic conqueratur de Abſalone, tamen ſolũ meminit de illis, qui cũ commitabantur: ait .n. ſic:*Plus exercitui imputabat, quam tyranno, & ideò dicit: Ab omnibus perſequentibus me.*Vbi apparet, maiorem culpam eſſe eorum, qui tyrannidem alicuius fauent, quam ipſius tyranni.*

C I.

S. *PROSP.Expoſit.in Pſ. 113. Ad illum verſum:* Nè quãdo dicant gentes vbi eſt *Deus* eorũ: *ait ſic:* In nouiſſimo enim manifeſtabitur miſericordia, & veritas: nec dicent impij: vbi eſt *Deus* eorum? cum apparente ſigno Filij hominis in cœlo, & inſtante iudicio, non adhuc prædicabitur credendus: ſed oſtendetur tremendus.

C I I.

L *VDOLPH.Chart.Enarr.in Pſ.15.Ad illũ verſ.* *D*ixi domino, *Deus* meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges: *ait ſic* : Et verè *Deus:* quoniam bonorum meorum non eges. Non .n. tu indiges meo ſeruitio, ſed ego potius tuo beneficio. Vnde, ly, quoniam, non eſt cauſale, ſed coniunctiuum: quaſi diceret: Nõ cauſa, ſed ſignũ eſt, & euidentia tuę diuinitatis, quod non eges bonis meis. *Vbi apparet, quam humani ſunt Reges, qui ſe Deos terræ iactant, ſiquidem ita egentes ſe cognoſcunt, quod tãquam in extrema poſiti neceſſitate, ſine ſcrupulo bona ſubditorum ſurripere non verẽtur.*

CIII.

S. *GREG.Papa Moral. 5.cap.9. Aſſerens per occaſionem illum verſum Pſ.45.* Vacate, & videte, quoniam ego ſum *Deus*. *Poſtquã demonſtrat: neceſſariam eſſe ab omnibus terrenis negotijs vacationem, vt animam Deum cognoſcat, & videat: nè videatur excludere à vera Dei cognitione omnes occupatos, & admittere omnes otioſos: ait ſic:* Qui ergò rebus temporalibus occupantur, tunc benè exteriora diſponunt, cùm ſolicitè ad interiora refugiunt, cũm nequaquam foris perturbationum ſtrepitus diligunt, ſed apud ſemetipſos intus, in tranquillitatis ſinu requieſcunt. Prauæ etenim mentes temporalium rerũ tumultus intra ſemet ipſas verſari non ceſſant, ẽt cum vacãt. In cogitatione .n. ſeruant depicta, quæ amãt, & quãuis nihil exterius faciãt, apud ſemetipſas tñ, ſub põdere inquietæ quietis elaborant. Quibus ſi earundem rerum adminiſtratio præbeatur, ſemetipſas funditus deſerunt, & fugitiua temporalia per intentionis curſum continuis cogitationum paſſibus ſequuntur. Piæ aũt mentes hæc, & cum deſunt, non quærunt, & grauiter ẽt cùm adſunt ferunt: quia per exteriorũ curas, à ſe exire pertimeſcunt. *Vbi apparet, magis vacare Deo pios, cùm negotijs exterioribus occupantur: quam impij cum ab omni occupatione vacant: quorũ imaginatiua, ſi videre liceret, oſtenderent in ſe depicta omnia regna mundi, & gubernationes eius in momento temporis, de quibus intelligendum putò, illud diaboli Chriſto Domino:* Et cui volo do illa. *Nam neq; niſi imaginarias gubernationes dare poteſt diabolus: & pro illis à quampluribus adoratur, qui ſolis meris imaginarijs occupationibus detinentur, nè Deo, per momentum vacare poſſint.*

C I V.

S. *IOAN.Chryſoſt.Hom.in Pſ.13. Ad illum verſ.* *D*ixit inſipiens in corde ſuo: Non eſt *Deus: intelligit dictũ de diabolo: aſſignans aũt qñ negauerit Deo deitatẽ: ait ſic, D*ixit, ponã thronũ meũ ſuper nubes, & ero ſimilis Altiſſimo: ſuſtulit: *D*eus: & poſuit, Altiſſimus. Ita ẽt facit quilibet hæreticus vehemẽtiſſimus in tempore perſecutionis, loquens cum Pontifice, nec eum vocat Põtificem, nec Archiepiſcopum, &c. Sed quid? Reuerentia tua, Sapientia tua, prudẽtia tua, iuſtitia tua, & nomina illi adducit communia, eius negans authoritatem. *D*iabolus hoc tunc fecit in *D*eo. Ero ſimilis altiſſimo, nõ *Deo*; ſed Altiſſimo. *Vbi apparet, quod denominatio communium encomiorum, etiam ſublimium; eſt denegatio peculiaris dignitatis.*

C V.

S. *AVGVST.Tract.in Pſ.94.Ad illum verſ.* Quoniam *D*eus magnus, & Rex magnus ſuper oẽs *Deos: ait ſic:* Hic accipe homines *Deos.* Nõ .n. Rex dominus ſuper dæmonia. *Et tract. Pſ.135 Ad illum verſum:* Terribilis ſuper omnes *Deos:*

ait

Deus.

ait ſic: Cur hoc dixerit cōtinuò velut exponēdo ſubiunxit: Quoniam oēs Dei gentium dæmonia. Super tales Deos dixit, Dominum terribilē. *Vbi morale documentum habent Principes, vt reges ſolū ſe iactent bonorum, malis autem ſubditis terribiles ſe exhibeant.*

C V I.

LVDOLPH. *Chartuſ. Enar. in Pſ. 52. Ad primū verſ.* Dixit inſipiens in corde ſuo: non eſt Deus: *ait ſic*: Qui putat Deo placere mala, vel qui dicit eum omnibus parcere: non eum putat eſſe Deum. Idem nanq; Deo eſt eſſe Deum, & eſſe iuſtum: quia iuſtitia in Deo, Deus eſt.

C V I I.

S. AMBR. *lib. 1. de Fide cap. 6. Aſſerens per occaſionē illū verſum Pſ. 21.* De vētre matris meæ Deus meus es tu: *à Chriſto Domino dictum intelligens: ait ſic*: Significat eū, qui pater ſemper erat: Deū ſibi eſſe, ex quo de vētre matris proiectus eſt.

C V I I I.

NICETAS: *Com. in orat. 40. D. Greg. Naz. Aſſerens per occaſionem illum verſum Pſ. 80.* Deus ſtetit in Synagoga deorum: in medio aūt Deos dijudicat: *ait ſic*: Fulgebunt .n. ſicut Sol, quemadmodum ſcriptura pollicetur, qui in hac vita, animam à vitiorum malis expiauerint, ac deiformes appellati ſūt: de quibus Dauid: Deus ſtetit, &c. Hoc eſt cœleſtis regni manſiones, graduſq; dignitatum pro virtutis ratione, ac proportione ipſis diſtribuit. *Vbi apparet, ſolos illos diiudicare in medio dici poſſe, qui pro meritis vnicuiq; gradus diſtribuunt.*

C I X.

S. IOAN. *Chryſ. Hom. in Pſ. 53. ad Pſ. 13.* Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus: *tenet, hunc fuiſſe idolatram: & proſequitur ſic*: Quicunq; multos Deos adorat, dicit: non eſt Deus. Quemadmodum .n. maritorum multitudo effecit, vt non cenſeatur maritus: Quinq; .n. viros habuiſti, & nunc quem habes non eſt vir tuus. Io. 4. ita ēt multorum deorū cultus eſt impietas, & perinde, ac ſi nullum colas. Multorum .n. deorum admiſſio, eſt vnius negatio. Et quod qui multos deos colunt, ſint impij, & Deum non habeant, audi Apoſtolum ſcribētem ad Ephe. 2. Vos aliquando gentes, quando eratis in illo tpe ſine Chriſto, ab alienati à conuerſatione Iſrael, ſpem nō habentes, & ſine Deo in mūdo. Et quomodo Epheſij? Hinc ſimulachra: illinc imagines, illinc neocoros Dianæ argētea: Tantus eſt grex Deorum, & quomodo ſunt abſq; Deo Epheſij? Sed propterea ſunt impij, & ſine Deo, q cum multos deos elegerint, ab vno exciderūt. Dixit inſipiēs in corde ſuo: non eſt Deus. A primo inſipiente peruaſit ad ſuos diſcipulos. Primus inſipiēs diabolus, qui inſipientiæ fuit primus ſeminator, qui primus præco deorum multitudinis: Eritis ſicut dij, Gene. 3. Qui multos dicit, vnum negat.

C X.

ELIAS *Cretenſis: Com. in orat. 4. D. Greg. Maziāz. Combinans ſupradicta verba cum illis, Hier. 10.* Quia ſtultè egerunt paſtores Dominū non quæſierūt: *ait ſic*: Per ſtultos igitur hoc loco impios, vt opinor, intelligit, quandoquidem hoc quoq; potiſſimum in ſcripturæ more poſitū eſt Quale .ſ. illud eſt: Dixit inſipiēs in corde ſuo, &c. Quāquā ſtultus quoq; dicitur quiſquis quoquo modo peccat. Etenim peccatum quoq; omne hunc conflatur, quod ratio minimè dominetur.

C X I.

S. AMBR. *lib. 2. de Fide, contra Fortunatum. Aſſerens ſupradictum verſum: ait ſic*: Dixit inſipiēs in corde ſuo: non eſt Deus. De quo dictū putas, de Iudæo, de Gentili, an de diabolo? de quouis dictum ſit (Fortunate) tolerabilior eſt ille, qui tacuit. Tu verò & voce auſus eſt dicere, vt inſipiente inſipientior probareris. *Vbi apparet, maiorem eſſe valdè longè inſipientiam, quæ ore profertur, illa, quæ tantum corde concipitur.*

C X I I.

ELIAS *Creten. Com. in Or. 4. D. Greg. Naz. Aſſerēs per occaſionem ſupra dictum verſum: ait ſic*, Ex eo .n. quod Deum contemptui habere conſpicitur: ēt ſi non vocibus dicat. tū rebus ipſis, ac vitæ improbitate ille penè clamat: Nō eſt Deus.

C X I I I.

LVDOLPH. *Chart. Enar. in Pſ. ad eadem verba, ait ſic*: In corde ſuo, non tantum in ore: & ideò grauius.

C X I V.

S. IO. *Chryſ. vbi ſup. Ad ſupradictum verſum ait, hoc dictum quaſi volens Dauid reſpondere præcedentibus Pſalmis, in quibus ſe derelictum à Deo conquærit, & perſequutum, ſuperatumq; ab impio: ſed*

Deus.

ſed quoniam ſpecialiter non refert in prædictis Pſalmis quicquam iniuriæ paſſa, vel ſibi illatæ, hanc impij blaſphemiam denunciando, inquit, ſatisfacere de eius querimonijs quærentibus: & in perſona eiuſdem Dauid, ait ſic: Qui .n. aduerſus Deum extollitur, multò magis extolletur aduerſus Dei Prophetas, & qui contra dominum erigitur, & aduerſus conſeruos erigetur. *Vbi apparet, ſufficere ad probationem cauſæ iuſtorum, aduerſus impios ſcire illos impios eſſe, & ſi nulla alijs Sanctis facta iniuria demonſtretur. Non enim fieri poteſt, vt ab inimicis Dei eius ſerui benè tractentur.*

CXV.

S *IO. Chryſ. ibid. ad ſupradictum verſum, ait ſe nõ mirari, inſipientem dicere in corde ſuo non eſſe Deum, cùm certum ſit, Deum eſſe vbiq; & ait ſic:* Eſt enim vbiq; ſed non in corde inſipientis.

CXVI.

S *Proſper. Expoſit. in Pſ. 139, Ad illum verſum,* Dixi Dominō: Deus meus es tu: *ait ſic:* Ambulans autem per aram mandatorum Dei, dicat Domino, Deus meus es tu. Quę vox propriè iuſtorum eſt, cum Deus & malorum ſit Deus: ſed hac confeſſione non adiuuantur, quandiù Dño conditione potius, quam voluntate ſubduntur.

CXVII.

L*VDOLPH. Chartuſian. Enarr. in Pſ. 7. Ad illum verſum* Domine Deus meus ſi feci iſtud: *eãdem aſſignat rationem, quare Dauid Deum, ſuum peculiariter vocet: ſed ne pereat, pono hìc quãdã ſingularem expoſitionem ad illud:* ſi feci iſtud: *ſcilicet:* Si hoc malum, quod à perſecutoribus ſuſtineo mihi per culpam præteritam, quam commiſerã contingit. *Vbi apparet, quod omnium ſuppliciorum, quæ nobis eueniunt, nos ſumus fabricatores, & ipſa ſunt noſtra factura. Loquebatur de perſecutione Abſalon.*

CXVIII.

S *AVG. tract. in Pſ. 15. Ad illum verſum:* In quacunq; die inuocauero te, ecce cognoui quoniam Deus meus es: *quem ille ſic legit:* Ecce ſciui quoniam Deus meus es: *ait ſic:* Magna ſciẽtia. Non ait: Sciui, quia Deus es, ſed quia Deus meus es. Tuus eſt enim cum tibi ſubuenit. Tuus es, cum tu ab illo alienus non es. Vnde dicitur Pſ. 144. Beatus populus, cuius Dominus Deus ipſius. Quare cuius eſt? Cuius enim nõ eſt? Omnium quidẽ Deus, eſt: ſed eorum propriè Deus dicitur, qui eum diligunt, qui eum tenent, qui illum poſſident, qui illum colunt, qui tanquam de domo magna ipſius ſunt familia eius, redempti magno ſanguine vnici Filij eius. Quantum dedit nobis Deus, vt ipſius eſſemus, & ipſe ſit noſter.

CXIX.

S *GREG. Papa Homil. 15. in Ezech. Aſſerens per occaſionem illum verſum Pſ. 47.* Deus in domibus eius cognoſcetur; *quem ille ſic legit;* Deus in gradibus eius dignoſcetur: *ait ſic:* In ſcientia diuini eloquij, ſeù in ipſa fide, quam de illo accepimus quibuſdam gradibus ad altiora incremẽta peruenimus. Nemo enim repẽtè fit ſummus, ſed in bona cõuerſatione à minimis quiſq; inchoat, vt ad magna perueniat. *Et poſt aliqua ſic:* Aliud nanq; ſunt virtutis exordia, aliud, profectus, aliud perfectio. Si .n. & ipſa fides ad perfectionem ſuam non quibuſdam gradibus duceretur, & Sãcti Apoſtoli minimè dixiſſent Lu. 17. Adauge nobis fidem. Et quidam venit ad Dominum, Mat. 9. qui curari voluit Filium ſuũ, ſed requiſitus an crederet; reſpõdit: Credo Domine adiuua incredulitatem meam. Penſate ergò, qđ dicitur: Si credebat, cur incredulitatẽ dicebat? Si verò incredulitatem habere ſe nouerat, quomodo credebat? Sed quia per occultam inſpirationem gratiæ meritorum ſuorum gradibus fides creſcit, vnò, eodemq; tẽpore is, qui nec dũ perfectè crediderat, ſimul & credebat, & incredulus erat. *Vbi apparet, non incongruè dici poſſe Moyſen præpoſuiſſe verbum,* In principio, *vt prima frõte appareret in domo Dei dari progreſſus, neminemq; repentè fieri ſummum.*

CXX.

S *IO. Chryſoſt. Homi. in Pſ. 134. Ad illum verſum:* Quia ego cognoui, quod magnus eſt Dominus: & Deus noſter præ omnibus Dijs: *ait ſic:* Dic mihi autem rogo. Tu noſti, alij non nõrunt? Norunt qnidem, ſed non ita vt ego. Eſt enim valdè Sanctorum, & eorum, qui plurimũ aſcenderunt, accuratius eius cognoſcere maieſtatem: nõ quidem, quæ nam ſit vniuerſa (hoc enim fieri non poteſt) ſed alijs apertius. *Vbi ſatis reſpondetur aliquibus modernis, qui vel de ſe, vel de alijs, & modernis non verentur dicere, ſe poſſe habere maiorem ſcientiam, (imò habuiſſe aliquos affirmant) quam habuerit Angelicus Doctor, aſſerentes, vnum verum ſed malè intellectum, nempè, Angelicum patrem non*

Deus.

comprehendiſſe omnia, quæ ſunt in Deo; & exinde ſuam eliciunt temerariam concluſionem: non attendentes ſe, neq; illos non eſſe valdè Sanctos, & ſic non poſſe pertingere vbi Angelicus attigit Sanctus.

CXXI.

Sanctus idem Chryſoſt. Hom. in Pſ. 13. *Ad illum verſum*: Dixit inſipiens in corde ſuo: non eſt Deus, *poſtquam oſtendit, iſtum non fuiſſe amentem, ſed malitioſum, ex eo, quod talem blaſphemiam potuerit retinere in corde, quin illam proferret ore: ait ſic*: Si fuiſſet enim emotæ mentis, & naturali caruiſſet prudentia, non in corde ſolum, ſed ore ẽt dixiſſet: Non eſt Deus. Nec apud Deũ, nec apud homines vocatus eſſet in periculũ. Si .n. Imperator, qui eſt totius Orbis auriga, ſæpè ab inſipiente, & ſtulto cõtumelia affectus ſuſtinet matura ductus miſericordia, ſi eum abripuit animi perturbatio: multò magis eũ, qui eſt natura inſipiens, blaſphemantem nec Deus, nec homo vltus eſſet, ſed vt hominem ſtulta loquentem dignũ venia iudicaſſet. Et ideò, qui ſunt à dæmone correpti, non cenſentur blaſphemare. *Vbi Principes habent documentum, nè in eos iraſcantur, qui publicè eos cõtumelioſis verbis dedecorãt. Caueant illos, qui in corde ſolum dicunt*: Non eſt Deus.

CXXII.

Idem Hom. 12. in Epiſt. ad Epheſ. cap. 4. *Per occaſionem loquens contra illos, qui ignem adorabant, vt deumq; colebant; illorum vanitatem, ſic irridet:* Sic omninò ignem adoras. Quid ſeruis imperas, quod ipſe dedignaris? qua ratione tu quidem in lecto iaces, coquum verò Deo tuo adſtare, ſeruiteq; facis, ac iubes? *Vbi aduertant ſuperbi, & magnates Chriſtiani, qui per ſe opera diuini cultus exercere dedignantur; & ſui committunt ſeruis: quãtum infideles, illos irridere poſſunt.*

CXXIII.

Idem, ibid. *ad eundem verſum: de diabolo dictum intelligens: ait ſic:* Non dixit, dicit, ſed dixit: ſemel auſus eſt, & dixit: Et quoniam cum dixiſſet eiectus eſt de Cœlis tanquam ſuperbus inſurrector, nõ amplius per ſe dicere auſus eſt. Quoniam .n. ſemel tantum dixit: Ponam thronum meum ſuper nubes, & ero ſimilis Altiſſimo: & Deum negans, Deum expertus eſt ex alto deturbatus, & in imo ab hominibus conculcatus, non amplius auſus eſt dicere: Non eſt Deus. *Et aſſerens quomodo Euæ loquens dixerit*: Quare vobis præcepit Deus: *& Act. 16.* Hi homines ſunt ſerui Dei Altiſſimi: *addit ſic:* Quia ergo ſemel dixit dogma impium, non audet amplius dicere: ſcit.n. quid paſſus ſit. Nõ dicit inſipiẽs: ſed dixit.

CXXIV.

Idem ibidem, *ad prædictum verſum: tenet hic deſcribi primam Dei negationem, quam intra ſe ſecum diabolus fecit, & aſſignans rationem, quare cũ illam exterius protulit dixerit:* Similis ero Altiſſimo: *& non:* Deo: *ait ſic*, Suſtulit, Deus, & poſuit, Altiſſimus, erubeſcens eum nominare, quem iã negauerat. *Vbi apparet, quantum inuerecundiores ſint adulatores, quam fuit diabolus, qui non erubeſcunt ſicut deos magnificare exterius, quos interius nihil faciunt.*

CXXV.

Idem Hom. in Pſ. 49. *Qui incipit*, Deus Deorũ locutus eſt. *Quærit, quare Dauid hic idola vocauit Deos, cum ſint dæmonia? Reſpondet autem ſic:* Non vt quid ſint, ſed vt qui ita exiſtimentur ab ijs, qui in errorem abducti ſunt. Quoniam enim erat craſſior Iudæorum animus, & à cultu idolorum non erant omninò liberi, ſed ſimulacra mirabantur, & multas iniquitatis habebant reliquias: vel eo ipſo eorum animos, & ſpiritus extollit oſtendens illum illorum eſſe dominum. *Vbi apparet, non eſſe bonum dictamen abſtrahere velle populum ab æſtimatione eorum, quæ mirantur, per talium diffamationem, ſed per meliorum excellentiam, & ſuperioritatem. Non ſtatim: Eſt diabolus: nihil ſunt: dij ſunt: ſed Deus deorum eſt.*

CXXVI.

Idem ibid. in Pſ. 13. *Ad primum verſum:* Dixit impius in corde ſuo non eſt Deus: *Intelligens de diabolo: explanans in quo nam corde hanc dixerit blaſphemiam, quodnam ſit diaboli cor: ait ſic:* In quolibet, qui eadem cum eo ſentit, & nõ diſcrepat ab eius moribus, & eſt impius. Dixit in Pharaone. Exod. 5. Non noui Dominum, & curauit vt profundum maris eſſet ei ſepulchrum. Dixit p Senacherib Aſſyriorũ Regẽ. 4. Reg. 18. Nõ poteſt Deus Ezechiam è meis manibus eripere; & effecit vt occideretur manibus filiorum ſuorũ. Dixit per Nabuchodonoſor: Dan. 3. Quis eſt Deus, qui eripiet vos à manibus meis? & qui ſibi Deo potentior videbatur, cunctis viſus eſt hominibus abiectior, fœnum vt bos comedens, vt diſceret bouem ſuum cognouiſſe creatorem,

quem

Google

Deus.

quem ipſe negauerat. Dei negatorem Iudã fecit perire laqueo, quod Deum ipſum tanquam hominem tradẽdum curauerit. Cùm diabolus, inquit, miſiſſet in cor Iudæ, vt ipſum traderet. Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus. Si .n. Deũ ipſum tũc dixiſſet, non tradidiſſet ad mortem, nec & Iudæos docuiſſet occidere dominũ, quoniam eis perſuaſit Ieſum non eſſe Deum. Hunc neſcimus vnde ſit. Ioan. 9. *Vbi apparet, impios eſſe corda diaboli. Sed aduertatur, vnde S. Pater hunc deduxerit diſcurſum, nempè ex his, quæ ſupra inueniuntur n. 123. quibus ibi aſſignatis verbis ſic addit:* Non .n. amplius hoc dicit per ſe, & nullo intermedio: ſed in corde ſuo: *& proſequitur, quæ hic ſcripta ſunt verba. Vbi apparet, quod quæ diabolus contra Deum per ſe dicere, & agere non audet: per homines impios facillimè operatur.*

CXXVII.

IDem S. Io. Chryſoſt. ibid. *Ad eundem verſum ait, in hoc reddere Dauid rõnem, quare præcedentibus Pſalmis ſe tribulatum, & à Deo oblitum toties repeteret: dicit .n. in perſona eiuſdẽ Sancti Regis ſequentia verba:* Cur excurſior rogas? Quoniam dixit impius in corde ſuo: non eſt Deus. Cum impio conuerſationem, exiſtimo eſſe à Deo auerſionẽ. Deum mei eſſe oblitum ſuſpicor, quod vna cum impio viuam. Sancto .n. eſt cruciatus, & ad iram prouocatio impiorum impietas. Iam enim de Paulo dictum eſt Act. 17. Athenis autem cum Paulus expectaret Timotheum, cruciabatur ſpiritus eius videns idolatriæ deditam Ciuitatem.

CXXVIII.

CASSIOD. *Com. in Pſ. 21. Ad illa verba:* Deus Deus meus reſpice in me. *ait:* Deus ſermo Græcus eſt, qui Latinè interpretatur, Timor. Prò qua re, vt arbitror, maiores noſtri Deum à timore appellandum eſſe voluerunt. Vnde quidam Gentilium Poetarum, ait: Primus in orbe Deos fecit timor.

Ex Lib. Salomon.

CXXIX.

DIONYS. *Chart. Enar. in Prou. 2. Ad illud,* Si quæſieris eam quaſi pecuniã, & ſicut theſauros effoderis illam, &c. Scientiam Dei inuenies: *ait,* Circa hoc ait Gloſ. qui theſauros effodit, terram reijcit, & foueam facit profundã, ſedulò inſiſtens, donec quod quærit inueniat: ſic qui theſauros ſapientiæ deſiderat inuenire, omne pondus terrenum à ſe reijciat, & foueam humilitatis faciat in ſe, nec quieſcat, donec inueniat. Deniq; huic ſimile eſt, quod Seneca in ſuis ait Prouerbijs: Vt auri aliquid extrahamus, terrã euertimus: vt ſummum bonũ occupemus, & vt ſapientiam reperiamus, pectus ſcrutari piget.

CXXX.

DANIEL *Recuper. Com. ibi ſic:* Non eſt propter hoc dicendum, ſcripturam laudaſſe auaritiam. Sed qũia nouimus omnes amatores pecuniæ, quantis patienter laboribus, ſudoribuſque ſubdantur, à quantis ſe cõtineant voluptatibus, quanta ſagacitate ſectentur lucrum, & prudenter damna deuitent, rectè admoniti ſumus, ſic amare Dei ſapientiam, & intelligentiam, vt eam nobis theſaurizare auidiſſimè cupiamus. *Et poſt pauca ſic,* Hoc exemplo, Paulus exhortans homines ad virtutem, de agnotetis .i. vitioſo hominũ affectu, etiam ipſe exemplum ſumpſit 1. Cor. 9. *Vnde auditores non putent licere ea mala, ex quorũ exemplo audierint commendari bona, v. g. illud de vilico iniquitatis, &c.*

CXXXI.

BEDA *Expoſit. ibi Ad illud cap 19. vbi inter cætera, quæ de ſtulto deſcribit, ait,* Et contra Deũ feruet animo ſuo; *ait:* Contra Deũ feruet animo, qui diuina imperia per ſuam inertiam contemnens, inſuper ipſum Deũ quaſi importabilia hominibus onera impoſuiſſet, mente reprehendit inſana.

CXXXII.

DIONYS. *Cart. ibi, Ad eadem verba, ait,* Ideſt inſipiens, & iniquus impietatem ſuam in Deo retorquet, aut in blaſphemię verba prorũpit: iuxta illud Pſ. 20. Quoniam declinauerunt in te mala. *Lyra ibi ſic:* Quia ex impatientia prorupit in blaſphemiam Dei. *Vbi apparet, impatientiã eſſe ignem, quo feruet, & erupit blaſphemia.*

CXXXIII.

ROPERT. *Holkot. Com. in 1. Sap. Ad illud,* Peruerſæ enim cogitationes ſeparant à Deo: *ait:* Et notandum, quod non accipiuntur hic cogitationes: diſtinguendo cogitationes contra actum voluntatis; ſed includendo tàm actum voluntatis, quàm intellectus: quia ſic ſunt cogitationes peccata. Nulla enim res eſt peccatũ, niſi actus elicitus à voluntate, vel imperatus. Vnde

Deus.

Aug.Peccatum adeò eſt voluntariũ: quod ſi nõ ſit voluntarium: non eſt peccatum, aliàs homo peccaret nolẽs,& ſic puniretur,vbi noluiſſet delinquere,quod non eſt rationabile: propter hoc illa B.Agnes dixit Tyranno:Tu autem ſi me inuictã feceris ſcortari: caſtitas mihi duplicabitur ad coronam. Eſt igitur ſenſus. Primum,quod à Deo ſeparat eſt peruerſa cogitatio,ideſt affectio cogitationis, per quam Deus non diligitur, nec adoratur,nec in eum creditur. *Vbi apparet, parũ nocere malas cogitationes emiſſas à diabolo,niſi illas inſequatur affectio.*

CXXXIV.

DION.*Chart.Expoſit.ibi ait:*Separant à Deo:.i. mentem auertunt à Deo,quia diſplicent ei, & veritati,ac ſapientiæ eius contrariantur, ſicq; faciunt cogitantem à Deo diſtare,non loco, ſed diſſimilitudine.Ideò ſcriptũ eſt Eſai. 59. Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos,& Deũ veſtrũ.

CXXXV.

LYRA *Poſtil.in Lib.Sap.ad illud cap 6.*Incorruptio autẽ facit eſſe proximum Deo.*ait:* Ideſt puritas à peccato facit eſſe proximum Deo propter ſimilitudinem ad ipſum,qui eſt Sanctus Sãctorum.*Dionyſ.Chart.Epoſit.ibi ſic:* Quia à Deo nihil ſeparat nos, niſi peccatum.

CXXXVI.

HVGO *Card.Poſtil.ibi Ad illud cap.12.*Nec .n. eſt alius Deus quã tu: cui cura eſt de omnibus;*ait*,Contra 1.Cor.9.Nunquid Deo cura eſt de bobus? quaſi diceret:non. Item Hieron.ſup. Abacuch,Abſurdum eſt, diuinam maieſtatem adhoc deducere,vt ſciat, quot culices naſcãtur: quot ue moriantur.Non ſimus tã fatui Dei cultores,vt dum eius prouidentiã ad infima quæq; retrudimus, in noſmetipſos iniurioſi ſimus, vt eandem rationabilium,& irrationabilium prouidentiam eſſe dicentes:Solutio. Duplex eſt cura .ſ. prouidentiæ,& doctrinæ.Curam ptouidentię habet Deus de omnibus creaturis:quia cuilibet prouidit neceſſaria. Curam doctrinæ habet de ſolis rationabilibus. De hac loquitur Apoſtol. et Hierony.

CXXXVII.

HV*go idem Poſtil.in Eccl.2.Ad illud:* Coniungere Deo,& ſuſtine:*ait*, Coniungere Deo conformando voluntatem tuam voluntati diuinæ:vt non ſolum patienter, ſed ex amore & lætanter tribulationes ſuſtineas. Vnde 1.Reg.18. legitur, quod anima Ionathæ conglutinata eſt animæ Dauid, quia patiẽter ſuſtinebat perſecutiones Saulis. *Vbi apparet, per nullũ uniri homines & Deum, amicos & amicos ſic, quam per conſimilẽ paſſionum tolerantiam.*

CXXXVIII.

DION.*Chart.Expoſit.ibi, ait,* Ideſt mentem tuam Deo coniunge,ipſum fideliter inuocando,& conſiderando, quod ipſe ſuos electos in vita præſenti per aduerſa exerceat,gloriando quoq; in contemplatione infinitæ bonitatis, & perfectionis ipſius.

Ex Prophetis.

CXXXIX.

S. CYPRIAN. *de Orat. dominica* 8. *Afferens per occaſionem illa verba Hier.23.*Ego Deus approximans,& non Deus de longinquo.Si abſcõditus fuerit homo, in abſconditis ego nõ videbo eum? Nonne Cœlum,& Terrã ego impleo? *ait ſic:* Et quando in vnum cum fratribus cõuenimus,& ſacrificia diuina cum Dei ſacerdote celebramus,verecundiæ,& diſciplinæ memores eſſe debemus; non paſſim ventilare preces noſtras inconditis vocibus, nec petitionem commendãdam immodeſtè Deo tumultuoſa loquacitate iactare. Quia Deus non vocis,ſed cordis eſt auditor. Nec admonendus eſt clamoribus, qui cogitationes videt.

CXL.

OLEASTER *Com.in Eſai.ad illa verba c.37. de Rege Aſſur.*Et factum eſt,cum adoraret in Templo Neſroch.Deum ſuum,Adramelech, & Saraſar Filij eius percuſſerunt cum gladio. *ad mores ait ſic:* Conſidera quomodo culpæ pęna reſpondeat. Exprobauerat iſte Domino, qđ ſuos non poſſet ſaluare,& Dominus oſtẽdit illi, quod eos liberare poſſet cum maximo eius diſpendio,& quod idolum,quod colebat,non poſſet eum etiam actu colentem,& adorantẽ eruere.Iactabas Deos tuos,& ſubſãnabas Deo Iſrael: ipſe verò liberat ſuos,& tui nõ poſsũt te ſaluare.

CXLI.

S. HIERON.*Com.in Dan. Ad illa verba Prophetæ orantis in perſona populi cap.9.* Omne malũ hoc venit ſuper nos,& non rogauimus faciem tuam

tuam

Deus.

tuam Domine Deus noſter, vt reuerteremur ab iniquitatibus noſtris: *ait ſic*: Grandis duritia, vt in plagis poſiti Deum non rogarent, ideò non rogarunt, quia non ſunt reuerſi ab iniquitatibus ſuis. *Vbi apparet, peccatum non ſolum diuina ſupplicia nobis auocare: ſed cor indurare, oſq; obſtruere nè in ſupplicijs pro uenia, & releuatione clamemus.*

CXLII.

E*Lias Cretenſis Com. in Orat. 1. D. Greg. Nazianz. Aſſerens per occaſionem illa verba Domini Hiere. cap. 2.* Paſtores ſtultè ſe egerunt, ac Dominũ non quæſierunt: *ait ſic*: Non dixit, nõ inuenerũt Deum; ſed nè quidem quæſierunt. Quod quidẽ ad condemnationem maximi momenti eſt. Nec .n. fieri poteſt, quin is, qui querit inueniat. Porrò in tentationibus quoq; ac calamitatibus Deũ non quærere, incredibilem quandam improbitatis, & ſocordiæ eorum, qui in eiuſmodi rerum ſtatu ipſum nõ requirunt magnitudinẽ coarguit.

CXLIII.

S*Hieron. Com. in Dan. ad illa verba Darij dicta Dan. c. 6. quando eum miſit in lacum leonum*: Deus tuus quem colis ſemper, ipſe liberauit te: *ait ſic*, Cedit multitudini, & conſentientibus aduerſarijs, mortẽ amici nõ audet negare; quodq; ipſe obtinere non potuit, Dei tradidit potentię.

CXLIV.

I*Dem Com. ibi. ad illa verba Dan. c. 6.* Deus miſit Angelum ſuum, & concluſit ora Leonum, & non nocuerunt mihi, *ait ſic*; Non Leonum feritas immutata eſt: rictus eorũ, & rabies cõcluſa eſt ab Angelo. *Vbi apparet, moraliter, quod quãdo impij omittunt nocere bonis, nõ eſt, quia mutetur corum mala natura; ſed quia deſuper eorũ concluditur rabies: vnde de hoc minimè laudandi, neq; deinceps fidendum eſt eis.*

CXLV.

I*Dem ibi. ad illa verba Dan. cap. 4. dicta Nabuchodonoſor, conſulens ei, eleemoſynas facere addens*; Forſitan ignoſcet Deus delictis tuis: *ait ſic*, Cùm Beatus Daniel preſcius futurorum de ſententia Dei dubitet, rem temerariam faciũt, qui audacter peccatoribus indulgentiam pollicẽtur. Et tñ ſciendum, quod ſi Nabuchodonoſor bona opera facienti venia repromittitur, multò magis alijs promittitur, qui leuiora peccata cõmiſerunt. Legimus, & Hier. præceptum populo Iudæorum dare, vt orent pro Babylonijs; quia in pace illorum ſit pax captiuorum.

CXLVI.

S*Hieron. Com. in Dan. illis verbis, quæ Nabuchodonoſor dicit c. 2. poſt quam videns ſomnium ſuum expoſitum à Daniele ei obtulit ſacrificia, incẽſum, & eum adorauit*; Verè Deus veſter Deus deorum eſt; *excuſat eundẽ Regem de Danielis adoratione dicens*, Ergò non tàm Danielem, quàm in Daniele adorat Deũ, qui myſteria reuelauit. Quod & Alexandrum magnum Regem Macedonũ, in Pontifice Ioiada feciſſe legimus. Quod ſi diſplicet, hoc dicendum eſt Nabuchodonoſor ſignorum magnitudine, & ſtupore cõfuſum, quid faceret ignoraſſe, vt qui Deum verum intelligebat, & dominum regum, ſeruum eius adoraret, & illi adoleret incenſum. *Vbi apparet, quod quãdo fideles videntur excedere in veneratione aliquorum Sanctorum, qui maxima miracula faciunt, vel debentur intelligi in illis Sanctis Deum honorare, vel excuſanda cultorum ignorantia ex miraculorũ talium Sanctorum ſplendore orta.*

CXLVII.

O*Leaſter Com. in Eſai. Ad illa verba cap. 44.* Et facta eſt hominibus in focum, ſumpſit ex eis, & calefactus eſt, & ſuccendit, & coxit panes; de reliquo aũt operatus eſt Deum, & adorauit: fecit ſculptile, & curuatus eſt ante illud. Medium eius combuſsit igne, & de medio eius carnes comedit; *vel vt ille vertit*, Super medium eius carnem comedit, &c. *ad litteram ait ſic*: Irridet gẽtium ſtultitiam in idolorũ cultura, & ſenſus eſt. Gentilis, aut faber medium illius ligni, quod attulit ad ſimulachrum faciendũ, cõburet igni, & ex altera medietate fabricat ſibi menſam, ſuper quam carnem comedit: & ex partibus eiuſdem ligni aſſabit aſſaturam, quam comedet, &c. Reſiduum autem eius faciet ſibi in Deum, & inſculptibile ſuum, cui incuruabit ſe, & adorabit eum. *Vbi moraliter apparet, illud nõ ſatis ridiculũ, quod quotidiè videmus in curijs, nempè fratres, cognatos, conſanguineoſq; (omnibus cæteris partibus ex eodemmet germine, & trunco) alium idolũ, & ſimulachrum adoratum: alium menſæ inſeruientem: illum in altari, & Epiſcopatu, iſtũ in coquina, & ſtabula: nulla interueniente ratione, niſi quia ſic placuit artifici, qui de eodemmet ligno voluit ſibi fabricare idolum, & accendere ignem in coquina ſua.*

Deus.

CXLVIII.

R*Vpert. Abb. Comm. in Oſe. Ad illa verba cap. 8.* Vſq; quo non potuerunt emundari? Quia ex Iſrael ipſe eſt. Artifex fecit illum, & non eſt Deus: *exponens interrogationem (vt mos eſt ſacri textus) pro impoſſibili: aſſignans rationem, quare ex eo dicat delictũ illud eſſe impoſſibile emundari, quia erat ex Iſraele, quaſi, & reuera faciens diſtinctionẽ inter idolatriam Iudeæ, & Iſraelis: narrans hiſtoriam Hieroboam 3. Reg. cap. 12. quando nè populus iterum reduceretur ad Roboam naturalem Regem fabricauit illos vitulos aureos: ait ſic:* Vera igitur impoſſibilis emũdationis cauſa, quam dixit, quia ex Iſrael ipſe eſt, artifex fecit illum, ideſt quia Iſrael, & Rex eius Hieroboam nõ aliundè inductus, aut ab alio ſeductus, aureum vitulum putauit eſſe Deũ, ſed artificio malitioſo confixit illũ, ſciens eum non eſſe Deum, & hoc ſolum intendens, vt populus ſibi ſubditus, tali præſtigio faſcinatus, verum nequaquam requireret Deum. Idcircò non poterunt emũdari, & in illo peccato cuncti Reges Iſrael fuere impenitentes. Nõ ita peccatum Iudæ extitit, quamuis, & Baal, & cętera idolorũ portenta coluerit. Nullũ quippè illorum ex ipſo fuit, ſed aliundè accepit, & idcircò emundari potuit, aliquoties emũdatus eſt, ſicut legimus, qui Rex ille, & ille ſtatuas, vel ſimulachra confregit, lucoſq; ſubuertit, & fecit, quod rectum erat in oculis Domini. *Vbi maximè inuigilandum eſt, nè in aliqua Republica aliqua, quaſi ab ipſis naturalibus adinuenta vitia exoriantur: nã difficillimè eſt totaliter ab eis emũdari, quod nõ eſt, quando deforis aduenientia recipiant.*

CXLIX.

O*Leaſter Com. in Eſai. ad illa verba Ezechiæ cap. 38.* Non videbo dominum Deum in terra viuentium. Non aſpiciam hominem vltra. *ad litteram ait ſic,* Etiã ſtatui apud me, quod amplius nõ eſſem dominum viſurus in templo ſuo, eo modo, quo ibi videbatur in hac terra, vbi homines nunc viuunt. Et dicit, Non videbo dominum, vt oſtendat ſe ad hoc præcipue voluiſſe viuere, vt Deum videret. Non aſpiciam hominem vltra, &c. loquitur de hominibus viuentibus, & habitantibus Orbem. *Vndè benè infertur, quam doloroſus fuerit tranſitus Beatiſſimi Patriarchæ Ioſeph, huius Operis præcipui Patroni. Nam ſi Ezechias propter hæc duo dolebat mori, quia vadens ad infernum (vbi pro tunc depoſitabantur omnes Sancti) carere debebat viſu arcæ, & ſanctuarij, & etiam viſione hominum habitantiũ quiete in hoc mũdo: quid eſſet in illa ſanctiſſima anima (tertia illius humanæ Trinitatis perſona) cum relinquere ſe videret* Deum *ſuum, quem tam aſſiduè videbat illud diuinum mãna, cæteraq; & arcam teſtamenti, ſanctuariumque (Beatiſſimam, dico, Mariam: hominem etiã Chriſtũ, cũ illa quietiſſima habitatrici. Quoties repeteret iſta verba:* Non videbo dominum Deum, *quem ille fidei oculis reſpiciebat ſub illa humanitate:* Nõ aſpiciam hominem vltra: *quem ille nutrierat, & cuius Pater putatiuus fuerat &c.*

CL.

R*V Pert. Ab. Com. in Michę. Ad illa verba cap. 7.* Quis Deus ſimilis tui, qui aufers iniquitatẽ & tranſis peccata reliquiatum hæreditatis tuæ? *ait ſic,* Hoc in laudem, & admirationem dicitur, & dicendum eſt, inexhauſtæ gratiæ, quæ nũquã fatigatur, ſuſcipiendo ad ſe cõuerſos quamlibet multum peccauerint, quamlibet in peccatis diù perſeuerauerint. Futurum eſt. n. vt omnis Iſrael, in quo nunc cæcitas cõtigit, ſaluus ſit, cũ plenitudo gentium introierit. De hoc gratulabũdus, quis, inquit, *D*eus ſimilis tui? Non enim ſubiunxit, qui fecit Cœlum, & Terram, & mare, & oĩa, quæ in eis ſunt, vel qui eduxiſti filios Iſrael de terra Aegypti, quod iam factum eſt, ſed qui aufers, inquit, iniquitatem, & tranſis peccatum reliquiarum hæreditatis tuæ, quod futurũ eſt. *Vbi apparet, quanto magis glorietur* Deus *de remiſſione peccatorum, ſiquidem hoc de futuro præponit cæteris mirabilibus ſuis de præterito.*

CLI.

S. *HIERON. Com. in* Dan. *ad illa verba cap. 6.* Viri igitur illi curioſius inquirentes, inuenerunt Danielem orantem, & obſecrantem Deum ſuũ: *ait ſic:* Ex hoc loco diſcimus, nè temerè nos offeramus periculis, ſed quantum in nobis eſt, inſidias declinemus. Vndè & *D*aniel non in foro, non in plateis faciebat cõtra Regis imperiũ, ſed in abſcondito, vt veri domini Dei omnipotentis iuſſa non negligeret.

CLII.

I*Dem Com. in Dan. ad illa verba cap. 13.* Hel*K*ias autem, & vxor eius laudauerunt Deum pro filia ſua Suſanna cum Ioachim marito eius, & cognatis omnibus, quia non eſſet inuenta in ea res

tur-

Digitized by Google

Deus.

turpis:*ait ſic:* Digne quaſi Sancti laudant Deum: non quia liberata eſt de manu præsbyterorum Suſanna (hoc enim non ſatis laudabile eſt, nec magni diſcriminis, ſi non eſſet liberata) ſed quia non eſt inuenta in ea res turpis. *Gloſa autem ſic:* Licet enim laudarent Deum deliberatione Suſannæ à morte: tamen magis laudabant eum de liberatione ſuæ innocentiæ: quia innocentia eſt maius bonum, quam ſit corporalis vita.

CLIII.

S CYprian. *ad Confeſſores: Afferens per occaſionem illa verba* Dan. 3. Eſt enim Deus, cui nos ſeruimus, potens eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis liberare nos: & ſic notum ſit tibi quoniam dijs tuis non ſeruimus: *ait ſic:* Cùm ſe & crederent, & pro fide ſua ſcirẽt poſſe etiã de præſenti ſupplicio liberari, iactare hoc tamen, & vendicare ſibi noluerunt, dicẽtes: Et ſi non: nè minor eſſet confeſſionis virtus ſine teſtimonio paſſionis, addiderunt, poſſe omnia Deum facere, ſed tamen non in hoc fidere, vt liberari in præſentia vellent, ſed illam libertatis, & ſecuritatis æternæ, gloriam cogitarent.

CLIV.

S. *Idẽ Cyprian. Adhortatione ad Thibaritanos* 63. *Afferens eadem verba, ait ſic,* Credebant ſe illi ſecundum fidem poſſe euadere, ſed addiderũt, Etſi non, vt ſciret Rex illos propter Deum, quẽ colebant, & mori poſſe. Hoc eſt enim robur virtutis & fidei, credere & ſcire, qđ Deus à morte præſenti liberare poſſit, & tamen mortem non timere, nec credere, vt ꝓbari fortiùs fides poſſit.

CLV.

S HIER. *Com. in* Dan. *ad illa verba cap.* 2. Et ingreſſus eſt domũ ſuam, Ananiæq; & Miſaeli, & Azariæ ſocijs ſuis indicauit negotiũ, vt quęrerent miſericordiam à facie Dei cœli ſuper ſacramento iſto, & non perirent. *ait ſic:* Adiungit preces, nè ſolus de ſuo merito videatur præſumere: vt quorum erat commune diſcrimen, cõmunis eſſet & oratio.

CLVI.

N ICOL. *de Lyra Poſtil. ibid. Ad eadem verba, & dubium, ait ſic,* Adiungit ſibi ſocios in orãdo: quia oratio multorum, & maximè bonorum eſt multum exaudibilis.

CLVII.

I *Dem ibid. Ad eadem verba, iterũ ſic:* Hic Daniel currit ad mentis deuotionem, vt poſſit ſcire sõnium Regis, & eius interpretationem. Vnde patet, quod hoc non petiuit tempus ad ſoluendum confidens de proprio ingenio, nec per viam ſuperſtitionis, ſicut augurtatores, & diuinatores, qđ eſt illicitum, & in lege diuina prohibitum, ſed confidens de adiutorio diuino: & hoc eſt, quod dicitur: Et ingreſſus eſt domum ſuam: vt ſic ſequeſtratus ab exteriori tumultu melius vacaret orationi, & contemplationi. *Vbi apparet, minimè poſſe dici confidere de proprijs viribus, qui ad orationem in periculis recurrunt.*

CLVIII.

O LEAST. *Comm. in Eſai. Ad illa verba cap.* 25. Domine Deus meus es tu, exaltabo te, & confitebor nomini tuo, quoniam feciſti mirabilia: *ad litteram aſſignans rationem, quare Sanctus Propheta ſuum vocaſſet Deum peculiariter, qui generalis eſt omnium: ait ſic:* Ideſt, agnoſco te dominũ meum eſſe: in his, quæ mei gratia feciſti. *Vbi apparet, tanta quis Deum ſibi poſſe appropriari, quanto peculiaria beneficia ſe recepiſſe cognoſcit.*

CLIX.

S HIERON. *Comm. in* Dan. *Ad illa verba ipſius Prophetæ c.* 9. Et vigilauit dominus ſuper malitiam, & adduxit eam ſuper nos, quoniam iuſtus dominus *Deus noſter? ait ſic:* Quando propter peccata corripimur, vigilat ſuper nos Deus, & viſitat nos. Quãdo verò à Deo deſerimur, & nõ iudicamur, indigniq; ſumus correptione domini, tunc dormire dicitur. Vndè & in Pſalmis legitur 77. Surrexit quaſi dormiens dominus, & quaſi potens crapulatus à vino. Malitia .n. noſtra inebriat Deum, quæ quando in nobis corripitur, vigilare dicitur, & de ſua ebrietate conſurgere, vt nos peccato ebrius euigilare faciat iuſtitiæ.

CLX.

R VPERT. *Ab. Com. in Oſe. ad cap.* 8. *vbi inter cætera crimina, de quibus Deus arguit præuaricantem Iſraelem: ait ſic:* Me inuocabant, Deus meus cognouimus te: *ait ſic:* Et eſt ſenſus. Mira impudentia, cùm ſint tranſgreſſores, cùm ſint ꝑuaricatores, inuocant me dicentes, Deus meus, cognouimus te. Tale eſt illud in Eſai. 58. Me etenim de die in diem quærunt, & ſcire vias meas volunt quaſi gens, quæ iuſtitiam fecerit, & iudicium Dei ſui non dereliquerit. Mentiuntur ergò dicendo: Deus meus cognouimus te.

Olea-

Deus.

CLXI.

OLeaſter Com. in Eſai. ad illa verba Ezech. c. 38. Dixi non videbo dominum Deum in terra viuētium: *quæ illi coniungit cum illis*: Pſalmos noſtros cantabimus cunctis diebus vitæ noſtræ: *ait ſic ad mores*: Expende quæſo, ad quod pius Rex viuere deſiderabat, & qua anſietate hinc diſcedens diſcruciabatur. Solēt homines, cum eis ab hac vita migrandum eſt, dolere, quod vita priuentur, quod vxorem, ac filios relinquant, de bonis verò operibus factis, aut faciēdis, nihil cogitāt. Iſte verò nō vxorē relictā dolet, nō filios, non rem domeſticam, non regnum curat. Sed propter hoc ſe dolet mori, quod Deum ſuū non ſit amplius viſurus in terra viuentium, & quod Pſalmos non ſit amplius cum cæteris decantaturus in domo eius.

CLXII.

S. Hieron. Com. in Dan. Ad illa verba cap. 1. Et partem vaſorum domus Dei, & apportauit ea in terram Sennaar, in domū Dei ſui: *ait ſic*: Animaduertendum ſecūdum anagogem, quod Rex Babylonis non potuerit vniuerſa Dei vaſa transferre, & in idolio, quod ſibi finxerat collocare, ſed partem vaſorum domus Dei, quæ intelligēda ſunt dogmata veritatis. Si .n. cunctos Philoſophorum reuoluas libros, neceſsè eſt vt in eis reperias aliquam partem vaſorum Dei. Vt apud Platonem, fabricatorem mūdi Deum: apud Zenonem (Stoicorum Principem) inferos, & immortales animas, & vnum bonum, & honeſtatē: ſed quia iūgunt mendacium veritati, & naturæ bonum, multis perdunt malis, ideò partem vaſorum domus Dei, & non omnia vaſa integra, atq; perfecta ſæpiſsè memorantur. *Vbi etiam apparet, quærimonia iuſta Thomiſtarum de aliquibus, qui non omnem, ſed partem doctrinæ Angelici Doctoris aſportant in phana ſua, ibi illam comiſcentes fabuloſis figmentis adulterantur. Non abs re erit cōparare iſtos canibus Aegypti, qui de ſaltu bibunt, hic vnam guttam, alibi aliam, ſemper remanent ſitientes. Bibant quiete, omnem ſecum aſportent Angelicam doctrinam, & non ſitient amplius.*

CLXIII.

HVGO Card. Poſtil. ibidem ad eadem verba, *ait ſic*: Vnde aliquam reuerentiam Deo exhibuit, vt dicit Gloſa, cuius vaſa in loco religionis ſuæ repoſuit. *Vbi apparet, quod etiam in ipſis peccatis, & peccatorum occaſione eſt aliquid quid vbi aliquantulum reſpectus Dei poteſt demonſtrari, & obſeruari: & non eſt bona ratio dicere, vel ſic, vel ſic Deus offenditur parum intereſt. Aliquid intereſt, ſi aliquis Deo exhibeatur (etiā in templo diaboli) Deo honor: vnde peccatores quantumlibet pro fragilitate peccent, diuina non polluant.*

CLXIV.

RVpertus Ab. Com. in Iobelem, Ad illa verba cap. 1. Quare dicunt in populis vbi eſt Deus eorū? *ait*: Intēdunt digiti ſui in Solem, aut Lunam, aut in aliquod ſimulachrum aureum, vel argenteum, aut certè lapideum, & dicunt: Ecce dij noſtri iſti ſunt, Deus autem ipſorum vbi eſt? Nuſquam comparet, neq; enim videre illum, aut oſtendere poſſunt.

CLXV.

IDem Com. in Oſe. Ad illa verba cap. 9. Speculator Ephraim cum Deo meo: *ait ſic*: Magna vehementer malitiæ, vel præſumptionis admiratio dum dicit. Speculator Ephraim cum Deo meo. Quid .n. eſt ſpeculatorem eſſe cū Deo, niſi ſpeculationis ſubtilitate contendere cū Deo. Deniq; ſicut pugnare cum inimico, idem eſt, quod pugnare contra inimicum, ita ſpeculari cū Deo, idem eſt hoc loco, quod ſpeculari contra Deū. Non enim dixit: ſpeculator Dei, quod bonum eſſet. Hoc .n. debet eſſe is, quencunq; Deus vice ſua pro animarum cuſtodia vigilaturū poſuit, ſed dixit: ſpeculator cum Deo, quod malū eſt. Sic .n. rectè denotatur ille, quicunq; aliquo machinamento diuinis molitur obuiare conſilijs.

CLXVI.

INterlin. in Dan. ad illa verba, *quæ Nabuchodonoſor dixit tribus pueris recuſantibus adorare ſuam ſtatuam diuino fretis auxilio*: Et quis eſt Deus, qui eripiet vos de manu mea: *adiungens illud, quod ante audiens ſomnij ſui interpretationem à Daniele, eum adorauit, & obtulit hoſtias, & incenſum, exclamauitq; dicens*: Verè Deus veſter Deus deorū eſt. *ait ſic*: Mira obliuio: ille poteſt eripere, cuius ſeruum paulò antè adoraſti: quem Deum verum, & dominum Regum eſſe prædicaſti. *Lyra Poſtil. ibid. ſic*: Hæc fuit mira excæcatio, quia ipsū Deū Hæbreorum omnipotentem vocauerat in præcedenti capite: quia ſuperbia mirabiliter excæcat hominem. *Vbi apparet, quam parum ſit fidendum laudibus ſuperborum: nam quod hodie obligati*

vo-

Deus.

vobis concedunt ampliſſimè: manè ſuperbia excecati totum denegabunt.

CLXVII.

SCYprian.de Lapſis:tract.14. *Afferens per occaſionem illa verba Ioel.cap.*2.Reuertimi ad dominum Deum veſtrum, quoniam miſericors, & pius eſt,&c. & qui ſententiam flectat, aduerſus malitiam irrogatam *: ait ſic:* Poteſt ille indulgētiam dare,ſententiam ſuã poteſt ille deflectere. Pœnitenti operanti roganti poteſt clementer ignoſcere:poteſt acceptum ferre,quodquid pro talibus,& petierint martyres, & fecerint Sacerdotes*:* vel ſi quis plus eum ſuis ſatisfactionibus mouerit,ſi iram,ſi indignantis offenſam iuſta deprecatione placauerit. Dat ille & arma rurſum, quibus virtus armetur: reparat vires, quibus fides inſtaurata vegetetur.Repetet & certamen ſuum miles,iterabit aciem, prouocabit hoſtem, & quidem factus ad prælium fortior ꝑ dolorē.

CLXVIII.

S. HIER.Com.in Dan.ad illa verba de Suſanna cap.13. Exclamauit autem Suſanna voce magna,& dixit: Deus æterne, qui abſconditorũ eſt cognitor, qui noſti omnia antequam fiant: *ait ſic;*Magna vox erat,non aeris percuſſione, & & clamore faucium,ſed pudicitiæ magnitudine, per quam clamabat ad dominum. Vndè ſancta ſcriptura in exclamatione ſeniorum non appoſuit magnam vocem.Sequitur enim: Clamauerunt,& ſenes aduerſus eam. *Vbi apparet, vocem, & clamorem impiorum aduerſus innocentes, quantumcunq; clament,non eſſe magnam,neq;innocentiæ ſuperare clamores,& ſi exterius ſubmiſſius inſonare videantur.*

CLXIX.

SAnctus idem:ibid. *Adiungens verba,quæ ſequuntur:*Ecce morior cũ nihil horũ fecerim *: proſequitur ſic:*Cordis affectus,& mentis pura confeſſio , & bonum conſcientiæ vocē eius fecerat clariorem.Vnde magna erat exclamatio eius ad Deum,quæ ab hominibus non audiebatur. *Vbi qui vocem claram deſiderant habere,ſiuè ad orãdũ, ſiuè ad prædicandum, aut cantandum, habent hic quid faciant medicinæ.*

CLXX.

HVGO Card. Poſtil.in Dan. Ad illa verba Principum Babyloniæ dicta Dario, vt inſidiarentur Danieli:*Exeat edictũ,vt omnis, qui petierit aliquam petitionem à quocunq; Deo, & homine, vſq; ad triginta dies,niſi à te Rex,mittatur in lacum leonum. *Aſſumens primum verbum huius ſētentiæ,nempè:*Surripuerunt Regi:*ait ſic:* Hieronymus.Pulchrè dixit:ſurripuerunt: Non enim hoc locuti ſunt,quod agere cogitabant*:* ſed per honorem Regis inimico moliuntur inſidias. Surripere .n. eſt ſic aliquem in verbis fallere, vt pro ſe,ſuiq;commodi gratia, cui dicuntur dici videantur:cùm tamen potiùs contra ipſum ſint,magiſq;dicentium voluntati ſeruiant.

CLXXI.

S. Hier.Com.in Dan.Ad illud Darij Danieli miſſo in lacum leonum:*Daniel ſerue Dei viuentis. Deus tuus,cui tu ſeruis ſemper, putaſnè valuit liberare te à leonibus?*ait ſic:*Non quod dubitet de Dei potentia, de quo ſupra dixerat. Deus tuus,quē colis ſemper,ipſe liberabit te,ſed ambiguam ſententiam temperat:vt cum Daniel illæſus apparuerit: quanto res incredibilior eſt, tanto aduerſus Principes iuſtior indignatio ſit.

CLXXII.

S. Hier.Com.in Dan.ad illa verba,quæ idem orãs cap.2.pro interpretatione ſomnij Nabuchodonoſor,dixit:* Tibi Deus Patrum noſtrorũ confiteor*: reſpondet illi communi dubio hic excitato, nempè, quare deitatem abſolutam reſtrinxerit ad patres ſuos,ait ſic,* Nè ſui videatur meriti,ꝙ impetrauit refert hęc ad patrũ iuſtitiam,& ad veritatē Dei, ꝗ ſeminis eorũ,etiam in captiuitate miſeretur.

CLXXIII.

INterlin.in Dan.Ad eadem verba adiungens, quæ ſequuntur,nempè,*Et nunc oſtendiſti mihi, quæ rogauimus te.*a it ſic:* Mihi ſoli, quæ rogauimus nos quatuor. Arrogantiam fugit:nè ſolus impetraſſe videatur.Et gratias agit,quia miniſterium ſomnij ſolus intelligit. *Vbi qui aliquid cõſequũtur plurimorum ſuffragio, ita debent gratias Deo agere de bono ſibi ſingulariter facto,quod confiteãtur aliorum ſuffragia,quibus id adepti ſunt.*

CLXXIV.

HVgo Card.Poſtil.ibid.Ad eadem ſupradicta verba coniungens,quæ ſequũtur, nempè,* Quia ſermonem Regis aperuiſti nobis*: ſiſtit in hoc, ꝙ ſupra dixerit ſibi ſoli reuelatum, & nunc aſſerit omnibus apertum Regis ſomnium. Soluit autē ſic:* Ideſt ad vtilitatem noſtram,vel per merita, & orationes omnium quatuor.*Vbi apparet:& quod omni-*

R bus

Deus.

bus ſit, quod vni ſoli, ſi in vtilitatem communitatis excellentia illius peculiaris reſultet: & quod ad omnes pertinet bonum alicuius peculiaris, ſi communibus orationibus fuit adeptum.

CLXXV.

NICOL. *de Lyra in* Dan. *Ad illud cap. 14. dictũ Regi Cyro:* Non colo idola, &c. ſed viuentem Deum, *ait:* Quia ipſe eſt formaliter vita: cùm Deus ſit ſuum intelligere, quod eſt nobiliſſimum viuere; vt habetur Meraph. 12. *Vbi apparet, ſolos illos viuere formaliter, & nobiliter, qui per rationem viuunt, & potius per intellectũ, quam per carnalem vitam, per quã viuunt & bruta.*

CLXXVI.

S. *Hieron. Com. in* Dan. *Ad illa verba, quæ tres illi pueri reſponderunt Nabuchodonoſor:* Ecce .n. Deus noſter, quẽ colimus, poteſt nos eripere de camino ignis ardentis, & de manibus tuis ò Rex liberare. Quod ſi noluerit, &c. *ait ſic:* Pulchrè ad id, quod dixerãt: Poteſt eripere nos: non intulit contrarium, ſi nõ potuerit, ſed ſi noluerit: vt nõ impoſſibilitatis Dei, ſed voluntatis ſit, ſi perierint.

CLXXVII.

HVGO *Card. Poſtil. ibid. Ad eadem verba, ſiſtens in hoc, quod dicitur:* O Rex: *ait ſic,* Dicit Beatus Hieronymus, quod in Hæbreo non habetur (Rex) nè videãtur impio adulari, quod ſi ibi fuerit (Rex) hoc dixerũt nè procaciter Regem ad ſui ſanguinis effuſionem prouocarent: ſed ita tedderent Regi honorem debitũ, vt cultus Dei non lederetur. *Vbi apparet, virtutem eſſe conſtantem, non autem prouocantem, nec procacem.*

CLXXVIII.

S. *Hieron. vbi ſup. Notans ad eadem verba illud (Ecce) ait ſic,* Nec in longũ differunt, ſed præſens ſibi pollicentur auxilium dicentes. Ecce enim Deus noſter, &c. V*bi patet, Sanctos non ſolũ* Dei *auxilio confidere, ſed ſtatim de præſenti, quaſi digito illud oſtendunt.*

CLXXIX.

GLO. *Ad eundem locum quandam quæſtionem tacitè excitat ſupradictorum appendicem; nempè, quare hoc negotium totum cum tribus pueris illis agebatur: minimè aũt cũ Daniele, qui ſeruus Dei erat præcipuus: & quomodo ſe egit Daniel in hoc caſu; ait enim ſic:* De Daniele non fit mentio, quia Regi aſſiſtebat, qui propriam ſtatuam non adorabat. *Vbi patet, & quod neq; Principes, neq; eis coniuncti curant obſeruare præcepta, quæ populo imponuntur, & quam laudabilior ſit ille barbarus, quã plurimis noſtri temporis ſapientiſſimis, qui ſuam ſtatuam propriã adorare erubuit, cùm iſti ſua opera adorare quotidiè non erubeſcant.*

Ex Epiſt. Apoſt.

CLXXX.

S. *HIER. Com. in Epiſt. ad Rom. ad illa verba cap. 1.* Gratias ago Deo meo: *ait ſic:* Natura Deus omnium eſt, & voluntate paucorum, vt Deus Abraham, ſecundum quod hic ſuum nominat Deum: *Hugo Cardin. Poſtil. ibid. clarius ſic:* Cùm ergò omniũ ſit Deus. Malach. 2. Nunquid non vnus Deus creauit nos? Quare ergo vnuſquiſq; veſtrum deſpicit fratrem ſuum? Per naturam, qua creat omnia: non per gratiã, qua creat aliqua. Per gratiam *D*eus dicitur eſſe: ideſt per priuilegium amoris, cùm tantum ſit *D*eus omnium per creationem, & multorum per recreationem ſed Sanctorum per priuilegiatũ amorẽ. *Interlin. ſic:* Quem meum facio, quod non vos.

CLXXXI.

S. *Ambroſ. Com. ibid. Ad eadem verba, aliam aſſignat rationem, quare Apoſtolus Deum, Deũ ſuũ appellauerit: nempè, quia cum adhuc & ſi incœperint benè: non tamen perfectè in bono erant conſũmati: ſic enim ait,* Congaudet bono cœpto illorũ, & hortatur ad profectum. Gratias ergò agere ſe dicit *D*eo ſuo dumtaxat, quia adhuc illorum non erat plenè. *Vbi incipientes in bono: nõ quia ſe ſibi videãt congratulari, putent ſe iam totum Deum habere, neq; vt Seraphicus Pater Franciſcus adimpleant os dicẽtes: Deus meus, & omnia: quum non propriè dicatur eſſe, niſi perfectorum: dicant: Deus noſter.*

CLXXXII.

S. *IO. Chryſoſt. Hom. 2. ibid. Ad eadẽ verba: ait ſic,* Non .n. dixit, Deo: ſed, Deo meo, quod ipſum, & Prophetæ factitant, quod cõe eſt, ſibi priuatim vendicantes. Et quid mirum ſi Prophetæ? Hoc .n. Deus ipſe in ſeruis quoq; facere identidem videtur, Deum Abraham & Iſac, & Iacob, de ſe propriè loquens, tanquam ſi peculiaris eorum tantum eſſet. *Vbi apparet, nunquam ſubditos ſibi appropriare Principes, & Prælatos, niſi ipſi Prælati primo aliquibus ſe priuatim exhibeant peculiares.*

Deus:

CLXXXIII.

ORIG.*Comm.ibidem, Ad eadem verba ſic ait:* Sed hoc dixit: Deo meo, non eſt otioſè accipiendum. Non .n. vox iſta poteſt eſſe, niſi Sanctorum, quorum Deus dicitur, ſicut Deus Abraham, vel Iſac, vel Iacob. Non pōt dominū Deum ſuum dicere is, cui Deus venter eſt, cui auaritia deus eſt, cui gloria ſæculi, & pōpa mundi, aut potentia rerum caducarum.

CLXXXIV.

MAgiſter Soto *Com.ibidem.Eadem verba ſic explanat:* Habet enim emphaſim huiuſmodi ſermo, & ſignificationem neceſſitudinis cuiuſdam ſingularis, aut ex parte Dei, qui ſpeciali quadā præceteris cura tali homini proſpicit, aut ex parte hominis, qui ſingulare ſtudiū gerit colendi Deum: porrò cui ſolus Deus, pro omni bono eſt.

CLXXXV.

MAgiſter *idem ibidem, iterum ſic:* Sed præter has cauſas, ob quas iure optimo id Paulus poterat, fortè, Deo meo, dixit, vt legitimus paſtor, quo amplius explicaret, quam pro ſuo proprio, bonum eorum duceret, ideſt, Deo, qui mihi hoc beneficiū propriè in vobis largitus eſt. Veluti Moyſes in beneficio tranſmiſſi maris. Deus meus, & glorificabo eum.

CLXXXVI.

S. AVGVST. *lib.de ouibus, prout refertur à Beda in Com.ſelect.in epiſt.ad Rom. Afferens ſupradicta verba; ait ſic:* Neſciò quomodo non facilè quis quam audet dicere, Deus meus, niſi qui in eum credit, & qui eum diligit, ipſe dicit Deus meus. Tuū tibi feciſti, cuius es. Hoc amat ipſe Proſus dulcedine affectus tibi, & ſecurus dicis, verum dicis, quia tuus es, & non feciſti vt ſit alterius. *Vbi apparet, per charitatem, & amorem nos acquirere dominium in Deum, cuius iure ſumus.*

CLXXXVII.

IDem *ibid.ad eadem verba: ait ſic:* Non .n. qui dicunt Deum meum ſinguli diuidunt inter ſe. Si ſermo iſte, quem iacto lingua, & ſono conſtās litteris, & ſyllabis totus ad ſingulos peruenit, nec diuidunt inter ſe, qui audiūt, ſi ſermo, inquā ad aures corporis corporaliter ſonās, in propinquo clarius, in longinquo longidius ab omnibus tamen audientibus totus accipitur, non inter ſe ſyllabatim eum diuidētibus, ſed ab omnibus totum accipientibus, quātò magis ille Deus vbiq; præſens, implens omnia, non propinqua clarius, & longingua longidius, ſed pertendens à fine vſq; ad finem fortiter, & diſponens omnia ſuauiter æqualiter poſſidetur ab omnibus? Lux iſta fratres mei certè corporea de cœlo fulget, oritur occidit, circuit, de loco in locum mutatur. Tamen procedunt in eam, & diriguntur omniū oculi, & omnium oculi pariter eam poſſident, nō eam tamen diuidunt. Nullus in eam diues limites fixit, nec prior præoccupando nè videant, oculos pauperis, aut excluſit, aut anguſtiauit. Dicat pauper, Deus meus, dicat diues, *Deus* meus, Minus ille habet, plus hic habet: ſed argentum, non Deum. *Vbi etiam apparet, qualiter ſe debent habere Dij terræ, qui & ſermo Dei vocantur ſecundum illud Pſ.* Velociter currit ſermo eius: *& lux mundi dicti ſunt, vt ſ. nullus ſit ſubditus tàm minimus, qui eum ſuum dicere ore pleno non valeat.*

CLXXXVIII.

VIGVER. *Illuſtrat.in Epiſt.Rom.ad illa verba cap. 1.* Et mutauerunt gloriam in corruptibilis Dei in ſimilitudinem corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum: Propter qđ tradidit eos Deus in deſideria cordis eorū, in immunditiam, &c. *ait ſic:* Cùm ergo mutauerint gloriam, Deo debitam, auferendo à Deo, & exibendo brutis animalibus, ac venenoſis ſerpentibus, permiſit Deus intellectum, & rationē illorum immutari, & tradi in poteſtatem deſideriorum cordis. Accipe ibi cor pro appetitu ſenſitiuo, quod ex diuina ordinatione ſubijcitur rationi. Iuxta illud Gen. 4. ſubter te erit appetitus tuus, tamē propter grauia peccata permittit appetitum ſenſitiuum, ſiuè ſenſualitatem, quæ eſt quodam brutale, dominari rationi in maius eorum dedecus, & confuſionem. Vnde Dauid Pſ. Homo cùm in honore eſſet, comparatus eſt iumentis, & ſimilis factus eſt illis. Et hoc innuit Apoſtolus cum ait: Propterea tradidit eos Deus in deſideria cordis eorum in immunditiam, cōtra naturalem ordinem hominis, tanquā in manus crudelium dominorum. Iuxta illud Eſai 19. Tradam Aegyptum (ideſt confuſibiles peccatores) in manu crudelium dominorum, ideſt carnalium deſideriorum guſtus, & tactus. Nam delectationes tactus, circa quas ſunt gula, & luxuria, ſunt communes nobis, & brutis, & ideo ſunt

Deus.

magis execrabiles,& magis brutales, vt Philoſophus dicit 8.Ethic.& hoc deſignat cùm dicit, in immunditiam,quæ ad peccata carnalia pertinet. Quia homo per huiuſmodi peccata maximè conuertitur ad id, quod eſt infra ſeipſum. Vnumquodq; enim dicitur impurum, & immũdum ex coniũctione vilioris, ſicut argentum ex commixtione plumbi,vnde exponens ſubdit;Vt contumelijs,ideſt turpibus actibus: afficiãt:pro: inficiant: corpora ſua. *Vbi inter cætera præcipuè apparet, eodem modo Deum permittere in pœnam nos inhonorari, quo nos illũ inhonoramus: & quod vitium luxuriæ,& gulæ, eſt indicium alicuius peccati in contemptum Dei antè commiſſi.*

CLXXXIX.

S. *Cyprianus,Epiſt.27.Præsbyteris,& Diaconibus: Aſſerens per occaſionem illa verba 2.Timot.2.* Nemo militans Deo implicat ſe negocijs ſæcularibus:*ait ſic,* Quod cùm de omnibus ſit dictũ, quantò magis moleſtijs, & laqueis ſæcularibus obligari non debent,qui diuinis rebus, & ſpiritualibus occupati, ab Eccleſia recedere, & ad terrenos,& ſæculares actus vacari non poſſunt? Cuius ordinationis, & religionis forma Læuitæ prius in lege tenuerunt, vt cum terram diuiderent, & poſſeſſiones partirentur vndecim Tribus,Læuitica Tribus,quæ tẽplo, & altari, & miniſterijs diuinis vacabat, nihil de illa diuiſionis portione perciperet:ſed alijs terram colẽtibus, illa tãtũ Deũ coleret,& ad victũ, atq; alimentũ ſuum ab vndecimTribubus de fructibus,qui naſcebantur,decimas reciperet. Quod totum fiebat de auctoritate,& diſpoſitione diuina, vt qui operationibus diuinis inſiſtebãt;in nulla re auocarentur, nec cogitare, aut agere ſæcularia cogerentur.

CXC.

S. *Athanaſius: Com.in 2.Tim.2. Ad eadem ſupradicta verba,ait ſic:* Quum verò implicet,inquit:magis rem patefacit. Certè .n. huius vitæ negotia,compedum loco ſunt.Negotia verò cũ dicit,varias animi perturbationes, moleſtiaſque deſignat: ab his, q̃ vt declinemus hortatur. Perinde ac ſi dicat:Quid te moleſtioribus rebus & negotijs implicas? Militiæ dumtaxat vaca. Hoc pacto Chriſto geſſeris morem,qui te ad id militiæ munus elegit.

CXCI.

S. *Cyprianus:de Lapſis:tract.14. Aſſerens per occaſionem illa verba Apoſt.Galat.6.*Deus non irridetur:*ait ſic,*Derideri, & circunueniri Deus non poteſt, nec aſtutia aliqua fallente deludi. Plus immo delinquit, qui ſecundum hominem Deum cogitans,euadere ſe pœnã criminis credit:ſi non palam crimen admiſit.

CXCII.

S. *Athanaſius:Com.in 1.Cor.1.Ad illa verba:*Paulus vocatus Apoſtolus per voluntatẽ Dei: *ait ſic:* Haud ſanè nos ille,vt dignos vocauit, & ſaluos fecit: ſed quia ſic ei placitum eſt. Egit vt libuit. Nunc verò placuit illi,vt ipſe vos edocerem. Cur alium præpter me vultis magiſtrum? Nam Deo vt obſiſtendum ducatis,id agitis.*Vbi apparet,in Prælatis non deberè ſubditos reſpicere perſonam: ſed Dei voluntatem tales eligentem.*

CXCII.

S. *Iſidorus Hiſpalenſis:Origin.lib.7.cap.1. Aſſerens per occaſionem illa verba Ioan.* Deum nemo vidit vnquam: *ait ſic:* Res eſt enim inuiſibilis, ideoq;non oculo,ſed corde quęrendus eſt.

CXCIV.

V*Iguerius:Illuſtrat.in Epiſt.ad Rom. ad illa verba c. 1.* Non probauerunt Deum habere in notitia:*ait ſic:*Illi dicũtur habere Deũ in notitia, qui pia deuotione ſtudent in animo ſemper habere,& tanquam præſentem eum timent, ac teuerentur,& propter amorem, & honorem eius à peccato abſtinere ſtudent. Econtrario illi dicuntur non habere Deum in notitia,qui vt liberius peccent, conſiderare renuunt præſentiam eius vbiq; eſſe.

CXCV.

S. *Athanaſ.Com.in 2. Theſal. Ad illa verba c. 2.* Nos autem debemus gratiasagere Deo sẽper pro vobis fratres dilecti à Deo:*ait ſic:* Quũ horribilia quædam explicaſſet, & quæ poſſent auditoris animum confirmare, nunc horũ lenit & corda,ita commonefaciens:Sintquidem alijs iſta horrori,his,inquã, qui perditi ſunt, in quos & plurimum habent dæmones ditionis: nobis verò gratiæ ſunt Deo pro vobis agendæ, quandoquidem vos ipſe elegerit, & charitate complexus ſit. Si verò ipſi pro vobis Deo habemus gratias:lõgè magis idipſum factitare debetis, & in proprium commodum Deo gratias referre.

S.Greg.

Deus.

CXCVI.

S. GREG. Papa Moral. lib. 18. cap. 28. *Aſſerens per occaſionem illud* 1. Io. 4. Deū nemo vidit vnquam: *cui opponitur illud, quod dicitur Moyſen loquutū cū Deo facie ad faciem: ait ſic*: Moyſes, qui cum Deo facie ad faciem loquebatur, ſicut homo loqui ſolet cum amico ſuo, ei inter ipſa verba ſuæ locutionis dicit: Si inueni gratiam in cōſpectu tuo, oſtende mihi teipſum manifeſtè, vt videam te. Certè enim ſi Deus non erat cū quo loquebatur, cur ſe petebat videre quē videbat? Sed ex hac eius petitione colligitur, quia eum ſitiebat per incircumſcriptæ naturæ ſuæ claritatem cernere, quem iam cæperat per quaſdam imagines videre. *Vbi apparet, ſanctarum imaginū cultum eſſe quodam modo Deum, & Sanctos videre: & ex eo cor accendi ad diuinam viſionem.*

CXCVII.

HVGO Card. Poſtil. in Epiſt. Pauſ. ad Rom. ad illa verba cap. 1. Et ſicut non probauerunt habere in notitia: tradidit illos Deus in reprobū ſenſum: *ait ſic*: Notandum, quod quidam ex negligentia non habuerunt notitiam creatoris .ſ. per creaturas, cùm tamen poſſent. Alij cognouerunt Deum, ſed non aduerterūt, quòd cognoſceret opera eorum. Tertij cognouerunt Deū, ſed crediderunt, quod Deus non haberet notitiam de peccatis eorum. Et hoc eſt. Putauerunt Deum non habere notitiam. De primis Pſ. 83. Dixit inſipiens in corde ſuo: non eſt Deus. Et Exo. 5. Quis eſt Deus, vt obediamus ei. De alijs, qui non aduerterunt, ꝙ Deus aduerteret opera eorum, Eſai. 29. Dicunt: quis videt nos, & quis nouit nos, peruerſa eſt hæc cogitatio veſtra. De tertijs, qui crediderunt, quod Deus ignoraret peccata eorum. Eccl. 24. Omnis, qui transgreditur lectum ſuum contemnens in animam ſuam: & dicens quis videt me: peccatorum meorum non memorabitur Altiſſimus, Pſ. 9. Oblitus eſt Deus auertit faciem ſuā, &c. Sed ipſe dicit Hier. 23. Si occultatur vir in abſconditis: & ego non videbo eum. Quaſi diceret: non. Et ſubdit quaſi cauſam dicens: Cœlum & terram ego impleo. Ergo vbiq; ego ſū, & video quicquid fit, & vbicunq; fiat. Et quia non probauerunt, &c. tradidit illos in reprobum ſenſum vt faciant ea, quæ nō conueniunt. Pſ. 9. Nō eſt Deus in cōſpectu eius: & ideò inquinatæ ſunt viæ illius in omni tēpore. *Vbi apparet, ꝙ relaxatio Dei, inefrenataq; peccatorum luxuria præcipitatio: eſt ſupplicium ſupinæ ignorantiæ, ſua diuinæ in nos aduertentiæ: Addatur, quod Magiſter Soto Com. ibi. ait*: Illo enim crimine meriti ſunt, vt qui diuinum lumen in ſe extinxiſſēt, naturali ſubinde priuati reprobæ ſuę menti traderentur, hoc eſt permitterentur carnalibus flagitijs excecari.

CXCVIII.

S. AMBROS. Com. ibid. *Ad eadem verba ait*: Et quia impunitatem horum æſtimauerunt, incurioſum Deum iudicantes, ac per hoc negligēdum, hinc additum eſt, vt magis, ac magis hebetati, ad omnia mala admittenda fierent promptiores, vt facta, quæ hominibus non ambigere deſplicere; Deum non crederent vindicare. *Vbi apparet, grauiſſimum eſſe peccatum putare Deum nō vindicaturum ea, quæ etiam hominibus mala videtur, & diſplicent. Siniſtrè enim de eius ſanctitate iudicatur: & minus pura iudicatur: quam hominū. Vndè Prælati aduertant, quam notam incurrant, ſi qua mala ab inferioribus iudicantur, ab ipſis maneant impunita.*

CXCIX.

S. PROSP. *Reſpons. ad cap. Gallorū cap. 11. Aſſerens ſupradicta verba ſubtiliter aſſignat, in quo conſiſtat grauitas huius ſupplicij, ait ſic.* Cùm verò aliquos a Deo traditos deſiderijs ſuis, aut obduratos legimus, aut relictos, magnis peccatis ſuis hoc ipſos meruiſſe profitemur: quia talia eorum crimina præceſſerunt, vt ipſi ſibi pœnas debuerint, q̄ etiā ſupplicium verterent in reatum.

CC.

S. ATH. *Comment. in Epiſt. Rom. ad eadem verba ait ſic.* At ſi q̄ras. Vnde hi ſint in immunditiā traditi: ex ea dixerim, quam Deo inferunt cōtumelia. Nam qui Dei nullā habuerit rationem, nec illum attenderit, mox vitæ totius, iacturam faciat neceſsē eſt: quemadmodum inquit, & Dauid: Dixit impius in corde ſuo: non eſt Deus. Et paulò poſt: Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis.

CCI.

VIGVER. *Illuſtrat. in epiſt. Rom. Ad eadem ver. ait ſic.* Manifeſtat culpam eorum pęnæ correſponendentem: quia ex eo quod contra diuinam naturam peccauerunt, ad hoc traditi ſunt, vt contra propriā naturam peccarent. *Vbi apparet,*

Deus.

ret,peccatum ſodomiticum vt plurimũ indiciare culpam infidelitatis antecedentem (vnde non immeritò Regno Luſitaniæ, perexcellentiam catholico)commiſſum eſt, vt ab inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, puniatur eadem pœna,qua delinquentes in fide.

CCII.

S. *AGVST. Lib. de ſpiritu , & littera. Afferens per occaſionẽ ſupradicta verba,notanſq; pœnam datam negantibus Deum,fuiſſe licentiã peccandi;ait ſic* Quorundam enim peccatorum perpetrandorũ facilitas,pæna eſt aliorum præcedentium. Mala voluntas iam ſolum peccatum eſt,&ſi deſit effectus,ideſt,ſi non habeat poteſtatem. Porrò cum voluntas mala poteſtatẽ accipit implere quod intendit, ex iudicio Dei venit.

CCIII.

S. *Idem Auguſtinus Lib. cõtra inimicũ legis, & prophe. Afferens eadẽ verba ait ſic.* Qui tradit eos in paſſionem ignominiæ, vt crimina criminibus vendicentur, & ſupplicia peccantium non ſint tormenta, ſed incrementa vitiorum.

CCIV.

V*IGVER. Illuſtrat. in Epiſt. Rom. Ad hunc locũ mirificè aſſignat,in quo nam conſiſtat ratio formalis huius ſupplicij dicens.* Quæ licet,in quantum ſunt volũtaria,nõ poſſint dici pęna,de cuius rõne eſt,ꝙ repugnet volũtati. Veruntñ q̃a peccata ẽt voluntaria habent q̃dam adiuncta,quæ volũtati repugnãt,prout ſubſtractio gratię,(quia ſubſtracta homo facilè ruit in peccata) inordinatio interioris animi,remorſus conſcientiæ, infamia,labor, & difficultas in actibus exterioribus. *Vnde D. Auguſt.* Iuſſiſti Domine,& verè ſic eſt,vt omnis inordinatus animus pœna ſibi ſit. Et Sapient. 5. Ambulauimus vias difficiles, &c. Et quantum ad hæc adiuncta peccata ſequentia, pœna ſunt peccatorum præcedentium.

CCV.

S. *ATHAN. Comment. in Epiſt. 1. Ad Theſal. Ad illa verba cap. 2.* Vos teſtes eſtis & Deus. *ait ſic.* Et ſi fides Deo eſt adhibenda: tamen cũ nequaquam hominibus pateat vtrum hæc Dei teſtimonio comprobentur: & ipſos ad quos ſermo habetur teſtes vocat.

CCVI.

S. *THOM. Com. ibi Ad illud:* Gratia vobis, & pax à Deo Patre,& Domino noſtro Ieſu Chriſto: *materiam præbet,vnde poſſit ſolutio elici cuidã dubio in noſtro textu inſurgenti,nimirũ,quare Moyſes facta commemoratione Filii in creatione, quum dixit (In principio), & nũc Patris, dicens Deus, nullã fecerit expreſſam de Spiritu Santo? Nam aſſignãs rationem,quare Apoſtolus hic etiam nullam de eodẽ mentionem fecerit Spiritu,ait ſic.* Perſona autẽ Spiritus Sancti non ponitur,quia intelligitur in donis eius, quæ ſunt gratia,& pax. *Hugo Card. Poſtil. ibid. addit ſic:* Hinc eſt etiam, quod nulla collecta dirigitur ad Spiritum Sanctum: cum enim in collectis .ſ. Spiritus Sancti dona poſtulentur,in quibus S. S. vt dictum eſt,intelligitur: & ſic quodãmodo poſtulatur idẽ, ad ipſum collecta non dirigitur.

CCVII.

S. *Ioan. Chryſoſt. Hom. 20. in Epiſt. 1. Corint. Ad illa uerba:* Nobis tamen vnus Deus Pater,ex quo omnia,& nos in illo: Et vnus dominus Ieſus Chriſtus,per quem omnia: *Suprapoſitam excitat quæſtionem: & reſpondet ſic,* Illud ſanè reſpondemus. quod ad idolorũ cultores verba faciebat, & de pluribus dijs, & dominis certamẽ habebatur. Idcircò cùm Patrem Deum diceret,dominũ Filium appellauit. Si ergò Patrem cum Filio dominum in hoc loco appellare non eſt auſus, nè .ſ. apud illos duos dominos intelligere putaretur,neq; Filium Deum cum Patre,nè duos item deos exiſtimaſſe ſuſpicarentur: quid admiraris, ſi ſpiritus non meminit? Aduerſus illos ei primũ certamen erat,vt non eſſe apud nos deos plures intelligeretur. Quare id verbum, vnus, frequenter vtitur. *Vbi Prædicatores habent doctrinam, ut gradatim procedant, neq; omnia ſimul, aut non deuicto primo (tranſeant ad ſecundum) certamen. Nã & ſi unum ſolum ſcire non ſufficiat: bonum tamen eſt,& uia ad aliud. Hugo Card. Poſtil. in Epiſt. ad Rom. 1. ubi Apoſtolus gratias agit Deo pro fide Romanorum, quibus itidem ſolum unum* Deum *auſus eſt prędicare, nulla facta mentione de diſtinctione perſonarum: ait ſic,* De bono incepto, quia cœperunt credere. Et eſt argumentũ, quod debemus gaudere,quando infidelis vni tantum credit articulo. Vnde Ambro. ſuper 1. Pſ. Prodeſt imperfectis fidem ex parte tenuiſſe. *Sanct. Ambroſius Com. in Epiſt. ad Rom. ad illa uerba cap. 1.* Gratias ago Deo meo,&c. *ait ſic,* Quamuis non ſecundũ regulam ab auctoribus traditæ veritatis,tamen, quia ab vno Deo erat interpoſito nomine Chriſti

ſti

Deus.

ſti, cœperant venerari gratulatur ſciens, illos poſſe proficere.

CCVIII.

S. *Athan. Comm. in Epiſt. ad Hebr.* Videte fratres, nè fortè ſit in aliquo veſtrum cor malum incredulitatis diſcedẽdi à *D*eo viuo: *ait ſic*: Neq; enim aliter obuctura eſt incredulitas ipſa, & diffidentia, niſi à *D*eo quis prius deſciſcat. Nã quandiù quis *D*eo adhæſerit, fueritq; illi vt omnipotenti confiſus: nihil exiſtimat fieri nõ poſſe, quod *D*eo libuerit.

CCIX.

HVgo *Card. Poſtil. in Epiſt. Pauli ad Rom. Ad illa verba cap.* 1. Et pax à *D*eo Patre noſtro: *ſingulariter notauit, quod in veteris teſtamenti principio Deus ſimpliciter nominatur: in Euangelicæ prædicationis exordio verò, Deum Patrem ſe nuncupari voluit: & aſſignans rationem ait ſic:* Quia Pater, eſt nomen affectus: *D*eus autem ſonat potentiam propriè. *Addatur, quod Chryſoſt. hom.* 1. *ibidem dicit ſic:* Papæ quam potens eſt *D*ei charitas? Inimici, & repudiati: ſancti, & filij repentè effecti ſunt. Quum enim Patrem vocauit, Filios oſtẽdit: quum autem Filios dicit, vniuerſum bonorum theſaurum detexit.

CCX.

S. *ATHANAS. Com. in Epiſt. Rom. Ad illa verba cap.* 15. Gentes autem ſuper miſericordia honorare *D*eum: *ait ſic*: Qui ex Iudæis eſſent oriundi, & ſi videbantur indigni, habuiſſe tamen conſtat promiſſiones: ipſe verò gentilis ex ſola *D*ei clementia ſaluus eſt redditus: propterea & meritò debes laudem inixius deferre, & gloriã. *Vbi apparet, vim promiſſionis à nimia gratitudine aliquantulum alleuiare.*

CCXI.

S. *Cyprian. de duplici Martyrio. Aſſerens per occaſionem illa verba Apoſt. Philip.* 3. Quorum *D*eus venter eſt. *quæ coniungens illis Coloſ.* 3. Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationẽ, immunditiam, libidinem, concupiscentiã malam, & auaritiam, quæ eſt ſimulachrorũ ſeruitus: *ait ſic*. Execrantur eos, qui procumbunt ad Dianæ ſimulachrum, quanto iuſtius eos execramur, qui toto pectore ſeruiunt mammonæ, qui illi quotidiè ſacrificant: Et ſi auarus eſt idolatra, qui pecuniæ ſtudio tenetur, qui ꝙ hæreditate obuenit, aut induſtria partum eſt recondit, nec erogat in egenos, quid cẽſendum eſt de his qui lenocinio, qui fænore, qui rapto, qui fraude, qui calumnijs, qui opprimendis pauperibus rem accumulant; Atq; hæc idolorum ſeruitus non ſolum inuenitur inter Chriſtianos, verũ etiam quod gemẽdum eſt, inter Epiſcopos. Porrò temulentia adeò communis eſt Africæ noſtræ, vt propemodum non habeant pro crimine, An non uidemus ad Martyrum memorias Chriſtianum à Chriſtiano cogi ad ebrietatem? An hoc leuius crimen eſſe ducimus, quam hircum immolare Baccho? Mihi videtur multò grauius, ſi rem recta ratione velimus expendere. Cum tyrannus dicit, Abnega Chriſtum, & immola Ioui, & eſto amicus noſter, aut morere, ſæpè lingua negat corde reclamante, & manus adolet thus, cum animus intus adoret Chriſtum quanquam hoc quoq; grauiſſimum eſt crimen, tamen aliquã impietatis culpã eleuat humanæ naturæ imbecillitas. Ibi ſatanas tibi loquitur voce tyranni: at quid tibi dicit per tuam concupiſcentiam? Abnega Chriſtum, & eſto diues: ſacrifica mammonæ, & Chriſto nunciũ remittito. Quid eſt quod pollicetur? aurum, & argentum, inutilẽ materiã niſi exerceas. Nec dicit morere, ſed oblecta oculos, immo potius hoc dicit. Lucrare pecuniam ad breue tempus habiturus, & perde in æternũ animam tuam. Et tamen hic ſponte ſubmittis genua ſatanæ, & abnegato Chriſto, te totum illi mancipas. Quid autem Chriſtus? Meus eſto, & viue in æternum, contemne diuitias iſtas temporaneas, & ego tibi centuplum reponam in hoc ſæculo, & vitam æternã in futuro: relinque terrã, & accipe cœlum. Ac Deus iſta pollicens deſeritur, & diabolus tam nihil res, eaſq; falſo promittens adoratur. O fædam defectionem, o turpem idolatriam, ò iniquam permutationem.

CCXII.

S. *THOM. Com. in Epiſto. Paul. ad Rom. Ad illa verba cap.* 1. Segregatus in Euangelium Dei: *quandam profert expoſitionem, unde benè colligi poteſt non contemnenda ratio, quare Moyſes narraturus creationem ſpecificandum putauit neceſſariò, ꝙ Deus creaſſet: videlicet, vt à diſtincta cognitione* Dei *authoris, intelligerentur omnia facta eſſe bona: bonum enim niſi à* Deo *promanare non poteſt. Nam aſſignans rationem, quare Apoſtolus nõ contentus dicere, ſe prædicare Euangelium, addidit* Dei: *ait ſic:*

Euan-

Digitized by Google

Deus.

Euangelium autem idem eſt, quod, quod bona annuntiatio. Annuntiatur enim in ipſo coniunctio hominis ad Deum, quod eſt bonum hominis, ſecundum illud Pſ. 71. Mihi autem adhærere Deo bonū eſt. Triplex aūt coniūctio hominis ad Deum annūtiatur in Euangelio. Prima quidē per gratiam vnionis, ſecundum illud Ioann. 1. Verbum cato factum eſt. Secunda, per gratiam adoptionis in Pſ. Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes. Tertia, per gloriam fruitionis, Io. 17. Hæc eſt vita æterna, &c. Eſai. 52. Quam pulchri ſuper montes pedes annuntiantis: hæc autem annuntiatio non humanitus: ſed à Deo facta eſt. Eſai. 21. Quę audiui à domino exercituum Deo Iſrael annuntiaui vobis. Vnde dicit. In Euangelium Dei. *Vbi apparet, bonum nuntium ſolum à Deo prouenire poſſe.*

CCXIII.

INterlinialis: *Ad eadem verba, idem videtur inſinuare: nam coniungens ſequentia verba, nempè:* Quod antè promiſerat per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo: *ait ſic:* Commēdatio Euangelij à quatuor. A tempore; Ab authore; A teſtibus; A materia. *Ponendum iudicaui hic, nè pereat, quodam ab Hugone Card. Poſtil. ibid. dicente ſic:* Dicitur propriè ab, Eu, quod eſt bonū, & Angelus, nuntius. Et ſecundum hoc in principio huius nominis, Euangelium, debet eſſe diphtongus: & ita peccant, qui dicunt, Euangeliū. Prima, Eua, interpretatur furor: Angelus, nuntius, quaſi nuntius furoris; & ſic nō ſequitur expoſitionem huius nominis; Euangelij. *Vbi etiam adiungi poteſt illud, quod ait Chryſoſtomus Hom. 1. ibid. ſic:* Dei porrò Euangelium vocat, vt ab ipſis ſtatim exordijs erigat auditorem. Neq; enim venit triſte quidam renūtians, veluti Prophetę, accuſationes, crimina, increpationes: ſed Euangelia, & Euangelia Dei.

CCXIV.

S. *ATHAN. Com. in 1. Cor. 1. Ad illa verba:* Gratias ago Deo, quia neminem baptizaui, niſi Criſpum, & Gaium: *ait ſic;* Quid, inquit, baptiſmi gratia inſoleſcitis? quandoquidem ipſe ego magis gratias agā, quia id baptizandi munus haud ſæpe obierem. Quod nō ideò infert, vt improbet baptiſmi virtutem, ſed illorum diluat inſolentiam, qui baptizantium nomina iactitarent, & gloriæ ducerent, quam baptiſmus ipſe, non baptiſmi nomen adferret. *Vbi apparet, quod ſæpè bonorum miniſteriorū abuſus obligat pios, vt ſe iactent talia non, vel paucies adminiſtraſſe.*

CCXV.

S. *HIERO. Com. in Epiſt. ad Rom. Ad illa verba cap. 1.* Sicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobū ſenſū, &c. *ait ſic:* Non neſcierunt, ſed minimè probauerunt: ille enim probat ſe Deum habere in notitia, qui ſemper illum in præſenti habens, peccare non audet.

CCXVI.

MAGIS. *Soto Com. ibidem. ait ſic.* Quoniā moribus ſuis non probauerunt, quod Deū haberent in notitia: illo enim crimine meriti ſunt, vt qui diuinum lumen in ſe extinxiſſent, naturali ſubinde priuati reprobæ ſuæ menti traderentur, hoc eſt permitterentur carnalibus flagitijs excæcari.

CCXVII.

S. *ATHAN. Com. in. 2. Cor. 2. Ad illa verba:* Sed ex ſinceritate ſicut ex Deo coram Deo in Chriſto loquimur: *ait ſic.* Coram Deo autem dixit, vt ſui cordis, & rectitudinem proferat, & libertatem: Abeſt enim a quouis dolo cor noſtrū & labe, vt liceat nobis, vel in Dei conſpectu liberè id aperire.

CCXVIII.

S. *AVGVST. ſer. 9. de 3. Epiſt. Beati Ioan. Afferēs per occaſionem illa verba Apoſt. Tit. 1.* Confitētur ſe noſſe Deum, factis autem negant: *ait ſic:* Quicunq; negant, quod Ieſus non ſit Chriſtus, ipſe eſt Antichriſtus. Si negatio non tātum lingua fit, ſed & factis, certè multos nouimus antichriſtos, qui ore confitentur Chriſtū, & moribus diſſentiunt à Chriſto.

CCXIX.

S. *Ioan. Chryſoſt. Hom. in Pſ. 13. Ad illum verſū:* Dixit inſipiens in corde ſuo: non eſt Deus: *afferens ſupradicta Apoſtoli verba: ait ſic:* Muniamus nos fratres, nè in inſipientis naufragium incidamus, verbis ipſum fatentes, factis autem negantes. Quanto ſunt autem facta potentiora verbis ad perſuadendum, tanto factis, quam dictis Deum negare ore, vel corde grauius.

CCXX.

S. *THO. Com. in Epiſt. ad Rom. 1. materiam præbet, vndè non vulgaris elici poſſit ratio, quare*

Moy-

Deus.

Moyſes narrationi creationis Orbis præmittendum iudicauit verbum, Deus, *nēpè vt ex deifica authoritate in medium allata veritas illarum rerum, quarum nullus extare poterat teſtis probaretur. Deus enim conſimilibus ſe teſtem exhibet. Nam explanans Angelicus Doctor illa verba Apoſtoli:* Teſtis enim mihi eſt Deus, cui ſeruio in ſpiritu in Euangelio Filij eius, quod ſine intermiſſione memoriam veſtri facio ſemper in orationibus meis: *aſſignans rationem, quare Apoſtolus Deum hic inuocet teſtem: ait ſic:* Quia orationis negotium in ſecreto agitur coram Deo ſecūdum illud Mat. 6. Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora Patrē tuum: Dei teſtimonio probat ſe pro eis orare. *Caet. Com. ibid. ſic:* Affert Deum teſtem: qui ſolus poteſt eſſe huius actionis teſtis. *Vbi etiam apparet, quàm occulta debet eſſe oratio.*

CCXXI.

S. *IOAN. Chryſoſt. Com. ibid. ad ead. verba aliter ſic ait:* Qua nam de cauſa Deū teſtem citat? Agebatur de animi affectu: ac q̄nq̄dem nōdum Romanos viderat Paulus, ob id neminem hominem, ſed eum potius, cuius eſt humana corda perſcrutari, teſtatur. Nam quod dixit; Amo vos (cuius rei argumentū hoc oſtendit, ꝙ ſemper in precibus oret, ac velit ad eos accedere) idipſum quum non innoteſceret, confugiendum ſibi putauit ad teſtimonium fide dignum. *Vbi apparet, de affectu (præcipuè ad perſonas extraneas) ſolum Deum poſſe teſtificari: cæteri aūt ſemper ſunt ſuſpecti, cùm de quo minimè ſcientiam habere poſſunt, teſtificantur S. Ambroſ. Com. ibid. ſic ait:* Vt ſuadeat charitatem, Deum teſtem dat.

CCXXII.

S. *GREG. Papa Mor. 34. cap. 3. Afferens per occaſionem illud Apoſt. 2. ad Theſſal. 2.* Et extollitur ſuper omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur: *intelligit per id, quod dicitur Deus, Antechriſtum, qui, Deus dicetur; per id autem, quod colitur, intelligit, verum Deum, & ait ſic: exagerans diaboli contumaciam:* Eouſq; perductus eſt, vt in Antechriſto veniens, videri Deo ſimilis dedignetur, & eum, quē habere non potuit ſuperbus æqualem, damnatus putat inferiorem. *Vbi apparet, non ſolum quantum nobilior ſit ſuperbia diaboli ſuperbia hominum, qui vtiq; non (ſicut homines) apparentia rerum contentus ſit: ſed quod ſuperbia condemnata non ſolum non deprimitur condemnatione: imò magis erigitur.*

CCXXIII.

S. *IO. Chryſoſt. Hom. 18. in 1. Cor. 6. affert quandā doctrinā, ex qua excellentiſſima poteſt conijci ratio, quare Moyſes deſcripturus immenſa beneficia facta hominibus in creatione præponendum explicitè duxerit nomen (Deus) nam exponens illa verba Apoſtoli:* An neſcitis, quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus Sancti, qui in vobis eſt, quem habetis à Deo: *notans non contentum Apoſtolum dicere illos in ſe habere Spiritum Sanctum, addidiſſe à Deo illum habere: ait ſic,* Et datoris meminit, attentum ſimul faciēs auditorem, & perterrens, & commendationis magnitudine, & cōmendantis liberalitate.

CCXXIV.

S. *AVGVST. ſerm. 143. Afferens per occaſionē illa verba Rom. 1.* Qui cum cognouiſſent Deū, non ſicut Deum glorificauerunt: *ait ſic:* Non dicit neſcientes Deum: ſed cognoſcentes. Vnde cognoſcentes? Ex his, quæ fecit. Interroga pulchritudinem terræ, interroga pulchritudinem maris, interroga pulchritudinem dilari, & diffuſi aeris, interroga pulchritudinem cœli, interroga ordinem ſyderum, &c. Reſpondent tibi omnia: Ecce, vide, pulchra ſumus: Pulchritudo eorum confeſſio eorum eſt. *Vbi apparet, res pulchras, ſuo aſpectu ſine alia voce factas à Deo ſe teſtare, & prædicare.*

CCXXV.

S. *ATHAN. Com. in 2. Cor. 1. ad illa verba,* Ego autem teſtem Deum inuoco in animā meā, quod parcens vobis nō veni Corinthum: *ait ſic:* Hoc eſt nè vos caſtigem abſtineo. Quod quidē ea de cauſa intulit, quia erant pleriq; Corinthij delinquentes, quos erratorum minimè pœniteret: caſtigaſſetq; haud dubiè eos, ſi Corinthum ſe conferens emendatos non comperiſſet. Quo fit vt ſuam profectionem remoretur Apoſtolus: vt prius correctis illis, & emendatis, aduenieus ipſe nullā his habeat pęnas ingerēdi occaſionē.

CCXXVI.

S. *AMBR. Com. in 1. Cor. 8. ad illa verba:* Nobis tamen vnus Deus Pater, ex quo omnia, & nos in illo: *ait ſic:* Omnia enim ex illo quæq; ſūt. Nos aūt cùm dicit in illo, diſcreuit nos à cæteris, qui cùm ex illo ſint, non tamen ſunt in illo,

Cœlum,& Terram.

dum adhuc non credunt. *Vbi apparet, quod &ſi per creationem à Deo ſumus: cùm illo non ſumus, niſi per gratiam, & fidem.*

CCXXVII.

GLO. *in Epiſt. Iacob. ad illa verba cap. 2.* Tu credis quoniam vnus eſt Deus: benefacis: Et dæmones credunt,& contremiſcunt: *ait ſic*, Qui ergò Deum non credunt, vel creditum non timent: dęmonibus tardiores,& proteruiores sũt.

CCXXVIII.

S. ATHAN. *Com. in 2. Cor. ad illa verba c. 10.* Arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt; ſed potentia Deo ad deſtructionẽ munitionũ conſilia deſtruentes: *ait ſic*: Aduerte autem quemadmodum nulla dixerit debellandi gratia tormenta admouimus, ſed mox deſtruimus intulit, vt & victoriæ facilitatem, & ſpiculorum, quibus hominum animos percellebar, vim patefaciat.

CCXXIX.

THeod. *ibi ſic:* Quemadmodũ SS. vocauit tẽpla Dei, ita eos, qui ſe impietati mãciparunt, munitiones diaboli. Eos, inquit, veluti bello captos ducentes ex acie ad vniuerſorum Regem adducimus, & ut eius legibus uiuant efficimus. *Vbi apparet, victorias Dei non eſſe ad deſtructionem, ſed ad reductionem: & quod in impijs diabolus pugnat contra pios.*

CCXXX.

S. AVG. *Tract. Pſ. 102. Afferens per occaſionem illa verba Apoſt. 1. Cor. 16.* Fidelis Deus: *quandam rationem aſſignat, quare Deus voluerit ſcribi diuinam ſcripturã: ait enim ſic:* Fidelis Deus, qui ſe noſtrum debitorem fecit, non aliquid à nobis accipiendo, ſed tanta nobis promittendo. Parum erat promiſſio, etiã ſcripto ſe teneri voluit, veluti faciẽs nobiſcum chirographum promiſſorum ſuorum, vt cum ea, quæ promiſit ſoluere inciperet, in ſcriptura promiſſorum conſideraremus ordinem ſoluendorum.

CCXXXI.

S. ATHAN *Com. in Rom. 1. ad illa verba,* Et ſicut non probauerunt Deum habere in notitia tradidit illos Deus in reprobum ſenſum: *ait ſic*: Neque enim dixit ignoraſſe hos Deum, ſed improbaſſe, ideſt non iudicaſſe Deum ſe habere in notione, ſed vltro ſibi delegiſſe impietatem ſectãdã. Nõ ergò per carnem, vt hętetici ferunt, delinquitur: ſed corrupti iudicij vitio peccatur. Siquidem priores illi Dei notitiam improbauerunt: deinceps à Deo permiſſi ſunt in reprobum ſenſum deferri.

CCXXXII.

S. GREG. *Papa Hom. 2. in Euang. Afferens per occaſionem illa verba Apoſt. ad Tit. 1.* Qui confitentur ſe noſſe Deum factis autẽ negant: *ait ſic:* Hinc Ioães 1. cap. 2. ait: Qui dicit ſe noſſe Deũ, & mandata eius non cuſtodit, mẽdax eſt. Quod cùm ita ſit, fidei noſtræ veritatem in vitæ noſtræ conſideratione debemus agnoſcere.

CCXXXIII.

IDem *Moral. 5. cap. 8. afferens per occaſionem illa verba 2. Theſſ. 1.* Suſtinetis in exemplum iuſti iudicij Dei: *ait ſic:* Ac ſi diceret: Dum tot dura toleraris, qui iam recta agitis: quid aliud quam iuſti iudicij Dei exempla datis: quia ex veſtra pœna colligendum eſt, quomodo feriat, quibus iraſcitur; ſi ſic vos affligi patitur, in quibus iuſtũ iudicium exhibet, ſi etiam vos ſic cruciat, quos piè redarguens ſouet. *Vbi apparet, nihil ſit metuẽdum impijs, quam pios videre pati.*

CCXXXIV.

S. ATHAN. *Com. in Epiſt. ad Philip. ad illa verba cap. 3.* Quorum Deus ventet eſt: *ait ſic:* Hũc enim vt Deum colunt, huic perpetuò obſequũtur, & faciunt ſatis, affatim ingerunt, quod ille expoſcit. Hoc ingurtitato, prorũpunt in venerẽ.

CCXXXV.

IDem *Com. in Rom. 7. ad illa verba*: Primũ quidem gratias ago Deo meo: *ait ſic*, Deo verò meo, cum inquit: animi ſui aperit affectum, quãdo cõem omnium Deum, ſuum facit: quemadmodum,& Prophetæ ſolent. Quin etiã,& Deus ipſe Abraham, Iſac, & Iacob Deum ſe nominat, vt ſuam erga illos patefaciat charitatẽ. *Vbi apparet, communes obligationes non ſic excitare affectum tàm ſubditorũ erga Prælatos, quàm è conuerſo.*

CCXXXVI.

IDem *Com. in 2. Theſ. Ad illa verba cap. 2. de Antichriſto:* Qui aduerſatur, & extollitur ſupra omne id, quod dicitur Deus, aut colitur: *ait ſic*: Non .n. idolatriam inducturus eſt ille: quin potius deos illos, eorũq; cultus ſublaturus eſt oẽs, & idola euerſurus: aſſerturuſq; deũ ſe ſolũ eſſe.

CCXXXVII.

IDem *Com. in 1. Theſ. cap. 1. ad illa verba*: Gratias agimus Deo ſemper pro omnibus vobis: *ait*

Deus.

ait ſic: Qui enim Deo pro his gratias agit: oſtendit à ſe ea iam peracta, quibus & Deo poſſint gratiæ agi, & laudibus idē ille efferri, cuius munere hi rectiora peregerint: ſimulq; ad humilitatē hos inſtruit, cùm arguat cuncta Deo eſſe, non nobis mortalibus adſcribenda. *Vbi apparet, quod gratias Deo agere pro aliquibus operibus arguit, & perfectionem talium operum, & humilitatem, propriaq; fragilitatis cognitionem.*

CCXXXVIII.

I*Dem. Com. in 2. Cor. 8. ad illa verba:* Gratias ago Deo, qui dedit hanc ſolicitudinem pro vobis in corde Titi: *ait ſic.* Quum de eleemoſyna, quæ eſſent neceſſariò dicenda, diſſeruiſſet: laudat demum eos, qui eam erant ad recipiendam tranſmiſſi: vt omni his auaritiæ ſuſpitione ſummota ad maiorem illos induceret conferendi promptitudinē. *Vbi apparet, quod in communibus collectis ad mouendum populum, fidelitas, & bona opinio collectorum multum facit.*

CCXXXIX.

S. *Idem Athan. Com. in Rom. 1. Ad illa verba:* Et ſicut non probauerunt Deum habere in notitia tradidit illos Deus in reprobum ſenſum: vt faciant ea, quæ non conueniunt: *ait ſic:* Dei enim à quouis ſe ceſſio, ſiuè deſtitutio in ſacris litteris, traditio nominatur.

Ex Apocal.

CCXL.

S. *THO. Com. ibi Ad illud cap. 3.* Non enim inuenio opera tua plena coram Deo meo: *ait:* ideſt plena merito, quia multa omittebat, quæ decebat facere. Item plena tempore. Quia tempore, quo debebat, non dicebat horas ſuas, neq; omni tempore, quo debebat prædicabat. Item plena, ideſt conſummata, quia imperfecta relinquebat. Incipiebat enim, ſed non cōſummabat. Sic multi quidem multa bona faciūt, ſed ſtatim, quando inſurgit parum aduerſitatis franguntur, & deficiunt. Luc. 13: Hic homo cæpit ædificare, &c. 2. Tim. 4. Miniſterium tuum imple. Sed quia coram hominibus videbantur opera ſua bona, & plena, ideò addit. Coram Deo meo, qui videt intus 1. Reg. 16. Homines vident ea, quæ foris apparent, Deus autem cor intuetur. Nec remanet Deus cum illis, quorum opera non ſunt plena. Eccl. 24. In plenitudine Sanctorum detētio mea. Sit ergo cor tuum plenum charitate, os veritate, opus humilitate, oculus caſtitate, pes grauitate, manus authoritate: & tunc implebis illud mandatum Domini: Non apparebis vacuus in conſpectu Domini, Exod. 23.

CCLXI.

D*IONYS. Chart. expoſ. ibi ſic:* Qui .n. vana intentione, quæ bona ſunt agit mente eſt vacuus, peccato exhauſtus, verè pauperrimus. Tales ſunt, qui quærunt placere hominibus, qui apparentiam magis, quam exiſtentiam ſanctitatis aſſumunt: qui & ſi coram hominibus aliquid videantur: *Deum tñ fallere nequeunt. Vbi apparet, opera noſtra non iudicanda ſecundum quod apparēt hominibus, ſed ſecundum quod ſunt corā Deo noſtro.*

CCXLII.

P*ANNON. Collect. ibi: ait:* Opera Prælatorū plena coram Deo non ſunt quando grex Dominicus negligitur, nō paſcitur, nō dirigitur, non corrigitur: et ſi alioqui rectè viuere per ſe videantur. Tunc .n. opera eorum plena coram Deo fieri creduntur, qñ miniſterij ſacri officium dignis actionibus explet: vt non ſolū ad ſe, ſed et ad alios, potiſſimum, qui ſubiecti ſunt, iuſtitiam ſeruent, vita, doctrina, & exemplo lumen pſtantes, vt videant opera bona, & glorificent Patrē Deum, qui in cœlis eſt, &c. Neq; verò probè viuere ſ tis fuerit prælato corā Deo, niſi ſingulari ſtudio, his quoq; quorum curam gerit, vigilanter proſpiciat, nè in præceps ruāt, nè exorbitent, nè pereant.

CCXLIII.

B*Eda Expoſit. ibi. Ad illud cap. 7.* Et vidi alterū Angelum aſcendentem ab ortu Solis, habentem ſignum Dei viui: *ait:* Dominus in carne natus, qui magni conſilij Angelus eſt, paternæ .ſ. voluntatis nuncius, viſitauit nos oriens ex alto, vexillū crucis, quo ſuorū frōtes ſignaret afferēs.

CCXLIV.

S. *THO. Com. ibi ſic:* Habētem ſignum Dei viui: .i. omnimodā immunitatē peccati, vel poteſtatē miracula faciendi, & peccata dimittēdi, quia vtrunq; ſolius Dei eſt. Vnde Mat. 8. Vt aūt ſciatis, quia filius hominis habet poteſtatē in terra dimittendi peccata, tunc ait paralitico. Tibi dico ſurge, &c. *Vbi apparet, quod vnus Sāctus cōfeſſor per officium, innocens per ſanctimoniam: miraculoſus inſuper: eſt ſignum Dei viui.*

Deus.

CCXLV.

IDem ibi iterum ſic: Signum Dei viui eſt Crux ſancta Chriſti. De quo Eſai. 30. Leuate ſignū in nationibus. Et hoc ſignū habuit Chriſtus primo in ſe, poſteà in ſuis dupliciter. In corde per fidem. In corpore per imitationem. De primo Ezech. 9. Signa Tau ſuper frontes virorum, gementium, & dolentium. De ſecundo Luc. 5. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

CCXLVI.

IDem ibi ſic proſequitur: Sed quomodo fuit crux ſignum Dei viui? quia ibi moriente homine vixit Deus, cuius ſignū fuit clamor validus, quē moriēdo emiſit, quod eſt ſupra naturā humanā. Quia in morte ita debilitatur ſpiritus, & coarctatur meatus, quod vix poteſt homo tunc loqui. Item alia, quæ fuerunt tunc facta .i. obſcuratio Solis, &c hæc fuerunt verum ſignū diuinitatis. Vnde Centurio dixit: Verè Filius Dei erat hic.

CCXLII.

PANNON. vbi ſup. Ad illud cap. 19. Vide ne feceris, &c. Deum adora: ait: Quo in loco, & hoc conſiderandum, quia cum ſępè in veteri teſtamēto legamus, Angelos ab hominibus adoratos, nec vnquā eos ab eis prohibitos, hic aūt minimè adorationem tuliſſe Angelum. Quare hoc? Iam diximus: quia .n. poſtquam Dominus in carnem venit conditioni noſtræ multum additum eſt. vt par honor nobis, atq; Angelis poſtea debetur. Mat. 22. Luc. 70. Chriſtus aſſumptum hominē ſupra Angelos ſublimauit, ideoq; ab homine adorari hic Angelus timuit, quem ſuper ſe in Chriſto regnare cognouit.

CCXLVIII.

PANNON. ibi proſequens ait: Nemo hic putet damnari reuerentiam mutuam, pro qua bona gratia datur, quum Paulus doceat honore inuicem præueniri. Sed vt in primis Deū quiſq; veneretur, ac deindè iuxta humanæ conſuetudinis exigentiam, licet & homini impēdere honorem. Euangelio nanq; politica honeſtas, ac modeſtia minimè reijcitur.

CCXLIX.

IDem ibi. iterum ſic: Auguror Angelum minimè paſſum Ioannis adorationem, quod eum voluerit adorare, tanquam huius officij authorem, tribuereq; illi gratiam, & gloriam, quem omninò noluit ita arbitrari Angelus, ſed vt erat author rei huius Deus, cuius ſolum miniſterio fungebatur & quæ acceperat oſtēdebat, docebatq; ipſe, voluit illi omnem gratiam tribui, vt par erat, nō ſibi, qui miniſter erat tantum.

CCL.

IDē ibi ſic: Quia enim maiorem ſe Angelū talia commoſtrantem, ac docentem videbat Ioan. cadit ante illum, vt adoret, nec tñ id Angelus paſſus eſt: vbi tàm Angelus, quam Ioan. proprias ſumunt perſonas. Nam cùm ſup. Ang. dixit: Ego ſum Alpha, & O. &c. oſtendit illo loci perſonā Chriſti agere, quod Ioan. cecidit ad pedes eius tanquam mortuus, & ponens dexterā ſuā Ang. ſuper caput eius, ſolatus eſt eū cap. 1. Hic verò ea exutus, cùm ſimpliciter ſe conſiderat prohibet, nè ſe adoret, ſed Deū ſolum, nè diuinum ſibi arroget honorem: benè .n. in memoria repetebat magnum illum Angelum, idcireò è cœlo deturbatum, quia diuinū ſibi honorē uſurpabat.

CCLI.

RVPERT. Ab. Com. ibi, Ad illud cap. 21. Et ipſi populus eius erunt: & ipſe Deus cum eis erit eorum Deus: ait: Quia per paſſionē auctor ſalutis noſtræ conſummatus rectè dictum: Et ipſi populus eius erant. Et quia ipſe qui poſſidet, eorum quos poſſidet, poſſeſſio eſt, addit adhuc. Et ipſe cum eis eorum Deus. *Vbi apparet, Deum ſic ſuos poſſidere, quod etiam poſſeſſio eorum ſit. Vndè non mirum, ſi in vltima cœna, quando nos ſuos vocat, ſeipſum in ſancta Eucharistia tradiderit.*

CCLII.

DIONY. Carth. Expoſit. ibi ſic: Ideſt Deus omnipotens, qui ſolus eſt verus Deus, & per creationem, ac generalem præſidentiam eſt cōmuniter omnium Deus, erit ſingulariſſimo modo Deus iſtorum: ita quod ei tota mente integerrimè inhærebunt, inceſſanter eum adorabūt, colent, laudabūt, eritq; ab eis perfectè dilectus, atq; poſſeſſus. Vndè de re maximè chara, & iugiter cogitata dicitur: quod ſit taliter eam amātis, & cogitantis. *Vbi qui pleno ore dicunt (Deus meus) aduertant, an ſic eum diligant, & iugiter cogitent.*

Finis Quarti Text.

SANCTES

Cœlum, & Terram.

I.

SANCTES PAGNIN. *Iſagog. lib. 1. cap. 31. Myſticè hunc locum explanans ait ſic:* Cœlũ præpoſitorum ſignificat ordinem, v3. vel legis doctores. Vnde Greg. enarrans illud Iob cap. 1. (Ignis cecidit de cœlo) hoc pacto ſcribit. Omnes, qui prædicationis officiũ in Synagoga tenuerunt, Cœlũ rectè vocati ſunt: quia nimirum ſapere cœleſtia credebantur. Vnde Moyſes cùm Sacerdotes, ac populum ad verba ſuæ admonitionis excitaret, dixit: Attendite cœlũ, & loquar, & audiat terra verba ex ore meo. Per cœlum v3. deſignans præpoſitorum ordinem: per terram verò ſubditorum plebem.

II.

S. GREG. *Papa Moral. lib. 2. cap. 18. ſupradicta verba Iob amplius explanans ait:* Ignis deſcendit de cœlo, ideſt à præpoſitorum cordibus flãma inuidiæ corruit, & quidquid boni in plebibus oriebatur, incendit; quia dum mali præpoſiti ſuum contra veritatem honorem exigũt, ab omni rectitudine corda ſequentiũ ſubuertũt.

III.

S. AVGVST. *Enarr. Pſ. 135. (vbi Dauid recitat creationem hic à Moyſe præſcriptam) notat, & incipiens à creatione Cœli, dicens:* Qui fecit cœlos in intellectu: *quem locum ſanctus Doctor (ex mente tamen aliorum) ait, velle dicere Deum ſumma ſapientia creaſſe cœlos, quærit, cur vlterius progrediens ad creationem terræ, cæterarumq; creaturarũ, non dicat creatas fuiſſe in intellectu? ſolum .n. proſequitur:* Qui firmauit terrã ſuper aquas, &c. *quaſi ſolos Coelos in ſapientia feciſſet, coetera verò caſu? Reſpondet autem ſufficere, quod vnum opus diceretur à Deo factum in ſapientia, vt omnia ſequentia, facta etiam in ſapientia intelligerentur. Hæc ſunt eius verba:* Ibi tantum exprimendum fuit, vt in cœteris & tacitum poſſit intelligi, vt iſte ſit ſenſus. Qui fecit cœlos in intellectu. Qui fundauit terrã ſuper aquas: vt & hic ſubaudias: in intellectu. Qui fecit luminaria magna, &c. vtiq; in intellectu. *Vbi apparet moraliter, quod vt iudicetur aliquis in ſapientia omnia fuiſſe operatũ, ſufficiat, vt probetur vnum opus, & primum in ſapientia, & intellectu feciſſe: & ècontra.*

IV.

S. PROSP. *Expoſit. in eundem Pſ. Ad eundem verſ. ſic ait:* In intellectu facti ſunt coeli ad erudiendam eam creaturam, quæ ad cognitionem ſui præordinabatur, authoris.

V.

ALEXAND. *de Aleſ. 2. par. q. 10. memb. 2. Aſſerens ſupradictum verſum ſic arguit.* Cũ vtrũq; ſit intelligibile, & vtrumq; ſenſibile: quare dictũ in Pſ. 135. Qui fecit coelos in intellectu: de terra verò dicitur: Qui fundauit terrã ſuper aquas? *Reſpondet autem ſic:* Dicẽdum, quod licet vtraq; ſint ſenſibilia, .ſ. coelum, & terra: coelum tamẽ dicitur intelligibile propter ſui ſpiritualitatẽ, & ſimplicitatem; & ideò diſtinguendo inter coelũ, & terram, dixit: coelos fieri in intellectu: de terra uerò nõ dixit: nihilominus tñ utrumq; eſt intelligibile, & utrumq; ſenſibile; ſecundum alterã, & alteram rõnem. *Vbi apparet, quod denominari ab aliqua virtute, non ſemper dicit ſingularitatem: ſed multoties excellentiam tantum denotat: vnde quando inter coæquatis prònuntiatur, de aliquo ſingulariter, cætera non debent intelligi excluſa, ſed inferiora eſſe.*

VI.

INcognitus in expoſitione ſupra dict. verſ. exponẽs ait ſic: Non eſt intelligendum, quod illi ſint intellectum habentes: ſed ſic, quos illos fecit per intellectum, & uoluntatem, non de neceſſitate naturæ, ſicut terra producit herbam de neceſſitate naturæ.

VII.

S. ATHAN. *Orat. contra idol. Ad illam quæſtionẽ hic communiter excitatam, nempè, quare Moyſes coniungens cœlum, & terram ad vnitatis rõnem redegerit hoc opificium vniuerſi: videtur reſpondere. Nam ex vnitate opificij probat vnitatẽ opificis Dei: ait .n. ſic:* Quapropter cùm vna ſit rerum natura, vnus mundus, eiuſq; ordo: vnum illius intelligere debemus, & Regem, & opificem Dominũ noſtrum; ideò .n. ipſe opifex vnum vniuerſum mundum cõdidit, nè de multorũ numero multi & opifices exiſtimarentur, ſed ex vno opere, vnus quoq; illius auctor crederetur. Verum, non quia vnus eſt conditor, ideò quoq; neceſſum eſt, vt vnus ſit mundus. Poterat enim, & alios mundos conſtituere, ſed quia vnus eſt mundus creatus, neceſsè eſt creatorem eius vnum credere. *Vbi apparet, quod licet vnus agens, plura poſſit facere opera: irrationale tñ eſt ad vnũ opus plures mittere manus. Vnde rõnabilius vni cõmittuntur multa facienda: quampluribus vnum.*

S. AV-

Digitized by Google

Cœlum,& Terram.

VIII.

S. *AVG.Enarr.Pſ.101.Ad illud:* Opera manuum tuarum ſunt Cœli: *opponit noſtrum textum, qui non manibus Dei factos deſcribit Cœlos, ſed tãtum imperij voce creatos, ſecundum illam paraphraſim ipſius Dauid Pſ.150.* Ipſe dixit, & facta ſunt. *Reſpondens tamen difficultati dicit, litteras has non eſſe ad inuicem repugnantes; nam manibus proprijs benè dicitur factum, quod imperio perficitur. Hæc ſunt S.P. verba:* Nè putetis .n. quaſi aliud Deum facere manu, aliud verbo. Quod facit verbo, hoc facit manu. Non .n. diſtinctus eſt corporeis mẽbris, qui dixit: Ego ſum qui ſum. Et fortè verbũ eius, eſt manus eius. Certè manus eius, eſt virtus eius. Quia .n. dictum eſt: Fiat firmamentum, & factum eſt firmamentum; verbum intelligitur feciſſe. Quia verò dixit: Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram: quaſi manu videtur feciſſe. Audi ergo: Opera manuum tuarum ſunt Cœli. Ecce quod verbo fecit, vtiq; ẽt manibus fecit: quia poteſtate ſua fecit. *Vbi apparet, Prælatos non minus laborare imperando, ac ſi manus ad opus miſiſſent. Alterum enim pro altero computatur. Nec enim neceſsè eſt (nec decet) vt notã pigritiæ effugiant, manus mittere ad laborem. Dummodo efficaciter, virtuoſeq; & potenter imperent.*

IX.

S. *Auguſt.de Gene. ad litte.lib.2.cap.9.ſic:* Quæri etiam ſolet, quæ forma, & figura cœli eſſe credenda ſit ſecundum ſcripturas noſtras. Multi .n. multum diſputant de his rebus, quas maiore prudentia noſtri authores omiſerunt, ad beatam vitam non profuturas diſcentibus, & occupãtes, quod peius eſt, multum precioſa, & rebus ſalutaribus impendenda temporum ſpatia. Quid .n. ad me pertinet, vtrum cœlum ſicut ſphæra vndiq; concludat terram in media mundi mole libratam, ac eam ex vna parte deſuper velut diſcus operiat? *Et Beda queſt. in Gene. ſic:* De figura cœli breuiter dicendum eſt, hoc ſciſſe authores noſtros, quod veritas habet: ſed ſpiritũ Dei, qui per eos loquebatur, noluiſſe oſtendere, nullius ſaluti profutura vtilia. *Vbi moderni Doctores diſcant non diſputare, quæ antiqui Sancti Patres tacuerunt: non .n. iſta tacuerunt, quia ignorauerunt; ſed quia inutilia: & clarum ſignum eſt S.S. iſtis nõ aſſiſtere, ſiquidem tanta inutilia ſcribunt, quæ illi Sancti inſpirante diuino tacuerunt ſpiritu.*

X.

S. *IO.Chryſoſt.Hom.14.in Math. cap.4.ſic:* Ingreſſus verò Synagogas non modò prædicabat, verum ẽt ſigna ædebat. Quando .n. noui fit aliquid, atq; præcipuum, ſigna eius facere conſueuit, præſtans quædam pignora ſuæ potẽtiæ his, qui legem eius accipiunt. Sic igitur cũ hominem facturus eſſet, prius mundum creauit, actum demum facto homini legem in paradiſo illo dedit. Et cùm ẽt ſancto Noe legem poſiturus eſſet, magna vtiq; mirabilia monſtrauit, per quæ inſtaurauit omninò creaturam, ac terribile illud pelagus per annum certè integrum totò fecit orbe diffundi, iuſtumq; illum in tanta totius mundi tempeſtate ſeruauit. Abrahæ quoq; multa ſigna legitur præſtitiſſe, vt claram illam de Regum bello victoriam, vt inſignẽ quoq; aduerſus Pharaonem plagam, vt cum de varijs illum periculis liberauit. Sed & Iudæis quidem cum legem eſſet daturus, prius, mirabilia illa, & prodigia magna oſtendit, actum demum eis præcepta legis impoſuit. Ita & hic quoq; cum ſublimẽ quandam viuendi introduceret ẽt diſciplinam, & quæ nunquam ab illis fuiſſet audita, auctoritatem mandatis ſuis præſtruxit de claritate ſignorum.

XI.

S. *AMBR.Hexam.lib.1.cap.6. Reprobans aliquos attribuentes ſtabilitatem terræ proprijs eius, & naturalibus adminiculis, & non ex diuina potentia eius firmitatẽ dicunt ſtabiliri: aſſerens illud Pſ.103* Qui reſpicit terram, & facit eam tremere: *Et illud:* Adhuc ego ſemel concutio terram. *Inter cætera ſic arguit:* Secundum Eccleſiaſtæ ſententiã, & voluntate Dei mouetur, & nutat. Non ergo libramentis ſuis nixa ſubſiſtit: nec fulchris ſuis ſtabilis perſeuerat, ſed Dominus ſtatuit eam, & firmamento voluntatis ſuæ cõtinet. *Vbi patet ratio, quare Deus regna cõmoueat, cõcutiatq; multoties: nè .ſ. homines, Regeſq; ac Magnates ſuo proprio magis, quam Dei nutu conſeruari reputent. Argumentũ .n. cõcludens eſt: non proprijs conſeruari fulcris, quod potentia commoueri poteſt aliena.*

XII.

A *SCAN. ſua Glo. magna, myſticè ad hunc locũ ait ſic:* Cœli quanquam retro gradu vehantur motu: rapi tñ à ſupremo orbe noſcuntur. En cæleſtes homines: quanquam naturali ferantur ap-

pe-

Deus.

petitu, à Dei tamen lege, Deiq; volunrate rapiuntur, in ipſiſq; ſpiritus promptus eſt, caro autem infirma.

XIII.

R*VPERT. Ab. Com. in Math. lib. 6. de glorific. Filij Dei. Ad illa verba Chriſti Domini:* Theſaurizare vobis theſauros in Cœlo: *dicit ſequentia verba:* Quod eſt iſtud Cęlum, in quo nobis eſt theſaurizandum? Non vtiq; cœlũ aereũ, neq; illud quod ſecundo die factũ eſt, ſicut ſcriptum eſt: Dixitq; Deus: Fiat firmamentũ in medio aquarum. Et vocauit Deus firmamentum, Cœlum. Sed coelum tertium, quod in principio factum eſt, ſicut itidem ſcriptum eſt: In principio creauit Deus coelum, & terram. Cœlum inuiſibile eſt, inuiſibilis patria Beatorum. Diciturq; Cœlum cœli: quia, v3. comparatione eius, terra eſt. Et hoc cęlũ; & quicquid videri poteſt oculis terrenis. *Vbi apparet, & quam occultè Deus vult fieri eleemoſynam, quam neq; in cælo æneo, vt aliqui faciunt ſymbola pulſantes: ſed neq; etiam in firmamento, .i. vbi terreni oculi peruenire poſſint. Terrenum eſt .n. quantumlibet alias altum & cæleſte, quicquid terrem poſſunt aſpicere oculi.*

X I V.

S. *AMB. Apolog. Dauid. poſter. c. 1. Ad illud pſ. 50.* Secundum magnam miſericordiam tuam, *dicit ſic:* Noua, niſi fallor, coniũctio iſta ſermonis, vt magna miſericordia diceretur: & non facilè alibi memini. Et ideò, quæ ſit magna miſericordia debemus aduertere. Nam & ſi magnam miſericordiã non facilè legerimus, legimus tñ magnam Dei virtutem. Et ideò conſiderantes, quę magna ſir virtus, conijcere poſſumus, quam miſericordiam magnã voluerit deſignare. Legimus .n. in S. Hierem. cap. 32. Quis es domine? Tu feciſti cœlum, & terram, in magna virtute tua, & brachio excelſo. Virtus ergò magna cœlũ fecit. *Et poſt pauca coucludit ſic:* Didiſcimus igitur, quæ magna ſit virtus: colligamus, quæ magna ſit miſericordia: Si magna virtus cœlos fecit, & magna miſericordia debet eſſe de cœlo. *Vbi apparet, quam indigni ſint potentia, qui non ſunt miſericordes, ſiquidem per potentiæ magnitudinem conie-cturatur in Deo magnitudo miſericordiæ.*

X V.

H*VGO de S. Victore, de ſacramen. lib. 1. p. 1. c. 6. Aſſerit, poſſe verti in dubium, an à principio cælum, ſubtus, terra ſupra fuiſſent creati. Poſſibilitatem autem dubitandi dicit ex eo apparere, quia in creationis deſcriptione prius nominatur cælum, quã terra, & cum hoc vniuerſum intelligatur, vt quoddã ædificium, in quodlibet aũt ædificio prius conſideratur ſolũ, quam tectum, inquit Hugo,* Fortaſſis, quia prius ſcriptura nominauit cœlum, quam terram propterea cœlum, quaſi fundamentum ſubtus creatum fuiſſe, quis dicat: *Sed ad oppoſitum vnica ſe fatetur conuincere rationę, dicẽs ſequentia verba:* Sed nunquid credendum eſt prima illa conditione rerũ cœlũ ſubterius creatũ fuiſſe, & poſtea in formatione ſupra diſpoſitũ? *Vbi apparet, rarius in formatione aſcẽdere ſupra, quę in creatione ſubtus creata ſunt. Ordo .n. quo res à ſuo principio diſponũtur, eſt idem quem deinceps ſemper conſeruãt, ita vt de vno ad aliud ſit pœnè infallibile argumentum. Raròenim Deus ſubtus creat, quod poſtea ſupra collocare decreuerit.*

X V I.

O*LEAST. Com. in Pentat. Ad mores in hunc locũ dicit ſequentia verba:* Admonet nos in hac priori ſententia largiſſimus ille orbis terrarum Pater, non eſſe ſteriles, neq; apud nos retinere, quæ proximis noſtris vſui eſſe poſſunt. Quando ipſe, tàm munificè in nos, quæ apud illum delitecebant, effudit: *Et poſt pauca proſequitur ſic:* Et mirum valdè eſt: quod cùm dominus ſit tàm largus ex proprijs: ſeruus ſit ex alienis (quæ detinere prohibetur) tam auarus. Expende, quæſo) quæ ſinr illa: quæ ram abundè Pater diffundit. Nunquid æs? argentum, aut pretioſos lapides? Abſit. Sed quæ? Cœlum, & Terrã. Quibus neq; aurum, neq; argentum, neq; margaritæ comparari valeant. *Concludit autem ſic:* Pudeat ergò te ſeruum auarum, tam liberalis domini exhibere. *Vndè videtur, ex profeſſo S. Math. cap. 14. cum Io. cap. 6. ſolum dixiſſet de illis quinq; panibus, & duobus piſcibus, ſic:* Accepit Ieſus panes: & cùm grarias egiſſet, diſtribuit diſcumbentibus: *Mathæus, inquam, plus ſic dixerit:* Et dedit diſcipulis panes, diſcipuli autem turbis. *Nè in illo Collegio hoc pudendum putaretur, nimirum ſeruos eſſe auaros, Domino tam liberali exiſtente.*

X V I I.

H*ONCALA Com. in Gene. Quærit, quare cùm hic deſcribatur primo creatum Cælum, deindè terra, Dauid Pſ. 101. dicat:* Initio tu Domine terram fun-

Cœlum,& Terram.

fundaſti? *Reſpondet autẽ,vt inquit, ex mente Diui Ambroſ.ſequentia verba:* Cùm terram priori loco nominauit, & poſtea cœlum, credidit omnibus eſſe declarãdum,quod nihil intereſt,quid prius exprimas,cùm ſimul vtrunq; ſit factum. *Vbi patet, in rebus coœtaneis nullum eſſe neceſſariò obſeruandum præcedentiæ ordinem. Vbi facilè in mentem venit illam cœleſtem prouidentiam, circa illas duas coœtaneas religiones,v 3. Prædicatorum,& Minorũ quarum prima benè cœlum propter luminariũ multitudinem non ſemel dicitur; Altera tàm propter humilitatem, quàm propter fertilitatem non immeritò terra multoties comparatur;prouidente,inquam,Domino,vt Minorum primò viuæ vocis oraculo: Prædicatorum autẽ primo Apoſtolicis deplomatibus confirmatæ fuiſſent: Nè alicui illarum fieret iniuria, cũ pro occaſionem ſermonis altera præponatur.*

XVIII.

O*LEAST.Com.in Eſai.Videtur ſoluere, ſeù oſtendere,nullam eſſe difficultatem in quodã dubio hic non ſemel excitato,nempè,quare Moyſes in ſua narratione res tam diſtantes vt ſunt Cœlum,& Terra,in vnam ſic adunauerit dictionem? Nam,inquit,Doctiſſimus Luſitanus,cœlum & terra non eſſe diſtantia,ſed confinia. Exponens .n. illam comminationem factam per prædictum Prophetam c. 13.* Dominus exercituum præcepit militiæ belli: Veniẽtibus de terra à procul,à ſummitate cœli: *ait ſic:* Ab extremitate cœli,idẽ eſt,quod à terra quæ videtur cœlum contingere,ſeu à terra, qua cœlum finiri videtur. Nam in fine cuiuſq; hæmiphærij videtur cœlum finiri,& terræ coniũgi. In Pſ. 18. habes de Sole. Ab extremo cœlorum egreſſio eius:& reuolutio eius,ſuper extrema eorum. *Quam litteram poſtea de more, reducens ad mores,ait:* Ad quid quæſo domine,milites miniſtros tuos à tàm remotis partibus vocas, & non eſt cõtẽtus vocare vicinos? Vt crudeliores ſint. Aliter caſtigat pertinaces,& crudeles,atq;aliter pios,& mites: illos miniſtris ab extremo cœlo, venientibus,iſtos vicinis, qui mitiores ſunt in caſtigando. *Vbi etiam benè poterant in eodem morali ſenſu intelligi hic hypocrytæ: quos Deus propter peccata populi regnare facit: quibus benè conuenit littera, ſunt .n. ab extremo cœli videntur cœlum cõtingere, altero tamen pede in terra remanente. Sunt gentes,quæ in confinibus habitant regionũ:quæ nulli fidem ſeruant;nullius tenent locutionẽ,ſed mixtam: vt plurimum crudeliſſimi.*

XIX.

S*Ambroſ.Hexam.lib.2.cap.1.Conſiderans,quomodo ex rebus tam diſtantibus,vt ſunt Cœlũ & terram, vnus inſurrexerit Orbis,ſic ait:* Quis ergò non miretur diſſimilibus membris diſparẽ. Mundum in corpus vnum aſſurgere,& inſolubili concordiæ, charitatiſq; lege in ſocietatem, & connexionem ſui tam diſtantia cõuenire,vt quę diſcreta natura ſunt,in vnitatis,& pacis vinculũ, velut indiuidua compactione nectantur? *Vbi apparet, vnitatem in Religionibus ex tam diuerſis ſubiectis eſſe opus peculiare Spiritus Sancti.*

X X.

E*VSEB.Emiſſen.Hom.Sabb.ante 3.Dom.Quadr. ſic:* Quid enim fecit Deus,quod mirabile nõ ſit? Cœlum,& Terram fecit,mirabile eſt:homines,& cuncta animalia creauit,& hoc mirabile. Sed cur quidem illud quoq; mirabile non eſt, quod ex pauco ſemine per ſingulos annos tãta nobis horrea replet? Quid, cum terræ humor idem ſit,& in vnaquaq;arbore, vel herba mutat ſaporem. Et cum ſecundum ſe,neq; dulcis,neq; amarus ſentiatur; in alijs tñ dulcis,in alijs amarus inuenitur? Sic igitur, quære per ſingula, & nihil inuenies,quod non ſit mirabile.

X X I.

S*AMBR.Hexam.lib.1.cap.6.Irridens aliquos, qui vt incorruptibiles faciant cœlos, addunt aliam quintam ſubſtantiam à quatuor elementis diuerſam,ex qua eos formatos dicũt;nè ex mixtis elementis creati corruptioni neceſſariò ſubiecti dicãtur, ſiquidem, quod compoſitum ex corruptibilibus elementis eſt,neceſſe eſt vt reſoluatur: poſtquam oſtẽdit cœlos infallibiliter,ſicut cętera perituros,dicit ſic:* Nihil igitur agunt,qui propter cœli aſſerendam perpetuitatem, quintum corpus æthereum introducendum putarunt:cùm æquè videant diſſimilem cœteris adiunctam membri vnius portionem labem corpori magis afferre cõſueuiſse. *Vbi apparet,exiguitas humanæ potentiæ,quæ neq;cogitando defectum ſupplere poteſt aliquem, quin monſtruoſitatem, aſtruatatq; difformitatem.*

X X I I.

A*LEXAND.de Ales 3.par.quaſt.10.memb.2. Quærit, quare magis ſub nomine Cœli, & Terræ Moyſes voluerit explicare omnium rerum creationem, quam ſub nomine aliarum nobilium creaturarum? Nam Angeli, qui ſub nomine cœli,* in-

Digitized by Google

Cœlum,& Terram.

intelliguntur creati, nobiliores ſunt ipſis cœlis : ignis etiam,aer,& aqua,quæ ſub nomine terræ creatæ deſcribuntur) proculdubio ſunt terra,nobiliora : & ſic videbatur conuenientius ſub homine horum vniuerſi deſcribi creationem,quam ſub nomine cœli,& terræ. Reſpondet autem ab his incepiſſe , & ſub illis alia omnia deſcripſiſſe,non quia nobiliora: ſed quia magis ſenſibilia: ait enim ſic: Sunt enim ſenſibilia manuductiones ad intelligibilia: cœlum autem,& terra ſunt extrema corpora:quorum unũ habet plus de ſpiritualitate ratione luminis : alterum plus de corpulentia ratione materialitatis , & opacitatis : & propter hoc iſta duo deſignauit. *Vbi Prædicatores habent exemplum,ſeù documentũ, vt in genere doctrinæ præponant lucidiora, & ſenſibiliora ſpiritualibus , & ſubtilioribus : quatenus aptius per illa hæc melius cognoſcantur .*

XXIII.

T*ERTVLL.*Lib.2.*aduerſ.Martionem cap.4.Aſſignans rationem, quare diuina bonitas tàm inſignem machinam fabricaſſet ad hominis habitaculum,quem tàm in breui ad aliud eſſet trãſlaturus: ait ſic:* Vt in magna tãquam in minori proluderet,atq; proficeret:& ita de bono Dei , .i. de magno ad optimum quoq; eius , ideſt ad maius habitaculum promoueretur.*Vbi apparet,magna, quæ Deus aliquibus hic cõfert,eſſe præludia ad maiora,quæ præparata habet .*

XXIV.

S. *HIERON.Comment.in Iob.Ad illa verba c.ij.* Deus,cuius iræ nemo reſiſtere poteſt, & ſub quo curuantur,qui portant orbem:*ait ſic:*Portãtes orbem Sancti rectè intelliguntur: qui gloria meritorum ſuorum,magni & potẽtes ſunt apud Deum.Hi ergo cordis humilitate ad interueniendum pro peccatoribus in conſpectu eius ſunt incuruati.Ita Sancti portant mundum , dum nè ruat ac pereat,orationum fortitudine ſuſtinent .

XXV.

S. A*MBR.Hexam.lib.1.cap.6.Inter cæteras opinionès de terræ ſtabilitate,ait:* Multi etiam in medio aeris terram eſſe dixerunt, & mole ſua immobilem manere,quod æquabili motu hinc, atq;inde ex omni parte perpendeat. *Quam aſſertionem & ſi quoad primam partem admittat Sãctus Doctor:quoad ſecundam reprobat ſic:*Nõ ergo quod in medio ſit terra,quaſi æqua lance,ſuſpẽditur: ſed quia maieſtas Dei voluntatis ſuæ eam lege conſtringit,vt ſupra inſtabile,atq;inane,ſtabilis perſeueret : ſicut Dauid quoq; Propheta teſtatur,dicens Pſ.92.Fundauit terram ſuper firmamentum eius, non inclinabitur in ſæculum ſæculi . Non vtiq; hic quaſi tantũmodo artifex Deus,ſed quaſi omnipotens prædicatur,qui nõ centro quodam terram, ſed præcepti ſui ſuſpẽderit firmamento , nec eam inclinari patiatur . Non ergo menſurã centri, ſed iudicij diuini accipere debemus:quia non artis menſura eſt,ſed poteſtatis . *Vbi habemus,quod nullus,qui ſuper debile ſe videt conſeruari fundamento, hoc debeat ſuæ attribuere modeſtiæ,ſeu arti (quantumlibet ſe in menſura,& debita æqualiq; videat perpendere proportione) ſed Deo, quia eum ſua omnipotentia ſic cõſeruat.Neq; enim huiuſmodi caſus, cadunt ſub arte: ſed ſunt meræ diuinæ omnipotentiæ mirabiliter etiã, & non ordinariè operãntis . Vnde quiſq;talis,* Deo *gratias agat potius,quam ſuæ applaudat induſtriæ .*

XXVI.

H*VGO Car.Poſtil.in 2.Petri. Ad illa verba c.3.* Elementa ignis ardore tabeſcent:*illæ quæſtioni communiter ibi excitatæ, nempè, an ille ignis, quo in fine ſæculi purgabuntur elementa, futurus ſit ignis elementum? ait ſic :* Omnes qualitates elementares purgabuntur:ſed ignis elementũ non habet contrarietatem ad omnes illas;ergo ignis ille non erit elementum.Quid ergo erit? Et videtur dicere Auguſtinus, quod iudicium , ſiuè purgatio illa fiet conflagratione omnium mundanorum ignium: ſicut factum eſt diluuium cõmixtione omnium aquarum. *Vbi apparent duo : Primum,non eſſe aptum ad purgationem impiorum, qui cum omnibus , ſeù aliquibus in aliqua cohæret qualitate.Secundum, quod nunquam ſuperiora , & cęleſtia nobis poſſunt nocere, niſi cum noſtris hic degentibus adunantur:ita quod ſi è cęlo nobis vindicta deueniat, ad executionem nos è terra illi miniſtros, & cooperatores ex noſtris miniſtramus.*

XXVII.

V*IELM.* Lect.3. *Aſſignans rõnem, quare cum terra ſimul cum cęlo creata ſit , tamen in narratione prima ponitur cęlum , deindè terra ; ſic ait :* Etenim cœlum,& dignius terra eſt: & ad hanc proindè ſe habet , atq; ſeſe mas habet ad fœminam , quomodo quoq; Proclus in Thimæum Platonis rectè annotauit . Nam agit in hanc, & fouet eam,ac regit motu,lumine afflatibus.Ter-

Cœlum, & Terram.

ra verò eius recipit immiſſiones, & percutit radios, fœcundaq; efficitur, ac tot rerum genera, quæ perſpicimus, gignit, & profert.

XXVIII.

S. *ISID. Peluſiota lib. 2. epiſt. epiſtol. 205. Zoſimo Presbyt. Videtur approbare allegoriam aliquorum, hic, intelligentiũ per cęlum, Sacerdotes; per terrã, reliquum vulgus. Dicit. n. ſequentia verba:* Tantũ inter Sacerdotem, & probum virum intereſſe debet, quantum inter cœlum, & terram diſcriminis eſt. Nihil petulans, ac iuuenile agere debet, verum temperantem vbiq; ac probè moderatam vitæ rationem præſeferre. Tu autem, vt aiunt, nec cum iuuenis eſſes, modũ in laſciuijs, atq; libidinibus ob paupertatem tenebas, nec poſtea quam ſenuiſti ob ætatem. Quapropter, ſi ita eſt, à venerando altari te ipſum arce. *Vbi non pertranſeat lectorem (cætera enim patent) dicere Sanctum Patrem, paupertatem iuuenibus ad luxuriam eſſe idem frenum, quod ſenibus eſt impedimentum, ætas.*

XXIX.

D*IONYS. Cart. Comm. in Gene. art. Myſticè hunc locum illuſtrans notauit ſingulariter coniunctionem, Et, qua S. Moyſes reſtam longè diſtantes colligauit, nempè, cęlum, & terrã. Et dicit ſequentia verba:* Ab exordio primæ ætatis Mũdi creauit Deus homines quoſdam electos, ſpirituales, ac virtuoſos, qui deſignantur per cœlum, homines quoq; carnales, ac reprobos, qui exprimuntur, per terram. Ab initio enim, boni & mali, cęperũt eſſe permixti. *Vbi apparet, ſtoliditas aliquorum conantium in communitatibus hos ſeparare ab inuicem, quaſi homo ſit potens ſeparare, quod Deus ſua occulta prouidentia ab initio coniũctos creauerit. Vndè meritò arguuntur in illa parabola zizaniæ Math. 13. Vbi ſerui indiſcreto zelo maiora pro viribus ſibi promittentes patrifamilias dixerunt. Vis, imus, & colligimus ea? Quibus pater reſpondit: Sinite vtraq; creſcere vſq; ad meſſem.*

XXX.

S. *IO. Chryſoſt. Hom. in 1. Timot. 5. Aſſerens per occaſionem noſtrum textum cum cœteris deinceps ſubſequẽtibus creationis operibus, magnificat* Dei erga nos beneuolentiam, qui omnia, quæ ipſe fecit terreſtria, & cœleſtia materialiter, conceſſerit nobis, vt poſſimus facere excellentiori modo, nempè, ſpiritualiter. *Et dicit ſequentia verba:* Vide quanto nos afficit honore huiuſmodi nobis poteſtate permiſſa. Feci ego, inquit, cœlum, & terram ea conditionis facultate te dono, vt terram facias cœlũ. Potes enim. Qui facit omnia, & transfert ea (de Deo dictum eſt. Dan. 2.) Hanc & hominibus poteſtatem dedit, velut quiſpiam indulgentiſſimus pater pictura illuſtris, non ipſe ſolus eam gloriam vult, ſed filium quoq; ad eandem peritiam cupit adducere. Feci ego, inquit, corpus pulchrum, do tibi præſtãtioris officium: Fac tu animam pulchram. Dixi ego, Producat humus herbam fœni, & omne fructiferum lignum: dic tu quoq; Producat hæc terra fructũ ſuum, & prodibit quodcunq; operari volueris. Oriri facio Solem ſuper bonos, & malos: imitare illũ tu, bonaq; tua bonis, maliſq; communica. Iniurias tolero, & iniurias beneficijs foueo. Imitare tu quoq; nam potes. Benefacio nõ retributionis obtentu, imitare tu quoq; neq; vt viciſſitudinẽ capias, beneficium præſtes. Accendi in cœlo luminaria, accende tu clariora illis, nãq; poteſt: ijs, qui in errore ſunt, lucem veritatis accende. Maius iſtud beneficium eſt, me ſciri, quam Solem intueri. Hominem facere non vales, at iuſtum, gratumq; Deo potes efficere. Ego ſubſtantiam feci, tu exorna propoſitum. *Vbi apparet, quam Deifici ſint viri ſpirituales, præcipuè qui prædicationis, & ſalutis animarum muneri incumbunt, ornatũ præbentes, quibus Deus tantum dedit eſſe. Vnde illud Pauli Coloſ. 1. Adimpleo, quæ deſunt, &c. Vnde nulli in cauſa ſuæ reformationis ſuffragatur fragilitas, cum omnipotentes in hac materia ſimus. Præcipuè: quia cum Dei opera in nobis per peccatum deſtruimus, non aliundè mutuata potentia, ſed ex noſtra deprauata voluntate hoc feciimus.*

XXXI.

S. *ANT. Ab ſerm. de vanit. Mundi, & de reſurrectione mort. Ex creatione aſtruit fidem reſurrectionis. Sic. n. ait:* Si terram, ex qua homo factus eſt, creauit ex nihilo: quantò magis hominem ex materia ſubſiſtẽte erectum, & à morte corruptum, ex eiuſdem terræ manente ſubſtantia, faciliùs denuò poterit reformare?

XXXII.

S. *GREG. Thaumat. ſerm. in Annunc. B. Mariæ, Aſſerens illud Lucæ 2.* Non erat ei locus in diuerſorio, *ſic ait:* Locum non habuit, qui cælũ, & terram verbo extruxit. Quoniam cum diues

eſſet,

Cœlum,& Terram.

eſſet,propter nos factus eſt pauper, extremam vilitatem ob ſalutem naturæ noſtræ eligens, ex ingenita ſua in nos bonitate. *Vbi videtur Deum in deſcriptione magnificæ creationis voluiſſe nos diſponere ad amorem paupertatis præſepij*.

XXXIII.

S. *AVGVST. Enarrat.Pſal.133. Ad illum verſ.* Qui fecit cælos in intellectu. *Intelligit ibi Dauid tantum loquutum fuiſſe de cælis intelligibilibus,non autem de cælis viſibilibus.Et quærit quomodo Dauid Deum ſolum prædicet authorem, creatoremq; cælorum intelligibilium; vnde Manichæus ſumpſit occaſionem,vt diceret, diabolum eſſe creatorem omnium viſibilium,Deum autem ſolum inuiſibilium,& intelligibilium? Reſpondet autem difficultati, Dauid, bene etiam expreſſiſſe Deum creatorem eſſe etiam cælorum viſibilium, ex eo, quod eum authorem pronuntiat luminarium in ipſis viſibilibus cælis lucentibus,quamuis de creatione ipſorum cælorum non exprimat: dicit enim. Qui fecit luminaria magna. Hæc ſunt Sancti Doctoris verba*. Commemoratis eorum luminaribus,totum cæleſte corporeum, vt ab ipſo factum acciperemus,admonuit. *Vbi per allegoriam apparet à Doctoribus, & Prædicatoribus denominari totam Eccleſiam ſanctam. Et etſi aliunde non conſtaret Chriſtum Dominum eſſe authorem Eccleſiæ, ſolum ex conſtitutione Doctorum, & Prædicatorum,luminariumq; formatione, & diſpoſitione eius, oſtenderetur author, ac fundator*.

XXXIV.

H*VGO de S.Vict. lib.1.par.1.cap.6. Affirmat fuiſſe quamplurimos,qui dixerunt à principio cælum creatum fuiſſe ſubtus, terram autem ſupra. Fundamentumq; ipſorum,aſſerit, eſſe quia cum hæc mundana machina deſcribatur per modum ædificij, in cuius deſcriptione ſolum primo nominatur, quam tectum, patere dicebant intentum, ex eo, quod diuina ſcriptura primo dicat,cælum, & poſtea,terram; Et inter alias rationes, quibus hanc aſſertionem impugnat,concludit dicens ſic.* Sed neq; ipſa conditorum natura alium poſitionis,aut locationis ordinem pateretur, quam vt ponderoſa deorſum, & ſurſum leuia deponerentur. Ergo terra deorſum, & cælum ſurſum. *Vbi apparet,quod vbi non conſtiterit de miraculo quantumuis pro parte argumentetur contraria, ſemper naturalis naturæ ordo contra omnia in contrarium concludit. Et oculis clauſis (vt dicunt) ſententiam poſſumus proferre, quod leuia ſupra, ponderoſa ſubtus neceſſe eſt ſemper extitiſſe.*

XXXV.

S. *AMBROS. Hexam.lib.1.cap.5. Ad hæc verba ſic.* Eſt ergo hic mundus diuinæ ſpecimẽ operationis, quia dum opus videtur, præfertur operator. Nanq; vt iſtarũ artium aliæ ſunt æſtuoſæ,quæ sũt in corporis motu,aut ſono vocis: ceſſauit motus,aut ſonus vocis, nihil ſuperfuit, nec remanſit ſpectãtibus,vel audientibus: aliæ theoreticæ,quæ vigorem mentis exerceant: aliæ huiuſmodi, vt ceſſante quoq; operationis officio, operis munus appareat,vt ędificatio,atq; textura,quæ etiam tacente artifice,peritiã eius oſtendat, vt operatori operis ſui teſtimonium ſuffragetur: Similiter etiam hic mundus diuinæ maieſtatis inſigne eſt,vt per ipſum Dei ſapientia manifeſtetur. Quem videns Propheta, ſimul & ad inuiſibilia oculos mentis attollens ait. Quam magnificata ſunt opera tua Domine: omnia in ſapientia feciſti.

XXXVI.

H*VGO Card.Ord.Præd.Poſtil.in Gen. Quærit quare cum cælum,& terra ſimul creata fuerint,tamen in hac deſcriptione vltimo nominatur terram? Reſpondet autem ſequentia verba*. Ideo vltimo nominatur, quia de ipſa dicturus erat. *Vbi hiſtoriatores habẽt documẽtum, vt ſic annexent materias de quibus ſcribunt, vt paucis ſit neceſſe ad cognoſcendum de quibus loquantur. nec huic tractande alteram (tanquam cælum à terra) diſtantem interponant materiam. Moyſes proſequuturus*: Terra autem erat inanis,& vacua: *noluit (etiam vere dicendo) dicere*: In principio creauit Deus terram, & cælum, *ſed vice verſa*: cælum, & terram: *Suauiter .n. legenti erat proſequens,nẽpe: Terra aũt,&c.*

XXXVII.

R*ICARD. de S.Victore, prout in Gloſ. magna hic: ait ſic.* In principio creauit Deus cælum,& terram: cælum,ſpiritum; terram,corpus: quia ſicut cælum terra ſublimius, & ſolidius: ſic excellentior,& dignior eſt corpore ſpiritus.

CCCVIII.

S. *IO. Chriſoſt. ſerm.de ieiunijs,& Gene. Aſſerens hunc locum quærit, quare Moyſes primo creatũ cælum, quã terrã dixerit; videbatur .n. rationi magis conſentaneum,prius creandam,& fundandam terram,quæ in hoc ædificio vicem ſoli gerit,& poſtea*

Cœlum,& Terram.

ſuperædificandum, tanquam tectum cælum? Reſpondet autem ſequentia verba. Cur autem primum cælum fecit, deinde terram, ante tectum quam ſolum? Vides, & in hoc nihil eſſe ſimile humanis artibus: nec hominum regulis voluntatem ſeruari diuinam. Apud nos adminiculis, & fulcimentis opus eſt: ibi vero voluntas opus efficit, & prębet ſermo virtutem. *Vbi patet de diuino auxilio non eſſe deſperandum ex indiſpoſitione rerum antecedentium: nihil .n. diuinam omnipotentiā impoſſibilitat, quin, ſi placuerit primo, & ſine vllis ſuppoſitis fulcimentis ex abruto tectum ante ſolum perficiat. Illud enim ſolum eſt humanæ indigentiæ, quæ neq; ante ſolum, neq; ſine fulcimentis tectum ſuperædificare valet.*

XXXIX.

A *Maſtaſ. Sinayta Hexam. lib. 1. Aſſignans rationem, quare Deus primo, Cœlum, deinde Terram creauerit, dicit ſequentia verba:* Nè dicāt, Deum feciſſe cœli ortum à centro terræ, tanquam ab aliquo centro: Quoniam, inquiunt, eſt principium vniuerſæ ſpheræ. Non .n. vt contingit in hominibus, qui non poſſunt circum dirigere, neq; torquem circumagere, neq; punctos circuli ex æquo componere, neq; lineam inflectere, & rotæ ſimilem efficere, niſi centrum medium prius fuerit infixum: ita .n. deuenit. Hic .n. vt diſcas, quod Deus non ſequitur naturæ conſequentiam, ſed fabricatur ſupernaturaliter, & nō artificioſè, dicit Moyſes, Fecit Deus ſphęram, deindè terræ centrum. *Vbi documentum habent, qui cęleſtes volunt iudicari, vt omne amoueāt fundamentum terrenum, nè dicatur circumferentia ſuæ ſpheræ à centro ortum habere. Nam ſi Deus hoc pręcauet, nè dicatur de ſuo cęlo, à fortiori debent, & homines. Et ſic mirabiles erunt; & vt diuina opera venerati; Aliàs, minimè. Cum humana indigentia ēt ſciat à fixo centri ſuas formare ſphęras, globos, & lineas retorquere in circulos. Dicatur in principio, Cęlum, & tunc ſequatur terra. Non è conuerſo. Neſcit .n. diuina ſcriptura talem legere litteram, nec ſic à Spiritu Sancto dictatur. Vnde non reticere debemus, quod facilè occurrit hic, Nimirum Religionem Fratrum Minorum inter cęteras peculiari gloria vocari, cœlum, quæ vtique neutiquam à terra aſcendere cognoſcitur, nec ortum habere; ſed in principio cęlum; & ſi poſtea (vt humana) deſcendit ad terram, eſt in praeciſè neceſſarijs.*

X L.

H*VGO de S. Victore de ſacram. lib. 1. p. 1. c. 6. Affirmat, ſuiſſe aliquos, qui dixerunt ab initio cælum creatum fuiſſe ſubtus, terrā autem ſupra. Quorum fundamentum, aſſerit, fuiſſe, quia cum hoc opificium deſcribatur ad modum ædificij, in cuius deſcriptione ſemper incipitur à ſolo, & deinde aſcenditur ad tectum: clarum, inquiunt indicium eſt ſupradicti incipere diuinam ſcripturam hanc machinam deſcribere, dando primas partes cœlo, ſequentes verò terræ. In qua materia ſuam in contrarium opponens ſententiam ad ordinem deſcriptionis, dicit ſic:* Ego autem non ordinis, ſed dignitatis cauſa ſic poſitum reor. *Vbi apparet, non eſſe abſurdū dignitates peruertere metas ordinis, nempè, vt quis propter dignitatem accipiat primas partes, quæ alteri ſecundum ordinis iura debebantur. Primò, ſecundū, quod exigebat ordinis ratio ponenda erat terra, quæ ſolū, & fundamentum gerit. ſecundo cęlum, quod tecti rationem importat; ſed quia dignius cœlum, præponitur. Exemplū inuenitur etiam Mat. 1. Vbi cū Abraham ſit fundamentum vnde ortum habuit Chriſti generatio, nihilominus, quia Dauid; qui ordine longè poſterior fuit) regali pollebat dignitate: primo ponitur loco.*

X L I.

B*EDA Hexam. Notauit ſingulariter, quod cum Deus vnice actu ſimul cœlum, & terrā creaſſet, hoc enim, dicit ſonare illud verbū,* In principio, *id eſt, ſimul, tamen à nobis non potuit pronunciari, niſi duobus verbis, vnum .ſ. cœlum, alteri præponendo, videlicet terræ. Hæc ſunt eius verba:* Benedictum eſt, quia in principio creauit Deus cœlum, & terram. Vt apertè detur intelligi, quia vtrumq; ſimul ab eo factum eſt: quamuis vtrunq; ſimul ab homine dici non poſſit. *Vbi apparet, noſtra infirmitas reſpectu illius omnipotentiæ diuinæ, quæ nimirum neq; loquendo, & verbis attingere poteſt, quod illa actu operatur: ſiquidem vnico verbo non valet dicere, quod ipſa vnico operata fuit actu. Et Hugo Card. Comm. ſeu poſtil. in Gene. ſic:* Et nota, quia ſimul creata ſunt cœlum, & Terra; ſed q^d ſimul factum eſt, ſimul dici non potuit.

X L I I.

S. *AVG. cit. in Glo hic, dicit ſequētia verba:* Quęri ſolet, cuius figuræ ſit cœlum? Sed Spiritus Sanctus (quamuis authores noſtri ſcirent) per eos doceri noluit, niſi quod proſit ſaluti.

Vbi

Digitized by Google

Cœlum,& Terram.

Vbi apparet, multa tacita in ſcriptis,& doctrinis virorum doctorum non arguere in illis ignorantiam talium: ſed zelum à Sancto Spiritu infuſum. qui non niſi vtilia Sanctis Patribus inſpirat. Vndè recentiores, qui nouas quotidiè ſuperſeminant ſincerę antiquorum Patrum doctrinæ impertinentes, nouaſquè ſcientias, non ignorantiæ arguant antiquos, ſed ſe à Spiritu Sancto deſertos deplangant, vt qui effrenes permittuntur abſq; vlla Eccleſiæ vtilitate, quotidiè tot volumina nugacibus, inutilibuſq; quæſtionibus plena componere; Quæ ſi neceſſaria fuiſſent ſcitu non omiſiſſent illi veteres à Sancto edocti Spiritu ſcribere,& docere. Ideoq; meritò toties à Sum. Pontif. publicis decretis talia, non ſine magno dedecore ſuæ eorum religionis, prohibentur,& vt ſuſpecta, nè fideles illa legant interdicuntur.

XLIII.

HVGO *Card. Poſtil. in Gene. Allegoricè hūc explanans locum dicit ſic:* Cœlum, ideſt, nouum teſtamentum cœleſtia promittens. Et terra, ideſt vetus teſtamentum terrena promittens. *Vbi apparet, tanto quiſq; ad nouum teſtamentum,& cœlum pertinere dici poſſe,& Chriſti hæreditati aſcribi, quantum ab ſpe terrenorum ſe remotum viderit. Alias terræ,& Iudæorum parti computabitur,& adiudicatum ſe cenſeat.*

XLIV.

HOncala Com. in Gene. *Quærit, quare cū Moyſes, hic primo creatum deſcribat cœlum, quā terram: Dauid pſal. 101. dicat primo creatam terrā? ſic enim canit,* Initio tu *D*omine terram fundaſti. *Reſpondet autem, vt inquit, ex D. Ambroſio, ſequentia verba:* Admonet, in eo ſaltē, quod prius coelum, quam terra à Moyſe ſit poſitum, prærogatiua cœlo diuinæ videatur adiudicatæ ſubſtantię, vt primogenitæ creaturæ priuilegio potior extimaretur. *Vbi apparet, Deum peculiari prouidentia honores in ſuis alternari decreuerit creaturis,& quę aliàs, præcedere longè aliqua perfectione,& ordine videntur, retrocedere,& cedere poſtpoſitis faciat, nè diuina videantur, aut primogenituræ titulo aliquā peculiarem præcellentiam in alijs vendicare præſumant. Vndè cœlum, quod in Geneſ. terræ antepoſuit dicens:* Cœlum,& *terram: in pſal. poſtpoſuit, dicens:* Initio tu domine terram fundaſti.

X L V.

S. AVG. *Enarr. pſ. 103. Ad illum verſ.* Extendēs cœlum ſicut pellem. *Quærit, quomodo Dauid deſcribat cœli creationem per actionem, cum hic deſcribatur per ſolum verbum creatum; ſecundum illud paraphraſe dictum ab ipſo in eodem Pſalm. ſ.* Ipſe dixit,& facta ſunt, mandauit,& creata ſunt? *Reſpondet aūt vtrunq; coniectum eſſe à Dauide (cū oppoſitum ſonare videatur, facere,& mandare, manibus operari,& verbo creare) vt cognoſceretur, Deus non ſolum eadem facilitate extendiſſe cœlum, qua homo pellem vnam extendere poteſt; ſed quod homo, neq; vnam pellem extendere poteſt ſolo verbo, quo tantummodo* Deus *cœlum creauit. Hæc ſunt Sancti Doctoris verba:* Et extendit ſicut pellem. Ad facilitatem redegit, ſi litteram accipias. Etenim cum videris iſtam fabricam magnam, quia cum quiſq; hominum vnam, vel paruam cameram extenderit, magno molimine, magno labore,& difficultate, ac diuturna operatione id facit: nè huiuſmodi laborem in Dei operibus infirmitas ſuſpicaretur humana, attulit quandam facilitatem pro tua capacitate, vt ſic quodammodo incipias credere facilem operātem Deū,& non putares, ſic eum extendiſſe cœlum, ſicut tectum domus tuæ, ſed quam tibi facilè eſt extendere vnam pellem, tàm facilè illi fuiſſe extēdere tam magnum cœlum. Mira facilitas. Et tamen adhuc ſpiritus tibi tardo loquitur. Tibi, inquam, adhuc tardo dicit ſpiritus. Nam nec ſic extendit *D*eus cœlum, ſicut & tu pellem. Si .n. ſic extendit Deus cœlum, ſicut & tu pellem; ecce ante te, pellis, vel rugoſa, vel plicata ponitur. Dic vt, vt extendatur: Dicto tuo extende pellem. Non poſſum, inquis; Ergo in extenta pelle multo longe es à facilitate Dei. Ipſe enim, dixit:& facta ſunt. *Vbi apparet, Deum non ſolum difficillima operari eadem facilitate, qua homo facillima operatur; ſed hominem operari facillima non poſſe eadē facilitate, qua Deus operatur difficillima.*

X L V I.

S. *AMBROS. Hexam. lib. 1. c. 6. Aſſerens opiniones aſſerentium terram ſtare proprijs à natura inditis fulcimentis,& proportionata ſtatura: naturaliter commoueri in terręmotibus magis quam ſpeciali diuinæ omnipotentiæ nutu: Deum ſolum laudāndum, vt artificem, qui talem eam fecit, nō vt qui adhuc eam contingat,& moueat, reſoluens ſe in contrarium, ſecundum illud Pſ. 94.* In manu eius omnes fines terræ: *concludit ſic.* Et hæc fidei ſimplicitas argumentis omnibus antecellit. Laudent alij, ꝙ

ideo

Cœlum,& Terram.

ideo nuſquam decidat terra, quia ſecundum naturã in medio regionẽ poſſideat ſuam, eo quod neceſſè ſit eam manere in regione ſua, nec in partem declinari alteram: quando contra naturã non mouetur, ſed ſecundum naturam prædicent artificis diuini, & operatoris excellentiam. &c. Ego tamen qui profundum maieſtatis eius, & artis excellentiam non queo comprehẽdere, non diſputatorijs me libramentis cõmitto, atq; mẽſuris: ſed omnia repoſita in eius exiſtimo poteſtate: quod voluntas eius fundamentũ ſit vniuerſorum, & propter eũ ad huc Mundus hic maneat. *Vbi apparet quod vera sinceraq; fides, non artem in Deo: ſed potentiam confitetur in rebus creatis. Nihil enim Deus fecit ita naturæ traditum, quod a ſuæ eximat (nec in conſeruari, neque in commoueri) omnipotentiæ diſpoſitione.*

XLVII.

S. AMBROS. *Hexame lib. 1. cap. 6. Irridens illos qui dicunt cœlum nõ ex quatuor elementorũ materia conſtare (ſicut cæteræ creaturæ, cõpoſitæ inueniuntur) ex eo quod compoſitio indicet corruptionẽ: ſecundum illud commune axioma. Quod enim compoſitum ex corruptilibus elementis eſt: neceſſè eſt vt reſoluatur, & ſic addunt aliam quintam ſubſtantiam ex qua cœlum formatum dicunt: ait ſic.* Hæc igitur alij conſiderantes, ſtabilia eſſe nõ poſſe, & fingũt æthereum corpus cœli, ſtellarunq; eſſe arbitrati ſunt, quintam quandam naturã corporis introducentes, quo diuturnam cœli putarent mẽſuram eſſe ſubſtantiam. Sed non iſta opinio propheticæ potuit obuiare ſententiæ, quam diuina quoq; Domini noſtri Ieſu Chriſti maieſtas Dei noſtri in Euangelio comprobauit. Dixit .n. Dauid. ps. 101. Principio terrã tu fundaſti Domine, & opera manuum tuarum ſunt cœli. Ipſi peribunt, tu autem permanes, & omnia ſicut veſtimentum veteraſcent, & tanquã amictũ mutabis eos, & mutabũtur: tu vero ipſe es, & anni tui non deficient. Quod adeo probauit in Euangelio Dominus, vt diceret. Cœlum, & terra præteribũt. *Quod bene applicari poteſt magnatibus qui quintas ſubſtantias quotidie inueniunt, quibus exiſtimant poſſe euitare mortem, infirmitates cæteraſq; communes calamitates: non attendentes nihil obuiare poſſe illi ſententiæ: Puluis es, & in puluerẽ reuerteris.*

XLVIII.

S. BONAVEN. *de Eccleſiaſt. Hierarch. part. 4. cap. 7. ſic.* Cœlo cœlica Virgo comparatur. Quia, nihil purius, nihil ſublimius, nihil vtilius, nihil cõmunius, nihil velocius, nihil perfectius, nihil durabilius inter corpora viſibilia. *Vbi habetur, materia ſatis lata ad vnam, vel plures formãdas conciones de Beatiſſima Virgine Maria.*

XLIX.

S. *Iſidor. Peluſiota lib. 2. epiſt. epiſt. 186. Theoni. Affert quandam doctrinam conſentaneam illi myſticæ expoſitioni huius loci (non ſemel hic appoſitę) quę per cœlum intelligit bonos, per terram autem peccatores: Et afferens ad confirmationẽ illud Apoſt.* Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt: *opponit illud eiuſdem Apoſt.* Nõ alta ſapientes. *Quod maxime repugnare videtur, nimirum cœlum eſſe, in cœlo conuerſari, & non alta, ſed quæ deorſum ſunt ſapere. Sed ad concordiam dicit S. Pater ſequentia verba:* Non quod eos res ſupra mundum poſitas animo agitare prohiberet, ſed vt ſuperbiam, ac iactantiam excideret. Aliud eſt .n. animi magnitudo, aliud ſuperbia Siquidẽ illa omnia, quæ accidunt, infra ſuam fortitudinem poſita eſſe ducit: Hæc autem omnes homines vtilitate ſua inferiores eſſe cenſet. Illa res mundo ſublimiores ante oculos ſibi proponit: hęc terrenas ſomniat. Illa diuinam, & pręclaram gloriam expetit: hæc intereuntis cupiditate flagrat. *Vbi apparet, quod neq; magnanimitati deeſt humilitas, & econuerſo humilitati non repugnare animi ſublimitatem: Et quod ſuperbia non excludit vilitatem, immò ſuperbis repugnare, animo aſcendere, & alta deſiderare.*

L.

S. *AVG. lib. vnico contra Secundinum, qui dicebat Deum ſolum creatorem cœli, & animarũ, non autem terræ, neq; corporum, motus ex eo, quod valde longè excellat cœlum terram, anima corpus: quorum authorem faciebant diabolum) concedens S. Doctor fundamentum conſequentiam eneruat ſic:* Nec ideò iſta reprehendenda, quia illa præferenda. *Vbi apparet, præferentiam vnius non arguere indignitatem in altero. Vnumquodq; in ſuo genere, & gradu commendabile eſt, & ſi aliud aliud pręcellat. Vnde damnandi ſunt non ſolum, vt ineptè arguentes, ſed vt hæreticis vtentes ſyllogiſmis, qui non contenti ſeipſos præcellentes facere, exinde cæteros indignos, & inutiles iudicare præſumunt.*

Stel-

Cœlum,& Terram.

L I.

S*Tella Ord.Pradic.*Com.in *Genes.Scol.*10. *litteraliter hunc explanans locum ſecundum veritatem Hebraica littera quandam doctrinam affert cohærentem illi myſtica expoſitioni huius loci, qua per cœlum intelligit magnates, diuites, & opulentes mundi; per terram, pauperes, ex quibus copulatim Orbis vniuerſus, & quælibet (Deo ſic mirificè, & prouidè diſponente) conſtare videtur communitas, ac formari, ſicut conectuntur hæc coniunctione (Et) cœlũ, & terram.* Dicit enim *venerabilis* Doctor *ſequentia verba*: Cœlum propter nomen (Samain) quo Moyſes hic vtitur) habet cœlum, etiam alia nomina. Dicitur.n.ab effectu (Haripe) ab Haraph) quod, eſt, influere. Et dicitur (Sachak) In quo Dei magnitudo, & omnipotentia inſinuatur, qđ cum cœlum tantæ ſit capacitatis, vt terra illius comparatione ſit veluti punctũ, dicitur (ſachak) ideſt, puluis, adeò exiguæ quantitatis, & ponderis, vt ſi in alrera ſtateræ parte collocaretur non valeat illam inclinare. Vide cœlum quam minima res ſit reſpectu Dei. *Vnde magnates non præſumant ſua magnitudine, & pondere pauperes ſubuertere, nam & ſi hoc natura rei relinquatur, non eſſet mirum cœlum terram inclinare, tamen intermediante diuina potentia intelligant ſe non ſolũ nomine, ideſt, coelum, vocari; ſed etiam exiguum eſſe puluerem, qui in iuſta illa ſtatera diuina potentia, non magis, quam humilis terra ponderantur, ſicut & pauper.*

L I I.

S. *Auguſt.Enar.pſal.*103. *Ad illum verſum:* Extẽdit cęlum ſicut pellem. *Intelligens per cęlum, myſticè diuinam ſcripturam, & idem eſſe dicere, Deum coelum extendiſſe ſicut pellem, ac diuina myſteria ſacra ſcriptura ſcriptam in pellibus Mundo manifeſtaſſe. Nè putaretur,* Dauid *ad magnitudinẽ* Dei *gloria demonſtrandam ſcripſiſſe eum ſacram ſcripturam pellibus ſcriptam tradidiſſe (hoc .n. parũ mirabile eſt, cum Reges etiam ſuas litteras pellibus ſcriptas tradantur, myſtice aſcendens dicit in hoc eſſe Deum mirabilem, decantari, quod Mundo tam admirabilia myſteria per mortales homines manifeſtaſſet. Hæc ſunt eius verba.* Poſuit .n. cælũ Deus, & extendit ſicut pellem. Primo illam famã prædicantium extendit ſicut pellem. Pellis mortalitatem ſignificat. Propterea, & illi duo homines primi parentes, noſtri authores peccati generis humani Adam, & Eua, cum in Paradiſo contẽpto Dei præcepto ad ſuggeſtionem, ſuaſionemq; ſerpentis trangreſſi eſſent, quod iuſſerat Deus, facti mortales dimiſſi ſunt de Paradiſo. Vt autẽ ſignificaretur ipſa mortalitas eorum; induti ſunt tunicis pelliceis. De pellibus .n. tunicas factas acceperunt. Pelles aũt detrahi non ſolent, niſi de animalibus mortuis. Ergo pellium nomine mortalitas illa ſignificata eſt. Quid ergo hic ſi diuina ſcriptura ſignificatur pellis nomine? Quomodo de pelle fecit Deus cælum, & extendit cælum ſicut pellem: Quia per quos nobis ſcriptura prędicata eſt mortales fuerunt. *Vbi apparet quã mirabile ſit diuina myſteria nobis non per Angelos, ſed per mortales exponi. Et tanto mirabilius eſſet, quanto Prædicatores, & Doctores ſunt magis pelliçei, & mortificati, & à carnalitate ſicut pellis decoriati. Vnde Paulus ad Rom.*1. *ſe dicebat ſegregatum in Euãgelium. Alludens (vt audiuimus à quodam doctiſſimo) ad illud Eccleſ.*47. *de Dauide.* Et quaſi adeps ſeparatus à carne.

L I I I.

S. *BONAV.Stimulo amoris* 1. *part.cap.*7. *Intelligit per cælum, naturam Aagelicam, & per terram, naturam humanam, tenenſq; illam communem litteram, qua vbi nos legimus: In principio creauit Deus cælum, & terram: legit: In Filio &c. dicit ſequentia verba.* Omnia in quantum poſſumus ad Chriſtũ Crucifixum reducamus. Dicamus igitur: In principio creauit Deus cœlũ, & terram, ideſt in Filio ſic crucifixo, Angelicam de hominibus reparando,

L I V.

S. *AMBROS.Enarat.*2. *in gene. Ad Horont. Reſpõdens illi communi dubio nimirum, quare* Deus *primo cælum creauerit quam terram, cum ædificandi ratio poſtularet vt a terra, nempè à ſolo inciperetur, & exinde vſq; ad cælũ, ſilicet tectũ aſcenderetur: dicit hoc factum fuiſſe nõ caſu, ſed magno hoc diſponente conſilio ad noſtram eruditionem, vt videlicet in noſtris operationibus, & affectibus diuina ſequeremur operationis ordinem. Et dicit ſequentia verba.* Cum Deum legimus, vt ſcriptum oſtendit, cum ſapientia, & quodam conſilio, & diſpoſitione omnia feciſſe & ordine, conſentaneum eſt rationi, vt primo cælum faceret, quod eſt pulcherrimum: oportet vt eò primo oculos erigamus, illò nobis contendendum eſſe arbitremur, illam

ſedem

Digitized by Google

Cœlum, & Terram.

ſedem terrenis omnibus præferẽdam putemus.

L V.

S. *AVGVST. lib. imperfect. de Geneſ. ad litt. cap. Reſoluit nomine, cæli, hic debere intelligi quicquid inuiſibile Deus creauit, per terram autem, omne viſibile creatum. Sed opponit ſtatim animam rationalẽ eſſe inuiſibilem, & hominẽ, qui à principaliori parte ſui debet denominari, terræ partibus computari ſecundum illud Eccleſ.* 10. Quid ſuperbis terra, & cinis? *Aſſignans autem rationem, dicit ſequentia verba.* Quoniam & anima, quæ inuiſibilis eſt, cum rerum viſibilium amore intumeſceret, & earum adeptione extolleretur, terra dicta eſt. Sicut ſcriptum eſt Eccleſ. 10. Quid ſuperbis terra, & cinis? *Vbi apparet hominem magis affectu, quam conditione eſſe terrenum. Vnde qui in cap. ieiunij ab Eccleſia terram vocari erubuerit, ſurgat affectu, & cœlorum partibus computabitur.*

L VI.

S. *IO. Chryſoſt. ſermone de Pent. Afferens per occaſionem illa verba Chriſti Domini Matth.* 16. *dicit ſequentia verba* Facilius cælum exterminari poteſt, & terra perire, quam aliquid mali pati Eccleſia: Quis eſt, qui hoc dicit? Ipſe Chriſtus loquitur: Cælum, & terra tranſibunt, verba autẽ mea non peribunt. Bene. Verbũ .n. Dei ipſo cęlo validius eſt: quia cæli opus Verbi eſt. Dixit quippe Deus: Fiat cælum, & verbum in opus apparuit. Currebant naturæ, & nemo impediebat, quia naturæ Dominus imperabat, qui facere, & immutare poteſt. *Et proſequens in perſona Chriſti Domini ampliando eiuſdem ſupradicta verba dicit ſic.* Ego eam fundaui, qui cælum ſtatui; ſed propter cælum crucifixus non ſum, nec propter cęlum cælum cæleſte corpus accepi. Et quid dicã cæli? Angelorum corpus non aſſumpſi; vt diſcas quoniam cælo, & Angelis, & omni creatura honorabilior eſt Eccleſia. Ideo, cælum, & terra trãſibunt, verba autem mea non peribunt.

L VII.

S. *AVGVST. Enarrat. Pſ. 92. Ad illos verſ.* Dominus regnauit decorem indutus eſt: indutus eſt Dominus fortitudinẽ, & præcinxit ſe. Etenim firmauit orbem terræ: qui non commouebitur. *Afferens titulum huius Pſal. qui ſic dicit:* Laus cantici ipſius Dauid in die ante ſabbatum, quando fundata eſt terra: *notat diſcordantiam iſtorũ verborum ad noſtrum textum. Nam noſter textus dicit creatam terram, hic autem dicitur fundata. Reſoluit autem; Pſalmiſtam loqui hic de Eccleſia, quę, vt fundata non commouebitur, & non de iſta terra, de qua dicitur:* Cælum, & terra tranſibunt: *Et dicit ſic.* Quum omnes qui crediderunt per vniuerſam terrãm immobiles ſunt in fide, fundata eſt terra *proſequitur ſic.* Quomodo fũdata eſt terra? Chriſtus venit vt fundaret terram. Fundamentum .n. aliud nemo poteſt ponere præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. De illo ergo cãtat Pſalmus: Dominus regnauit decorem induit, induit Dominus fortitudinem, & præcinctus eſt. Videmus, quia duas res induit, decorem, & fortitudinem. Vt quid autem? Vt fundaret terram. Sequitur enim. Etenim fundauit terram, qui nõ commouebitur. Vnde confirmauit? Quia decorẽ induit? Non confirmaret ſi ſolum decorem indueret, & non fortitudinem. Quare decorem? Quare fortitudinem? Vtrumq; .n. dixit. Noſtis fratres, quia Dominus noſter quum veniſſet in carne, his quibus prædicabat Euangelium alijs placebat, alijs diſplicebat. Nam diuiſæ ſunt aduerſus eum linguæ Iudæorum, Io. 7. Alij dicebant, quia bonus eſt: alij dicebant non, ſed ſeducit turbas. Alij ergo loquebantur bene, alij detrahebant, lacerabant, latrabant, mordebant, cõuiciabantur. Ad eos ergo, quibus placebat decorem induit. Ad eos quibus diſplicebat fortitudinem induit. *Et commonens omnes fideles ad Chriſti Domini imitationem, vt ita fundati permaneant in fide, quod non commoueantur, dicit ſic.* Si autem tunc gaudes quando te laudãt homines, & placent illis opera tua: cum autem vituperauerint deficis operibus, & quaſi fructum bonorũ operum te perdidiſſe arbitraris: quia inuenis reprehenſores? Non ſtetiſti immobilis, non pertines ad orbem terrarum, qui nõ commouebitur. *Et afferens illud 2. Cor. 6.* Per arma iuſtitiæ à dextris, & à ſiniſtris: *proſequitur ſic.* Vide vbi decorẽ, vbi fortitudinem, per gloriam, & ignobilitatem. In gloria decorus, in ignominia fortis. apud alios glorioſus prędicabatur, apud alios ignobilis cõtemnebatur. Decorem afferebat eis quibus placebat: fortitudinẽ aduerſus eos, quibus diſplicebat: *Et enumerans omnia ibi dicta ab Apoſtolo, vſq; ad illud.* Nihil habentes, & omnia poſſidentes: *progreditur:* Cum omnia poſſidet, decorus eſt: cum nihil habet, fortis eſt. Non ergo mirum

eſt

Cœlum,& Terram.

eſt ſi ſequitur. Etenim firmauit orbem terræ,qui non commouebitur. Quomodo ergo non commouebitur orbis terrarum? Cum credunt in Chriſto omnes fideles,& parati ſunt ad vtrunq; Gaudere cum laudantibus: fortes eſſe aduerſus vituperantes. Non molleſcere linguis laudantium:nec frangi linguis vituperantium.

L V I I I.

S. *AVG.ſerm.134. quod eſt de paſch. Aſſerens per occaſionem hunc locum: ait ſic:* Fecit ergo in principio cœlum,& terram. Cœlum ſpiritum: Terram carnem. Hoc eſt,fecit hominem ſpiritualem. *Vbi apparet, in viro ſpirituali totum concludi vniuerſum:& nullum ſic eſſe cœleſtem,qui ſecum non habeat ſimul cum cœlo terram.*

L I X.

S. *IO.Chryſoſt.Hom.15.in 1.Tim.5. Aſſerens per eccaſionem noſtrum tex.notanſq; illam coniunctionem:* Et, *qua nectuntur duo hæc tam diſtantia, nimirum (cœlum & terra) conſiderat ibi deſcriptũ eſſe recipientem ſacroſanctam Euchariſtiam: & in perſona ipſius Chriſti colloquens recipienti ſanctiſſimum ſuum Corpus: ait ſic:* Vniui te mihi, atquè coniunxi. Dixi:me comede:me bibe: & in cœlo te habeo,& tibi in terra nector. Non tibi ſatis, quod primitias tui in cœlo habeo? Non iſtud vtcunq; conſolatur affectum. Rurſus ad inferiora deſcendi,non vtcunq; commiſceor tibi: ſed conector,& comedor,& in fruſta conſcidor,vt ſũma coniunctio,& commixtio,atq; vnio fiat. Quę enim vniuntur in ſuis terminis manent.

L X.

S. *HIERON.Com.in Ioan.Ad illa verba eiuſdem Proph.ad nautas:* Hebræus ego ſum, & Dominum Deum cœli ego timeo, qui fecit mare, & aridam. *Notauit ſingulariter dicere, Ionam Deũ creatorem terræ,& maris, tacere autem eſſe creatorem cœli; cum ad innoteſcendam illis idolatris Dei potentiam magis cõduceret eum creatorem cœli prædicari. Reſpondet autem Ionam nõ tantum Dei omnipotentiam voluiſſe prædicare, quam ſuam accuſare dementiam, qui cum Deum fateretur terræ, & maris creatorem,ac dominum, fugiens à facie eius à terra,putabat ſe ipſum poſſe euadere in mari. Sic enim Sanctus Doctor in perſona eiuſdem Proph.loquitur nautis:*Qui mare fecit,& aridam. Mare in quo fugio,& aridam de qua fugio. *Et poſtea colloquens ipſi Prophetæ: ait ſic:*Si autẽ ipſe fecit mare & aridam; cur aridam derelinquens arbitraris,& conditorem maris in mari poſſe vitare? *Vbi apparet,nullam maiorem eſſe dementiam, quã Deum creatorem credere vniuerſi, & Dominum. putare nihilominus eum aliquo in loco poſſe euadere.*

Expoſitiones aliquarum ſentẽtiarum, ex pene innumerabilibus, quæ inueniuntur in Cap. parabolicis Iob.Pſal.Lib.Salom.Prophet. Epiſt. Apoſtol. Apocal. in quibus eſt aliquod horum verborum, Cœlum, Terra.

Ex Iob.

L X I.

GLOSA, *Ad illa verba Eliphas themanites Iob. 22.* An cogitas, quod Deus excelſior cęlo ſit,& ſuper ſtellarum verticem ſublimetur? Et dicis: Quid enim nouit Deus,& quaſi per caliginem iudicat. Nubes latibulum eius,noſtra non conſiderat. *Quandam præbet expoſitionem, ex qua non extortè deſumi poteſt quædam ſolutio illi dubio, ſ. quare Moyſes cũ inter cœlum, & terram medient aerea regio ſtellæ, cœteraq; quæ non ignoramus, nulla facta mentione de medijs vtrumq; coniunxerit extremum: dicens:* Creauit Deus cœlum, & terram? *Videlicet, nè homines per intermedia putantes iſta inferiora à Deo minimè videri,& aduerti,licentioſè peccarent: ſed certi ſint,quod licet Deus ſit ſuper cœlum,ita tamen minimis rebus,terræ attendere,ac ſi immediatè vnum alteri coniungeretur. Nam ſupradicta verba ſic explanat:*Hæretici ſe ſapientes putant:& irrident catholicos,quod Deum non timeant:quia corporaliter eum non vident: Nec putant eum videre terrena ex longinquo, ideò quod cœlo altior ſit:& quaſi in nube latens per caliginem iudicet: ideo quod inter nos & cœlum, aereæ ſint poteſtates: & ſuperioribus intentus minus ima perpendat:& dum ambiendo cardines cęli conſtringit,inferiora non reſpiciat. Sed quis de Deo iſta,vel deſipiens ſuſpicetur? Qui nimirum dum ſit ſemper omnipotens:ſic intendit in omnibus, vt aſſit ſingulis: ſic adeſt ſingulis,

vt ſimiliter omnibus nunquam deſit. Nam etſi quoſdam peccantes deſerit: eiſdem ipſis adeſt per iudicium, quibus deeſſe cernitur per adiumentum, *Gregor. verò moral. 16. cap. 4. eadem aſſerens verba plus addit ſic:* Sic ſumma regit, vt ima non deſerat: ſic imis præſens eſt, vt à ſuperioribus non recedat.

LXII.

S. *Tho. Com. ibi ſic:* Quaſi dicat: ſicut ipſe latet nos, quaſi nubibus occultatus, in quantum ea, quæ ſupra nubes ſunt, plenè cognoſcere non valemus, ità è contrario nec ipſe ea, quæ ad nos pertinent, quaſi ſub nubibus exiſtentia, ipſe non videt: ſicut Ezech. 9. ex perſona quorundam dicitur: Dereliquit Dominus terram, Dominus nō videt. Putabāt .n. quia ea, quę in terris ſunt, multis defectibus, & inordinationibus ſubiacent, diuina prouidentia non reguntur, ſed ſolum cœleſtia, quorum ordo indeficiens perſeuerat. *Vbi apparet, quantum conducat, vt vna communitas dicatur à Deo gubernari, prouidiq;: indeficiēs eius ordo in omnibus ſine defectu, & è contra.*

LXIII.

S. *GREG. Papa moral. lib. 15. cap. 19. Ad illa verba Iob 20.* Reuelabunt Cœli iniquitatem eius, & terra cōſurget aduerſus eum: *ſic ait:* Quid per cœlos, niſi iuſtos: & quid per terram, niſi peccatores accipimus? Vnde in Dominica oratione petimus: Fiat voluntas tua ſicut in cęlo, & in terra: vt videlicet voluntas noſtri conditoris ſicut in omnibus iuſtis perficitur, ita, & in omnibus quoq; peccatoribus impleatur. *Et poſt pauca ſic:* Huius itaq; impij ad illud terribile iudicium deducti, reuelant cœli iniquitatem, & terra conſurgit aduerſus eum, vt qui hic nec bonis vnquam, nec malis pepercit, in illo eum tremendo examine, & iuſtorum vita, & peccatorum pariter accuſat: *Et poſt aliqua ſic:* Cùm ergò ſit prauius iuſtos, quam iniuſtè iniuſtos affligere, multò tamen eſt grauius, & iuſtis pariter, & iniuſtis nocere. Quia ergò hic iniquus, & iuſtis pariter nocuit, & iniuſtis, in accuſatione condēnationis reuelabunt cœli iniquitatem eius, & terra conſurget auerſus eum: quia & illis obſtitit, qui cœleſtia, & eos præſſit, qui ima ſapuerūt.

LXIV.

HVGO *Card. Poſtil. in Iob ſupradicta verba ſic explanat:* Terra, ideſt peccatores exemplo eius decepti. Hypochritam enim, qui hic nec bonis: nec malis pepercit, in tremendo examine iuſtorum vita & peccatorum pariter accuſabit, quia illos contempſit, iſtos decepit, vel corrupit.

LXV.

S. *GREG. Papa Moral. lib. 26. cap. 8. Quandam aſſignat doctrinam, ex qua quandam non extortè elicere poſſumus rationem, quare Moyſes à principio ſimul cum terræ deſcriptione cœli agnitionem nobis præmiſcere voluerit. Videlicet, vt homo comparationem vtriuſq; faciens intelligat ſe neq; nocere neq; prodeſſe de terræ infimis, Deo, ſuper excelſiū cœlum degenti. Nam exponens illud Iob cap. 35.* Suſpice cœlum, & intuere, contemplare ęthera, quod altior te ſit. Si peccaueris, quid ei nocebis: & ſi multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ quid facies contra eum? Porrò ſi iuſtè egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? *ſic ait:* Vera ſunt, quæ dicuntur, quod videlicet Deo, nec peccata noſtra noceant, nec benè geſta concurrant. Vnde ſubſecutus adiunxit: Homini, qui ſimilis tui eſt, nocebit impietas tua, & filium hominis adiuuabit iuſtitia tua.

LXVI.

S. *Eucrian. Gab. interprete Steucho. Aſſerens illud Domini Iob. 38. vbi dicit, creationi cœli, & terræ aſtitiſſe Sanctos Angelos, & de creatione taliū eum laudaſſe:* Vbi eras, quando ponebam fundamenta terræ, &c. Cum me laudarēt ſimul aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei. *Quod ille legit,* Admirabantur. *Illi dubio hinc inſurgenti, nēpè quomodo Sancti Angeli admirabantur cœli, terræ, cæterorumq; perfectiones, cùm ipſi proculdubio perfecti recreati fuerint; reſpondet ſic:* Aderant igitur rerum creationi Angeli: Stabiliebatur cęlū, Angeli laudabant. Nam quoniam ſeipſos naſcētes non viderant, cœlum creatum admirati ſūt: intuebantur Solem rutilantem, videbant Lunā radiantem: item nata ſydera, attonitiq; ſtupebāt. *Vbi apparet, ratio, quare Sancti aliorum perfectiones (etiam minores ſuis) ita admirentur, & ſtupeant, nimirum, quia, quæ Deus in illis operatur non vident. Conſonans eſt illud, quod Hugo Card. Poſtil. in Ezech. cap. 3. Ad illa verba:* Et vocem alarum animalium percutientium alteram ad alterā: *ait ſic:* Vna ala alam alterius animalis percutit, quia omnes Sancti ſe ad inuicem ſuis virtutibus tangunt,

Digitized by Google

Cœlum,& Terram.

gunt,& ſeſe ad prouectũ excitant ex conſideratione virtutis alienæ. Non tamen vni dátur omnia: ſed diuiſiones gratiarum ſunt, 1. Corint. 12. Vnde Gregor. Mira diſpenſatione omnipotens Deus ſic in electis ſuis ſua diſpẽſat, vt & iſti det, quod alteri negat, & alteri maius, quod alteri minus tribuat quatenus dona Dei alter in altero viciſſim omnes admirentur, atq; ex hac ipſa admiratione humiliter alter alteri, & vnus per alium ad melius excitetur: v.g. miratur Paulus in Apoſtolis omnibus innocentiam. 1. Cor. 15. Ego ſum minimus Apoſtolorum,& ſic alis aliorum tactus excitatur ad pœnitentiam. Item miratur Petrus in Paulo ſapientiã dicens. 2. Pet. 3. Sicut & chariſſimus frater noſter Paulus ſecundum datam ſibi ſapientiam ſcripſit nobis. *Vbi patet, quod qui aliorum gratias non admiratur, eſt, quia in conſideratione propriarum ſibi complacet.*

LXVII.

S. *GREG. Papa Moral. lib. 8. cap. 2. Ad illa verba Iob 9.* Qui commouet terram de loco ſuo,& columnæ eius concutiuntur. *Allegoricè per terram intelligit plebem Iſraeliticam, & ait:* De loco quippè ſuo,& terra commota eſt: cum plebs Iſraelitica de Iudææ finibus euulſa, nimirũ colla gentibus ſubdit, quia ſubdi authori recuſauit. Quæ, ſcilicet terra columnas habuit, quia in Sacerdotes,& Principes, legis Doctores, atq; Phariſæos, ruitura eius fabricæ ſtructura ſurrexit. In ipſis namq; litteræ ædificiũ tenuit, & tranquillitatis ſuæ tempore, ſacrificium carnalium, quaſi ſuperimpoſitæ fabricæ onera portauit. Sed trãſactis montibus, columnæ concuſſæ ſunt: quia ſubductis à Iudæa Apoſtolis, nec ipſi viuere in illa permiſſi ſunt, qui ab illa, vitæ Prædicatores expulerunt. Dignum quippè erat, vt terrenam patriam ſubacti perderent, cuius amore nequaquam veriti ſunt cœleſtis patriæ milites impugnare. *Vbi aduertant virorum Euangelicorum, & Prædicatorum perſecutores: ſupplicium exulationis à patria illos expectare, & minare.*

LXVIII.

S. *GREG. Pap. Moral. lib. 29. cap. 15. Per cœlos intelligit diuinam ſcripturam, ſacrumq; eloquiũ: Nam verba illa Iob. 38. vbi Dominus dicit:* Et gelu de cœlo quis genuit? *ſic explanat:* Plerumq; enim ſacri eloquij ſcientiam præſtat, ſed cum de eadem ſcientia, is qui accepit, extollitur: ira diſtricti Iudicis in ipſo ſacro eloquio cæcatur, vt exteriores fauores per illam ſequens eius iam in exeundo frigeſcat, duratuſq; in ima corruat, qui ad cognitionem Dei prius tractabilis in ſummis liquidus ſtabat. An ſacrum eloquiũ cœlum non eſt, quod diem nobis intelligẽtiæ aperiens, Sole nos iuſtitiæ illuſtrat, quod dum nos vitæ præſentis nox continet, ſtellis nobis mandatorum fulgete)

LXIX.

S. *Idem Gregorius ibidem. Ad eadem verba dicit, quod antecedentia ſunt ſynonima, ſcilicet,* Quis eſt pater pluuiæ, vel quis genuit ſtillas roris? De cuius vtero egreſſa eſt glacies: & gelu de cœlo quis genuit? In ſimilitudinem lapidis aquæ durantur: *intelligens per cœlum ipſum Deum, à quo oẽs bonæ influentiæ in corda iuſtorum diffunduntur; ſic exclamat:* Quid eſt ergò, quod Dominus prius quidẽ patrem ſe pluuiæ inſinuat, poſtmodum verò de ſuo egredi vtero glaciem narrat, ſeq; gelum gignere de cœlo pronuntiat? *Et aſſignans rationem ſic dicit:* Terra .n. cum compluitur, iactata in ea ſemine feracius rigantur; ſed rurſum ſi illam pluuiæ immoderatiùs irrigat, in culmĩ pinguedinem frumenti virtutem mutat. Sin verò iactatum ſemen poſt pluuiam gelu præmitur, quò foris citiùs apparere repellitur, eò intus fęcundius radicatur,& quò vetatur progredi, cogitur multiplicari: quia cum ab immaturo ortu reſtringitur, ex conceptionis ſuæ tarditate laxatum ad fructum vberiùs impletur. *Et poſt longam applicationem ſic proſequitur:* Plerunq; enim ab inchoantibus opus bonum dum prius quam oportet oſtẽditur à grano perfectionis inanitur, & plerunq; virtutes, dum plus quam neceſsè eſt exuberant, exhalant. Vnde & electorum ſuorum Dominus, vel ante tempus deſideria renuit, vel rurſum in tempore vltra menſurã profectus pręmit. nè ſi aut antequam debent, aut plus quam debent proficiant, per profectus ſui magnitudinem in elationis defectum cadant.

LXX.

S. *AMBR. Lib. de Morte cap. 3. Afferens per occaſionem illa verba Iob cap. 7.* Militia eſt vita hominis ſuper terram, *quæ verba ille ſic vertit:* Tentatio eſt hominis ſuper terram: *Et alludens ad illud Phili. 3.* Noſtra conuerſatio in cœlis eſt: *ait ſic:* Benè addidit in terra: quia eſt vita homi-

 nis

Cœlum,& Terram.

nis & in cœlo. *Vbi apparet, ſolos illos pugnare, & tentari, quorum vita, & conuerſatio eſt ſuper terrã, ideſt in terrenis.*

LXXI.

S. *Greg. Papa Moral. 27. cap. 11. Ad illa verba Iob cap. 37.* Subter omnes cœlos ipſe conſiderat, & lumen illius ſuper terminos terræ: *poſtquam ad litteram ſic exponit:* Ac ſi apertè diceretur: Qui ſumma regit, etiam extrema non deſerit: *quod dictum, ait, contra eos, qui putabant, Deũ occupatum rebus illis excelſioribus noſtra infima, quaſi contemnendo deſerere: moraliter reducens ad Eccleſiam, per cœlos tempora præmittiua Apoſtolorũ intelligit, & per terminos, ſeu, vt ille legit, fines terræ noſtra decidentia, & tanquam terra à cœlo ab illis aureis diſtantia tempora. Et ad propoſitum literalis doctrinæ quærens, quare nunc non fiant illa miracula, quæ tempore Apoſtolorum; reſpondet, miracula non eſſe neceſſaria, niſi in fidei defectu: & afferens exemplum etiam illius temporis; ait ſic:* Paulus nãq; egregius prædicator Melitem veniens, & plenã in fidelibus inſulam ſciens, patrem Publij, dyſenteria, febribuſq; vexatum, orando ſaluauit, & tamen ægrotanti Timotheo præcepit dicens: Modico vino vtere, propter ſtomachum tuum, & frequentes infirmitates. Quid eſt Paule, quod ægrum infidelem orando ad ſalutem reuocas, & tantum adiutorem Euangelij more medici per alimenta curas? niſi quod idcircò fiunt exteriora miracula, vt mentes hominum ad interiora perducantur: quatenus per hoc quod mirum viſibiliter oſtenditur, ea, quæ admirabiliora ſunt inuiſibilia credantur. Signo quippè virtutis pater Publij ſanandus fuerat, vt mente reuiuiſceret, dum miraculo ad ſalutẽ rediret. Timotheo autem adhibendum foris miraculum non erat, qui iam totus intus viuebat.

LXXII.

S. *Idem Greg. Aliam ſuprapoſitæ quæſtioni aſſignat ſolutionem, dicens:* Quia has virtutes nunc in Eccleſia non vident, ſubtractam iam ab Eccleſia ſupernam gratiã ſuſpicantur, neſcientes penſare, quod ſcriptum eſt Pſ. 9. Adiutor in opportunitatibus, in tribulatione. Tunc quippè Sancta Eccleſia miraculorum adiutorijs indiguit, cum eam tribulatio perſecutionis preſſit. Nam poſtquam ſuperbiam infidelitatis edomuit, non iam virtutum ſigna, ſed ſola merita operum requirit. *Vbi Prædicatores Euangelici, aduertant impiorum fidelium ſuperbiam, non edomari miraculis: ſed virtutis operibus, & exemplis, ſuaſq; vitas nunc in Eccleſia vices gerere antiquorum miraculorum.*

LXXIII.

S. *Greg. Papa Moral. 10. cap. 8. Ad illa verba Iob cap. 11.* Excelſior cœlo eſt, quid facies? Profundior inferno, & vnde cognoſces? Si ſubuertit omnia, vel in vnum coarctauerit, quis cõtradicit ei? *ait ſic:* Subuertit Dominus cœlum, cum terribili, & occulta diſpenſatione humanæ contemplationis celſitudinem deſtruit. Subuertit infernum, cum cuiuslibet mentem in ſuis tẽtationibus pauidam cadere etiam ad deteriora permittit. Subuertit terram, cum fructificationẽ boni operis aduerſis irruetibus interdicit. Subuertit mare, cum fluctuationem noſtræ titubationis emergente ſubitò pauore confundit. *Et poſt pauca ſic:* Quia igitur, quomodo cœlum, vel infernus terra, vel mare ſubuertitur breuiter diximus: nunc aliquantulum laborioſius reſtat, vt hæc qualiter in vnum coarctari valeant demõſtremus. Cœlum ergò ſimul, infernuſq; coarctatur, cum vnam, eandemq; mentem, & ſubleuatio contemplationis illuminat, & importunitas tentationis obſcurat: vt & videat intuendo, q̃ appetat, & ſuccumbendo in cogitatione, toleret, q̃d erubeſcat. *Et afferens exemplum de Paulo, qui poſt raptum in cœlum, deplorabat ſe colaphiſari concludit ſic:* Cùm cœlo ergo infernum pertulit: quia & illuminatum ſecuritas erexit, & tentatum gemitus ſtrauit. *Et poſt aliqua proſequitur ſic:* In vnum ergo terra, mareq: coarctantur, cum vnam, eandemq; mentem, & certitudo ſolidæ fidei roborat, & tamen ex aliquantula mutabilitate perfidiæ, aura dubietatis verſat. An non in ſuo pectore coarctari terram, mareq; cognouerat, qui & per fidem ſperans, & per infidelitatem fluctuans, dicebat: Credo Domine, adiuua incredulitatem meam? Quid itaq; eſt, quod & ſe credere aſſerit, & adiuuari in ſe incredulitatem quærit, niſi quod coarctari in ſuis cogitationibus terram cum mare deprehenderat, qui & exorare certus iam per fidem cœperat, & adhuc incertus vndas perfidiæ ex incredulitate tolerabat. *Vbi non contemnenda ratio elicitur, quare Moyſes ſimul omnia creata pronunciauit: nè aliquis putaret*

ſibi

Cœlum,& Terram.

ſibi aliquando in hac vita dari poſſe cælum, quin terra onere miſceatur, & recõpenſetur, ac inferni doloribus.

LXXIV.

S. *Greg. Pap. Moral. lib. 9. cap. 15. Ad illud Iob c. 9.* Terra data eſt in manus impij: *myſticè per cælum intelligit animam Chriſti domini: per terram verò eius ſacratiſſimam carnem: & ait ſic:* Terra itaq; data eſt in manus impij, quia antiquus hoſtis Redemptoris noſtri mentem corrumpere per ſe tentando non valuit: ſed eius carnem per ſuos ſatellites ad triduum permiſſus extinxit. *Gloſa ſic:* Terra caro: impius diabolus. Manus eius: occiſores Chriſti: in cuius mentem, quia diabolus nihil potuit: carnem per ſatellites ſuos occidit. *Vbi apparet, diabolum non extendere manus ad noſtra temporalia, & corporalia, niſi deſperatus de ſubuertione ſpiritualium: Et quod impij ſunt manus diaboli ſine quorum miniſterio truncas, & debiles eſſet ad Sanctorum perſecutionem.*

LXXV.

BEDA *Expoſit. ibi. Ad illud Iob. 26.* Columnæ cœli contremiſcunt, & pauent ad nutum eius: *ait:* Superiùs hic ipſe Sanctus Iob, cum de iuſtis hominibus loqueretur, & de Deo ait ſic: Sub quo curuantur, qui portant orbem. Ibi ergo quod alij ſint, qui portent, & ſuſtineant mundum, videri poteſt: hic verò alij velut columnę, quæ in illa cœli regia ſtabili perpetuitate conſiſtant, qui tamen ad nutum diuinæ potentiæ paueant, & metu famulo contremiſcant. Quia ergò illic de hominibus Sanctis intelleximus, quorũ meritis, & orationibus mundus ſuſtineatur, non abs re eſſe exiſtimo, vt loco Sanctos Angelos columnas cœleſtis ædificij ſentiamus, quibus nõ tàm ſuſtentari, quam ornari voluerit regnum ſuum: quia & ad ornatum ſolummodò ędificiorum, plerunq; columnæ per magnificæ erigi ſolent, vt ædes operæ pulcherrimo ędificatæ, ſpecioſis columnarum decorentur ordinibus, ſicut & illæ duæ columnæ, quas in Templo Salomonis fuiſſe legimus: non quod aliquid ſuper ſe ponderis, quod ad ædificiorum ſuſtentacula pertineret, habuerunt: quæ tamen in miro opere fuerant ordinatæ, vt templi veſtibulum per ipſas pulchrius redderetur. *Vbi apparet, non minus mereri columnę nomen in vno regno diuites, qui illud ſuis diuitijs condecorant: quam qui in bello inimicis reſiſtendo, quam qui armati in prælio pugnãdo illa defendunt.*

LXXVI.

IDem *ibi ſic:* Cœlum non abſurdè Eccleſia dicitur, in qua cęlorum myſteria celebrantur. Ipſa quoq; deſiſtendo mundana, & terręſtria cogitare, ſurſum cor habens, iam in ſpe cęlum efficitur, &c. Huius itaq; cœli, .i. Eccleſiæ, colũnæ ſunt Apoſtoli, & cęteri, qui ſimili gratia pollent, & eorundem funguntur officio, de quibus ita ait Apoſt. Phil. 3. dicens: Iacobus, & Cephas, & Ioan, qui videbantur columnæ eſſe, dexteras mihi dederunt, & Societatis. *Et poſt pauca ſic:* Iſtę itaq; columnæ intremiſcunt, & pauent ad nutũ maieſtatis Dei. Quibus verbis non ſolum obedientiam propoſitorum Sanctus Iob ſignificauit, verum etiam pro commiſſi ſibi doctrinę denario rationem in die Domini, cum timore ab eis reddendam voluit indicare, nè fortè audiãt illam Domini ſententiam Mat. 24. Veniet Dominus ſerui illius in die, qua non ſperat, & hora qua ignorat: & diuidet eum, partemq; eius cum hypocritis ponet: illic erit fletus, & ſtridor dentium.

LXXVII.

S. *GREG. Papa Moral. lib. 26. cap. 8. Ad illa verba Iob cap. 25.* Suſpice coelum, & intuere contemplare æthera, quod altior te ſit: *Expoſitionem quandam præbet, ex qua non extra chorum colligere poſſumus quandam rationem, quare Moyſes à principio ſuæ narrationis ſimul in vnam dictionem nobis cœlum, & terram adunauerit; nimirum vt ſtatim ab initio diſtantiam vtriuſq; computantes humiliter de nobis ſentiremus conſiderantes, quam infimi ſumus reſpectu illius ſupernæ habitationis, quam ex oppoſito noſtræ terrenæ humilitatis deſcripſit iuxta. Nam ſic exponit:* Ipſis enim rebus creatis, atq; corporeis cognoſcimus quantum à Creatoris noſtri ſublimitate diſtamus: quia per omne quod cernimus, eſſe humiles admonemur. *Vbi apparet, nullum eſſe medium conueniẽtius ad humilitatem noſtram videndam, quam ex oppoſito diuinam conſiderare celſitudinem: vel aliorum, qui nos notabiliter excellent, Glo. ſic:* In coelo & æthere poſſumus ſupernas poteſtates accipere: vt cum angelicos ſpiritus longè adhuc à nobis diſtare conſpicimus: ipſi Creatori, & dominatori ſpirituum quantum diſtemus cognoſcamus.

S. Gre-

Digitized by Google

Cœlum,& Terram.

LXXVIII.

S. *GREG. Moral. lib. 28. cap. 6. Ad illa verba Domini Iob 38.* Vbi eras, quando ponebam fundamenta terræ,&c. *Per terram intelligit Eccleſiam: & ad illa verba:* Super quo baſes illins ſolidatæ ſunt; *ſic ait:* Quid aliud huius terræ baſes, quam Sanctæ Eccleſiæ Doctores accipimus? In baſibus quippè columnæ, in columnis autẽ totius fabricæ pondus irigitur. Non ergo immeritò Doctores Sancti Baſium nomine deſignãtur: quia dum recta prædicant, & prædicationi ſuæ viuendo concordant omne pondus Eccleſiæ fixa morum ſuorum grauitate ſuſtentant; aſperas ab infidelibus tentationes ferunt: & quæq; In præceptis Dei velut difficilia à fidelibus formidantur, exemplis facilia oſtendunt. Vndè & benè cum in typo Eccleſiæ tabernaculum figeretur, ad Moiſem dicitur; Facies columnas quatuor, & baſes earum veſties argento Exod. 26. In argento enim quid aliud, quam claritas diuini ſermonis accipitur, ſicut ſcriptum eſt Pſ. 11. Eloquia Domini eloquia caſta, argentum igne examinatum, &c. Baſes ergo argento veſtitæ quatuor columnas tabernaculi ſuſtinent; quia Prædicatores Eccleſiæ diuino eloquio decorati, vt cunctis ſe exemplum præbeant, quatuor Euangeliſtarũ dicta, & ore & operibus portant. *Vbi patet, quod exemplo Prædicatorum conſolidantur populi in difficilibus legis Dei obſeruantijs.*

Ex Pſal.

LXXIX.

I*Neog. Expoſit. Pſ. 138. Ad illum verſ.* Si aſcendero in cœlum tu illic es: Si deſcendero ad infernum ades, &c. *ait ſic:* Per hoc vult Pſalmiſta oſtendere, quod poteſtatem diuini iudicij nullus effugere poteſt. Et ad iſtum ſenſum inducit hunc textum Greg. 13. moral. cap. 14. exponens illud Iob 40. Nunquid pones circulum in naribus eius: dicens: Poteſtas enim diuini iudicij, quia vndiq; ſtringit, circulus dicitur. Et quia intra ſe omnia incidendo complectitur, falcis appellatione ſignificatur. In falcem n. quicquid inciditur, intus cadit. Et quia poteſtas diuini iudicij nullatenus euitatur, intra ipſam quippè ſumus, quolibèt effugere conemur. Eſſe ſe intra falcem diuini iudicij Propheta conſpexerat, cũ dicebat: Si aſcendero in cœlum, &c. Intra falcẽ ſe vidit, cum ex nullo ſibi loco patere fugæ aditum poſſe cognouit.

LXXX.

S. *GREG. Naz. Orat. 38. quæ eſt de Chriſti Natiuitate: incipiens ab illo verſu Pſ. 95.* Lætentur cœli, & exultet terra: *materiam præbet, vt dici poſſit, ideò in vno principio vnica coniunctione res tam diſtantes ſ. cœlum, & terram poſuiſſe, ad inſinuandum iam ab initio diſpoſitũ, nempè quod in eodem principio ſ. Chriſto Domino vnienda eſſet ad reparationem, a quo prodierunt per creationem; ait enim ſic:* Chriſtus gignitur: glorificate. Chriſtus è cœlis: obuiam prodite. Chriſtus in terra: ſubuehimini. Cantate Domino omnis terra. Atq; vt hæc duo in vnum contraham, Lætentur cœli & exultet terra, primò cœleſtem, ac poſtea terreſtrem. Chriſtus in carne, tremore & gaudio exultate: tremore propter peccatum, gaudio propter ſpem. Chriſtus ex Virgine, mulieres virginitatem colite, vt Chriſti Matres ſitis. Quis eum qui à principio eſt non adorat? Quis eum, qui poſtremus eſt, non laudat, ac celebrat?

LXXXI.

I*Ncognit. Expoſit. in pſ. 113. Ad illum verſ.* Benedicti vos à Domino, qui fecit cœlum, & terram, *ſic ait:* Per iſta verba vult oſtendere, quod Deus poteſt beatificare & corpus, & animam: corpus in præſenti per bona temporalia, eo modo, quo hæc beatitudo in temporalibus poteſt conſiſtere: & animam in futuro, veram conferẽdo gloriam. Quod probat, quia Deus fecit cœlum & terram, ideſt, animam & corpus: ergo vtrumq; quietare poteſt. Quid enim per terram, niſi corpus de terra creatum intelligitur? Per ipſum verò cœlũ animas de cœlo à Deo creatas, ideſt cœleſtes: quia cęleſtia capere poſſunt, in quibus Deus, vt, in ſede habitat.

LXXXII.

N*ICOL. de Lyra, vt in Glo. ad ſupradict. verſ. ſic:* Qui fecit cœlum & terram: propter quod poteſt dare ſuam benedictionem gratiæ in præſenti vita, quæ per terram deſignatur, & gloriæ in futuro, quæ per cęlum ſignatur.

LXXXIII.

H*VGO Cardin. Poſtil. in Pſal. Prædictum verſum ſic exponit,* Qui fecit coelum, ideſt, Superiores

Digitized by Google

Cœlum,& Terram.

riores Prælatos: Et terram,ideſt,inferiores ſubditos.Iſti enim tàm minores, quàm maiores, à Deo habent fidem,& doctrinam:ſed differēter, quia maioribus magis reuelat dominus,& quaſi ipſe per ſe docet eos,ſicut planum eſt de Apoſtolis. Minores autem docet per medium, ſcilicet per ipſos maiores. *Et paulò infra ad ſequentē verſum,nempè,* Cœlum cœli Domino,*ait,* Maiores dicuntur cœli reſpectu inferiorum, quibus pluuiam doctrinæ infundunt: & licet ipſi minores terra ſint, tamen quia ſpes eſt,vt proficiēdo fiant cœlum:& hoc intendunt maiores.Ideò dixit(Cœlum cœli)& non cœlum terræ.*Vbi maiores documentum habent,quomodo cœleſtes ſuos faciant ſubditos,nempè,ſi ipſi cœli cœli ſint;& non cœli terræ.*

LXXXIV.

S. *GREG.Papa Moral.15.cap.19.Afferens per occaſionem illum verſum Pſ.49.*Aduocauit cęlum de ſurſum,& terram, vt diſcernat populum ſuum: *ait ſic:* Cœlos ſurſum aduocat, cum hi, qui ſua omnia relinquentes, conuerſationem cœleſtis vitæ tenuerunt, ad conſedendum in iudicio conuocantur, atq; cum eo iudices veniunt.Terra etiam ſurſum vocatur, cum ij, qui terrenis actibus obligati fuerant, in eis tamen plus cœleſtia, quam terrena lucra quæſierunt, quibus dicitur: Hoſpes eram,& collegiſtis me: nudus,& operuiſtis me. *Vbi apparet,Religioſos nō iudicandos:ſed futuros eſſe iudices.*

LXXXV.

HVGO *Cardin.Poſtil.in Pſ.107. Ad illum verſ.* Exaltare ſuper coelos Deus, & ſuper omnem terram gloriam tuam: *ſic:* Ideſt fac vt ipſi coeleſtes homines te exaltent bonis operibus: & ſic iuſtitiam facientes de iuſtitia remunerentur. Exaltatur autem Deus in bonis hominibus per bonam famam:per cultum: per iudicium: per fidem: per contemplationem. Pſ.Exaltate Dominum Deum noſtrum. Et ſuper omnē terram:ideſt ſuper peccatores,qui ſunt omnis terra,ideſt omninò terreni;ſit gloria tua, ideſt miſericordia:quæ dicitur,gloria, Rom.3. Omnes peccauerunt,& egent gloria Dei. *Vbi apparet, non minus immo magis glorificari Deū per miſericordiam peccatoribus exhibitam,quam per virtutes, &c. iuſtorum, & perfectorum.*

LXXXVI.

S. *PROSP.Expoſit.in Pſ.101.Ad illum verſum,* Dominus de coelo in terram aſpexit: Vt audiret gemitus compeditorū, & ſolueret filios interemptorum: *ait ſic*: Proſpiciente in terram Deo: hoc eſt miſericordiam ſuam hominibus tribuente, tàm fortia facta ſunt vincula charitatis,vt ea non poterit vincere violentia perſecutionis:per timorem enim Dei ſuperauerūt martyres timorem mūndi:& compedes fidei continuerunt eos ab exceſſu tranſgreſſionis, qui labot perſeuerantiæ tranſijt in libertatem gloriæ: vt gemitus verterentur in gaudia, & compedes in coronas. Soluuntur etiam filij mortificatorū, ideſt,martyrum,qui eadem inflammatr fide ſæcularium cupiditatum vinculis liberati poſſunt dicere; Diſrupiſti vincula mea,tibi ſacrificabo hoſtiam laudis.

LXXXVII.

S. *AMBROS.Serm.68.quod eſt de Nat.Apoſt.Pet. & Paul.Afferens pro fundamento illum verſū Pſ.18.* In omnem terram exiuit ſonus eorū,&c. *ait ſic:* In omnem terram mirabilium Petri virtus diffuſa eſt, & in fines Orbis terræ Epiſtolarū Pauli verba penetrarunt. Quis enim non audiuit, quod primum Petrus ſedenti ad portam ſpecioſam claudo ex matris ſuæ olim ventre iā debili reſtitueret firmitatem.Si ergo Petrus petra eſt,ſuper quā ædificatur Eccleſia,rectè prius pedes ſanat: vt ſicut in Eccleſia fidei fundamētum continet:ita & in homine membrorum fūdamenta confirmet. Rectè, inquam,primum in Chriſtiano pedes curat, vt iam non intrepidus, nec imbecillis poſſit ſuper petram Eccleſiæ,ſed robuſtus,& fortis incedere. Vbi autem verba Pauli non leguntur? Optima Apoſtolorum nomina (Petra, & Vaſculum) neceſſaria domui Saluatoris. Domus enim fortitudinis petra cōſtruitur,vtilitate vaſis ornatur.Petra ad firmitatem,nè labantur ſuſtentat populos: vas ad cuſtodiam nè tententur operit Chriſtianos.

LXXXVIII.

S. *PROSP.Expoſit. in Pſ.133. Ad illum verſum:* Benedicat te Dominus ex Syon; qui fecit coelum,& terram: *notans,quomodo à principio inceperit,dicens:*Ecce nunc benedicite Dominum, omnes ſerui Domini, &c. *ait ſic:* Plures hortatus eſt,vt benedicerent Dominum,& ipſe vnū be-

benedicit: quia ex pluribus vnum fecit, vt omnis Eccleſia,cuius corpus vnum, & anima vna, benedictionem tanquam vnus accipiat.

LXXXIX.

LVdolph. Chartuſienſis Enarrat.in Pſ.66.*Ad illum verſum*:Lætentur coeli, & exultet terra: *ait ſic*: Lætentur;anima intus gaudendo: & exultent: corpore extra hilares ſe oſtendendo: quia ſaluantur in vtroq;.

XC.

LVdolph.Carthuſian.Enarr.in Pſ.72.*Ad illum verſum*: Poſuerunt in coelum os ſuum, & lingua eorum tranſiuit in terra. *ait ſic*: Poſuerunt in coelum os ſuum; ſuperba contra Deum habitatorem Coeli loquendo, & Deum habitatorem coeli blaſphemando dicentes,Deum, vel neſcire mala ſua,vel non punire: & lingua eorum tranſiuit, & deambulauit in terra: malè loquendo cōtra proximum. Prius in coelum,deindè in terram linguam tranſtulerunt: quia prius contra Chriſtum: poſtea verò contra Eccleſiam locuti ſunt. Vel,lingua eorum tranſiuit in terra. Contempto coeleſti Domino ſeipſos in hac vita laudando, & magnificando, vel locutio eorum facta eſt terrena de terrenis loquendo,& foelicitatem in eis aſſerendo. *Vbi inter cætera apparet, maximam terrenorū æſtimationem præſupponere Dei præhabitum contemptum.*

XCI.

S. *PROSP.Expoſit.in Pſ.134.Ad illum verſum*: Omnia quæcunq; voluit Dominus: fecit in cœlo,& in terra,&c. *ait ſic*: In creanda autem vniuerſitate rerum,atq;formarum,non operatio fuit laboris,ſed ratio voluntatis:quam nullum præceſſit tempus, nullus eſt moratus effectus. Hanc potentiam homo totius mundi conſideratione cognoſcens,confiteatur: quia cum in agro cordis ſui,aliquid boni naſcitur, de opere, & munere eſt cœleſtis agricolæ,qui ea, quæ inſtituit per naturam, & corrupta ſunt per inobedientiam, dignatur reparare per gratiam.

XCII.

S. *Ambroſ.in Pſ.118.Ad illum verſum*: Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ: *ſic ait*: Quid ſibi vult quod ait: Peccatores terræ? ſunt ergo & cœli peccatores; ſicut ille, qui ait Lucæ 15.Peccaui in cœlum,& coram te.Ciuitas Dei Eccleſia eſt,Eccleſia corpus Chriſti. Peccat in cœlum, qui cœleſtis Ciuitatis iura contaminat, & immaculati corporis violat ſanctitatem ſuorum colluuione vitiorum. *Vbi apparet,differentia inter peccatores Chriſtianos, & infideles: iſti ſunt peccatores terræ,illi peccatores cœli.*

XCIII.

S. *Proſper.Expoſit.in Pſ.148.* Laudate Dominū de cœlis: laudate eum in excelſis: *ait ſic*: Nihil eſt in ſublimitate cœleſti, quod non pulchrum,atq; mirandū ſit:& quia omnia in Creatoris ſui concinunt laudem, non quaſi ceſſantibus ab inferioribus dicitur,vt in confeſſionem diuinæ laudis exurgant: ſed vt homo inſpiratus oſtendat ſibi placere quod faciunt,& eo per ſpē fidei delectari, ad quod per exhortationes promiſſionum Dei,etiam ipſe prouehitur. *Vbi apparet,admonitiones non ſemper indicare defectum in admonitis: ſed aliquando complacentia in admonentibus de opere benè facto.*

XCIV.

S. *IO.Chryſoſt.Hom.in Pſ.113.Ad illum verſum*: Deus autem noſter in cœlo omnia quæcūq; voluit fecit:*ait ſic*:Si autem in cœlo,multò magis in terra. Quid eſt, in cœlo quæcunq; voluit fecit? Vel ſuperiores,inquit,poteſtates,vel infinitos illos populos, vel præcepta,quæ cum facilitate peraguntur.Si autem in terra magna eſt confuſio,ordiniſq;perturbatio,nè mireris: à vitio enim hominum,& eorum,qui perſequuntur improbitate, non autem à Dei imbecillitate oritur.Quod enim ſit fortis, & potens, quæ in cœlo fiunt id ſignificant: ſi autem non ita fiat in terra: qui ſe ipſos reddunt indignos, in cauſa ſunt.

XCV.

S. *Iſidorus Hiſpal.de Natiu.Dom.cap.11. Afferēs per occaſionem illum verſum Pſ.84.* Veritas de terra orta eſt, & iuſtitia de cœlo proſpexit: *ait ſic*: Quæ eſt Veritas de terra orta, niſi Chriſtus de fœmina natus, Filius Dei de carne procedens? Nam caro terra eſt. Quando enim natus eſt Chriſtus,iuſtitia de cœlo proſpexit. Non enim daretur è cœlo iuſtificatio,niſi Chriſtus in carne naſceretur.

XCVI.

S. *PROSP.Expoſit.in Pſ.120.Ad primum,& ſecundum verſum,nempè*:Leuaui oculos meos in montes; vndè veniet auxilium mihi: Auxiliū

meum

Digitized by Google

Cœlum,& Terram.

meum à Domino, qui fecit cœlum, & terram. *ait ſic:* Ingreſſus viam virtutum, in qua ſunt gradus aſcenſionum ad montes, ideſt ad ſublimes quoſq; Sanctorum, oculos cordis attollit,& per ipſos Dei poſcit auxilium, qui fecit cœlum, & terram. Terram, ſcilicet, de qua cupit fugere: & cœlum quos optat aſcendere.

XCVII.

L*Vdolph.Carth.Enarr.in pſ.133. Ad illum verſ.* Benedicat te dominus ex Syon: qui fecit cęlum,& terram: *ait ſic:* Ideſt de cœleſti Hieruſalem, quod poteſt: quia ipſe fecit cœlum, & terram: ideſt omnem ſuperiorem, & inferiorem creaturam: & ideò potens eſt benedicere: *ſed antea notans, quod Dauid præmittit:* Benedicite Domino: *ait ſic:* Deus quidem non indiget noſtra benedictione: ſed ideò iubemur benedicere, quia cum ipſe à nobis benedicitur, eius in nobis benedictio extorquetur. Vndè & populo quem ad benedicendum induxit ipſe æquè benedici optat: quaſi dicat: Dixi: Benedicite: & vt hoc poſſitis: Benedicat te dominus ex Syon.

XCVIII.

S. *PROSP.Expoſit.in Pſ.123.Ad illum verſum:* Adiutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit cœlum & terram: *qui concluſionem facit à ſuperioribus, nempè:* Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium,&c. *ſic ait:* Meritò ergò non ſunt capti à venatoribus iſtius mundi, qui adiutorium quæſierunt in nomine Domini, qui cœlum,& terram creauit.

XCIX.

S. *IO.Chryſoſt.Hom. in pſ.113. Ad illum verſ.* Benedicti vos à Domino, qui fecit cœlũ, & terram: *ſic ait:* Vidiſti quanta ſit vis benedictionis. Verbo enim eius fiunt opera. Cœlum quidem certè verbum eius effecit. Verbo, inquit, Domini, cœli firmati ſunt. Illo verbo te benedicit, quod tanta poteſt. *Vbi patet, hominum benedictiones non magnificiendas eſſe: nihil verba hominum per ſe operantur, vnde videtur ex eo Epiſcopis ordinatum eſſe, vt non tantum ore, ſed etiam manu populum benedicant: ideſt oris benedictioni adiungant operis ſubſidium; aliàs vacuæ erũt eorum (quantumcunq; cantatæ) benedictiones.*

C.

I*Ncognit.Expoſit.Pſ.49.Ad primum verſ.5.* Deus deorum locutus eſt,& vocauit terram: *ſic ait:* Terra .n. hic peccatores ſignificat, quos vocare ad fidem,& pœnitentiam Chriſtus venit, ipſo dicente: Non veni vocare iuſtos: ſed peccatores ad pœnitentiam. Significat autem terra, peccatores, propter eius tres conditiones. Nam terra inter cœtera elementa, eſt in quãtitate minima. Eſt in qualitate frigida. Eſt in capacitate peſſima. Primò, terra eſt in quantitate minima inter omnia elemẽta, quia terra eſt incluſa inter omnia elementa. Et ideò ſicut circulus incluſus infra circulum, neceſſariò eſt minor circulo, infra quem clauditur, ſic & terra omnibus alijs elementis,&c. Hoc directè peccatori congruit: q̃a peccatum non ſolum homines facit paruulos, imò ipſos à vero eſſe elongando annihilat. Quia ſecundum Auguſtinum ſuper Ioannem: Peccatum eſt nihil, & nihil fiunt homines cum peccant,&c. Secundò, terra eſt in qualitate frigida: Quia ſecundum Baſilium hexame. terra eſt corpus frigidum,& ſiccum. Et ideò poteſt eſſe, quia magis diſtat ab elemento ignis quodlibet alio elemento. Et hoc directè peccato congruit, q̃d animam priuat ab igne diuini amoris. Quia vt dicitur Hierem.6. Sicut frigidam facit ciſterna aquam ſuam, ſic frigidam fecit malitiã ſuã, &c. Tertiò: terra eſt capacitate peſſima, quia capit peſſimum, .ſ. infernum, quia ſecundum Doctores, infernus eſt in centro terræ, diſtans à ſuperficie terræ per tria millia,& ducenta 45. milliatia cum dimidio, &c. Hoc directè peccatoribus congruit, quia infernus in medio cordis eorum, dum per cogitationes ſuas, & opera ad infernũ continuè tendunt.

CI.

N*Icetas Comm.in Orat.38.D.Greg.Nazianz. Afferens illum verſ.Pſ.95.* Cantate Domino omnis terra. *Cum illo eiuſd. Pſ.* Lætentur cœli,& exultet terra: *ait ſic:* Hoc loco per terrã, homines in terra habitantes intelliguntur. Quoniam autem eo tempore ob Chriſtum natum Angeli,& paſtores Deum laudabant, ac voluptate afficiebantur, mihi quoq; faciendum eſt, vt hæc duo in vnum contraham, ac cœleſtia ſimul,& terrena colligam cum Dauide dicã: Lætentur cœli,& exultet terra, hoc eſt, & cœleſtes Angeli,& homines in terra degentes.

Cœlum,& Terram.

CII.

INcognit.Expoſit.Pſ.113.*Ad illum verſum*: Benedicti vos à Domino,qui fecit cœlum, & terram;*aſſignat quãdam rationem, quare Deus voluerit prædicari Creatorem cœli,& terræ. Ait .n.ſic:* Quaſi dicat.Ille qui dedit terrena in antiqua lege,Deus fuit,qui illa dare potuit,quia dominus omnium terrenorum,quia fecit terram. Conſimiliter dare poteſt coeleſtia,quia dominus coeleſtium,quia fecit cęlum.

CIII.

S. IO.Chryſoſt.Homi.in Pſ.112.*Ad illum verſum*: Coelum coeli domino:terram autem dedit filijs hominum.*intelligens per cœlum, Angelos: per terram homines: ait ſic:* Dicitur coelum eius domus,quod ſit locus purus à vitio. Hoc dicit,qđ propterea in illis requieſcit, quia ſunt ab initio à vitio liberi. Quin etiam tu quoq; ſi non terræ affinis fueris, ſed Angelus efficiaris cęleriter in coelum,& domum paternam concendes. Atq; adeò vel ante reſurrectionẽ ex hoc ſæculo migraſti, esq; iam authoritate, & dignitate præditus. Quemadmodum enim multi eorum, qui ſunt in numero magni Senatus relati, & ſi ruri habitent,habent tñ dignitatem: ita ſi tu quoq; volueris eſſe ciuis cęleſtis, etiam ſi hic habites: illa dignitate frueris. *Vbi apparet,diſtantiam cœli à terra non nos prohibere Angelos, & Ciues cœleſtes eſſe:ſed quod prohibet eſt,impuritas vitæ.*

CIV.

ELias Cret.Comment.in Orat.D.Greg.Naz.*Affert illum verſ.Pſ.138.* Si aſcendero in coelum: tu illic es,&c. *ad probandum fugam Ionæ fuiſſe magis myſterium, quam Prophetam exiſtimaſſe ſe Deum effugere poſſe,& ait ſic:* Nec verò illud neſciebat, quod fugere cupiens locum quidẽ mutabat,Deum autem minimè fugiebat:quid enim iſtud: cum ipſe vbiq; præſens ſit, atq; omnia compleat.

CV.

LVdolph.Carth.Enar.in Pſ.133.*Ad illum verſum:*Benedicat te dominus ex Syon, qui fecit coelum,& terram,*ait ſic:* Nota,quod ſupra hortatur plures benedicere vni: hìc verò præcatur vnum benedici:quia & ſi plures ſint;tamẽ vnum ſunt habitantes in vnum, & vnitati benedictio conuenit. Tu eſto vnum, & per charitatẽ habita in vnum: & ad te benedictio conuenit. *Vbi Religioſi aduertant,quod debent eſſe plures in choro ad benedicendum Deo: & vnum in corde vt benedictionem Dei accipere mereantur.*

CVI.

INnocent.3.Com in 5.Pſal.pœnit.*Ad illum verſ.* Initio tu Domine terram fundaſti: *Aſſignans rationem, quare cum noſtro text. primùm dicatur creatum cœlum: Dauid dicat primo fundatam terrã: ait ſic:*Quia Moyſes dixerat, quod in principio. Deus creauit coelum,& terram: ne quis ordinẽ verborum attendens,putaret,quod prius coelũ, & poſteà terram creaſſet: occurrit Dauid hoc loco priùs nominans terram, quam coelum: vt oſtendatur,quod coelum, & terra ſimul fuerunt creata:ſed quod potuit ſimul fieri,non potuit ſimul dici.*Vbi apparet,penuria humanæ loquelæ,quę neq; verbo poteſt attingere, & cõplectere, quæ Deus opere compleuit.*

CVII.

HVGO Card.Poſtil.in Pſal.*ad eundem verſ. Allegoricè reſpondet ſuprapoſito dubio intelligens hæc verba dicta à Chriſto Domino reſpectu Beatiſſimæ Virginis Mariæ:Ait enim ſic:* Initio,ideſt antequam ego carnem aſſumerem (tu Domine) Pater(terram fundaſti) ideſt,Beatam Virginem, de qua dicitur in pſal.Terra dedit fructum ſuũ, quam fundauit Deus in fide, & morum conſtãtia.Vndè de ipſa ſic fundata benè exponitur, ꝙ dicitur Eccleſiaſt. 1. Terra in æternum ſtat. Et Cant.7.Statura tua aſſimilata eſt palmæ. Palma in ęſtate,& in hieme aſſiduè ſeruat virorem foliorum. Sic Beata Virgo in aduerſitate, & proſperitate virorem fidei,& aliarum virtutum ſeruauit.

CVIII.

S. IO.Chryſoſt.Homil.in Pſal.8.*Ad illum verſum:* Quoniam videbo coelos tuos, &c. *Afferens illud Pauli Act.17.* Deus, qui fecit coelũ,& terra,mare,&c.*Quærit,quare non dixerit Paulus etiã Deum creaſſe Angelos? Reſpondet autem in perſona Apoſtoli ſic:* Si enim dixero eum feciſſe Cherubim,duo erunt mihi probanda,quod ſunt Cherubim, & quod ea fecerit.In ijs autem, quæ videntur cogor ſolum oſtendere eum illa feciſſe. Quo circa eſt etiam oratio facilior, habet enim viſum teſtem eorum,quæ dicuntur, videt enim auditor magnitudinem pulchritudinem, & vsũ, conſtantemq;ac numeroſum curſum.In hoc ergo

Cœlum,& Terram.

go eſt ſolum mihi ſtudium ponendum,vt oſtendam id Deum feciſſe. *Vbi apparet, quod viſis operibus, facilius eſſe probare authorem, iucundioremq; eſſe ſermonē, quā quādo vtrunq; probare neceſsè eſt.*

C I X.

INcognit. *in pſalm. 135. Ad illum verſum: nempè:* Qui fecit cœlos in intellectu. Qui firmauit terram ſuper aquas: *ait ſic:* Aliter,& magis myſticè, vt ſic per cœlum intelligantur Angeli,& Doctores, vt dictum eſt in præcedenti verſiculo, ita per terram intelligantur ſimplices & illiterati,qui non valentes capere arcana fidei firma,ſuper aquas fundantur,ideſt, firmiter credunt fidem,quam in aquis baptiſmi ſuſceperūt. Vndè iſtam expoſitionem notat Auguſt.dicens: Quod dictum eſt,quod Deus fecit cœlos in intellectu,intellige ſpiritales ſanctos viros,quibus non tantum credere, verum etiam intelligere diuina donauit. Quæ qui intelligere nondum poſſunt,& ſolam fidem firmiſſimam tenent,tanquam infra cœlos terræ nomine figurantur. Et quia in baptiſmum,quem acceperunt,inconcuſſa credulitate conſiſtunt, ideò dictum eſt: Qui firmauit terram ſuper aquas.

C X.

GLO. *Interl. ſupradictum ſic exponit verſum:* Intelligibiles, vel intellectuales:.ſ. empyreum,quod etſi corporeum: tamen tantę eſt tenuitatis,vt à mortali videri non poſſit.

C X I.

S. *Hieron. Com. in pſ. 135. Ad illum verſum:* Qui firmauit terram ſuper aquas, *ſic myſticè exponit:* Licet dicatur terra ſuper aquas pendere, hoc eſt inani pondere: tamen terram noſtram fundauit,& firmauit in baptiſmate. Non dixit, ſuſtollit,aūt exaltauit, aut in cœlos fecit aſcendere. Baptiſma .n. peccata dimittit, & quaſi de carcere liberat:regna autem cœlorum non poteſt donare. Si non enim aliquis per opera, & fidem intrauerit,non poteſt ſecurus eſſe.

C X I I.

L*Vdolph. Carth. Enar. in Pſ. 112. Ad illum verſum:* Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat:& humilia reſpicit in coelo, & in terra: *ait ſic:* Qui in altis habitat, ideſt in Sanctis, qui dono eius alti ſunt,qui in terris poſiti, in coelis tamen conuerſantur. Humilia: ſcilicet eoſdem,in quibus habitat, reſpicit intuitu miſericordiæ. In cœlo,& in terra exiſtens. Sancti .n. qui in terra ſunt humiles,apud Deum ſūt alti:& hi ſunt in cœlo per libertatem ſpiritus:& quando eleuantur in contemplatiua: & in terra per habitationem carnis:& quando humiliantur in actiua,reſpicit quidem humiles. *Vbi apparet, non minus humiles, apparere ſanctos coram Deo, cū eleuantur ad cœlum per raptus contemplationis, quā cum hic per actionem humiliantur.*

C X I I I.

INcognit. *Expoſit. in Pſ. 92. Ad illum verſ.* Etenim firmauit orbem terræ: *ait ſic:* Et ideò quia mundus eſt rotundus dicitur orbis. Certū eſt autem,quod quælibet res ſperica, & rotunda habilis eſt ad motum,& faciliter mouetur:& ideò quia Apoſtoli domini poſt acceptionem Spiritus Sancti multum habiles fuerunt ad diſcurrendum per mundū,quia in paruo tempore totum mundum fide Chriſti repleuerunt Pſ. 18. In omnem terram exiuit ſonus eorum,&c. ideò quilibet ipſorum orbis terrarum dicitur: quaſi circulus terrarum propter velocitatem motus, & curſus ipſorum.

Ex Lib. Salom.

C X I V.

HVGO *Card. Poſtil. in Lib. Sap. Ad illa verba cap. 10.* Et difficilè æſtimamus, quæ in terra ſunt: & quæ in perſpectu ſunt inuenimus cum labore. Quæ in cœlis ſunt autem: quis inueſtigabit? *Quandam profert expoſitionem, ex qua non contemnenda conijci poteſt ratio, illi dubio hic non ſemel excitato; .ſ. quare Moyſes cum cælum, & terra ſimul crearentur, primò tamen poſuit cælum; Nimirum vt incipientes philoſophare à cæleſtium cognitione facilè deuenire poſſemus in cognitione terreſtrium. Nam ſic ait:* Difficilè æſtimamus, quæ in terra ſunt:quia ea non benè intelligimus, & ideò malè eſtimamus, ea temporalia ſpiritualibus præponētes: vndè incurrimus illam imprecationem Prophetæ: Vę, qui dicitis bonum malum,&c. Eſai. 5. Et quæ in perſpecto ſunt: ideſt ſubiecta ſenſibus: Inuenimus cum labore. Quare? Quia non benè quærimus. Primùm .n. quęrendum eſt cœlum:& poſt quæ in terra ſunt:ſecundum quod dicitum Mat. 6. Primum quærite regnum Dei,&c.

Digitized by Google

Cœlum,& Terram.

CXV.

ROpert. HolKot. ſup. lib. Sap. cap. 1 lect. 1. ad illa verba: Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram: ait ſic: Terram, .i. homines terrenos,& terrenis deſiderijs inhęrentes. *Et notans, quia ideò dixerit:* Diligite iuſtitiam; *vt oſtenderet, non debere eſſe iuſtitiam affectatam, oſtendit principalia vitia, quæ affectare ſolent iuſtitiam; & inter cætera afferens iracundiam, ait ſic:* Sicut Cato dicit. Ira excogitat cauſas calumniandi, & vbi culpa non ſubeſt, ira in poena neſcit modum tenere. Vnde Seneca lib. 1. de ira ad Nouatum: de quodam iudice malo, dicit, quod furore accenſus condemnauit ad mortem tres milites innocentes per hunc modum. Vnum iuſſit occidi: quia de via redierat ſine ſocio comilitone, imponens ei, quod eum interfecerat: præcepitq; ſtanti cuidã militi, quod eum duceret ad locum ſupplicij, vbi morte plectetetur. Cùm autẽ eſſet eductus redijt comilito ſanus,& incolumis, ꝓ quo alius morte plectendus ducebatur. Vidẽs autem hoc tertius miles, qui primũ ducebat verſus ad ſupplicium: redijt ad iudicem, & ambos coram illo milites præſentauit, quos vt vidit Tyrannus furore accenſus, iudicium dedit tale. Primò dixit: Te iubeo occidi: quia iuſſus ès occidere,& Imperatori non obediſti. Secundò, te, inquit, iubeo interfici, quia damnatus es. Et tertiò, te, inquit, ſimiliter iubeo interfici, quia cauſa comilitoni damnationis fuiſti. Et ſubdit Seneca ibidem. O quam ſolers eſt iracundia ad fingendum cauſas furoris: tres .n. ibi puniti ſunt ob vnius innocẽtiam. Excogitat iſte quemadmodum faceret crimina, cùm nullum inueniret, habet .n. iracundiã hoc malum, quod non vult regi. Nam ipſi veritati iraſcitur, ſi contra voluntatem eius aliquid faciet. Hęc Seneca.

CXVI.

HVGO Card. Poſtil. in Lib. Sap. cap. 5. *Ad illa verba:* Pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos: *myſticè per terrarum orbem intelligens Eccleſiam: ait ſic:* Qui igitur non pugnat non pugnat contra malos pro Domino, vel potiùs pro Domino: non eſt de orbe terrarũ. Vndè Lucæ 11. Qui non eſt mecum, contra me eſt: & qui non colligit mecũ, diſpergit. Vndè Hieu Propheta de hoc reprehendit Ioſaphat Regem Iuda 2. Parali. 19. vbi dicitur: Impio præbes auxilium: & his, qui oderunt Dominum amicitia coniungeris: idcircò iram quidem Domini merebaris.

CXVII.

HVGO *idem ibid. ad illa verba cap. 6.* Dicite iudices finium terræ: *in eodem ſenſu intelligẽs per terram, Eccleſiam, ait ſic:* Diſcite iudices finiũ terræ, ideſt malorũ, qui ſunt fines terræ ſanctæ, ideſt, Eccleſię, non intra ſumpti, ſed extra. Vndè pſ. 8. In omnem terram exiuit ſonus eorum: .i. in bonos, qui ſunt intra Eccleſia: quæ eſt terra ſanta. Et in fines orbis terræ verba eorum: ideſt in malos, qui ſunt extra. Similiter accipitur Prouerb. 17. Oculi ſtultorum in finibus terræ.

CXVIII.

HVGO Card. Poſtil. in Cant. *Ad illa verba c. 2.* Flores apparuerunt in terra noſtra: *ait ſic:* Et eſt triplex terra. Terra .ſ. inimica: terra aliena: terra noſtra. Prima eſt in inferno: ſecunda in mũdo: tertia in cęlo. De prima dicitur Baruc. 3. Quid eſt Iſrael quod in terra inimicorũ es? De ſecunda ibidem. Inueteraſti in terra aliena. De tertia dicitur hìc: Flores apparuerunt in terra noſtra.

CXIX.

APonius Comm. ibi. lib. 3. *Hunc locum explicat de morte Sanctorum Innocentium: ait .n. ſic:* Flores apparuerunt in terra: Ad tanti quippe ſponſi ornandam aulam regalem, neceſſariò pro venenoſis nequitiæ tribulis innocentiæ flores, per infantium alliſionem apparuerunt in terra, cui malè dixerat in Protoplaſto Deus. Quibus teſtibus coronatus, Magotum prænuncio inducitur in Iudæam: in quibus Eccleſia primùm decoris ornamenta ſuſcepit.

CXX.

HVGO Card. Poſt. in 2. Petr. 3. *Afferens per occaſionem textus illa verba Sap. 5.* Et pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos: *quod omnes Doctores intelligunt de elementis, qui vt ex verbis Apoſtoli conſtat, futuram in vltimo die per ignis conflagrationem: ad dubium, quod hic inſurgit, nempè, quomodo cum omnia ſint contrariarũ qualitatũ in vnũ poſſint concurrere, vt per vnum .ſ. per ignem mundum abſumant; ait ſic:* Dicunt quidã, quod corpore ſupra cœleſtia creata fuerunt ſic: vt aliquando conuenirent in naturã humidi: ſicut fuit in diluuio: & aliquãdo in naturam, vel effe-

· Cœlum,& Terram.

effectũ calidi conuenientiſſimo tp̃e ſecundũ naturam. *Vbi habemus aduertentiam,nè ex contrarietate rerum putemus neceſſè eſſe miraculum, vt contra nos adunata inſurgant: nam naturaliter,Deo ſic diſponente;in aliquo adunari poſſunt, quando creatori libuerit,& idem Moyſes à principio, cœlum & terra ſimul concreta deſcripſit, cum tam inter ſe diſtantia eſſent.*

CXXI.

PHilon Carpathiorum Epiſ.Interpr. in Cant. Ad illa verba cap.2. Vox turturis audita eſt in terra noſtra: *ait ſic*: Et ſi per turturem Eccleſia quoq; poteſt intelligi, & per terram patria beatorum. Cùm enim ſponſa pro deſiderio ſponſi gemit,eumq; deprecatur aduenire,& ſibi opem ferre quandiù in hac vita peregrinatur exauditur in cœlo clementiſſimè à ſpõſo,atq; laudatur vt fructuoſa,ait .n. Ficus protulit groſſos ſuos.

CXXII.

IVſtinus Orgelitanus Explic.ibid. ait ſic: Anna in Euangelio, octoginta quatuor annorum caſtiſſima vidua non recedens de templo in ieiunijs,& orationibus Chriſtum agnoſcit, [& loquitur de eo omnibus,qui expectabant redemptionem Iſrael.Iſtarum quoq; auium combinationem in ſacrificium offerri mandauit: qui nihil omninò in oblatione Dei præclarum,niſi cũ fideles corpore, & ſpiritu ſanctificati Domino offeruntur.

CXXIII.

HVGO Cardin. Poſtil. ibidem: eadem verba ſic exponit: Vox turturis audita eſt in terra noſtra:ideſt in corde ipſius pœnitentis, quod debet eſſe terra noſtra, ideſt communis omnibus. Deo per deuotionem: fratri per dilectionem: próximo per compaſſionem, ſibi ipſi per tẽperantiæ virtutem.

CXXIV.

S. Bernard.Serm.59.in Cant.Ad eadem verba, ait ſic: Illius Doctoris libenter audio vocem, qui non mihi plauſum, ſed mihi planctum moueat:Verè turturem exhibes,ſi gemere doceas. Et ſi perſuadere vis gemendo id magis, quam declamando ſtudeas oportebit.

CXXV.

S. Auguſtin.Homil.33. Afferens eadem verba per occaſionem explanandi illum verſum Pſal.83. Etenim paſſer inuenit ſibi domum, & turtur nidum vbi rẽponat pullos ſuos: *ait ſic*: In turture, & paſſere, Saluator noſter ſignificatur: Fratres chariſſimi,paſſer enim, vt ſcitis, per parua auis eſt.Turtur enim,vt legimus pudiciſſima.Et ideò Saluator noſter paſſer dicitur; quià docuit primus humilitatem.Turtur dictus eſt; quia docuit primus caſtitatem. Vndè etiã in Cãt. Canticorũ Propheta dixit: Vox turturis audita eſt in terra noſtra. *Vbi apparet,caſtitatis,& humilitatis virtutes,eſſe germanas, alteramq; alteri vnitam.*

CXXVI.

S. Bernard.Serm.59.ſuper Cant.Ad illa verba c.2. Vox turturis audita eſt in terrã noſtra: *ait ſic*: Minimè iam diſſimulare queo,quod ecce ſecũdo is,qui de cœlo eſt,de terrã loquitur. Vtique tam dignanter,tam ſocialiter, quaſi vnus è terra.Sponſus eſt iſte: qui cum præmitteret flores apparuiſſe in terra,adiunxit, noſtra: & nunc nihilominus,vox,inquit, turturis audita eſt in terra noſtra.Ergò ratione carebit Deo quidem tã inſueta (nè dicam indigna) locutio? Nuſquam (vt opinor) de cœlo ſic locutum reperies, nuſquam alibi de terra.Aduerte igitur quantæ ſuauitatis ſit, Deum cœli dicere in terra noſtra. Quiq; terrigenæ, & filij hominum audite: Magnificauit Dominus facere nobiſcum.Multum illi cum terra,multum cum ſponſa,quam de terris ſibi adſciſcere placuit.In terra,inquit,noſtra. Non planè principatum ſonat vox iſta,ſed conſortium,ſed familiaritatem. Tanquam ſponſus hoc dicit,non tanquam Dominus. Quid? Conditor eſt,& conſortem ſe putat.Amor loquitur, qui Dominum neſcit. *Vbi apparet,per amorem tolli dominium rerum,& communia omnia reddi.*

CXXVII.

MAgiſter Soto maior in Canti: quaſi ſuperiori Diui Bernardi concinens doctrinæ: ait ſic: Nihil tamen prohibet,ſi dicemus pronomen, noſtrã,cum ait ſponſus:Terra noſtra,illud ſignificare, nempè,quod ſponſus, ſiuè dilectus, non ſolum ipſam naturam, ſeù humanitatem, ſed ẽt patriam, nataleq; ſolum commune habeat cum ſponſa tanquam verus homo. Vndè non ſolum filius hominis, ſed ẽt Nazarenus de patriæ ſuæ nomine in Euangelio vocatur,&c. Pro qua re videndus Diuus Chryſoſt. ex varijs in Mat. locis Homil. 13.tom.2.ſuper illis verbis: Aſcendens Ieſus in nauiculam tranſretauit, & venit in Ciui-

Cœlum, & Terram.

uitatem ſuam, vbi inter cœtera ſic ait: Creator omnium Deus, poſtquam ſe propter nos anguſtiauit in carne, cœpit habere humanam patriã, cœpit Ciuitatis Iudaicæ eſſe ciuis, parentes habere cœpit, parentum omnium ipſe parens, vt inuitaret amor, attraheret charitas, vinceret affectio, ſuaderet humanitas, quos fugarat dominatio. *Vbi apparet, patriæ communicatio addere ſibi per carnalem, & conſanguineam viciſſitudinem: Et paulò poſt addit ſic*; Quod ſi ſponſus cœleſtis, nõ dedignatur, neq, erubeſcit terram, & patriam ſuã confiteri, atq; etiam de nomine patriæ ſuæ, quantumuis, ignobilis, obſcuræ, & vilis vocari, atq; dignoſci: valdè profectò eſt indignum; & iniquum, vt aliquis noſtrum, qui verè terreſtres ſumus erubeſcat patriã ſuam agnoſcere, & confiteri, quantumuis ea ſit humilis, & abiecta, de qua quidem re legendus erit *D*iuus Greg. Nazian. orat contra Arrianos pag. 252. vbi reſpondens his, qui ei patriæ ignobilitatẽ obijciebant, ita ait: Verùm hoc criminis rationẽ non habet, inquit Nazian. Niſi verò quis hoc nomine delphinum accuſandũ putet, quod terreſtre animal non ſit, & bouem, quod in aquis non degat, & murænam, quod in vtroq; elemento vitã agat.

C XXV III.

S. *Ambroſ.* Lib. *de Iſac, & anima cap. 4. Ad eadem verba, ſic ait:* Benè addidit Propheta, noſtra, quaſi admirans, quod vbi antè impudicitia, ibi caſtitas.

CXXIX.

R*Opert. HolKot. ſuper lib. Sap. cap. 6. lect. 86. Ad illa verba*: Multitudo ſapientium ſanitas eſt orbis terrarum: *ait ſic:* Et nota, quod ad bonum regimen requiritur ſapientia, & ẽt multitudo ſapientũ. Si deſit ſapientia: erit ſicut de Roboam contigit. 3. Reg. 12. Reſpondit enim populo dura, &c. Multitudo aũt neceſſaria eſt: quia in nullo vno ſapiente poſt Chriſtũ poſuit *D*eus perfectionem ſapientiæ. Et ideò nullus Princeps, vnius conſilio debet eſſe contentus. Vndè Prou. 11. Vbi non eſt gubernator, corruet populus: ſalus autem vbi multa conſilia.

C X X X.

S. *Greg. Naz. Orat. 26. Afferens per occaſionem illa verba Prouerb. 8.* Quando præparabat cœlos aderam, &c. cum eo eram cuncta componẽs: *notans ad nihil aliud dicere diuinam ſapientiam ſe Deo creanti aſſiſtiſſe, niſi vt ordinem rebus creatis largiret: ait ſic*: Ordo nos à mutis animantibus diſtinxit, Ciuitates condidit, leges inſtituit, virtutem honoribus, vitium pœna affecit, artes excogitauit, matrimonia conſtituit, &c. Ordo omnium rerum pater, & præſidium eſt: *Et poſtquam multa ſic diſſeruit progrediens, ait*: Aq; vt ad rem ipſam, cuius cauſa hæc omnia diſſerui, & ad quã iam pridem oratio noſtra feſtinat, veniamus; ordo in Eccleſijs quoq; conſtituit, vt alij oues ſint, alij paſtores: alij præſint, alij ſubſint, ac pareant: alius velut caput ſit; alius pedes, alius manus, alius oculi, alius aliud quodam corporis membrum ad totius Eccleſiæ concinnitatem, & vtilitatem, vel inferiùs, vel præſtant ius. Et quemadmodum in corporibus, nec membra inter ſe diuulſa ſunt, verum cuncta vnum corpus ſunt, ex diuerſis membris conflatum, nec rurſum idẽ omnium munus eſt, tamen ſi alioqui ad beneuolentiæ, concordięq; neceſſitatem, honoriſq; parem in diſparibus rationem, alia aliorum opera ex æquo indigeant, neq; enim oculus ambulat: nec lingua voces accipit, id enim aurium eſt. &c. mens deniq; omnibus præeſt, atq; imperat, nimirũ à qua uis ſentiendi proficiſcitur, & ad quam omnes ſenſus referuntur. Ad eundem quoq; modum apud nos; hoc eſt, in cõi Chriſti corpore res ſe habet. Omnes .n. corpus vnum in Chriſto ſumus, ſinguli autem Chriſti, atq; alij aliorum membra. Alij enim dominantur, & pręſunt: alij parent, & reguntur. Et quamuis non eadem ſit vtrorunq; actio; niſi quis idem eſſe contendat (præeſſe, quod parere) fiunt tamen vtriq; in vnum Chriſtum ab eodem ſpiritu cõſtructi, atq; cõpacti. *Et poſt pauca ſic:* Hũc ordinẽ reuereamur, o, fratres, hunc teneamus, & conſeruemus. Alius auris ſit, alius lingua, alius manus, &c. Alius doceat, alius diſcat, alius proprijs manibus operetur.

C X X X I.

H*VGO Card. Poſtil. in Prou. 25. Ad illa verba*: Cœlum ſurſum, & terra deorſum: *myſticè ſic ait:* Cœlum quo ad nouum teſtamẽtum, quia docet, & ducit ad cęleſtia: terra quo ad vetus teſtamentum: quod ſecundum ſuperficiem litterę ſola terrena promittit. Vnde in Eccleſia lectiones de veteri teſtamento terminantur in deorſum: lectiones verò de nouo terminantur in ſurſum.

Hugo

Cœlum,& Terram.

CXXXII.

HVGO Card.Poſtil. in Eccl.5. Ad illa verba: Neq; cor tuum ſit velox ad proferendum ſermonem coram Deo. Deus enim in coelo: & tu ſuper terram: *ait ſic:* Nomine coeli Eccleſiaſtes intelligit lucẽ inacceſſibilẽ quam Deus inhabitat: vt dicitur. 1. Tim. 6. Nomine terrę intelligit tenebras peccatorum,& ignorantiæ. Idcircò ſint pauci ſermones tui de Deo: de quo etiã vera dicere periculoſum eſt.

Ex Prophetis.

CXXXIII.

OLeaſter Comment. in Eſai. Ad illa verba c.51. Et oblitus es Domini factoris tui,qui tendit coelos,& fundauit terram: *ad litteram ait ſic*: Verba ſunt Domini conſolantis Eccleſiam: hortando eam, vt memor ſit in tribulationibus ſuis quantæ potentiæ ſit ipſe, qui eſt Dominus, & creator eius. Si, inquit, credas quam potens ego ſum, qui cœlum creaui,& terram fundaui, & quod diliguo vnicè te neminem timebis. *Et ad mores ait ſic:* Non dicit, Conſidera, quis, & quid ille ſit,qui te perſequitur, quoniam indignus eſt,vt illius recorderis,ſed potius expẽde, quæ tu ſis habens Deum adiutorem. Confer te cum inimico, qui nullius eſt reputationis apud Deum,tu verò maximę.

CXXXIV.

RVper. Abbas Com. in Iobel. Ad illa verba c.1. Zelatus eſt Dominus terram ſuam: *ait eſſe dicta à Domino reſpondendo Sacerdotibus clamantibus, ac dicentibus immediatè ante:* Quare dicunt in populis vbi eſt Deus eorum: *& ait ſic:* Inſipiẽtium erat dicere in populis, vbi eſt Deus eorũ, pro eo,quod videbant virgam peccatorum admiſſam, ſuper ſortem iuſtorum, & cædi corpora eorum viſibiliter Deo non apparente ad defendendum,& putare illos non habere Deum, aut certè non poſſe adiuuare Deum ipſorum. Non ita eſt. Sed zelatus eſt Dominus terram ſuã zelo bono,zelo paterno, & ſicut pater percutiẽs miſeretur filiorum ſuorum,& parcit eis,ita percuſſit, & percutiendo pepercit populo ſuo tanquã filijs. Notandum,quod cum diceret, Zelatus eſt Dominus terram,addidit, ſuam. Terram nanq; ſuam dicit literaliter quidem terram Chanaan à ſemetipſo filijs Iſrael datam. Vnde,& quodam loco dicit: Terra enim mea eſt,vos coloni mei eſtis; ſpiritualiter autem Eccleſiam, quam ſuo ſanguine adquirendo fecit ſuam. Sicut terram illam zelatus eſt Dominus ſuper filios Iſrael, eo quod ingreſſi contaminaſcent eã,& tradidit eos in manus gentium,& tamẽ pepercit populo ſuo, dando illos in miſericordias in conſpectu omnium,qui cœperunt eos. Sic Eccleſiam ſuam ſemper zelatus eſt, nè ſacramenta eius indigni indignè tractarent, & permiſit fieri perſecutiones,vt electi cribarentur ſicut triticũ,diſcedente palea qualis in initio fuit,ꝓditor Iudas,oportere iudicans hæreſes quoq; eſſe,vt qui probati eſſent,fierent manifeſti: & tamen inter ipſas tribulationes fierent clariores, glorificati virtutibus in ſignis. Hanc diſciplinam patris ignorãtes dicebant in populis videntes corpora martyrũ diſcurtiari,Vbi eſt Deus eorum.

CXXXV.

GLoſa, Ad illa verba Dan.2. quæ ſapientes Babyloniæ reſponderunt Nabuchodonoſori interroganti de ſomnio ſuo, & eius interpretatione: Nõ eſt homo ſuper terram, qui ſermonem tuum Rex poſſit implere: *ait ſic:* Quærunt Hæbrei,cur Daniel,& tres pueri non ingreſſi ſunt ad Regem cũ alijs Sapientibus: & ſic ſoluunt. Cùm Rex dona maxima,& ſummum honorem promittebat eis: ire noluerunt: nè dignitatem,& diuitias viderẽtur ambire. *Vbi apparet, Sanctos & pios etiam ſi aptos ſe cognoſcant ad munia Reipublicæ, ea maximè debere fugere vbi nota ambitionis,aut, cupiditatis apparere poſſit. Et poſt aliqua iterum ſic:* Daniel & ſocij eius nõ venerunt nè premia ambire viderentur,vel propter inuidiã: nè fortè Chaldæi inuiderent ſapientiæ eorum: *Vbi apparet, quod etiam debent effugere occaſiones inuidiæ, & abſtinere ab omni oſtentatione,niſi cum vocati, & obligati fuerint.*

CXXXVI.

HVgo Card. Poſtil. in Hiere. Ad illa verba c.15. Et diſpergam eos ventilabro in portis terræ: *myſticè ſic ait:* Per portas,dies iudicij, in qua aperietur porta paradiſi bonis, & porta inferni malis. Prouerb. vlt. Nobilis in portis vir eius: qñ ſederit cũ Senatoribus terræ: Vel,quia per portam in domum intratur,& exitur,per portas natiuitas,& mors ſignificatur: in quibus ventilatur ho-

Cœlum,& Terram.

homo: quia in eorum recordatione ſeparatur à paleis vanitatis,& leuitatis, retinens ſola grana virtutum. *Vbi apparet, ratio, quare Eccleſia Fer. 4. in cap. Ieiunij vtrunq; commemorat: dicens:* Quia cinis es:& in cinerem reuerteris.

CXXXVII.

Hugo idem ibid. Ad illa ver. cap. 50. Super terram dominantium aſcende: *ait ſic:* Myſticè: præcipitur hoc Prædicatoribus: qui qñ Deum debent prędicare magnatibus, debent aſcendere ſuper terram eorum, ideſt, terrenitatem, vt non pateant eis: iuxta illud ſup. 1. Conſtitui te hodie ſuper gentes, & regna vt euelas, & deſtruas. *Vbi Prædicatores in tali caſu non attendant Cœlum eorum dignitatum: ſed terram eorum fragilitatum: & hanc confidenter aſcendant.*

CXXXVIII.

Hugo idem ibidem ad illa verba: Quomodo confractus eſt malleus vniuerſæ terræ: *ait ſic:* Hic eſt Diabolus: qui non fuit confractus omninò antè nouum teſtamentum: quia tunc oẽs quantumcunq; iuſti trahebantur à diabolo ad inferos. Sed Chriſtus vadens in infernum confregit eum. Hoc etiam põt dici in morte alicuius tyranni, vel mali Prælati. Simile Eſai. 14. Quomodo ceſſauit exactor: qui euit tributum. Contriuit Dominus baculum impiorum: virga dominantium cedentem populos.

CXXXIX.

S. Hieron. Com. in Eſai. lib. 11. Ad locum illũ c. 40. Qui ſtatuit quaſi cameram cœlum, & extẽdit quaſi tabernaculum ad habitandum: *ſic ait:* Quid igitur ſuperbit terra, & cinis? quia cœlum, immo, vt ſcripturarum vtar authoritate, cęli extenduntur quaſi camera, ſiuè, vt in Hæbraico continetur, quaſi tenuiſſimam puluerem: de quo ſupra diximus: pro quo 70. ibi ſaliuã interpretati ſunt: & vnum verbum, nunc ſputũ, nunc cameram, ideſt fornicem tranſtulerunt: & tantam eorum latitudinem, quaſi tabernaculum, & papilionem extendit deſuper, vt ſimilitudine tecti operiret homines, & quaſi in domo latiſſima habitare faceret: quid miramur ſi parua hominum corpora, quaſi locuſtæ, & minuta reputentur animantia? Rurſum & in hoc loco, qui terris imminere cœlum, & in ſimilitudinem ſphæræ cœlum eſſe contendunt, abutuntur nomine fornicis, quod ſcilicet media pars ſphæræ terras operiat, cùm in Hæbraico non fornicem, ſed tenuiſſimum puluerem legerimus. Pro quo ſaliua, quæ proijcitur in terram, & pulueri comiſcetur, & deperit, oſtendit vniuerſam corporis magnitudinem pro nihilo reputãdam. Qui autem extendit cœlos, & expandit eos, vt vel ſupra habitarent Angelorum multitudines, vel ſubter homines morarentur, & quaſi magnam rationabilibus creaturis fecit domum, ipſe pro qualitate temporum Principes conſtituit, ſiuè ſecretorum ſcrutatores, vt ſint quaſi non ſint, & Iudices terræ, velut inane. *Vbi apparet, erga Deum nulla corporalia eſſe magna: & quam parum faciat Principes, & Iudices terræ.*

CXL.

Hugo Cardin. Poſtil. in Eſai. Ad illa verba c. 51. Poſui verba mea in ore tuo, &c. vt plantes cœlos, & fundes terram: *ſic ait:* Ideſt, cœleſtia deſideria plantes in cordibus hominum tanquã in pingui terra, vt ſurſum fe;antur fructus eorũ. Sed nota quod in alba terra fructus pereunt: ſic in hypocritis. Et fundes terram, ideſt, fundum, & terminum ponas terrenis deſiderijs, nè in abyſſum eant per infinitatem.

CXLI.

Rupert. Abb. Com. in Oſe. ad illa verba cap. 4. Quia iudicium Domini cum habitatoribus terræ: non eſt .n. veritas, non eſt miſericordia, & non eſt ſcientia Dei in terra, *ait ſic:* Tria hæc ſi benè cõſiderentur, digna ſunt, vt vbicũq; fuerint, cædat iudicium, & accedat miſericordia Dei, vbicunq; autem non fuerint, miſericordia locum non habeat, iudiciumq; fiat.

CXLII.

Hugo Card. Poſtil. in Eſai. ad illud cap. 66. Cęlum ſedes mea: terra ſcabellum pedum meorum: *ait ſic:* Cœlum, ſunt contemplatiui, in quibus quietam habet manſionem: Terra ſunt actiui: qui dicuntur ſcabellum pedum eius: quia in illis imprimit veſtigia ſuarum operationum.

CXLIII.

Hugo idem ibid. iterum: Pedes Chriſti ſunt extremi in Eccleſia, ideſt pauperes, vel Prædicatores. Horum ſcabella ſunt diuites terreni: qui ſuſtentant, & ſupportant eos, modicum de terra eis concedentes, vt poſſint Deo vacare.

S. Greg.

Cœlum, & Terram.

CXLIV.

S. *Greg. Naz. Orat. 32. Aſſerens per occaſionem illa verba Eſai. 14.* Quomodo cecidiſti de cœlo lucifer: *ad probationem cuius conſiderationis loquẽs de Angelis in ſtatu creationis: ait ſic:* Vellem quidẽ mihi dicere liceret ad malũ prorſus immobiles eſſe, vtpotè Deo appropinquantes, ac citra medium illius lumine coruſcantes: (nos .n. intermedia Angelorum opera illuminamur) verũ, vt eos potiùs, ægrè, mobiles dicam: mihi perſuadet Eſaias dicens: Quomodo cecidiſti de cœlo, &c. *Vbi apparet, caſus illorum Religioſorum, qui maiori habebantur opinione præbere materiam ſæcularibus, vt de ſtabilitate cæterorum dubij ſemper ſint.*

CXLV.

O*Leaſt. Com. in Eſai. cap. 41. ad mores, Aſſerẽs per occaſionem illa verba Dei, etiã Eſa. 65.* Ecce ego creo cœlos nouos, & terrã nouã, &c. *ait ſic:* Parum ẽt illi eſt, antiqua creata illis miniſtrare, niſi noua, & inſolita eorum gratia cõdat. Solent Principes, qui tenere filios diligunt, cũ eos nuptui tradunt, nouas illis ædes conſtruere, non ſinentes eos in antiquis, ac veteribus habitare; ſi Deus facit ſuis. *Vbi apparet, non eſſe mirãdùm de extraordinarijs beneficijs nouis, & inauditis, quibus videmus, & audimus Deum ſuos Sãctos recreare, quaſi ad hoc ei ãtiqua alijs facta vileſcãt.*

CXLVI.

R*Vper. Abb. Com. in Iobel. Ad illa verba cap. 2.* Et dabo prodigia in cœlo, & in terra, & ſanguinem, & ignem, & vapore fumi; *quæ verba immediatè ſequuntur ad illa:* Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem, &c. *ait ſic,* Non credent, non audient, non animaduertent, niſi magna, & multa viderint prodigia fieri. Effundã igitur ſpiritum meum, inquit, & per uirtutẽ eius dabo prodigia in cœlo, & in terra, & quod prædicatio iudicij confirmetur vbiq; ſequẽtibus ſignis. Dabo ſanguinem, dabo ignem, ſubauditur in teſtimonium illis, vt videlicet non ſolũmodo miraculorũ prodigijs, ſed ẽt magnitudine perſeuerantiæ commoti, cum tot millia teſtium vſq; ad ſanguinem perſeuerare viderint, & ignem charitatis Dei nullis perſecutionum aquis, nullis fluminibus, quamuis multa ſint, poſſe in illis extingui, vt credãt eorum teſtimonio, aut inexcuſabiles ſint. Dabo & vaporem fumi ſimiliter in teſtimonium illis. Fumum, hìc aut cæcitatem, quæ in Iſrael contigit, aut certè, quoniã fumus lachrymas excitare ſolet, compunctionem pœnitentium, licet intelligi. Etenim vtraq; hæc vim prodigiorum obtinet. *Vbi apparet, non minus mirabiles eſſe in Eccleſia pœnitentes, quam martyres, et miraculoſi Sancti: Non parum etiã exageratur cæcitas, & Iudæorum perfidia.*

CLXVII.

O*LEAST. Com. in Eſai. Illum tex. c. 5.* Et leuabit ſignum in nationibus procul, & ſibilauit ad eum de finibus terræ: *quæ verba intelliguntur de Chaldæis, quos Dominus venire fecit contra Iudæam: tenet finem terræ idem eſſe, quod, de longinquo terra enim cum circularis ſit figuræ finẽ non habet. Et moralem hanc addit doctrinam.* Pulchrè valdè depingit locus iſte, quam parati, & expediti ſint impij ad malum: non cõguntur, nõ rogantur, neq; ſaltem inuitantur. Ad vexillum viſum veniunt & ad ſibilum currunt, etiã ab extremo terræ. *Et poſt aliqua ſic:* Non cunctantur: ſed citò leues, & expediti veniunt: Nõ eſt inter eos deficiens, non laborans, non dormitans, nec dormiens: Non ſolutũ lumborum ſingulũ, neq; rupta corrigia calceamentorum. Ad bonum verò quam pigri, quam tepidi ſint audiamus Prouer. 1. Vocaui & renuiſtis, extendi manum meã, & non fuit qui aſpiceret. *Quæ vltima Prou. verba Hugo Card. Poſtil. ibid. ſic myſticè exponit:* Extẽdi manum meam in cruce pro vobis. Vel extendi manum meam; ideſt largiendo beneficia. Et nõ fuit, q aſpiceret me in cruce, vel beneficia mea.

CXLVIII.

H*VGO Card. Poſtil. in eundem Prophetam per fines terræ intelligit Romã, quæ procul erat à Iudæa, & cuidam dubio ex ſup. poſito textu inſurgenti, ſic reſpondit:* Eleuabit ſignum, &c. ideſt inſpirauit contra Iudæos. Et hoc eſt ſignum vocationis. Sed ſi Dominus inſpirauit Romanis, vt venirent: ergo aduentus eorum fuit à Deo: qđ fuit mortale peccatum: ergo mala actio fuit à Deo. *Et poſt alias ſolutiones ait ſic:* Dicendum, qđ Dominus non inſpirauit Romanis vt venirent: ſed inſpirauit eis tãtam malitiam eſſe Iudæorũ, quod digni eſſent amittere terram ſuam, & qđ Dominus proiecerat eos: & ipſi moti ſunt ad impugnandum eos, non amore iuſtitiæ, ſed propria cupiditate. *Vbi apparet, quod infamia peccatorum cuiuslibet regni, eſt ſignum, quod Deus erigit*

Cœlum,& Terram.

vt inimici contra illud conſurgant,& congregentur: ipſa peccata hoſtibus ſibilant: vt adueniant.

CXLIX.

S. *CYPR. ad Demetrian. 2. Aſſerens per occaſionẽ illa verba Aggei cap.*1. Propterea abſtinebit cœlum à rore, & terra ſubtrahet procreationes ſuas:& inducam gladium ſuper terrã,&c. *ait ſic.* Indignatur ecce dominus,& iraſcitur,& quod ad Deum nõ conuertamini comminatur: & tu miraris,aut quæreris in hac obſtinatione; & contemptu veſtro, ſi rara deſuper pluuia deſcendat, ſi terra ſitu pulueris ſqualeat, ſi vix ieiunas,& pallidas herbas ſterilis gleba producat: ſi vineam debilitet grando cædens, ſi oleã detruncet turbo ſubuertens: ſi fontem ſiccitas ſtatua, aerem peſtilens aura corrumpat, hominẽ morbida valetudo conſumat: cùm omnia iſta peccatis prouocantibus veniãt, & plus exarcebetur Deus,quando nihil talia,& tãta proficiãt? Fieri .n. iſta, vel ad diſciplinam contumaciũ,vel ad pœnam malorum,declarat in ſcripturis ſanctis idem Deus dicens: Hiere. 5. Sine cauſa percuſſi filios veſtros,diſciplinã nõ exceperunt. Et Propheta deuotus,ac Deo dicatus ad hæc eadẽ reſpondet,& dicit: Verberaſti eos,nec doluerunt: flagellaſti eos, nec voluerunt accipere diſciplinam. Ecce irrogantur diuinitus plagæ, & nullus Dei metus eſt. Ecce verbera deſuper,& flagella non deſunt, & trepidatio nulla, nulla formido eſt. Quid ſi nõ intercederet rebus humanis,vel iſta cenſura,quantò adhuc maior hominibus eſſet audacia facinorum impunitate ſecura? *Et poſt aliqua ſic concludit*: Meritò ergò incurſantibus plagis nõ deſunt Dei flagella,nec verbera: quæ cùm nihil iſthic promoueant, nec ad Deum ſingulos tantò cladium terrore conuertant, manet poſtmodum carcer æternus, & iugis flamma.& pœna perpetua: nec audietur illic rogantium gemitus, quia nec hìc Dei indignantis terror auditus eſt.

C L.

R*VPER. Abb. Com. in Ioel. Ad illa verba c. 1.* Audite hoc ſenes, aures præcipite omnes habitatores terræ: *ait ſic*: Senes & habitatores terræ,hoc differunt, quo cœli, & terra apud Eſaiam cap. 1. dicentẽ: Audite cœli, & auribus percipe terra. Senũ quippè talium tàm venerabilis ſenectus eſt,vt etiam cœli meritò vocẽtur. Senes videlicet,propter mentis caniciem,iuxta illud Sapientis Sap. 4. Senectus .n. venerabilis eſt,non diuturna, neq; annorum numero cõputata,cani enim ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata. Cœli aũt pro eo, qđ dicere poſſunt: Noſtra aũt conuerſatio in cœlis eſt. Porrò habitatores terræ cum reprehenſione hìc dicuntur oẽs illi, qui tàm terrena corda gerunt,& adeò terrena ſapiunt, vt terra quoq; vocari mereantur.

C L I.

O*LEAST. Com. in Eſai. Ad illa verba Ezech. cap. 37.* Domine Deus exercituum Deus Iſrael,qui ſedes ſuper Cherubim: tu es Deus ſolus omnium regnorum terræ, tu feciſti cœlum, & terram: *ad mores ait ſic:* Optimè nos admonet Rex iuſtus,quomodo debeamus occurrere his, qui ſunt Deo iniurij. Dicebat Aſſyrius Deum impotentem, iſte vocat Deum exercituum: ille annumerat alijs dijs gentium,iſte dicit eum ſolum Deum. Ille blaſphemat eum eſſe vnius tantum gentis,& regni Deum, iſte vocat eum regẽ cœli,& terræ: & quod eſt omnium ſupremum; confitetur eum cœlum, & terram feciſſe.

C L I I.

R*VPERT. Abb. Com. in Aggaum. Ad illa verba cap.* 2. Quia domus mea deſerta eſt, & vos feſtinatis vnuſquiſq; in domum ſuam, propter hoc prohibiti ſunt cœli nè darent rorem,& terra prohibita eſt, nè daret germen ſuum, &c. *referens illud Eſdræ cap. 2. quando filij Iſrael maximo cum gaudio reædificare cœperunt domum Dñi: & ab inimicis prohibiti ab opere ceſſauerũt: aſſignãs cauſam, quare cum conſtet illos prohibitos fuiſſe ab hoſtibus, nihilominus, quia ceſſauerunt puniti ſunt: ait ſic*: Quia prohibiti ædificare domũ Domini, nimis citò prohibentibus acquieuerunt,& circa ædificationem domus Dñi negligentes,atq; ſocordes effecti ſunt, gaudentes, quod per hanc occaſionem, vacaret cuiq; ſuam domum ædificare ad habitandum. *Vbi apparet,non ſufficere allegare impugnationem, ſi vel facilis detur ceſſatio à bono: vel ab illa accipiatur occaſio peculiaris boni.*

CLIII.

H*VGO Card. Poſtil. in Hiere. Ad illa verba c. 23.* Nunquid non cœlum, & terram ego implebo,ait Dominus: *moraliter ſic ait*: Ideſt bonos & malos beneficijs meis? Mat. 1. Qui Solem ſuũ

oriri

Cœlum,& Terram.

oriri facit ſuper bonos,& malos. Eccleſiaſti. 29. Paſcet,& po[illegible]bit ingratos: & adhuc mala audiet.

CLIV.

OLEAST. Comm. in Eſai. Ad illa verba cap. 1. Audite cœli, quæ loquor, auribus percipite terra: *ad litteram affert quandam doctrinam, ex qua facilè colligi poteſt, quædam ſolutio, quare ſ. Moyſes legem primariò intendens populo illi ſcribere: præmiſit ſcribere* Deum creatorem *cœli, & terræ? Videlicèt, nè putarent aliquando ex defectu teſtium impunes poſſe tranſgreſſores legis remanere. Nam afferens ad præpoſitum, quomodo Deus quoties illum volebat arguere populum cœlum, & terram aduocabat, ait ſic:* Ratio autem, cur Dñs cęlum, & terrã, potius quam alias creaturas in teſtimoniũ vocarit, ea nimirũ eſt, quia diuturnitate præ omnibus alijs pollent; tùm etiam, quia omniũ hóinũ geſtis, & factis adſunt præcipuè: quæcunq; enim fiunt coram cœlo, & terra fieri neceſſè eſt. *Et ad mores exclamat ſic:* Eſt aliud quod hic aduertas, quales v3. teſtes habeas aduerſum te, ſi diuinis monitis non acquieſcas: non, inquam, corruptibiles homines, ſed res omninò permanentes, & quaſi æternas quales ſunt cœli, & terra.

CLV.

S. CYPR. *Aduerſus Iudæos: Afferens ſupradicta verba, ait ſic:* Interficere potuiſtis Regem ſponſum? Propter hoc teſtes ſunt cœlũ, & terra, & quæ in illis ſunt elementa: inſuper omnis creatura teſtis eſt in mortem Chriſti: O nouam crudelitatem: commota eſt omnis natiuitas in Domini paſſione: populus manſit immobilis ſine trepidatione, Angelus in pœnitentiam conciſo velamine refugit: plebs autem ſine pauore integra veſte permanſit. Conuerſa ſunt elemẽta, & confuſa: Iſraël ſecurus durauit. O duritia nouà, ò audacia ſingularis, ò perfidia cruenta. Pilatus exteræ gentis, Iudex ſæcularis, poteſtate temporalis, purificauit manus, & abluit ſcelus neceſſitatis, dicens, Innocens, & immunis ſum ab huius ſanguine: plebs aũt nec alienum, nec exterum imitata eſt, ſed inſuper adclamabat, Adfige in cruce, tolle: ſanguis huius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Violenta crudelitas, & plebs inhumana, & corda obtuſa, & oculi recluſi interfecerunt benemerentem ſuum, nec lachrymas profuderunt. Lugebãt Apoſtoli, & populus gloriabatur: tremebat terra, & plebs lætabatur: iudicabatur Dominus, & Iſrael exultabat: patiebatur Chriſtus, & impij exclamabant: cruciabatur, & plebs lætabatur: ſuſpendebatur dominus, & plebs epulabatur: hac ignominioſa ſolennitate iniqua conſilia cõſignauerunt delictos crudelitateq; ſua. Dic mihi, & loquere impie Iſrael, talem hoſtiam obtuliſti, patri immolando ſuum filium: talia profudiſti libamina, ſanguinẽ pignoris acceptiſſimi Deo? ducebas choreas Hieruſalem, cùm interficeretur Chriſtus: fauſtis vocibus cantus dabas cum diceres, Adfige, ſuſpende. Propter hoc in fame, & in ęgritudine. Popule Iſrael (quæritur de te Dominus) neomænias (ait) ſabbatum, & diem magnum non patior: ferias, & ieiunium execratur anima mea. Nec immeritò Deus odiuit cęremonias veſtras, in quibus vnicum, & primarium filium eius peremiſtis. O diem durum, & notam flebilem, & ſolennitatem lugubrem, & terrã infauſtam, & ciuitatem profanam, & populum domini nececruentum. Interfecerunt enim Dominum, & latronem liberauerunt.

CLVI.

ELIAS Creienſ. Com. in Orat. 15. D. Greg. Naz. *Affert ſuprapoſita Eſaiæ verba ad confirmandam quandam doctrinam deſumptam, ex quodam loco Michææ cap. 6. Ait .n. ſic:* Surge, & intende iudicio aduerſus montes, & audiant colles vocẽ tuam. Quo loco iudicium montibus permittit, non velut eum ratione præditis verba faciens, ſed quia montes quõdam Aſſyriorum cadauera exceperunt, centum nimirum, atq; octoginta quinq; millibus ab Angelo nocte vna trucidatis: idcircò per montes Iudæis rerum in montibus geſtarum memoriam refricare conatur. Eſaias etiam cap. 1. elementa ipſa obteſtatur, his verbis: Audite cęli, &c.

CLVII.

S. ZENON Serm. 1. de Eſai. *Ad illa uerba cap. 1.* Audi cœlum, & auribus percipe terra: *per cœlos intelligens Apoſtolos, cæteroſq; qui Euangeliũ audierunt: ait,* Grandem Iudaicæ gentis offenſã libri iſtius exordia proloquuntur: & iracundiam diuinæ indignationis oſtendunt, quæ alias perſonas, & verbum Dei ab ipſis potius audiatur hortatur; non eſt enim pàrum criminis, vt ſẽper apud ipſos ſit ſermo prolatus, nũc alteris videa-

tur ingeſſus. *Vbi Europani valdè debent timere, cùm videant, & audiant maximam quam quotidiè audimus Indorum, Barbarorumq; conuerſionem, tot hic Regnis in tenebris Hæreſis remanentibus, & cæteris impijs incumbentibus operibus, de quibus Deus, quaſi iam non curans ad alias ſe conuertit, dicens:* Audi cœlum, &c.

CLVIII.

HVGO *Card. Poſtil. in Hierem. Ad illa verba c. 10.* Dij, qui cœlos, & terram non fecerũt pereant de terra, & de his, quæ ſub cœlo ſunt: *ait ſic:* Pereãt de terra: & de his ſuple, locis, quę ſub cœlo ſunt: quaſi nuſquam ſint: & ille ſolus appelletur Deus, qui fecit cœlum, & terrã Myſticè. Dij dicuntur Prædicatores: qui operatione ſuæ prædicationis gratia Dei adiuuante, faciunt homines eſſe Cœlos per cœleſtem contemplationem: & terram per ſtabilem, & perſeuerantem in bono conuerſationem. *S. Hieronj. ibid. ſic:* Qui cooperatores ſunt Chriſti, dij vocantur: & Domini per doctrinam Eccleſiaſticã, magna ex parte fabricant domum. *Vbi apparet, quam indignè occupant loca in Eccleſia Prædicatores, qui non ædificant.*

CLIX.

OLEAST. *Com. in Eſai. Ad mores explanans illud cap. 48.* Manus quoq; mea fundauit terram: & dextera mea menſa eſt cœlos: *Ad mores ſic ait:* Ad quid quæſo Domine iſta commemoras, quod videlicet ſis primus, & nouiſſimus, & & quod terram tuis manibus produxeris, & palmo terram mentiatis? Nè eum impotentem, aut aliquando deficere poſſe cogitares ad tuam liberationem. Qui enim, aut quando tibi non aderit, qui ſemper erit? Aut q̃d nõ poterit manus, quæ fabricauit cœlum, & terram? *Vbi apparet, potentiam non eſſe oſtentandam, niſi ad auxiliandum infirmis.*

CLX.

HVGO *Card. Poſtil. in Hiere. Ad illa verba c. 51.* Qui fecit terram in fortitudine ſua: *quæ verba opponuntur facilitati creationis multoties hic propoſitæ; ſic reſpondet:* Terram, ideſt terrenos facit Deus, ideſt, reficit: quia maius eſt impium iuſtificare, quam cœlum, & terrã creare. Pſ. 67. Qui educit uinctos in fortitudine: ſimiliter eos, qui exaſperant, qui habitant in ſepulchris.

CLXI.

ALEX. *de Ales 2. par. q. 10. membr. . Tex. noſtro vbi indifferenter dicitur, Deus creaſſe cœlum, & terram, opponit illud Eſai. 48.* Manus mea fundauit terram, & dextera mea menſa eſt cœlos: Propter quod, inquit, ſine diſtinctione dicitur, q̃ Manus fundauit terram: cum diſtinctione dicitur: Dextera, &c. *Reſpondet autem ſic:* Dicendum, quod terra dicitur fundata manu per quandam metaphoram, non quod diuina eſſentia manum habeat dexteram, vel ſiniſtram: ſed more fabricatoris loquitur. Manus .n. accipitur ibi in genere; vel quia diuiditur contra dexteram accipitur pro ſiniſtra: & ſiuè ſic, ſiuè ſic, oſtendit minus eſſe complementum in terra, quam in celo. Minus .n. complementum eſt in genere, quam in ſpecie, prout huiuſmodi & ſiniſtra minus nobilis eſt, quam dextra: dextera enim eſt principium motus: ſiniſtra verò eſt, per quam regnat motus: *Et poſt aliqua ſic*: Nomine manus in genere dicendo, vel per appropriationẽ cointelligendo ſiniſtram, fit appropriatio potentiæ diuinæ reſpectu ipſius terræ, quæ minus nobilis eſt: per dexteram verò ſignatur appropriatio diuinæ potentiæ reſpectu cœli, quod eſt nobilius. Hoc etiã videtur per hoc, quod dicitur Cant. 2. Leua eius ſub capite meo: & dextera illius amplexabitur me. Per leuam .n. deſignantur iſta inferiora, quæ nomine terræ deſignantur in ſcriptura: per dexteram verò, cœli, & cœleſtia. Similiter Prou. 3. Longitudo dierum in dextera eius: & in ſiniſtra eius diuitiæ, & gloria. Res .n. perpetuæ, quæ ad cœlum pertinent, nomine dexteræ intelliguntur: nomine verò ſiniſtræ ea, in quibus homines gloriantur, & ditantur. ſ. terrena. *Vbi apparet, quod licet negare non poſſimus beneficia temporalia eſſe à manu diuina, per quã et nobis ſubuenit, & ſuſtentat: tamen ſolum cum cœleſtia, & ſpiritualia concedit, porrigit dexteram, & verè operatur in nobis illa ſuprema magnitudo, & diuina potentia.*

CLXII.

HVGO *Card. Poſtil. in Eſai. Ad ſupradicta verba myſticè ſic:* Ecce Dominus terrenis, ideſt peccatoribus ponit fundamentum per pœnitẽtiam: ſed cœlis, ideſt cœleſtibus ponit menſurã per humilitatẽm. Iob 38. Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ. Greg. Recole vbi te in-

Cœlum,& Terram.

inueni,& eris humilis,Et quia homo etiam de bonis ſuperbit, menſuram profectibus ponit: vt per ea, quæ deſunt ſeruentur humiliter, quæ aſſunt. *V bi patet,pœnitentiam, & humilitatē eſſe duas manus, quibus Deum totam ſua Eccleſia machinam ſuſtinet,& amplectitur.*

CLXIII.

S. *HIER.Com. in Eſai. Ad ſupradicta verba myſticè intelligens per cælos,Angelos, & per terra homines:ad ſequentia verba,* Ego vocabo eos,& ſtabunt ſimul. *Intelligens hoc ſolum dictum reſpectu cælorum dicit hoc dictum fuiſſe, vt per obedientiam cælorum confunderet ſuperbiam hominum: & ait ſic:* Vocat autem coelos, vt eius pareant iuſſioni,& enarrent gloriam illius. Si autem coeli obediunt domini voluntati:& ſuo currunt ordine: quid gloriatur terra,& cinis,& ignorat fragilitatem ſuam. *V bi apparet, per nullum ſic confundi cōtumaciā, & ſuperbiā inferiorū in vna communitate,quam per obſeruantiam nobilium.*

CLXIV.

O*LEAST.Com. in Eſai.ad illud cap. 61.* Ecce ego creo coelos nouos, &c. *Ad mores ſic ait:*Dedignatur Dominus ſuos antiquitatis ędibus locare,aut vetera tractare,ideo eis innouatis,omnia innouat.Nouam condit vrbem, terrā nouis herbis,& floribus induit, & in coelo noua aſtra componit. Ipſi exultant in his, quæ ſibi Dominus de nouo producit,ipſe verò gaudet in eis renouatis.

CLXV.

H*VGO Card.Poſtil.in Ezech. Ad illud cap.8.* Et eleuauit me ſpiritus inter coelum,& terrā: *ait:*Homo iuſtus mortalis dicitur eſſe inter coelum,& terram:quia nec terræ adhęret per amorem,nec coelo adhuc eſt per apertam Dei viſionem:ſed quodammodo in medio eſt: ſecundum corporis neceſſitatem exiſtens in mundo: per deſiderium autem animæ, & cordis intentionem iam exiſtens in coelo: ſecundum illud Phil.3. Conuerſatio noſtra in cęlis eſt. Propter hoc dicit Iob. 7.Suſpendium elegit anima mea. Sic Iſaac habitabat inter terminos : inter coelum,& terram.

CLXVI.

G*LO.in Hiere. Ad illa verba cap.14.* Et portæ eius corruerunt:& obſcuratæ ſunt in terra: *moraliter per terram intelligit; terrenorum cupiditatem;nam ſic ait :* Portæ, &c. ideſt, Prælati,qui portæ dicuntur Eccleſiæ: eo quod per eos alij debent ingredi ad vitam,& ipſi pro magna parte corruerunt per ſuperbiam: ſicut Angeli ſuperbientes de coelo ceciderunt in terram. Et obſcuratæ ſunt iſtæ portæ per ignorantiam: & quia magis ſtudent ad cōgregandum pecunias, quam ſcientiam. *Hugo Card.Poſtil.ibid.tenet idē dicens:* Corruerunt in terram per cupiditatem. obſcuratę ſunt in terrā,amiſſa luce gratiæ,& intelligentiæ per terrenorum amorem: ita ut iam nulli per ipſos mittantur ad viam. Mat.23. Væ vobis Scribæ,& Phariſæi, qui habetis clauem ſcientiæ,nec intratis,nec alios intrare ſinitis.

CLXVII.

S. *HIER.Com.in eund. ad ead.verba tenens idē; per portas aliter intelligit,dicens:* Portæq; eius vel vacuantur, vel corruunt; quas ad ſenſus referre debemus, per quos animæ concipitur diſciplina. Tunc obſcurantur omnia, & inuoluuntur tenebris: & nequaquam in Hieruſalē ratio regnat,& ſermo doctrinæ: ſed clamor,atq; confuſio. *V bi apparet,non minus curandum eſſe,nè ſenſus poſt terrena vadant: quam affectus.Glo,ibid,ſic:* Portæ eius,ſcilicet,ſenſus,per quos animæ concipitur diſciplina.

CLXVIII.

H*VGO Card.Poſtil.in Hiere.Ad illa verba ei dicta à duce exercitus Chaldæorum :* Ecce oīs terra in conſpectu tuo eſt: *aſſignans rationē,quare S.Hieremias voluit potius remanere in terra Iſrael, quam ſocium fieri,ijs, qui in captiuitatem ducebantur;ait:* Voluit Hieremias in Iudæa remanere, vt doceret reliquias ibi remanentes.Sciebat enim quod in Babylonia erant Prophetæ: vt Ezechiel & Daniel,qui poſſent docere captiuos.

CLXIX.

H*VGO Card.Poſtil. in Hierēm. Ad illa verba Thren.2.* Defixæ ſunt in terra portæ eius: ideſt Prælati Eccleſiæ; quorum officium eſt introducere bonos in Eccleſiam, & malos eijcere. Apocal.21. Singulæ portæ erant ex ſingulis margaritis.Hæ portæ ſemper debent eſſe apertæ;& maximè in tempore famis, & neceſſitatis. Apocal.21. Portæ eius non claudentur per noctem, ſed de iſtis portis multæ defixæ ſunt in terra,quia nimis amant terrena.Ezech.41.Terra erat vſq;ad feneſtras.Sophon.1. Viſitabo ſuper

per

Digitized by Google

per viros defixos in fecibus ſuis. Per hoc quod dicit,defixos, notatur qđ difficilè eſt eos amoueri à temporalibus.

CLXX.

IDem ibid. Ad illa verba ibi. Abiecerunt in terra capita ſua virgines Iuda. *in eodem ſenſu,ait ſic:* Ideſt Clerici,qui Deum laudare debent,ſuam mentem,quæ eſt caput animæ,vel intentionem, quæ eſt caput operationis, imittunt in terrenis. Hæ ſunt virgines fatuæ non habentes oleum in vaſis ſuis.Mat.25. Vel,virgines Iudæ; ſunt caſtæ laudes:quas quas exhibent intuitu terrenorum. *Ad ſuauitatem prioris expoſitionis, addatur, quod idem ibidem ad illa verba cap.46.* Aſcende in Galaad,& tolle Reſinam virgo filia Ægypti: *ait;* Peccator dicitur,virgo,propter ſterilitatem:filia propter vitæ mollitiem.

CLXXI.

IDem Hugo Poſtil.in Eſai.Ad illa verba cap.44. Laudate coeli quoniam fecit Dominus, iubilate extrema terræ;reſonate montes laudationem: ſaltus & omne lignum eius,quoniam redemit Dominus Iacob:*ait ſic:*Laudate cœli, .i. Religioſi,qui longè eſtis à terra per proprietatis abdicationem:& habetis fidem per honeſtę cõuerſationis oſtentionem: Iubilate extrema terræ,ideſt laici ſibi contemptibiles per humilitatem: Reſonate montes laudationem: ideſt vos Prelati,qui alti debetis eſſe per ſanctitatem vitæ,& contemplationem.Saltus, .i. vos curiales, qui multis eſtis ſteriles, vt ſaltus propter nimiã occupationem, & omne lignum eius, ideſt vos mercatores, qui leues eſtis, & fluctuantes per multiplicem negationem.Ecce monetur hi oẽs ad laudem Dei:quia nõ eſt aliquis quis ſit alienus à beneficijs eius:nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius.

CLXXII.

OLEAST.Com.in Eſai. Ad illa verba c.44.Laudate cœli quoniam miſericordiam fecit Dominus,iubilate extrema terræ,reſonate mõtes laudationem, ſaltus, & omne lignum eius: quoniam redemit Dominus Iacob*: ad mores ſic ait:*Omnia vult Dominus gaudere,cùm ſeruum ſuum recuperat amiſſum: qua in re arguuntur inuidi,qui de proximorum bonis contriſtantur. Gaudent inſenſibilia,& inanimata,de bonis electorum,cantant Domino laudes, & gratias ſuo modo agere videntur de bonis noſtris,& homines triſtantur,& dolent de aliorum ſucceſſu. *Vbi benè venit in mentem illud Lucæ 15. quod cunctis gaudentibus,& in vocibus exultationis reſonantibus de reductione filij prodigi, ſolus eius frater cõtriſtatus legitur:commune eſt enim ut exteris de bono noſtro congratulantibus, propinquiores triſtitiam habeant,etiam ſi aliquando eã diſſimulare contendunt.*

CLXXIII.

HVGO Card.Poſtil.in Hiere. Ad illa verba c.4. Lugebit terra,& merebunt coeli deſuper: *myſticè ſic explanat,*Lugebit terra de terrenorum amiſſione:quod eſt triſtitia ſæculi:quæ operatur mortem,vt dicitur.2.Cor.7.Simile Eſai.24.Luxit, & defluit terra. Et merebunt cęli: .i. ſancti viri: Deſuper,ideſt,pro ſupernorum gaudiorum dilatione:quaſi non pro damno temporalium. Vnde deorſum luget, & non de ſurſum, qui luget pro temporalibus.Eccleſiaſti.35.Nonne lachrymæ viduæ ad maxillam deſcendunt: & exclamatio eius ſuper deducentem eas;& Dominus exauditor non delectabitur in illis.

CLXXIV.

OLEAST.Com.in Eſai.ad illa verba c.66. Hæc dicit Dominus Deus: coelum ſedes mea, terra aũt ſcabellum pedum eorum: quæ eſt iſta domus,quam ædificatis mihi? & quis eſt iſte locus quietis meæ? *Præbet quandam expoſitionẽ, vnde excellentiſſima ratio poteſt colligi, quare à principio Moyſes, Deum cœli, & terræ creatorem hominibus voluiſſe prædicari: nimirum nè homines putarent Deũ eorum obſequio,famulatu,ac hoſpicio indigere. Nam ad litteram ſic ait:* Putarem impios illius temporis,cogitaſſe de domo Dñi ampliandа, vel decoranda, propter quod id ſequitur, Quæ eſt iſta domus,&c. Negligebant iſti opera pietatis,& inſiſtebant operibus cultus Dei; putantes(quemadmodum multi Chriſtiani putãt) Deum magis diligere ſacrificia, quã miſericordiam. Putatis me domum pulchram pluris facere,quam pietatem? Erratis,quoniam meliorẽ habeo domũ.quam ea quã ędificaſtis,aut ædificare cogitatis mihi, nempè (Coelũ); & meliorem quietis locũ quam habeam in templo, atq; habere poſſim,nempè(Terrã) quæ pedũ meorũ ſcabellum eſt.*Et ad mores ait ſic:*Arbitrantur impij cum aliquod propter Deũ faciunt, quid magnum præſtare;non cogitantes cum meliora,ac pul-

Cœlum,& Terram.

pulchriora ſibi iamdudũ ædificaſſe. Non enim noſtris rebus vtitur propter indigentiam,ſed ex dignatione.

CLXXV.

HVGO *Card. Poſtil. in Hierem. Thren. 2. Ad illa verba*: Nõ eſt recordatus ſcabelli pedum ſuorum. *Afferens per occaſionem eadem ſupra poſita Eſai. verba ſic exponit*, Pedes Domini ſunt miſericordia,& veritas: quia per hęc ingreditur Dominus ad animam poenitentem. Cuius ſcabellum fit anima: cùm reddit veritati, vel iuſtitię timorem: miſericordię autem ſpem & amorem: quando ita timet iudicium, quod de miſericordia ſperat,& è conuerſo. Vndè Luc. 7. dicitur de Magdalena pęnitente: ꝙ ſtabat ſecus pedes Domini. Deut. 33. Qui appropinquant pedibus illius accipient de doctrina eius. Longè autẽ è pedibus Domini eſt: qui nimis,præſumit de miſericordia,vel deſperat pro iuſtitia. Tunc autem non recordatur Dominus ſcabelli pedũ ſuorũ: quando anima,nec ſpe miſericordiæ demulcetur: nec timore iuſtitię compungitur.

CLXXVI.

ELIAS *Cretenſ. Com. in Orat. 1. D. Greg. Naz. Afferens per occaſionem eadem verba: ait ſic*: His aũt verbis eos inſectatur,qui diuinum numen loco circunſcribi cenſebant,atq; propter eum honorem,quem templi habebant,eum minimè paſſurum eſſe,vt ipſa ab hoſtibus caperentur, & exciderentur. Ignorabant enim Deum per ſæpè diuis quoq; templis idcircò minimè parcere, vt metum terræ incutiat.

Ex Epiſt. Apoſt.

CLXXVII.

SATHAN. *Com in Epiſt. ad Coloſ. Ad illa verba cap. 1.* Pacificans per ſanguinem Crucis eius, ſiuè quæ in terris, ſiuè quæ in cœlis ſunt: *ait ſic*: Quæ in terris ſunt meritò poſſunt dici conciliata, quandoquidem ſinguli ſecum ipſi homines diſſentirent,& alios impugnarẽt,& vitę ipſi Angelicæ aduerſarentur. cœleſtia verò quo pacto? Erat .n. ingens inter terram,& cœlum diſſidiũ, & Angeli aduerſus homines depugnabãt: quippè qui eorum Dominum ſpectaſſent iniutijs, & contumelijs adfectum,& morte demum.

CLXXVIII.

HVGO *Card. Poſtil. in 2. Petri. Ad illa verba c. 3* Quoniam cœli magno impetu tranſier: elementa verò calore ſoluuntur: terra autem,& omnia,quæ in ipſa ſunt exurentur: *arguens contra illos,qui combinantes illud Pſ. de cœlis*: Ipſi peribunt; *cum illo Eccleſiaſtes 1.* Terra aũt in æternũ ſtat: *aſſerunt,quod cœlis pereuntibus in vltimo die, & cæteris clementis,terra tantũ purgabitur per ignẽ ait ſic*: Illud corpus videtur eſſe nobiliùs, quod magis accedit,& appropinquat ad bonitatem creatoris: ſicut in ſpiritibus nobiliùs eſt Seraphim,quam Angeli: ſed cœlum magis accedit ad creatorem,& cætera Elementa,quam Terra: quia terra eſt inferior omni Elemento,& fex & illa ſtabit: Eccl. 1. Terra autem in æternum ſtat: Ergò multò fortiùs alia elemẽta,ergo cęlũ,&c. *Vbi apparet,de bonis conceſſis inferioribus, & promiſſionibus,eſſe à fortiori argumẽtum ad ſuperiores. Vnde neq; inferiores de exemptionibus ſibi conceſſis debent inſoleſcere in ſuperiores, neq; ſuperiores illis inuidere.*

CLXXIX.

S. THO. *Com. in Epiſt. ad Hobræ. ad illa verba cap. 2.* Non .n. Angelis ſubiecit Deus orbẽ terræ: *ait ſic*: Orbis .n. non eſt ſubiectus Angelis Iob 34. Quem conſtituit alium ſuper terrã: aut quem poſuit ſuper orbem, quem fabricatus eſt? Sed contra Dan. 10. dicitur: Angelus Princeps Græcorum,& Perſarum. Et Deut. 32. Cõſtituit fines populorum iuxta numerum filiorũ Dei,ſecundum aliam litteram. Et dicendum eſt, quod non eſt eis ſubiectus vice dominij,ſed vice cuiuſdam miniſterij. *Vbi Principes, & Prælati præcipuè Eccleſiaſtici, attendant formalitatem ſuæ Prælationis.*

CLXXX.

HVGO *Card. Poſtil. ibid. ſic ait*: Soluitur per hoc quod dicit (Futuram) In futuro enim ceſſabit oĩs prælatio. 1. Corint. 15. Cũ euacuauerit oẽm Principatũ,& poteſtatem. Eſai. 2. Eleuabitur Dominus ſolus in die illa,& idola penitùs cõterentur. Idola,ideſt Prælati,qui ſunt idola, qui in hoc mundo principatum tenuerunt. Sap. 13. Solem,& Lunam rectores orbis terrarũ deos putarunt .i. Regem,& Reginam vxorem eius: vel Sacerdotem,& Sacerdotiſſam: lactatricem eius: In futuro aũt ceſſabit prælatio etiam

An-

Angelorum.*Vndè benè infertur nihil amarius ambitioſis,quam futuri ſæculi commemoratio.*

CLXXXI.

S IO.Chryſoſt.Hom.3. in Epiſt.ad Coloſ. *Ad illa verba cap.1.* Pacificans per ſanguinē crucis eius,ſiuè quæ in terris, ſiuè quæ in cęlis ſūt. *ait ſic:*Quid verò eſt,ſiuè in cęlis? Ea nanq;ſiuè quæ in terra,non immeritò dicit. Siquidem illā inimicitia referta,& in multa diſcerpta erant.Et contra ſeipſum quiſq noſtrum diffidebat,& cōtra alios.Quæ verò in cœlis ſunt, quomodo ea pacificauit? An & illic bellum erat,& pugna? Et quomodo oramus dicentes: Fiat voluntas tua quemadmodum in cęlo,ita & in terra? Quid eſt ergò? Diſſidebat à cœlo terra, hoſtiliter aduerſabantur hominibus Angeli,dominum ſuū contemni videtes. Vt ſummatim,inquit,reſtauraret omnia in Chriſto,tanquam in Cœlis,quam in terra,Quomodo, illa quidē,quæ in cœlis? Trāſtulit illùc hominem,reſtituit illis inimicū à Deo exoſum. Non ſolū quæ in terris ſunt pacificauit, ſed reduxit ad eos ipſum inimicum, & hoſtem. Ea demùm profunda, ac ſolida pax eſt. Angeli deinceps in terra rurſus apparēt, quandoquidē, & homo in cœlo comparuit.Videtur autē mihi raptus Pauli huius gratia factus eſſe,videlicet vt oſtenderetur,& filium illùc eſſe ſuſceptum. Nā in terra quidem duplici nomine pax eſt,& cum cœleſtibus,& erga ſe ipſam. In cœlis verò ſimpliciter. *Et poſt pauca ſic:* Quid ergò in Angelis fiduciam collocatis, inquit? Tantum .n. abſunt illi ab eo,vt vos reconciliarent, vt magis vobis infenſi hoſtes fuerint.Niſi Deus nos illis conciliaſſet,vtiq; pacificati non fuiſſetis.Quid itaq;ad illos accurritis?Vis diſcere quanto odio fuerint aduerſus nos Angeli, & quomodo nos ſemper auerſati ſunt? Ad ſupplicium mittebantur cōtra Iſraelitas,cōtra Dauidem, contra Sodomitas, in vallem fletus. At nunc non ita, ſed è diuerſo in terra cecinerunt vehementer gaudentes. *Vbi apparet,Sanctos Angelos non habere amicitiam,niſi cum amicis domini ſui: fruſtaq; recurrere ad eos, illos, qui Deo per peccatū opponuntur:Et etiam,quod mitti ad ſupplicium alicuius,etiam iuſtè,& à Principe iuſto: eſt indicium infallibile inimicitiæ inter miniſtrum,& delinquentem.*

CLXXXII.

S HIERON.Com.ibid.*ſup.poſito dubio,& ſi quaſi idem reſpondere videatur: tamen ſub alia formalitate:ait enim ſic:* Terrena cœleſtibus:quæ ab eis per contrarietatem vitæ fuerant ſeparata. Vndè orare docemur, vt voluntas Dei quemadmodum celebratur in cœlis, ita fiat & in terris. *Vbi patet,quod Sancti, & iuſti nulli inimicantur:niſi per morum contrarietatem:neq; ſe conciliantur illis,niſi per reductionem ad Dei leges obſeruantiam.*

CLXXXIII.

S THO.Com.in Epiſt.ad Hebræ. *Ad illa verba c.1.* Et tu in principio Domine terrā fundaſti:& opura manuum tuarum ſunt cœli:*ait ſic:* Nō dicit:Feciſti cœlos,ſed; opera manuū tuarū ſunt celi: quia illud quod aliquid facit manibus magis diligenter videtur facere. Et ideò ſic loquitur ad deſignandum nobilitatem,& pulchritudinem ipſorum. *Hugo Card.Poſtil.ibid.Sic ampliat idem:* Cęli aūt dicuntur opera manuū eius: quaſi in eis ſpecialiter operatus ſit: & ita in eo eſt maior ſpecialitas,& magis in eis apparet potentia,& ſapiētia Dei: ſicut dicit artifex de pulchriori opere: ego feci illud manibus meis.

CLXXXIV.

HVGO Card. Poſtil. ibid. *Ad illa verba cap. 4.* Habentes ergo Pontificem magnum, qui penetrauit cœlos,Ieſum Filium Dei:*ait ſic:* Cęlos,qui prius erant impenetrabiles,& duri ſicut lapis adamantinus: ſed Chriſtus cum ſanguine proprio aſcendens ad cœlos eos aperuit; ſicut adamas cedit ſanguine hircino calido.

CLXXXV.

S HIERON.Com.in Epiſt.ad Epheſ.*Ad illa verba cap.1.* Vt notum faceret nobis ſacramentū voluntatis ſuæ ſecundum beneplacitū eius,&c. reſtaurare omnia in Chriſto,quæ in Cœlis, & q̄ in terra ſunt in ipſo: *ait ſic:* Multi ſuper hac re diuerſa dixerunt.Nam quidam aiunt cœlos animas,terram corpora accipienda. Alij Iudæos, qui cœleſtia præcepta habuerant,terram eſſe gentiles affirmant.Alij verò aſſerunt, nō Angelos per cœlos,ſed eorum ſcientiam: ex Chriſti .n. tempore profeciſſe,qui tāquam ignari interrogabant:Quis eſt iſte Rex gloriæ? Et docentur dominum eſſe virtutū. Sed quoniam inſtaurare non dicitur,niſi lapſum: melius eſt ſi eorū gaudium

Cœlum,& Terram.

dium in ſalute hominum inſtauratum eſſe dicamus: quod habuerant antequam homines à iuſtitia pœnitùs caderent. *Angel. Doct. Com. ibid. ſic:* Omnia, quę in cœlis, .i. Angelos. Nõ ꝙ pto Angelis mortuus ſit Chriſtus: ſed ꝙ redimẽdo hominem reintegratur ruina Angelorum.

CLXXXVI.

S. *IO. Chryſoſt. Hom. 1. ibid. ſup. dicta verba, ſic exponit:* Vnum omnibus caput pater impoſuit, Chriſtum videlicet secũdũ carnem, & Angelis, & hominibus. Nẽpè Angelis ipſum dedit caput ſecundum aliam originem: & hominibus, his quidem, ꝙ ſecundũ carnem eſt, illis verò, ꝙ ſecũdum Deum verbũ. Perindè atq; dicat quipiam de domo, cuius pars flaccida ſit, ac carioſa vetuſtate ruinam interminetur: altera verò pars fortis ſit: De integro reparauit domum, hoc eſt fortiorem reddidit. Fundamentum quippè impoſuit ſolidius. Ad hanc dicendi formulã præſenti loco differit Paulus, hoc eſt omnem creaturam ſub vnius capitis redegit ditionẽ. Sic .n. omnium vnio freta fuerit. ſic exacta, abſolutaq; connexio contigerit: cũ vniuerſi ſub vno caput coacti fuerint neceſſariam veluti compaginem deſuper habentes. Tanta igitur munificẽtia cõditoris digni habiti, tanto cohoneſtati honore, tanta deniq; benignitate affecti, nè queſo, dedecote vllo aſpernamus eum, qui tantis nos beneficijs cumulauit. Et nẽ tantam hanc gratiã gratuitò nobis indultam ſinamus in caſſum defluere: angelicam vitam reipſa demonſtremus, angelicam virtutẽ opere ipſo, & conuerſatione exerantus. *Vbi, qui Religioſis viris (cùm ſint impij) aggregantur, conſiderent nè potiùs ſua mala conuerſatione Religionem difforment: quam ſe Angelicâ bonorum vita (cui vniuntur) conſolident.*

CLXXXVII.

H*VGO Card. Poſtil. in Epiſt. 2. Petri. Ad illa verba cap. 3.* Latet .n. eos hoc volentes, ꝙ cœli erant prius, & terra de aqua, & per aquã conſiſtens Dei verbo, per quæ ille tunc mundus aqua inudatus periji: *aſſignans, quomodo intelligendum ſit, quod cœli, & terra perierint in diluuio; ait ſic: de cœlis:* Perierunt & coelum ſecundum ſpecies huius aeris, .i. ſerenitatem quam habuit prius in parte amiſit. *Vbi apparet, moraliter, quod multi ſpirituales, & cœleſtes Prælati dicuntur perijſſe: non quia quantum ad ſubſtantiam virtutis mutati fuiſſent: ſed quia illam exteriorem ſerenitatem antiquitùs habitam amiſerunt, quod multoties accidit ex ætatis grauatione.*

CLXXXVIII.

G*LO. ibid. Ad ead. verba loquẽs de terra, ait ſic:* Perijt terra, quia ſubmerſa tanto tẽpore fructificare deſtitit: poſtea et diſſimilem, pleriſq; in locis ab ea, quam prius acceperat faciem recepit. *Vbi Religiones aduertant, quod intantum extare iudicabũtur, & non periſſe dicentur, in quantũ, & fructificauerint Sanctos: & formam, ſeu faciem, quam à principio ſuarum fundationum habuerint, in integrũ cõſeruauerint: aliàs Apoſtolica Philoſophia dicentur iam periſſe.*

Ex Apocal.

CLXXXIX.

A*BB. Ioachim Expoſit. in Apocal. part. 4. cap. 12. ſex. 12. Ad illa verba, quæ poſtquam deſcribitur proiectio diaboli de cœlo dicuntur:* Lætamini cœli, & qui habitatis in eis: Væ terræ, & mari, quia deſcendit diabolus. *ait ſic:* Si per cœlum, quod ſupra eſt Sanctorum deſignatur Eccleſia: non incongruè per terram, conuentio intelligitur hominum peccatorum. Accidit aũt plerũq; illud, quod in libro Sapientiæ continetur. Iuſtus de anguſtia liberatus eſt: & tradetur impius pro eo. Manifeſtum eſt enim, & luce clariùs manifeſtũ: quod propterea plurimi errores melius cauentur à bonis (quia in eis prolapſi reprobi) iſtos attonitos reddiderunt. Sed & plerumque culpam aliorum ſtatim, & ad horam cognoſcimus: & agnoſcẽtes vitamus: quæ nequaquam à nobis cauere poſſit, ſi nequaquam prius hanc ipſam, & dijudicando in alijs culparemus: quod & ſæpè in alterius lapſu alius timore cõcutitur: & quod arguit in altero: ipſe deuitare feſtinat.

CXC.

H*VGO Card. Poſtil. in Apocal. Ad illa verba cap. 4.* Et ecce ſedes poſita erat in cœlo: *ait ſic:* Ideſt Angeli, .ſ. Prælati, & doctores, in quibus Deus principaliter reſidendo regnat, & alios regit, & iudicat. Poſita erat in cœlo: .i. Eccleſia. Hi etenim diuina prouidentia poſiti ſunt, & ordinati in ea. Ioa. 5. Poſui vos vt eatis. Act. 20. Attẽdite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos poſuit S.S. Epiſcopos regere Eccleſiã Dei.

Cœlum, & Terram.

CXCI.

LYRA Poſtil. ibid. Ad illa verba cap. 11. Et vide alium Angelum fortem deſcendentem de coelo, &c. *Ad litteram expoſuit de Imperatore Iuſtiniano: moraliter autem ſic ait:* Poteſt exponi de Summo Pontifice bono: qui Imperiali pileo coronatur, & dicitur, Angelus fortis propter magnitudinem poteſtatis: & deſcendens de coelo, quia datur à Deo.

CXCII.

SPATERIVS Lib. 2. cap. 42. ſup. Apocal. Ad illa verba cap. 21. Et vidi coelum nouum, & terram nouam: *ex Diuo Greg. qui ſic legit;* Erit cœlum nouum, & terra noua, *ait ſic:* Non alia condenda ſunt; ſed hæc ipſa renouantur. Cœlum igitur, & terra tranſit, & erit quoniam ab ea, quã nunc habet ſpecie per ignem tergitur, & tamen ſua ſemper natura ſeruatur. Vnde Pſ. 101. dicitur: Mutabis ea, & mutabuntur. Quam quidem vltimam commutationem ſuam ipſis nunc viciſſitudinibus nuntiant, quibus noſtris vſibus indeſinenter alternant. Nam terra à ſua ſpecie hiemali ariditate deficit, humore vernali virideſcit. Coelum quotidiè caligine noctis obducitur, & diurna claritate renouatur. Hinc ergò fidelis quiſq; colligat, & interire hoc, & tamen per innouationem refici, quæ conſtat nunc aſſiduè, velut ex defectu reparari. *Vbi apparet, ipsã naturam nobis ſpeculum mortis, & reſurrectionis futuræ eſſe.*

CXCIII.

GLO. in Apocal. Moraliter, Ad illa verba cap. 4. Vidi, & ecce oſtium apertum eſt in coelo, *quæ verba coniungit cum illis ſequentibus:* Et ecce ſedes poſita erat in coelo: *ait ſic:* Ecce oſtium apertum eſt: per quod intelligitur Chriſtus, qui dicit de ſeipſo Ioa. 10. Ego ſum oſtium. Et iſtud oſtium dicitur apertum, quia Chriſtus paratus eſt ſemper ad recipiendum miſericorditer pœnitentes: ſed quoniam eius miſericordia non eſt ſine iuſtitia, ideò ſequitur: Et ecce ſedes poſita, ſcilicet, Chriſti iudicantis. Hoc debet Prædicator, qui per Ioannem ſignificatur, attenre videre, & populo nuntiare: nè de Chriſti miſericordia nimis confidant: vel de rigore ſuę iuſtitię deſperent.

CXCIV.

RVPERT. Abb. Com. ibid. Ad ead. verb. ait ſic: Quid eſt autem hoc oſtium, niſi ipſe qui dicit: ego ſum oſtium? Deniq; tunc, vt cœlum terrigenis introeuntibus pateret, hoc oſtiũ apertum eſt, quando Chriſtus paſſus, & latus eius lãcea militum patefactum eſt. Ex tũc enim regnũ Dei intra nos eſt, deſtructo, videlicet regno peccati, quod eatenus regnabat in mundo.

CXCV.

ABB. Ioach. Expoſit. in Apocal. p. 4. c. 11. tex. 10. *Ad illa verba,* Apertum eſt templum Dei in cœlo: & viſa eſt area teſtamenti eius: *combinans hæc verba cum illis Math.* Velum Templi ſciſſum eſt, &c. monumenta aperta ſunt, & multa corpora, &c. *ait ſic:* Apertum eſt teſtamentum vetus in Eccleſia: & apparuit gratia: apertũ eſt ſepulchrum litteræ: & apparuit ſpiritualis intelligentia: apertum eſt, quod ſignificauerat vita corruptibilis, & carnalis, & inuentum eſt ſignificaſſe vitam incorruptam, & ſpiritualem. Omnia quippè præcepta legalia, quæ in miniſterio data ſunt: aut circa animalia corpora: aut circa lapides, & metalla: aut circa arbores, & herbas, & his ſimilia agebantur, quæ omnia non erant, niſi vmbra, & exemplaria futurorum.

CXCVI.

SAMBR. Com. ibid. Ad ead. verba: ait ſic: Poſſumus per templum Dei, Beatam Mariam intelligere, per arcam verò teſtamenti Chriſtum, qui ex ea carnem aſſumpſit. Templum aũt Dei, non ideò apertũ dicitur, quod vterus B. Virginis Mariæ, pariendo Dominum, apertus ſit, quæ fuit ante partũ Virgo, Virgo in partu, Virgo poſt partum. Sed ideò apertum dicitur, quia per ipſam viſibilis nobis factus eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus.

CXCVII.

HVGO Card. Poſtil. ibid. Ad illa verba, ibi: Et vidi, & audiui vocem vnius Aquilæ volãtis per medium cœli: *ait ſic:* Vocem vnius Aquilæ, .i. concordiam totius doctrinæ propheticæ, vel totius ſcripturæ, vel Prædicatorum, qui dicuntur Aquila; quia & cæteris altiùs volantes, altiora, ſcilicet, & profundiora ſcripturæ myſteria videntes, ea inferioribus clauſa reuelant: & tuçe per medium cœli volant. Vndè ſequitur: Volantis per medium cœli: ideſt, ſcripturæ myſte-

Cœlum,& Terram.

ſteria capientis,& alijs prædicantis. *Vbi apparet, ad æqualitatis normã pertinere, quod Doctores ea, quæ adiſcunt,non ſolis ſibi ipſis: ſed & ſecularibus communicent:iuxta illud* 1.*Reg.*30. Aequa enim pars erit deſcendentis ad prælium,& remanentis ad ſarcinas.

CXCVIII.

ABB. *Ioachim Expoſit.in Apoc.p.4.c.tex.5. Ad illa verba:* Et vidi Angelum volantem per medium cœlũ,&c.dicens voce magna. Timete Deum,&c.quia venit hora iudicij eius: *ait ſic:* Nec mirum ſi per medium cœlum volare dicitur:qui horam iudicij annuntiare miſſus eſt:quia neceſsè eſt, vt alta contemplando, & cœleſtes ſcripturæ ſemitas volitando percurrant,qui volunt vicinam horam iudicij incunctanter agnoſcere.

CXCIX.

ABB.*Ioach.Expoſit.iin Apocal.p.3.c.10.tex.2. Ad illud quod ibi dicitur de illo Angelo forti deſcendente de cœlo:*Manum ſuam leuauit in cęlũ. *Prædicatorem Euangelicum intelligens:ait ſic:* Manum ſuam dexteram,& ſiniſtram, Duas manus, quæ naturaliter deorſum pendent, ad cœlũ leuare:eſt ſenſus litteræ duorum teſtamentorum, quæ de imis ſæpè loqui videntur:per commutationem intellectus ſpiritualis ad ſuperiora trãſferre. Quaſi .n. manus Doctorum ſunt duo ipſa teſtamenta: quia ſicut quiſq; manibus reſiſtit inimicis:ita & doctores Eccleſiæ duorũ teſtamentorum munimine ab hoſtibus fidei ſe defendũt: ꝙ verò vir ille in Daniele Propheta ambas manus leuaſſe dicitur in cœlũ:dexteram videlicet, & ſiniſtram: deſignat ſenſum ſpiritualium doctorum à littera duorum teſtamentorum cõſurgere,& ad ſuperiora leuari.Habet .n.& interior homo manus dum quærit vt inueniat,dum pulſat,vt ſibi aperiatur.

C C.

IDem *Expoſit.in Apoc.p 6.c.12.tex 8. Ad illa verba:* Et vidi cœlum nouum, & terrãm nouã: *notans,quomodo hoc dixit S. Euangeliſta immediatè poſt deſcriptionem vltimi iudicij, & condemnationem impiorum, eorumq; ſegregationem à Sanctis,& iuſtis:ait ſic:* Diſcedente Iuda traditore à cętu Diſcipulorum: protinus Dñs loquutus eſt dicens. Nunc clarificatus eſt Filius hominis: & Deus clarificatus eſt in eo. Similiter & in loco illo,vbi propoſuit parabolam de inimico homine,qui ſeminauit zizania in medio tritici:in fine expoſitionis ipſius parabolæ: ſimile aliquid locutus eſt dicens:Mittet Filius hominis Angelos ſuos:& colligent de regno eius omnia ſcandala, & eos,qui faciunt iniquitatem: & mittet eos in caminum ignis:ibi erit fletus, &c. Quod cum dixiſſet adiecit,& ait. Tunc iuſti fulgebunt ſicut Sol in Regno patris eorum.Separatis ſiquidem iniuſtis de medio iuſtorum :fulgebũt iuſti ſicut Sol in Regno patris eorum: quia nimirum non poteſt dies eſſe in perfecto ſplendore quandiù pars aliqua tenebrarum lucis crepuſculum obfuſcando denigrat. Sed quomodo diſcedẽtibus tenebris dies clarus effulget: ita retruſis impijs in inferno apparebit cœlũ nouũ, & terra noua.

C C I.

IDem *ibid. Ad ead. verba;ait iterum:* Cœlum in hoc loco vocat Eccleſiam Sanctorum:quorum cum adhùc viuunt conuerſatio,& auiditas, in cœlo eſt.Terram;aliorum fidelium,qui & ipſi per clementiam creatoris expectant videre regnum Dei.Primùm aũt cœlum, & prima terra abire dicuntur,quia ſeminatur corpus animale, & reſurget corpus ſpirituale.Quaſi aũt aliud cęlum,& alia terra, quam quæ prius erant oſtenduntur:non quia alia erit natura: ſed quia alia erit pulchritudo gloriæ.

CCII.

ABB. *Idem Expoſit. in Apocal.p.4.c.12.tex.5.Ad illa verba:*Factum eſt prælium magnum in cœlo:*ait ſic:* Dicitur aũt Sancta Eccleſia cœlũ: quia in altum conſiſtit reſpectu Synagogæ,quæ ſola terreſtria concupiſcit: & reſpectu illorum hominum: qui quamuis cœleſtis hominis ſignũ acceperint in baptiſmate: potius tamen terrenũ hominem,quam cœleſtem ſequuntur. *Vbi apparet,bella ſpiritualia non eſſe,neq; tentationes pati,niſi viros pios,& ſpirituales: cæteri diabolo conſentiunt.*

CCIII.

LYRA *Poſtil.in Apocal. Ad illa verba c.8.* Factum eſt ſilentium in cœlo, quaſi media hora:*ait ſic:*In Eccleſia militante,quæ frequẽter in libro hoc cęlum nominatur,vt prędictum eſt: Iſte .n. Iulianus præcepit Eccleſias claudi prohibens diuinum officium ſolenniter cęlebrari:& ſic factum eſt ſilentium in cęlo. Quia tñ Iulianus apoſtata parum imperauit .ſ. anno vno, & ſex men-

Cœlum, & Terram.

menſibus, ſecundum Hieronymum, ideò ſub dicitur: Quaſi media hora. Nam ipſo in bello Perſarũm interfecto apertæ fuerunt Eccleſiæ: & cępit Religio Chriſtiana gaudere: vt habetur in legenda Sanctorum Martyrũ Ioannis, & Pauli. Conſequenter ponitur continuatio ad ſequẽtia cũ dicitur: Et vidi ſeptem Angelos ſtantes, &c. & datæ ſunt illis ſeptem tubæ. *Ad mores autem Gloſa ibid. tenens idem proſequitur:* Per quem quãtum ad hoc ſignificatur Prælatus, qui terrã ſupponit interdicto ſine ratione bona.

CCIV.

S. *PATERIVS lib. 2. ſuper Apocal. c. 29. Ad eadẽ verba ait ſic:* Cęlum quippè eſt anima iuſti, ſicut per Prophetam Dominus dicit Cęlũ mihi ſedes eſt, &c. Anima itaq; iuſti, dum ad æterna ſublimia per ſubleuationem cõtemplationis intendit, ſurgentes ab infimis cogitationũ tumultus premit, & intra ſe Deo quodam ſilentiũ facit. Cùm ergò quies contemplatiuę vitæ agitur in mente, ſilentium fit in coelo, quia terrenorũ actuum ſtrepitus quieſcit à cogitatione, vt ad ſecretum intimum aurem animus apponat. Sed quia hoc ſilentium contemplationis, & hęc qes mentis in hac vita non poteſt eſſe perfecta, nequaquam hora integra factum in cęlo ſilentiũ dicitur, ſed quaſi media, vt nec media plenè sẽtiatur, dũ præmittitur, quaſi: quia mox vt ſe animus ſubleuare cęperit, & quietis intimę lumine perfundi, redeũte motu cogitationum, ſtupidus de ſemetipſo confunditur, & confuſus cæcatur. Nolenti quippè animo cogitationũ tumultuoſi ſe ſtrepitus ingerunt, etiam ſublimibus intendẽtem, ruſum ad reſpicienda terrena cordis oculum violenter trahunt. Vnde ſcriptum eſt: Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam: & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem. Benè ergo factum hoc ſilentium non integra, ſed media hora deſcribitur: quoniam hìc contemplatio nequaquam perficitur, quãuis ardenter inchoetur.

Finis Quinti Textus.

Explicit Prima Particula Primæ Partis Primi Tomi Expoſitionum ſelectarũm SS. Patrum, Doctorumq; Claſſicorum in totum Sacrum Textum, continens mille, & plus Expoſitiones. Laus Deo, cœteriſq; ſupra nominatis meis, ac huius Operis ſingularibus Patronis.

INDEX LOCORVM SAC. SCRIPTVRAE; qui ſelectè à SS. PP. Doctoribuſq; claſsicis inueniuntur expoſiti ex profeſſo in hac prima Particula Primæ Partis Primi Tomi huius Operis.

Primus numerus denotat Text.: Secundus, Notat.

GENE.

1 Liber Geneſis 1. à 1. vſq; 75
In Principio. 2. à 1. vſq; 58
Creauit. 3. à 1. vſq; 43
Deus. 4. à 1. vſq; 72
Cœlum, & Terram. 5. à 1. vſq; 60
3 Eritis ſicut dij 4. 109
11 Mortuusq; eſt Aram ante Thare pātrē suū. 4. 36.
19 Quæ verſa eſt in ſtatuam Salis 1. 9
Salua animam tuam 3. 97

EXOD.

2 Videns eum elegantem abſcondit. 1.55
Vocauitq; nomen eius Moyſes dicens quia de aqua tuli eum 1.57
12 Menſis hic principium menſium erit vobis, 2.23.
17 Scribe hoc ob monumentum, & trade auribus Ioſue. 1.62.63.71
24 Dabo tibi tabulas lapideas,&mandata quæ ſcripſi. 1.61.
37 Præbuerunt armillas,& inaures. & annulos 1.25.
37 Et vaſa ad diuerſos uſus menſæ acetabula phialas,& cyathos. 1. 18

NVM.

12 Siquis fuerit inter uos Propheta, &c. in viſione illi innoteſcam. 1.56
24 Qui cadens apertos habet oculos, 1.8

THOBI.

5 Rogo te indica mihi de qua domo, aut de qua tribu es? 1.67

IOB.

1 Ignis cecidit de cœlo. 5.1.2
4 Num quid homo Dei comparatione iuſtificabitur. 4.80.81
7 Militia eſt vita hominis ſuper terram 5.70
8 Nunquid Deus ſupplantat iudicium? 4.83. vſq; ad 85
9 Vere ſcio quod ita ſit,& quod non iuſtificetur homo compoſitus Deo.4.86
Deus cuius iræ nemo reſiſtere poteſt, & ſub quo curuantur &c.5.24
Qui commouet terram de loco ſuo, & columnæ eius concutiuntur. 5.67
Terra data eſt in manu impij. 5. 74
10 Reſpondebo tibi quod maior ſit Deus homine.4.77.vſq; ad.79
11 Excelſior cœlo eſt, quid facies,&c. 5. 73
13 Nunquid Deus indiget veſtro mendacio? 4. 76
19 Credo, quod redempror meus viuit, &c. 4. 82
Reuelabunt cœli iniquitatem eius,&c. terra conſurget,&c.5.63.64
Quis mihi tribuat, vt ſcribantur ſermones mei.1.82.vſq;ad 85
20 Hoc autem ſcio à principio.2.67
22 Nunquid Deo cōparari homo poteſt? 4. 87 & 88
An cogitas,quia Deus excelſior cœlo ſit? 5 61. 62
26 Columnæ cœli contremiſcunt,& pauent ad nutum eius 5.75.76
28 Habet argentum venarum ſuarum principia,&c.2.59.vſq;66
31 Quam enim partem haberet in me Deus, &c.4.89.vſq;ad.91
Et librum ſcribat ipſe, qui iudicat. 1. 76. vſq;81
33 Deum homini non æquabo,&c.4.92
35 Et non dixit: Vbi eſt Deus qui fecit me.4. 73. vſq; ad. 75.
Suſpice cœlum, & intuere, contemplare æthera,&c.5.65.77
36 Repetam ſcientiam meam à principio. 2. 68. vſq; 72
37 Subter cœlos ipſe conſideret.5. 71.72
38 Et gelu de cœlo,quis genuit? 5.68
Quis eſt pater pluuiæ,quis genuit ſtillas roris &c.5.69
Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ,&c.5.66.78
40 Ipſe eſt principium viarum Dei.2.73.vſq;86
42 Dominus autem benedixit nouiſsimis Iob. magis quam à principio,2.87. vſq; 100.

PSALM.

7 Domine Deus meus ſaluum me fac ex omni-

a

nibus perſequentibus me.4. 100
Domine Deus meus ſi feci iſtud.4.117
8 Domine Dominus noſter: quam admirabile eſt nomen tuum.4.62
Videbo cœlos tuos,& opera digitorum tuorum.4.55.& Tex.5.108
9 Non eſt Deus in coſpectu eius.4.96
13 Dixit inſipiens in corde ſuo:non eſt Deus. 4.95.& 99.& 104. & 106. & 109. vſq; ad.115.&.121.123.vſq;ad.127
15 Dixi Domino,Deus meus es tu: quoniã bonorum meorum non eges.4.102
18 Et ipſe tanquam ſponſus procedens de talamo ſuo.2.26
In omnem terram exiuit ſonus eorum.5. 87
21 De vẽtre matris meæ Deus meus es tu.4.107
Deus Deus meus reſpice in me.4. 128
39 In capite libri ſcriptũ eſt de me. 1. 21.& 86 vſq; 88
45 Vacate,& videte,quoniam ego ſum Deus 4.103
47 Deus in domibus eius cognoſcetur.4 119
49 Deus Deorum locutus eſt:&c.4.93.T.5.100
Deus manifeſte veniet,Deus noſter non ſilebit 4.94
Advocauit cœlum deſurſum, & terram vt diſcernat populum ſuum.5.84
50 Secundũ magnam miſericordiam tuã. 5. 14
Cor mundum crea in me Deus 3.20.44.vſq; 52.
55 In quacunq;die inuocauero te: ecce cognoui quia Deus meus es tu.4.118
68 Deleantur de libro viuentium.1.94.95.96
72 Poſuerunt in cœlum os ſuum, & lingua eorũ tranſiuit in terra. 5. 90
73 Operatus eſt ſalutem in medio terræ 4. 82
80 Deus ſteriț in ſynagoga deorum, &c. 4. 108
84 Veritas de terra orta eſt: & iuſtitia de cœlo proſpexit 5.95
88 Aquilonem, & mare tu creaſti 3. 62 vſq; 67
92 Dominus regnauit Decorem indutus eſt &c. 5.57.
Etenim firmauit Orbem terræ &c.5. 113
94 Et Rex magnus ſuper omnes Deos. 4.97 & 105
95 Cantate Domino omnis terra 5.101
Lætentur cœli,& exultet terra &c. 5. 80. 89
101 Dominus de cœlo in terrã aſpexit &c.5. 86
Populus qui creabitur laudabit Dominum 3.53.54.55
Initio tu Domine terram fundaſti: 5. 44 106. 107
Opera manuum tuarum ſunt cœli.5.8
103 Montes excelſi,ceruis:Petra refugiũ &c. 1.1
Qui emittit fontes in conuallibus expectabunt Onagri &c. 1.2
Extendens cœlum ſicut pellem.5.45.52
107 Exaltare ſuper cœlos Deus, & ſuper omnem terram gloria &c.5.85
109 Tecum principium in die virtutis tuæ &c.2. 101.vſq, 108
112 Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat.5.112
113 Cœlum cœli Domino: terram autem dedit filij hominum. 5. 103
Benedicti vos à Domino qui fecit cœlum & terra 5.81.82.83
Ne quando dicant gentes: vbi eſt Deus eorum? 4. 101
Deus autem noſter in cœlo omnia quæ cunque voluit fecit 5.94
Benedicti vos à Domino,qui fecit cœlum & terram 5.99.102
118 Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ 5.92
Initio cognoui de teſtimonijs tuis: 2. 21. 22
Ignitum eloquium tuum vehementer. 1. 40
Principium verborum tuorum veritas.2.109 vſq; 114
120 Leuaui oculos meos in montes vnde veniet auxilium mihi.5.96.
123 Adiutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit Cœlum & terram 3.32.T. 5.98
126 Si non propoſuero tui Hieruſalem in principio lætitiæ meæ.2.115.vſq;123
133 Benedicat te Dominus ex ſyon,qui fecit cœlum & terram.5.88.97
134 Cognoui,quod magnus eſt Dominus: Deus noſter præ omnibus dijs 4.98. & 120.
Omnia quæcunq; voluit Dominus fecit. 3. 23.Tex.5.91.
135 Qui firmauit terram ſuperaquas:5.111
Qui fecit cœlos in intellectu.5. 3.4. 5.6.33. 109.110
138 Si aſcendero in cœlum tu illic es 5.79.104
In libro tuo omnes ſcribentur 1. 89. vſq; 94
139 Dixi Domino:Deus meus es tu 4.116
144 Beatus populus cuius Dominus Deus eius 4.118
148 Laudate Dominum de cœlis 5.93
150 Ipſe dixit, & facta ſunt 3. 13. & 16. & 38. & 56.vſq;ad.61

P R O V E R B.

1 Principium ſapientiæ timor domini 2.à 124 vſq;127
2 Si quæſieris eam quaſi pecuniam &c. ſcientiam Dei inuenies 4.129.130
4 Principium ſapientiæ poſſide ſapientiam 2. à 128 vſq;ad 130
Principium ſapientiæ timor domini 2. 131
8 Quando præparabam cœlos aderam, &c. 5.130
9 Principium ſapientiæ timor domini 2.à 132 vſq; ad 134
19 Et contra Deũ feruet animo ſuo 4.131.132
20 Hæreditas ad quã feſtinatur in principio, in no-

Digitized by Google

nouiſsimo benedictione carebit 2.135. vſq; ad 140
Abominatio eſt apud Deum pondus,& pōdus:ſtatera doloſa non eſt bona, 2. 139.
25 Cœlum ſurſum,& terra deorſum 5.131
30 Qui autem fortiter premit vbera ad exprimendum lac &c, 2. 51

ECCLESIASTES.

5 Neq; cor tuum ſit velox,&c.5. 132
7 Melior eſt finis orationis , quam principium 2. 142 vſq;ad 146
12 Faciendi plures libros nullus eſt finis 1. 21 & 97 vſq; 101

CANT.

2 Flores apparuerūt in terra noſtra 5.118.119
Leua eius ſub capite meo , & dextera illius amplexabitur me 5.161
Vox turturis audita eſt in terra noſtra 5.121 vsq.128
3 Paululum cum pertranſiſsem eos,inueni,quē diligit anima mea 1.6
5 Oculi eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum 2. 44
6 Viderunt eam filiæ ſion:& beatiſsimam prędicauerunt eam 4.60
6 Reuertere ſunamitis,vt intueamur te 1.73 T. 3.35.
7 Venter eius eburneus &c,1. 17
7 Venter eius ſicut acervus tritici vallatus lilijs 1.17
8 Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto delitijs affluens 1.16

SAPIENT.

1 Diligite iuſtitiā, qui iudicatis terram 5.115
Peruerſæ enim cogitationes ſeparant à Deo 4. 133. 134
Creauit Deus ,vt eſſent omnia 3.68. vſq; ad 70.& 76.& 85
Sanabiles fecit nationes orbis terrarum 3.85
5 Pugnabit cum illo Orbis terrarum contra inſenſatos 5.116.120
6 Diſcite iudices finium terræ: 5. 117
Multitudo ſapientum ſanitas eſt orbis terrarum 5.129
7 Ipſe dedit mihi horum quæ ſunt ſcientiam veram 2.141
10 Et difficile æſtimamus,quæ in terra ſunt:&c, 5. 114
12 Nec eſt alius Deus quam tu cui cura eſt de nobis 4.136
13 Solem & lunam Deos putauerunt 5.180
A magnitudine ſpeciei cognoſcitur creator. 3. 115

ECCLESIASTI.

1 Prior omnium creata eſt ſapientia 3.88. vſq; ad 91.
Ipſe creauit eam in ſpiritu ſuo 3.71
Qui addit ſcientiam? addit & dolorem 3.72
2 Coniungere Deo,& ſuſtine 4.137 &.138
10 Quid ſuperbis terra & cinis? 5. 55
17 Creauit & illis ſcientiam ſpiritus 3.72. & 73
18 Qui viuit in æternum creauit omnia ſimul 3. 83. 84
24 Et qui creauit me,requieuit in tabernaculo meo.3. 86. 87
Omnis qui tranſgreditur lectum ſuum: &c. 4. 197
Hæc omnia liber vitæ 1.102.103
25 Nonne lacrymæ viduæ ad maxillas deſcendunt, &c. 5.173
38 Altiſsimus de terra creauit medicinā 3.74.75
Honora medicū propter neceſsitatem 3. 77. vſq; ad.82

ESAI.

1 Audite cœli, quæ loquor, auribus percipite terra 5.154.155.156.157
4 Et creauit Dominus ſuper omnem locum montis ſyon &c.3.107.108
5 Et leuabit ſignum in nationibus procul,& ſibilabit &c.5.147
6 Duabus velabant faciem eius &c.3.14.15
8 Sume tibi librum grādem.1.11.24.30 vſq; 33
13 Dominus exercituum præcepit militiæ belli venientibus de terra procul à ſummitate cœli.5. 18
14 Quomodo cecidiſti de Cœlo lucifer 5. 144
Ecce ego creo cælos nouos , & terram nouā 5.145. 164
24 Luxit & defluit terra 5.173.
25 Domine Deus meus es tu 4.158
29 Et erit vobis viſio omnium ſicut verba libri ſignati 1.25.vſq; ad 28
30 Nunc egreſſus ergo ſcribe eis ſuper buxum, & in libro &c.1.41
34 Requirite diligēter in libro Domini &c.vnū ex eis non deficit.1.44.108
37 Domine Deus exercituum Deus Iſrael, qui ſedes ſuper cherub,&c,5.151
Et factū eſt cum adoraret in templo Neſroch Deu ſuum 4.140
38 Facti ſumus ſicut à principio cum non dominareris nobis .2.159.160.161
Non Videbo Dominum Deum in terra viuentium.4. 149.161
40 Nun quid non audiſtis,nun quid non annūtiatum eſt vobis.2.54
Dominus creauit terminos terræ 3. 109.vſq; ad.113
Leuate oculos veſtros,& videte quis creauit hæc 3.114.115
Qui ſtatuit quaſi cameram cœlum &c,5. 139
41 Quis annuntiauit ab exordio , vt ſciamus & à principio 2.177.vſq;179
44 Et facta eſt hominibus in focum &c,4.147
Laudate cœli quoniam fecit Dominus &c. 5. 171

48 Manus quoq; mea fundauit terram:& dextera mea menſa eſt cœlos 5.159.161
49 Non à principio in abſcondito locutus ſum 2. 174
51 Poſui verba mea in ore tuo &c.vt plantes cœlos &c 5.140
Et oblitus es Domini factoris tui, qui tetendit cœlos 5. 133.
52 In Aegypto deſcendit populus meus à principio &c.2.175. 176
54 Ecce ego creaui fabrum &c. 3. 99 vſq;ad 106
55 Omnes ſitientes venite ad aquas.2.48
66 Cœlum ſedes mea : terra ſcabellum pedum meorum 5. 142.143.174

IEREM.

2 Paſtores ſtultè egerunt, ac Dominum non quæſierunt 4.142.
3 Tolle volumẽ libri,&ſcribes &c.1.104.105.106
Sume libros iſtos, librum emptionis hunc, &c. 1. 109
4 Lugebit terra, & mœrebunt cœli deſuper 5. 173
10 Dij qui cœlos & terram non fecerunt pereãt de terra 5. 158
14 Et portæ eius corruerunt & obſcuratæ ſunt in terra 5.166. 167
15 Et diſpergam eos ventilabro in portis terræ 5. 136
23 Ego Deus approximans,& non Deus de longinquo 4.139
23 Nunquid non cœlum & terram ego impleo 5.153
27 In principio regni Ioachim.2.172
28 Et factum eſt in anno illo in principio regni Sedechiæ 2. 180
30 Et erunt filij eius ſicut à principio.2. 181
31 Ecce omnis terra in conſpectu tuo 5.168
40 Creauit Dominus nouum ſuper terram 3.92 vſq;ad 96
50 Quomodo confractus eſt malleus vniuerſæ terræ? &c.5 138.
Super terram dominantium aſcende 5. 137
51 Qui fecit terram in fortitudine ſua 5.160 161. 162

THREN.

2 Abiecerunt in terra capita ſua virgines Iuda 5.170
Non eſt recordatus ſcabellum pedum ſuorum 5.175.176
Lauda in nocte in principio vigiliarum 2. 162.vſq; 167
Defixæ ſunt in terra portæ eius 5. 169
4 Patres noſtri peccauerunt & non ſunt. 3.68
5 Innoua dies noſtros ſicut à principio 2.152 153. 154

EZECHIEL.

1 Factum eſt verbum Domini ad Ezechi.filium Buzi. 1.72
Cumq; aſpicerem animalia apparuit & tota 1.3.7.
Quocunq; ibat ſpiritus,&c.1.20.
Scriptus intus & foris 1.1.
2 Aperi os tuum,& comede,&c. 1.125.
3 Et aperui os meum, & cibauit me volumine, &c. 1. 29
Et vocem alarum animaliũ percutientium al teram ad alteram 5.66
8 Et eleuauit me ſpiritus inter cœlum & terram 5. 165

BARVCH.

1 Et legite librum iſtum quem miſimus ad uos &c.1.116.117

DANIEL.

1 Et partem vaſorum domus Dei 4. 162. 163
Pueris autem his dedit Deus ſcientiam,& diſciplinam &c.1. 110.vſq; ad.115
2 Tibi Deus patrum noſtrorum confiteor 4. 172. 173. 174
Verè Deus veſter Deus Deorum eſt.4.146
Et ingreſſus eſt domum ſuam Ananiæque,& Miſael,& Aſariæ ſocijs ſuis indicauit, &c. 4.155.vſq.157
Non eſt homo ſuper terram, qui ſermonem tuum rex poſſit implere.5. 135
3 Ecce.n. Deus, cui nos ſeruimus, potens eripere nos de camino &c,4.153.144.176. vſq. 179
Et quis eſt Deus veſter, qui eripiet vos de manu mea 4. 166
4 Nonne hæc eſt Babylon, quam ego ædificaui 3. 33
Forſitan ignoſcet Deus delictis tuis 4.145
6 Exeat edictum,vt omnis,qui petierit aliquam petitionem a quocunq; Deo &c.4.170
Daniel ſerue Dei viuentis, Deus tuus cui tu ſeruis &c. 4. 171
Viri illi curioſius inquirentes inuenerunt Danielem orantem Deum ſuum 4. 151
Deus tuus quem colis ſemper, ipſe liberabit te 4.143
Deus miſit Angelum ſuum, & concluſit ora leonum 4.144
7 Iudicium ſedit,& libri aperti ſunt 1.119.120
9 Et vigilauit Dominus ſuper malitiam &c. 4. 159
Omne malum venit ſuper nos,& non rogauimus faciem tuam 4.141.142
Ego Daniel intellexi in libris numerum annorum &c,1.121 vſq; ad 124
Adhuc me loquẽte in oratione ecce vir Gabriel,quam videram in viſionis principio 2.168
13 Helkias autem, & vxor eius laudauerunt Deum &c,4. 152
Exclamauit autem Suſanna voce magna, & dixit

Digitized by Google

dixit:Deus æterne 4. 168. 169
14 Non colo idola,&c.ſed Deum viuẽtem,4.175

O S E.

1 Principiũ loquendi Domino in Oſea 2. 169 170
4 Quia iudicium Domini cum habitatoribus terræ:&c,5.141
8 Vſquequo non potuerunt emundari? &c. 4. 148
Me inuocabant:Deus meus cognouimus te, 4. 160
Quia multiplicauit Ephraim altaria, &c.1.54
9 Speculator Ephraim cum Deo meo. 4.165.

N A H V M.

1 Onus Niniue liber viſionis Nahum Elcheſæi 1. 107

I O E L.

1 Quare dicunt in populis vbi eſt Deus eorum. 4. 164
Zelatus eſt Dominus terram ſuam:5.134
Audite hoc ſenes,aures percipite omnes habitatores &c. 5. 150
2 Et dabo prodigia in cœlo,& in terra & ignem 5.146
Reuertimini ad Dominum Deum veſtrum, quoniam miſericors, & pius &c.4.167
Quaſi mane expanſum ſuper montes populus multus 2.147,& 148
Et deſcendere faciet ad vos imbrem matutinum,& ſerotinum ſicut in principio 2.149 vſq;ad 151

M A L A C H I.

2 Tunc loquuti ſunt timentes Deum &c.& ſcriptus eſt liber 1.118

A M O S.

4 Præparare in occurſum Dei tui Iſrael;Quia ecce formans montes &c. 3.97. 98
5 Et facientem Arcturum,& Orionem 3.41
7 Ecce fictor locuſtæ in principio germinantiũ ſerotini imbris 2.171 vſq. 182

A G G E.

1 Propterea abſtinebit cœlum a rore, & terra &c.5.149
Quia Domus mea deſerta eſt,& vos feſtinatis vnuſquiſq; in domum ſuam 5.152

A B A C.

1 Nunquid non a principio Deus meus, &c. 2. 155 vſq; 158
2 Scribe viſum,& explana eũ ſuper tabulas 1.36

I O N.

1 Hebræus ſum ego, & Deum timeo 3. 18 & Text. 5. 60

Z A C H.

5 Ego video volumen volans 1.51
12 Et ſaluabit Dominus tabernacula Iuda, ſicut a principio 2. 183

M I C H E AE.

1 Lachis principium peccati eſt filiæ Syon. 2.173
7 Quis Deus ſimilis tui ? 4. 150

M A T.

1 Liber generationis 1. 67, & 70
4 Docens in ſynagogis eorũ,& prædicans,& ſanans omnem languorem 5. 10
6 Theſaurizate vobis theſauros in cœlo 5.13
9 Adiuua Domine incredulitatem 4. 119
13 Sinite creſcere vſq; ad meſſem 5. 29
14 Accepit ergo Ieſus panes 5. 16
15 Ex corde exeunt cogitationes prauæ 3.51
Fiat tibi ſicut vis 3.13. & 16
16 Cœlum,& terra tranſibunt, verba autem mea non peribunt 5. 56
25 Fatuæ autem non acceperunt oleum 5. 170
26 Amputauit auriculam eius,&c. 1.10
Bonũ erat ei ſi natus nõ fuiſſet homo ille 1. 22
28 Data eſt mihi omnis poteſtas 3. 149

L V C.

2 Non erat ei locus in diuerſorio 5. 32
3 Vt putabatur filius Ioſeph. 3. 42
5 Rogauit eum a terra reduci puſillum 1. 15
11 Qui non eſt mecum contra me eſt 5. 116
24 Nõnẽ cor noſtrũ ardens erat in nobis,&c.1.40

I O A N.

4 Omnis qui bibit ex hac aqua ſitiet iterũ 1. 14
6 Ex hoc multi diſcipulorum eius abierunt 1.12
8 Ego ſum principium qui loquor vobis 2.32.& 39.& 44.& 47
13 Cum Diabolus miſiſſet in cor &c. 3. 51

R O M.

1 Quod ante promiſerat per prophetas ſuos in ſcripturis &c. 1. 45 48
Et pax a Deo Patre noſtro 4. 209
Qui cum cognouiſſent Deum,non ſicut Deum glorificauerunt 4. 224
Non probauerunt Deum habere in notitia 4. 194.197.vſq; 204.215.216. 239
Segregatus in Euangelium Dei 4.212.213
Gratias ago Deo meo 4. 180.vsq;ad. 187
Et mutauerunt gloriam in corruptibilis Dei &c.4. 188
Teſtis enim mihi eſt Deus.4.220.221
Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum4. 199.vsq; ad 104. 231
5 Scientes quoniam tribulatio patientiam operatur 2. 9
7 Primo quidem gratias ago Deo meo 4. 235
8 Et nos Ipſi primitias ſpiritus habẽtes &c. 2.52
15 Gentes autem ſuper miſericordia honorare Deum 4. 210

C O R. 1.

1 Paulus vocatus Apoſtolus per voluntatẽ Dei 4. 192
Gratias ago Deo,qa neminẽ baptizaui, 4.214
6 An neſcitis,quoniam membra veſtra templa ſunt sp. 4.223
8 Nobis tamen vnus Deus Pater,ex quo omnia

4. 207. 226
16 Fidelis Deus 4. 230

C O R. 2.

1 Ego autem Deum inuoco in animam meam quod parcens vobis non veni Cor.4.225
2 Sed ex ſinceritate ſicut ex Deo coram,Deo in Chriſto loquimur 4. 217
5 Pro Chriſto legationem fungimur 1.43
8 Gratias ago Deo qui dedit hanc ſolicitudinē pro vobis in corde Titi 4. 238
10 Arma militiæ noſtræ nō carnalia. ſed potētia a Deo 4. 228.229
12 Impendam, & ſuperimpendar pro animabus veſtris 2. 15

G A L.

3 Maledictus omnis qui nō permanſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro legis. 1. 141
6 Deus non irridetur 4. 191

E P H E S.

1 Vt notum faceret nobis Sacramentum, &c. reſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cælis, & quæ in terris 5. 185.186
2 Ipſius enim ſumus factura creati in Chriſto 3. 135. vſq; ad 144.
3 Mihi minimo omnium Sanctorū data eſt gratia hęc in gentibus euangelizare &c. 3.133 134.

P H I L I P.

3 Quorum Deus venter eſt 4.211.234
Noſtra autem conuerſatio, in cælis eſt 5.49
4 Et cæteris coadiutoribus meis,quorū nomina ſcripta ſunt in libro vitæ 1.137. vſq; 140
Scitis autem & vos Philipenſes, quod in principio Euangelij &c. 2.184. vſq; 189.

C O L.

1 Et ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, qui eſt principium 2. 191
Quoniam per ipſum condita ſunt vniuerſa 3. 128. vſq; ad 132
Ipſe eſt primogenitus omnis creaturæ 2.34
Pacificans per ſanguinē crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis ſunt 5. 177. 178. 181. 182.
3 Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram 4.211

T I M O T. 1.

4 Et cauterizatam habentium ſuam conſcientiā &c. 3.116. vſq; ad 125.
5 Modico vino vtere 5.71.

T I M O T. 2.

2 Nemo militās Deo implicat ſe negotijs ſæcularibus 4. 189. 190
4 Penulam quam reliqui Troade apud Carpum veniens affer tecum, & libros 1. 126. vſque 136

T H E S A L. 1.

1 Suſtinetis in exemplū iuſti iudicij Dei, 4. 233
Gratias agimus Deo ſemper pro omnibus vobis 4. 237.
2 Vos teſtes eſtis, & Deus 4. 205
Gratia vobis, & pax a Deo Patre,& Domino &c. 4.206.

T H E S. 2.

2 Et extollitur ſuper omne, quod dicitur Deus 4. 222.
Nos autem debemus gratias agere Deo ſēper pro vobis 4. 195

T I T.

1 Confitentes ſe noſſe Deum, factis autem negant 4.218.219.232.

H E B R.

1 Et tu in principio Domine terram fundaſti, 2.197.vſq; 199. & tex. 5. 183.184
Portans omnia verbo virtutis ſuæ 3. 26
2 Non enim Angelis ſubiecit Deus orbē terræ, 5. 179.180
3 Ille, qui creauit omnia Deus eſt 3.126.127
Videte fratres, ne forte ſit in aliquo veſtrum cor malū in credulitatis diſcedendi à Deo, 4. 208
4 Habentes ego Pontificem magnum, qui penetrauit cælos 5. 184
9 Ipſum quoq; librum,& omnē populū aſperſit, &c. 1. 142
10 Dabo leges meas in cordibus eorum,&c. 1.49

I A C O B.

2 Tu credis quoniam vnus eſt Deus: benefacis &c. 4. 227

I O A N. 1.

1 Quod fuit ab initio 2. 53
4 Deum nemo vidit vnquam 4. 192. 196.
2 Chariſſimi non mandatum nouum ſcribo vobis 2. 190

I O A N. 2.

2 Et nunc rogo te Domina non tanquam mandatum nouum &c. 2. 20

P E T R. 2.

3 Latet enim eos hoc volentes, quod cæli erant prius, & terra de aqua &c. 5. 187. 188
Quoniam cæli magno impetu tranſient &c. 5. 178
Elementa ignis ardore tabeſcent 5. 26

A P O C A L.

1 Beatus, qui audit verba prophetiæ, &c. 1.150
Quod tu vides ſcribe in libro 1. 37. & 164
Et conuerſus ſum vt viderē vocem &c. 1.164
Ego ſum Alpha, & Omega, principiū,& finis. 2. 200. vſq; 208
3 Ego ſum primus,& nouiſſimus,& fui mortuus 2. 210
Hæc dicit Amen teſtis fidelis,& verus, qui eſt principium 2. 209: 212. vſq; 214
Non enim inuenio opera tua plena corā Deo meo 4. 240. vsq; 242
4 Et ecce ſedes poſita erat in cælo 5. 190

Et vidi Angelum volantem per medium cælũ, &c. dicens voce magna. Timete &c. 5. 198
Et ecce oſtium apertum eſt in cælo 5.193.194 195
Et vidi, & audiui vocem vnius aquilæ volãtis per medium cæli 5. 197
Mittentes coronas ante thronum dicẽtes, &c. 3. 145. vſq; 154
5 Et vidi in dextero ſedentis ſuper thronum librum 1. 34. 166
Seniores ceciderunt coram Agno 1.53.& 170 vſq; 172
Librũ ſcriptũ intus, & foris 1.1.146.147.169
Ego flebam multum, quoniam nemo dignus inuentus eſt aperire librum 1.154.155.179 180.
Quis eſt dignus aperire librum 1.156
Et accepit librum de dextera ſedentis. 1. 167. 168.173.
Et nemo poterat in cælo &c.aperire librũ,&c. 1. 177. 181.
Dignus es Domine aperire librum &c. 1.178
Et habebat librum in manu ſua apertũ. 1.182
Et vnus de ſenioribus dixit mihi ne fleueris. 1. 184.
6 Et cælum receſſit ſicut liber inuolutus. 1. 148 157. vſq; 159.
7 Et vidi alterum Angelum aſcendentẽ ab ortu ſolis,habentem ſignum Dei viui.4.243.vſq; 246.
8 Factum eſt ſilentium in cælo quaſi media hora 5.203. 204
10 Vade, & accipe librum de manu Angeli. 1.35 & 149. 150. 151
Signa,quæ locuta ſunt ſeptem tonitrua,noli ea ſcribere. 1.46.47
Et habebat in manu ſua libellum apertum. 1. 152. 182. 183
Et deuorauit illum 1. 153
Et abij ad Angelum, vt daret mihi librũ.1.174
Et accepi librum de manu Angeli 1. 143. vſq 145. 160. vſq; 163. 175. 176
Et Angelus quem vidi ſtantẽ ſupra mare, &c. leuauit manum ſuam,&c.3.155. vſq; 158.
Poſuit pedem vnum ſupra terram, alterum ſupra mare 1. 182. 183
Et vidi alium Angelum fortem deſcendentem de cælo 5. 191
Et erat in ore meo dulce &c. 1.175. 176.
Manum ſuam leuauit in cęlum 3.155.vsq;158 t. 5. 199
5 Et veni, & accepit de dextera ſedentis 1. 167. 173.
11 Apertum eſt templum Dei in cælo, & viſa eſt arca teſtamenti eius 5.195.196
Datus eſt mihi calamus ſimilis virgę 1.52.149
12 Factum eſt prælium magnum in cælo. 5. 202
Lætamini cæli,& qui habitatis in eis:Væ terrę & mari,quia deſcendit diabolus 5. 189
19 Vide ne feceris: Deum adora.4. 247.vſq; 250
21 Et ipſi populus eius erunt: & ipſe Deus cum eis erit eorum Deus. 4.251.252
Et vidi cælum nouum,& terram nouã, 5. 192 200. 201
22 Ego ſum Alpha,& Omega, primus, & nouiſſimus &c. 2. 211
37 Scribe ea, quæ vidiſti &c. 1. 37

ACTA APOST.

1 Primum quidem ſermonem feci de omnibus, &c. 1. 23. 39
3 Quid nos intuemini tanquam propria virtute 1. 60
4 Notum ſit vobis, & omni plebi iudæorũ. 1.13
7 Viderunt faciem eius tanquam faciem Angeli 1. 55
7 Vidimus, mouemur, & ſumus 4. 52
17 Athenis cum Paulus expectaret Timotheum. 4. 127
20 Attendite vobis, & vniuerſo gregi 5. 190

Finis Indicis Locorum.

Digitized by Google

INDEX RERVM NOTABILIVM,
quæ ex profeſſo à SS. Patribus, Doctoribuſque Claſsicis probatæ inueniuntur in hac Prima Particula Primæ Partis Primi Tomi huius Operis,

Primus numerus denotat Text. Secundus Notat.

A

ABſtinentibus, merito Deus tribuit ſcientiam. 1. 113.
Actiui in Eccleſia ſunt fundamentum cōtemplatiuorum. 2. 197
Actiui terræ, ſicut contemplatiui, cælum vocantur. 5. 142
Actiuis non minus quam contemplatiuis Sacræ Scripturæ lectio inſeruit. 1. 20
Adiuuare ſolus ille nos poteſt, qui & creauit. 3. 32
Adiutorium Dei, qui habet Mundi venatores non timet. 5. 98
Admonitiones inferiorum ad ſuperiora, non denotant incitationem faciendorum, ſed approbationem factorum 5. 93
Admirari non debemus quare nunc ſint tot regna infidelium, cum tantus ſit numerus prædicantiū 3. 134
Adorare Deum quibus progreſsibus debet fieri. 3. 146
Aduentus Chriſti prædicatio, nulli niſi ſanctis permittitur 2. 178
Aduentus Chriſti obligat peccata dimitti vetera. 3. 93
Adulatores ſunt inuerecundiores diabolo 4. 124
Adulatores, lænones, & vetulæ mediatrices ſunt ſoles diaboli 3. 104
Affectatione non indigent res pulchræ, nec ſtampis, & figuris, bona typis mandata doctrina. 1. 38
Affectus interioris ſolus Deus teſtis eſſe poteſt 4. 221
Affectio humana facit vt cęteris paribus alius honoretur, alius deſpectui habeatur. 4. 147
Afflictiones piorum debēt maximè terrere impios. 4. 233
Afflicti qui in laboribus Deum non inuocant, quā impij 4. 75
Agentis perfectio tanto magis elucet quanto pautioribus ad agendum indiget 3. 27
Agentium multitudo, in ſingulis arguit impotentiam 4. 44
Agens vnus licet plura facere poſsit opera: vnum opus à pluribus fieri agentibus non decet 5. 7
Amantes, veri perditā rē amatam ita deplorant, vt nullam lætitiæ occaſionem admittunt 2. 121
Ambigua ſententia exaltat multoties excellentiā veritatis 4. 171
Ambitio prælatorum ignis cōſumens virtutes ſubditorum 5. 2
Amens ex eo cognoſcitur, quod blaſphemias non ſeruat in corde, ſed ore profert. 4. 99
Amentium iniuriæ neminem lædunt 4. 121
Amor nimius terrenorum præſupponit Dei contēptum. 5. 90.
Anna Prophetiza turtur cuius vox primò audita fuit in Eccleſia 5. 122
Angeli, & paſtores Chriſti Domini natiuitatem ſolemnizauerunt 5. 101
Angeli hominibus inimici facti ſunt ex eo, quod ab illis iniurijs affici, & morte Chriſtum Dominum viderunt 5. 177
Angelorum fauorem fruſtrà ſperat, qui illorū Domino peccando aduerſatur 5. 181
Angelus quare noluit adorari à Ioanne 4. 249. 257
Angeli Deo ſic ordinante; coercent dæmones, ne nobis pro libito noceant 2. 85.
Angeli naturam humanam reuerentur poſt incarnationem 4. 242
Angeli quare dij minime vnquam in ſcriptura vocentur, cum ſæpe homines dij dicantur 4. 97
Angelicam vitam oportet facere illos, qui ſe ſimul cū Angelis vni capiti Chiſto vnitos iactāt 5. 186
Anima iuſti Dei tabernaculum 3. 86
Anima iuſti cœlum eſt 5. 204
Anteacta bene nos docent, quæ futura ſunt 2. 67
Antichriſtus, eſt omnis malus Chriſtianus 4. 218
Antichriſtus tollet idolatriam, vt ipſe ſolus ſit, & vocetur Deus 4. 236
Antiquitas multum approbat doctrinam 2. 20
Appetitus carnalis per ſpiritus virtutem moderatur, & regitur in ſanctis 5. 12
Apoſtoli quare Orbis terrarum dicti ſunt 5. 113
Apoſtoli populo fuerunt exempla ſicut Chriſtus ipſis 1. 92

Apo-

Index Rerum Notabilium.

Apoſtolorum Petri, & Pauli laudes 5. 87
Aquirere poteſt quis dominiũ in Deum per amorem, & charitatem. 4. 186
Arces diaboli contra pios, ſunt impij. 4. 229
Arcturij nomine, Eccleſia deſignatur. 3. 41
Arguere ad diſcendum cum ſapientioribus laudabile, ad reprobandum verò. fatuum, & iniquum. 4. 78
Arma fabricantur alia intentione à fabro, ab illa qua diriguntur à Deo. 3. 99
Arrogantes zelo iuſtitiæ cooperiunt arrogantiam,qua contra Sanctos loquuntur. 2. 69. 70
Ars non habet locum ſe oſtendendi, niſi potentia ſuppoſita. 3. 40.
Artes quaſcunq; adicendi iuclinatio, prouenit à Deo. 3. 100.
Artifex mundi nõ eſt putandus Deus ſolùm, ſed creator, & Dominus. 5. 25.
Aſcendunt raró in formatione, quæ in creatione ſubtus apparuerunt. 5. 15
Aſcendere ad aliquam perfectionem per ſaltum,& non per gradus, indicat ibi non operari Deum. 4.119
Auaris reſurrectio futura vehementius eſt prędicãda. 1. 84
Auari de fide ſunt ſuſpecti. 4. 64
Auari execrecandi magis, quam idolatræ, idem dicẽdum de epulonibus. 4. 211.
Auari & in futuro puniuntur, & hic ſine hæredibus remanent. 2. 138.
Auaritia deprimit animã, & ad infima inclinat. 1.84
Auditoribus requiruntur aures: Prædicatoribus prudentia, vt pro captu audientium dicant, vel taceãt. 1. 25
Authores primi alicuius operis, reparatores ſe eſſe obligant. 2. 194
Authores alicuius operis imperfecti ſunt, ſi opus non perficiunt. 2. 206
Authoritatem eandem,& excellentiam attribuere ſubditis, & prælatis,Deo, & creaturis eſt irrationabilę. 4. 40
Auxilium diuinum præſens Sancti ſemper ſibi pollicentur. 4. 178
Auxilium ſolum ab illo ſperari poteſt, qui ſine aliena ope omnia creauit. 3.38

B

BAptiſma nõ ſufficit ſine operibus ad ſalutẽ. 5.111
Bertitudinis conſideratio, & ſi dulcis: inferni tñ & peccatorum memoria amara. 1. 160
Benedicere Dei, eſt benefacere. 2. 94.
Benedictio verbalis ſola Dei eſt bona, & vtilis: quia ipſe ſolus verbo operari poteſt. 5. 99
Beneficia diuina dicuntur ſerotina, non quia tarde veniunt: ſed quia iterum veſpere quærunt illos,qui illa mane venientia reſpuerunt. 2.149
Beneficia diuina non ſolum ex doni magnitudine nos obligant: ſed ex donantis liberalitate, nos debent perterrere. 4. 223
Beneficijs ſuis Deus bonos, & malos implet. 5.153
Beneficum à pluribus accipere, facit homines diuersè, & inconſtanter ſe habere. 4. 45
Beneficia ſua Deus ſemper refugit oſtentari. 1.32
Beneficia tria, nobis Chriſtianis, Deus facit. 3.143
Beneficia diuina tardè exhibita, dilata debẽt intelligi Dei prouidentia,non negata. 2.4
Beneficia prima non debent obliuiſci beneficijs ſubſequentibus. 2. 45
Beneficij præteriti. recordatio laudabilis. 2.184
Beneficia illa magis obligant quæ cum complacentia, vt fierent fuerunt diſpoſita. 3. 153
Beneficia, quæ ſubito fiunt, arguunt inuoluntarium. 3. 154
Beneficia prima, oſtendunt quæ erunt vltima. 2. 52
Beneficia conferunt boni Principes nõ minus obligati à benefica voluntate,quam ab exigente neceſſitate. 3. 6.
Blandiri Deo ſemper in tribulationibus poſſunt, qui ſe eius à principio ſuæ vitæ eſſe cognoſcunt. 2. 155
Blaſphemos punit Deus oſtendendo falſa eſſe, quæ de ipſo maledixerunt. 4. 140
Bona a Deo data ſibi attribuere eſt cõtra Deum, ſuiſmet donis pugnare. 4. 86
Bona nunquam ſibi, ſed Deo attribuant homines. 2. 209.
Bona cæleſtia non inuenimus quærentes, quia debito non quærimus ordine, 5. 114
Bona vbi ſint ſcire parũ prodeſt, niſi quomodo extrahantur inde etiam ſciatur. 2. 66
Bona, quæ facimus putare Deo eſſe vtilia, ac illa cum eius beneficijs colare: eſt maximè præſumptuoſũ. 4. 88
Bona cæleſtia ſolum à Deo dantur, & nulla induſtria aquiruntur. 2. 65
Bona terrena ſunt ſiniſtræ manus Dei,cæleſtia dextræ 1. 66. tex. 2. 93
Bona ſua vult Deus a ſe facta cognoſci, ne ſuperbiamus, & in æternum duratura, vt ſine timore amittendi fruantur. 3. 57.
Bona opera magis debẽt fieri ex libera volũtate, quã ex conditione naturæ. 3. 29
Boni, & mali ab initio cæperunt eſſe permixti. 5. 29
Bonitas operis a priori oſtenditur a ſapientia, non a potentia, qua factum eſt. 2. 27
Bonitas diuina maximè ex eo commendatur, quod motu,pprio multa nobis contulerit beneficia. 2.189
Bonitas alicuius operis nõ minus elucet cum iubetur, non fieri,quod faciendum non conuenit, quam cum operatur. 4.51

C

CAlumniam, qui iuridicè vult euadere debet ſubire iudicium ad vtrunq; paratus. 1. 81
Capitula, & qui primi fuerint in Eccleſia viam Dei alijs opere, & verbo debent oſtendere. 2. 16
Carnis mollities aliquando profert (Deo adiuuante) fortitudinis virtutem. 2. 62
Carnis refrigerium,& bonam temperiem tribuit Deus propoſitum caſtitatis habentibus. 3. 98
Caſtitatem videre, vbi antea impudicitia: eſt nimis

Index Rerum Notabilium.

admiranda. 5. 128
Caſus illorum Religioſorum, qui maiori pollebant opinioni, præbent materiam ſæcularibus vt de ſtabilitate aliorum ſemper dubij ſint 5. 144
Celeritas omne condecorat opus. 2.36
Celeritate operari ſolius Dei eſt 2. 37
Cœlum in ſacris paginis Præpoſitorum ſignificat ordines 5.1.2
Cœlum prius nos ſcire voluit Deus quam terrã 5. 54
Cœli erudiunt homines ad Dei cognitionem 5.4
Cœlum ſpiritum. Terræ corpus ſignificat 5. 37
Cœlum ad terram ſe habet tanquam mas ad fœminam 5. 27
Cœli & terræ myſticæ aliquæ acceptiones 5.181. 201
Cæleſtia dona nulli tribuuntur, quin humana & terrena ſe miſceat fragilitas 5. 73
Cæleſtium & terrenorũ diuiſio eſt cõnaturalis à principio 3.10
Cogitationes malas ex corde naſcuntur, & non à Diabolo immittuntur. 3.51
Cogitationes malas non damnantur cum impugnant, ſed cum per concenſum voluntatis expugnant, animam 4. 133
Charitas præcedentia merita non reſpicit 2. 15
Charitatis & fidei ſinceritas omnes, & in omni tempore obligat 2. 53
Charitatis vincula ſoluere non poteſt violentia perſecutorum 5. 86
Charitas eſt melior quam timor 2. 145
Charitas facit aliquando vt ex maximo peccatore fiat egregius prædicator 2. 62
Characterum mutatio facta ab Eſdra in tranſlatione ſacræ ſcripturæ in renouatione templi legis veteris mutationem ſignauit 1. 75
Ciborum aliquorũ prohibitio, quare fuit facta Iudæis 3. 120. Text. 4. 8.
Cibi etiam ad certa vitia pro qualitate peculiari concurrunt 4.8
Clerici recedentes ab Eccleſia nullum in ſe boni exempli ſignum oſtendunt 1.148
Clerici qui terrena cupiunt execrantur 5. 170
Communium encomiorum denominatio eſt peculiaris denegatio 4. 104
Cõmunes debemus eſſe Deo, fratri & proximo 5. 123
Communitatis ordo, prudentiam prælati demonſtrat 4. 39
Comparatio non ſemper dicit communionem: ſed infirmorum vanam æſtimationem reſpicit aliquando 4. 98
Comparari bene poſſunt Sancti moderni antiquis Patribus 2. 181
Comparatur Deus litteris; & vocalibus; non mutis: Quare? 2. 200
Compaſsio ſolla illa eſt vera quæ omnem præuenit occaſionem lætitiæ 2. 115.
Conciones & libri eò debent extendi, quò pluribus fiunt. 1. 24
Concordia in aliqua communitate, præſentiam indicat Prælati 4. 42
Conſcientia eſt liber factorum vniuſcuiuſq; 1. 119
Conſeruare, non eſt minus quam condere 2.195. Text. 3. 132
Conſilia Regnum quando ante executionem ſciuntur ab inimicis, eſt ex mora miniſtrorum 3. 21
Conſultorum dicta ſemper debent ſcribi 1.118
Contraria omnia ad diuina ſupplicia exercenda habent naturalem conuenientiam 5.120.
Conuerſationem cum impijs habere, exiſtimant ſancti auertionem à Deo 4. 127
Cormundum habere, eſt bona opere facere 3.48
Cormundum poſt peccatum non poteſt fieri per naturam: bene tamen per gratiam 3. 44
Cordis humani magnitudo exeo oſtenditur, quod Dei capax eſt, & eius habitaculum 3. 52
Cor noſtrum debet eſſe purum, vt illud dicamus eſſe coram Deo 4. 217
Cordis munditia parum intereſt conſequi ſi caro ne ſuggerat negligitur regi 3. 47
Cor per peccatum remanet deſtructum 3. 47.49.54
Cormundũ in ſe creari, ille vere poſtulat, qui deinceps ne peccet firmiter diſponit 3. 45
Coronæ & prælature innouantur quaſi à principio, cũ nobiliores regibus & prælatis ſubduntur 2. 180
Corrigere prælatos, illi ſoli audent, qui vere ſancti ſunt 2. 179
Creare ſemper dicit reſpectum ad res magnas, idem & fundare 3.135
Creauit Deus omnia, vt eſſent: non vt perirent 3. 69
Creatorem Deum minime credit, qui de eius prouidẽtia diffidit 3. 109. 110
Creatoris potentia maxime arguitur ex ſanctorum miraculis 3. 30
Creatorem Deum confiteri: debet nos etiam de noſtrĩ anihilatione terrere 3. 56
Creatorem vniuerſi qui Deum credit, & ipſum effugere poſſe cogitat, dementia vltima eſt 5. 60
Creatorem Deum non credit, qui eum iudicem non timet 4. 14
Creatorem eſſe repugnat diaboli malitię quę deſtruere ſemper appetit 3. 3
Creationis opus magis commẽdatur à celeritate 2. 38
Creationem, quantum excedat recreatio. 3. 138
Creata, creaſſe dicere, ridiculum 4. 24
Creata à Deo non niſi in ipſo finaliter quieſcere poſſunt 3. 131
Creaturæ ſunt litteræ per quas Deus nobis communicatur 1. 63
Creaturarum cõſideratio ad quanta nos moueat 3. 76
Creaturæ ſunt viæ, qui bus ad Dei cognitionem deuenitur 2. 78
Creaturæ rationales prius debent exercitari in hoc ſęculo in dubijs: dei nde æternis frui in futuro 3.9
Credere debemus in hac vita, vt videamus in altera 2. 108
Credere Deum, & Deum nõ timere eſt peius quam eſſe diabolum 4. 227

Crux

Digitized by Google

Crux Chriſti ſignum Dei viui 4.243. 245. 246
Culpa debet oſtendi in ſcriptis quando grauis punitio ſit 1. 183
Cultus ſanctarum imaginum, eſt quodammodo Deum & ſanctos videre 4. 196
Cupiditatis notam,& inuidiæ occaſionem fugiunt ſācti 5. 135
Curam quomodo Deus habeat peculiariter de homine 4. 136
Curioſe nōn debent ſcripturę myſteria nimis ſcrutari: ſed ſuauiter addiſci 2. 51

D

Depoſitum nunquam debet vocari ipſius depoſitarij,maximè ſi eſt religioſus 1. 129
Deſperat in laboribus, qui Deum factorem ſuum non conſiderat 4. 73
Deſperatis peccatoribus, non correctio ſed orationes ſunt ad hibendæ 3. 75
Deitatis qnoad nos ratio conſiſtit in hoc quod bonorum ſubditorum minime egeat 4. 102
Deus ſolus eſt Princepſ à principio 2. 156
Deus primos facit vltimos, & vltimos primos 2. 212
Deo referenda ſunt omnia ab ipſo accepta 3 .150
Deus nihil neceſſario, ſed voluntarie agit 3. 151
Deus ſolus qui omnia dominatur omnia mouere, & ordinare ad libitum poteſt vt ſua complcantur promiſſa 3. 156
Deo nec peccata noſtra nocent, neq; virtutes proſunt 5. 65
Deus primo ordinat nè mala fiant: poſtea,vt facta reparentur pronidet 3. 80
Deus ſolus à ſe omnia quo ad materiam, formam & cætera producit 2. 11
Deus per paſsionem Filij ſui ſe noſtrā, & nos ſuam fecit poſſeſsionem 4. 251
Deum ſuum vocant Deum ſancti quia illum maximè diligunt 4. 252
Deus non oculo,ſed corde quærendus eſt 4. 193
Deum præſentem in notitia habent,qui ne eū offendāt præſentem per timorem ſēper recogitāt 4.194.215
Deus debitorem ſe nobis fecit ſcripto non contentus verbo 4. 230
Dei, qui rationem nullam habere ſtudet, in omnia proruit vitia 4. 200
Deum ſuum Deum vocare, qui in peccatis perſiſtunt. eſt impudentia 4. 160
Dei nomen non debet ſumi in prophanis canticis 4. 70
Deum tanto quis ſibi appropriare poteſt, quantum ſibi facta peculiariter recognoſcit beneficia 4. 158
Deus non ex neceſsitate naturæ: ſed ex libero iudicio beneficus eſt. Text. 3. 29
Deus & ſi omnium Deus, proprie tamen illorum, qui illum diligunt, & colunt 4. 118
Deus,Græce, eſt idem, quod,timor 4.128
Deum meum,ſoli Sancti dicere poſſunt Deo.4. 183
Deum meum vocare Deum vniuerſi: vel reſpicit Dei peculiarem curam,vel ipſius inuocantis peculiarem cultum Deo exhibitum 4. 184
Deus alicuius particularis ita eſt Deus, quod omnium Deum eſſe non deſinat 4. 187
Deus eſt vbiq;excepto in corde inſipientis 4. 115
Deum ſuum Deum minime dicere poreſt qui ſolum conditione, non voluntate ei ſubditur 4. 116
Deum intelligere difficile,non tamen deſperatū. 4. 59
Dei eſſentiæ curioſi inueſtigatores irridentur 4. 61.62
Dei ignorantia,vel negatio, eſt fundamentum & radix omnium vitiorum. 4. 95
Deus quid ſit optime diſinitur. 4. 72
Deum nemo melius nouit quam qui ſe ipſum nouit. 4.65.66.
Deus ſine Deo congnoſci non poteſt.4. 67
Deus non debet communibus inſeruiri miniſterijs. 4. 69
Deo attribuere impotentiam, aut ſuperbiam, eſt nephas. 4. 43
Dei beneuolentia non adeo confidendum eſt,quin iuſtitię eius minimè timeatur.4. 11
Deus proprius prælatorum qui Sancti ſunt.4.185
Deum quid faceret ante Mundi creationem quærentibus:bene reſpondetur. 4. 50
Deus ſolus operatur vt nouit principes terræ ſi norūt non poſſunt,ſi poſſunt ignorantia laborant. 4. 49
Deum Mundi factorem confiteri, & prouidentiā etiā minimorum denegare,quā irrationabile, & Deo iniurioſum. 4. 52
Deum eſſe ſcire nobis ſuffieit,non quid Deus indagere opus eſt .4. 54
Deum aliquantulum attingere, beatum:velle comprehendere temerarium. 4. 56
Deus credi ſe voluit,non examinari. 4. 57
Deus non creſcit in gloria ſi res ſint, nec decreſcit ſi finiantur. 3. 5.
Deus ſi vna manu minatur ſupplicium:altera præparat refugium. 3. 97
Deus in corde eſſe non poteſt,ſi a memoria abſit 4. 96
Deus nunquam negligit eos qui ſeruos ſuos ſe nominant 2. 160
Deus ad operandum nullo alio à ſua voluntate indiget. 2. 43
Deus ante peccatum ſola via beneſaciendi nobis pergebat. 2. 77
Deus organis non indiget vt operetur. 4. 23
Deo extraneum eſt infedeles contra fideles, & impios contra pios potentes facere. 2. 157
Deus non ſolum reſpæxit illos qui fuerunt imprimitiua Eccleſia,ſed quotquot futuri ſunt . 3. 55
Deus impie imitantur peccatores. 3. 4.
Dij terræ miſeri ſunt qui & principium minimè dici poſſunt, quibus & alij ſuccedent. 2. 204
Deorum multitudinem confiteri, eſt omnino nullum Deum affirmare. 4. 109
Deſiderum noſtrum ſuperat Deus beneficij ſuis. 2. 88
Dextera manu cæleſtia porrigit Deus ſiniſtra terrena 5. 161
Diabolus minimè tentat niſi animas iam à propria

Digitized by Google

concupiſcentia ignitas. 3. 104
Diabolus eſt impius non neceſsitate naturæ, ſed mentis arbitrio. 3. 103
Diabolus viam iuſtitiæ & vltionis diuinæ primo aperuit. 2. 80
Diabolus creatus à Deo vt ab Angelis Sanctis illuderetur. 3. 83
Diabolus quando nos tentat terrena eſſe maiora ſpiritualibus oſtendit. 4. 35
Diaboli potentiam coercet Deus. 2. 84
Diabolus vincere non valens Chriſtum Dominum in anima per tentationem, eum occidit per Iudæos in corpore. 5. 74
Diabolus & eius factores nobis nocere non poterunt niſi quantum à Deo permiſsi. 3. 105
Diabolus quæ contra Deum minimè dicere aut facere audet, per homines facit. 4. 126
Diabolus maligne imitare Deum in omnibus contendit. 2. 9
Dies Natiuitatis Domini, ſuæ ſacratiſsimæ poſsionis, & Pentecoſtes, & cæterorum myſteriorum fuerunt dies eius virtutis. 2. 105
Difficultas, impotentiæ con ſimilis. 3. 113
Difficultas in operibus olet Deum non eſſe operatorem. 3. 60
Difidentiam Dei nemo habet, niſi prius per peccatum ab eo diſcedat. 4. 208
Dignitates omnes terrenæ ad comparationem dignitatis diuinæ nihil ſunt 3. 147
Dignitates peruetere antiquitatis ordines non eſt nouum. 5. 40
Dignitatem noſtram non debemus reſpicere in noſtra vocatione: ſed Dei beneplacitum. 4. 192
Diligi debet Deus in dilectionis calore. 2. 165
Dilitie non prohibentur: ſed illarum immoderatus vſus. 3. 117
Diſcordiæ in aliqua communitate, oſtendunt illam à pluribus gubernari. 4. 41
Diſputare cum aliquo arguit æqualitatis præſumptionem. 4. 87
Diſtributiua iuſtitia debet concommitare potentiam Principum. 4. 9
Diſtribui voluit Chriſtus Dominus panes per manus Apoſtolorum, ne ſerui arguerentur de auaritia Domino liberali exiſtente. 5. 16
Diuinam eſſentiam fides odorat, non comprehendit. 4. 58.
Diuitiæ Iob primę datę fuerūt vt certaminis materia? ſecundæ vt corona præmij. 2. 90. 92
Diuites ſcabellum pedum Chriſti. 5. 143
Diuinitas Chriſti quæ tempore ſuæ infirmatis non apparuit: in Die æternitatis eius videbitur. 2. 101
Diuturnum iudicari minimè poteſt quicquid fine conſcribitur. 4. 92
Doctores quæ addiſcerint non putent ſtatim communicanda, ſed ſuo tempore dicenda reſeruent. 1. 47
Doctores & prædicatores illud primo docere ſtudeāt quod viderint ignorari vel negari pro tunc à populo. 2. 2.
Doctores ſuperbi punit Deus ignorantes illos reddēdo. 5. 68
Doctor magis docet exemplo quam verbis. 1. 7. 77
Doctores impij ſacram ſcripturam penetrant, etiam ſi ſecundum illam non viuant. 1. 8.
Doctores non debent omnia quæ ſciuerint populo prædicare, ſed quæ conueniunt, 1. 25
Doctores debent curare doctrinam ſuam typis mandari. 1. 104
Doctores tempore hæreſum ſanctam letificant Eccleſiam. 1. 165
Doctores ſua doctrina tantum nunc proſunt Eccleſiæ, quantum antiquitus Sancti miraculis. 1. 178
Doctores moderni debent ſe conformare antiquis. 2. 190. Text. 3. 16
Doctorum modernorum vana curioſitas, & obſcuritas in ſacram exponendo scripr. præbet occaſionē plurimis errandi. 1. 11
Doctrina debet eſſe breuis & compendioſa ram in prędicatione, quam inſcriptis. 1. 98
Doctrina quæ finem & concluſionem non habet, ſemper eſt ſuſpecta. 1. 99
Doctrina falſa non niſi à mala odij & iræ corruptione in voluntate oritur. 3. 118
Dolere vere dicitur de ruina aliqua, qui vſq; quo reparationem videat lætari renuit. 2. 121.
Domeſtica peccata difficile emendantur in vna communitate 4. 148
Dominātur indigne, qui ſubditorum cauſas pertractare, vel nolunt, vel dedignantur. 4. 25
Dominium nulli ſuper homines conceſsit Deus: ſed miniſterium. 5. 179
Dominium tollit amor. 5. 126
Dona non damnat Paulus: niſi illa, quæ veritatem obſcurant. 2. 187
Dulcedo contēplationis parū durat in hac vita. 5. 204

E

Eccleſia in paupertate fundata fuit, & non in negotiatione temporali. 2. 54
Eccleſia conuerſione Iſralitici populi in fine Mundi plus lætabitur quam fecit ab initio ſuæ fundationis 2. 87
Eccleſia in primo ſymboli articulo, ſuperbos arguit. 3. 65
Eccleſiæ non minus ſeruiunt qui in choro cantant, quā qui populo prædicant. 1. 170
Eccleſia ex hoc in æternum permanere credenda eſt, quia à Chriſto fundata creditur. 5. 56
Eccleſia gemebunda, & fructuoſa. 5. 121
Eccleſiæ autorem ſe prædicat Deus ſolum ex doctorum creatione, & ordinatione prædicatium. 5. 33
Eccleſia deplorat quod Doctores moderni non ſecundum ſenſum veram ab antiquis patribus ſcriptura exponere nituntur. 1. 181
Eccleſiam Deus nōn vult neq; lætā in proſperis, neque deiectam in aduerſis. 3. 107
Eccleſia tempora antiquorum Chriſtianorum deplorat,

rat,

Digitized by Google

rat,& implorat. 2. 153
Eccleſia ſolos viriliter viuentes circundat, pueriliter autem à ſe reijcit. 3. 94
Eccleſia ſemper viros apoſtolicos ſicut à principio habebit. 2. 150
Eccleſiaſtici ſæcularibus negocijs complicare non ſe debent. 4. 189
Effectus diuinorum operum prius apparet, quam effetrix eius cognoſcatur potentia. 3. 39
Effugere diuinam iuſtitiã nemo mortaliũ poteſt. 5. 79
Electores eccleſiaſtici debẽt illos eligere qui ſpiritualia magis amplificent, quam temporalia. 2. 54
Eleemoſyna occulte facienda. 5. 13
Eloquia diuina, quæ hic cum ſuauitate prædicantur, in iudicio cum ſeueritate à nobis exigentur. 1. 76
Eloquium diuinum habet ſuam infantiam. 4. 4
Encomia ſcientiæ præponi debẽt principatus & regiminis titulis. 2. 200
Epicopi debent acerſire ad ſe viros doctos, quorum conſilio facienda cognoſcant. 1. 174
Epiſcopi ignorantes maximè contriſtant Sanctam matrem Eccleſiam. 1. 189
Epiſcopi prius debent cogitare de ſubueniendis pauperibus, quam deregimine & gubernatione eorum 2. 193
Epiſcopi debent eſſe ſponſi, & ſponſæ ibid.
Epulones ſemper loxurioſi. 4. 234
Erroris notam incurrunt, qui in tetris vbi tales errores vigent, verſantur. 3. 11
Errores infide obligant errantes abſurda ſuæ opinioni contraria confiteri. 3. 88
Eſſe primum ab aliquo accipere, obligat magis, quam ſuper additas perfectiones ab alio habere. 3. 34
Euangelium eſt bona annuntiatio. 4. 212. 213
Euangelica exordia meliora progreſsibus & conſummationi ſynogogæ. 2. 89
Euangelica ſcientia eſt conſummata. 2. 141
Euangelica lectio Iocundior antiqua legali. 1. 70
Euangelium & ab antiquitate, & ab authenticis approbarur teſtimonijs. 1. 48
Euchariſtiæ ſacramentũ nos fert in cœlum, & Deũ ad terram attrahit. 5. 59
Euchariſtiam, qui recipere renuunt, vel pauperes reijciunt de infidelitate notantur. 4. 29
Eccharistiæ ſacramentum, nubes dicitur, & ignis. 3. 108
Europani timeant andientes Euangelium quod per hæreſim ab illis recedit, Etyopis prædicari. 5. 157
Eccellentia minoribus exibitæ arguunt maiora maioribus fuiſſe collata, etiam ſi non exprimantur. 5. 178
Excellentiora, in vnoquoq; genere, non ſufficit vt fiant, ſed neceſſe eſt vt prius fiant. 2. 29.
Excellentia inter coæuos primatiam facit. 3. 91
Exiſtimantes ſua opera bona eſſe, valde longè ſunt à Deo. 4. 80.
Exempla, & vita prædicantium modo vicem gerunt miraculorum primitiuorum Patrum. 5. 72
Exemplo prædicatorum conſolidantur populi in grauioribus legis Dei obſeruantijs. 5. 78
Exempla malorum cum ad probandam virtutem afferũtur, nõ approbãt mala, ſed quicquid ibi ſtudij eſt applicant bonis operibus. 4. 130
Exemplo mutuo Sancti ad virtutem ſe prouocant. 5. 66
Exercitui tyrrannos fauenti plus imputanda eſt tyrrannidis, quam ipſi tyranno. 4. 100
Exilij pœna puniuntur, qui in ſuis terris habitare Sanctos non permittunt in pace. 5. 67
Ædificatorem fuiſſe aliquem, probare: eum a calũnia deſtructoris liberat. 3. 68
Æſtimatio rerum terrenarum multum adiuuat ad conſequendam excellentiam creatoris. 3. 115

F

Facilitas peccandi eſt pœna aliorum iam perpetratorum. 4. 202
Facti a Deo in quocunq; genere ſi ab eodem non conſeruentur, minimè ſubſiſtere poſſunt. 3. 129
Facturæ nomen denotat maiorem perfectionem in factis, quam Creatio in creatis. 3. 19
Factum prius debet deſcribi: poſtea partes oſtẽdi. 3. 43
Famæ bonæ amiſsio per culpam denotat eſſe præcitũ 1. 95. 96
Famulatus obſequium, deitatem denegat. 4. 27
Felicitates quæ aduerſitates ſubſequentur, ſunt præmia antecedentium tribulationum: quæ præcedunt ſunt ad exercitium patientiæ. 2. 90. 92
Fiat voluntas tua ſicut in cœlo, & in terra bene exponitur. 5. 181. 182
Fidei myſteria rudibus, non nuda, ſed aliarum rerum velamine debent proponi. 4. 4
Fides eſt principium Chriſtianiſmi Charitas, & opera complementum. 2. 111
Fidei myſteria gradatim debent prædicatores infidelibus proponere. 4. 207
Fidei inimicis quomodo debeamus occurrere. 5. 151
Fidei rationes non debemus curioſe exquirere, cum rerum manualium rationes ignoremus. 1. 5.
Fidei myſteria ſola illa exquibus in nobis charitas accendi poterat voluit Deus a nobis explicite ſciri 4. 14
Fidei myſteria cum maxima cautela ſunt rudibus proponenda. 4. 17
Fidei noſtræ myſteria ordinate, & non per ſaltum debent proponi. 1. 178
Filij Sanctorum qui moriuntur, patres a ſepulchro ad gloriam comitantur, ſicut viui corpora eornm a domo vſq; ad ſepulchrum. 2. 99
Filij etiam in modo loquendi Patres imitantur. 3. 13
Filij cognitio in diuinis, eſt peculiaris partio hmiliũ 2. 14
Filij ſi multiplicentur minuitur hæreditas. 2. 94
Filiorum bonum magis attenditur ſecundum bonitatem morum, quam ſecundum temporalium hæreditatem. 2. 95
Filios mortuos cum Deus patribns Sanctis dando alios non reſtituit, indicat ipſorum mortuorum æternam ſalutem. 2. 96
Filios Iob. duplicatos nõ tribuit Deus, ſicut & alia bona

na ad aſtruendam reſurrectionis fidem. 2. 100
Filios mori ante Patres eſt in patrum maximi delicti ſupplicium. 4. 36
Filios alios, pro mortuis, habere ex eademmet uxore ex qua primi fuerunt nati, reputatur pro peculiari gratia. 2. 100
Finis proſperi ſperari debet ab illis quæ a Deo incipi cognoſcuntur. 2. 208
Finis dicitur Deus & non ſolum, Principium, quia id quod inchoauit, perficiet abſq; dubio. 2. 208
Finis bonorum operum: melior principio, & medijs. 2. 144
Finis & ordo facit quod opus, nō ſit fruſtraneum. 2. 7
Fines terræ ſunt impij. 5. 117
Fortunæ rerum ſucceſſus attribuere, eſt infidelitatis indicium. 4. 6
Fructus recordatio confortauit Dominum in agonia orti, 2. 158
Fructum non facere, eſt idem quod omnino perire. 5. 188
Fugere Deum de vna terra ad aliam, eſt locum mutare, non Deum. 5. 104

G

Gaudere tantum debent regna aliqua de impijs inde expulſis quantum lugere alia de ipſis ſibi introductis. 5. 189
Gaudere omnia, etiam inſēſibilia vult Deus cum ſeruum ſuum recuperat. 5. 172
Gemebundus Prædicator libentius audiendus, quam qui riſum mouet. 5. 125
Genera hominum qui dicuntur Deum non habere in notitia. 4. 197
Generis notitia oſtendit vnde cætera iudicentur. 1. 67
Gladijs quibus impij iuſtos ferire prętendunt. ipſi occidentur a Deo. 2. 83
Gloriam Dei ex ijſdem principijs Sancti eliciunt, ex quibus impij creaturarum æſtimationem. 4. 39
Gloriam, honorem, & poteſtatem quando acceperit Chriſtus Dominus. 3. 149
Gloriæ recordatio parum prodeſt niſi fiat debito modo. 2. 116
Gloriatur Deus magis de coronis quas confert promeritis: quam de illis quas naturaliter tribuit. 3. 148
Glorificatur Deus magis per miſericordiam exhibitā peccantibus, quam per iuſtorum virtutes. 5. 85
Gratia iuſtificans non educitur de potentia ſubiecti 3. 46
Gratia ſaluatoris noſtri, ſic oſtenditur in fortutidine Eccleſiæ, & Martyrum, ſicut potentia in creatione, 3. 41
Gratia pro aliquibus Deo reddere ab aliquo ſancto: & laudibus illos eſt efferri, & humiliare. 4. 237
Gratiam in præſenti, & gloriam in futuro dare Deus poteſt, quia cœlum & terram ipſe fecit. 5. 82
Gratias magis Deo debet vnuſquiſq; reddere poſt bono proprio, quam pro alieno. 4. 195
Gratias aliorum non admirari, eſt quia talis, ſibi de ſuis nimis complacet virtutibus & excellentijs. 5. 66
Gratitudini velamine erga Deum plurima celatur aliquando arrogantia 2. 71
Græcis litteris Deus ſe comparat: quare? 2. 201
Gubernare non debent, qui ſubditis beneficia non cōtulerunt. 3. 1
Gubernari dicitur à Deo aliqua communitas, quando eius ordo perennis, & indificiens eſt. 5. 62
Gubernare Mundum non eſt minus quam creare. 3. 26

H

Hebraica lingua nulli nationi naturalis. 1. 74
Hæretici aliqui dixerunt eſſe prophana Cantica cant. 4. 70
Hæreticorum, & Iudæorum calliditas nē Sacrę Scripturę teſtimonijs conuincantur. 1. 28
Hæretici, & nouarum doctrinarum authores minimē de Sacra Scriptura neq; Sanct. Patrib. ſumunt argumenta. 2. 59
Hæretici eo ipſo quod de Eccleſia recedunt ſcientiam Sacræ Scripturæ perdunt. 1. 159
Hæreticorum excellens deſcriptio. 3. 123. 124
Hæretici non per carnis fragilitatem peccauerunt, ſed per iudicij corruptionem. 4. 231
Hæreſis ſemper originem habet ab animorum mutabilitate. 2. 173
Hæreſiarchorum pænitentiæ nunquam fidendum eſt 3. 122
Hypochritæ terra alba inepta ſeminibus. 5. 140
Hiſtoriatores dicta dicendis coniungant, ne confuſionem in naratione faciant. 5. 36
Hiſtoriatores moderni occaſionem præbent, vt de antiquis hiſtorijs dubitemus. 2. 3
Hiſtoriatores qui de antiquitatibus ſcribunt non debent eſſe nimij in circūſtantijs narrandis ne videantur illas compoſuiſſe. 1. 58
Homo non ſolum bonus creatus fuit: ſed reparabilis ſi malus fieret. 3. 85
Homo ſpiritualis eſt totus Mundus. 5. 58
Homo affectu magis quam conditione terrenus dicitur. 5. 55
Homines quæ non comprehendunt, minora multoties putant. 4. 68
Homo non debet velle compræhendere diuina. 4. 68
Homines iuſti in prophanis ſcientijs ſi ſunt eruditi: tamen inde non viuunt. 4. 7
Homines iuſtificare eiuſdem potentiæ eſt ac illos creare. 3. 137. 138
Homines creati fuerunt vt boni eſſent. 3. 126
Homines primi dicuntur in Domo Dei, non præcedētia temporis: ſed meritorum dignitate. 3. 90
Hominis ſuperbia cōfunditur ex eo quod brutis alijſq; concreatus ſit. 3. 84
Hominis quies, dicitur etiam Dei quies: ſicut è contra 3. 87
Honores conferentes non ſolum attendere debent merita, ſed commmune bonum, & peculiarem benemeritorum ſpirituale prouentum. 4. 85
Honores illi melius conſeruantur qui gradatim, & non derepente veniunt. 2. 140

Hu-

Digitized by Google

Index Rerum Notabilium.

Humana potentia eſt tam exigua, quod neq; cogitando defectū poteſt tollere quin monſtrū efficiat. 5. 21
Humilitate Deus prouidet ſanctus ne cadant. ſicut peccatoribus penitentiam vt ſurgant. 5. 162
Humilitas coram Deo amorem generat. 1. 53
Humilitas ex nullo ſic creſcit vt ex conſideratione magnitudinis Dei. 5. 77
Humilitas & caſtitas ſunt virtutes germanæ. 5. 125
Humiles apparent Dei Sancti non minus quando per raptum eleuantur, quam quando humiliantur per deſpectum in terra. 5. 112

I

IDolatræ Deum viſibilem, & pulpabilem quærunt. 4 164
Idolatriæ origo ex. 8. cauſis. 4. 34
Idolatriæ cæcitas. 4. 37
Ignis adoratores quomodo irriſi fuerunt. 4. 31
Immobilitas, eſt potiſsimū ſignum habendi in ſe Deū 4. 26
Imperium Dei eſt ipſa fabrica vnde res fiunt. 3. 59
Imperare non minorem arguit laborem in Principe, quam manum ad opus mittere. 5. 8
Imperium vbi nullum nullus eſt ordo: vbi plura, confuſio datur. 4. 46
Impius nullus tam, quin peior. detur. 2. 148
Impij pios contemnunt: peccatores decipiunt. 5. 64
Impij maximè timent ſuam ab eorum ſuperioribus ſciri uitam. 1. 51
Impij non ſolum mele agunt, ſed culpam in Deum retorquent. 4. 131
Impij ex iiſdem minuunt Dei gloriam. ex quibus pij in maiorem eius laudem inſurgunt. 4. 39
Impij non minorem erubeſcentiam habent cum ſua peccata interius conſiderant, quam cum publice omnibus patefiunt. 3. 125
Impij nō niſi à Diabolo cōmoti operantur mala. 3. 64
Impij ad malum ſemper parati. 5. 147
Impij cum mala facere ommitunt, non eſt quod eorū immutetur natura; ſed quod à Deo refrenetur. 4. 44
Impudentia magna eſt velle aliquos modernos melius intelligere Dei voluntatem, quam Angelicus Doctor. 3. 37
Impudici ab Chriſti hæreditate alienantur. 4. 89. 91
Incipientes in bono non debent dicere Deus meus, ſed tantum: Deus noſter. 4. 181
Incipiendum eſt à Chriſto, vt ad ſcientiam perueniatur 2. 28
Incorruptio, & puritas vitæ nos Deo approximat. 4. 135
Indigni ſunt potentia, imm iſeri orde . 5 14
Indigne occupant loca in Eccleſia Prædicatores, qui non ædificant. 5. 156.
Infamia peccatorum alicuius regni vocat inimicos, vt illud debellent. 5. 148
Inferiorum ſuperbia in aliqua communitate confunditur per nobiliorum obſeruantiam, 5. 163
Infidelibus, & hæreticis non ſunt facienda leuia pro noſtra fide argumenta. 4. 19
Infideles pro nihilo reputantur. 3. 140. 141
Ingratitudo valde nociua hominibus. 2. 61
Infidelium, & hæreticorum prædicatores debent etiam eſſe conſtructi in illorum dogmatibus. 1. 110.
Ingenium, & Magiſtri debent concurrere, vt aliquis doctus fiat. 1. 114
Inimicis debemus primi reconciliari. 1. 43
Inimicorum noſtrorum potentia Deus nos humiliare contendit. 2. 84
Inimicorum antiquorum Eccleſiæ deſtructio; oſtendit modernos à Deo etiam deſtruendos. 3. 67
Initium alicuius rei pnuntiat progreſſum, & finē. 2. 21
Iniquitas, quæ non tantum ore profertur, ſed adhuc & in corde retinetur, eſt peſsima. 4. 113.
Iniurias, qui hic vendicat, & Deo vindictam non relinquit; doloſus ponderatur dicitur, & feſtinus ad hæreditatem. 2. 139
Innocentiæ liberatio, valde longe excedit ſupplicij liberationem. 4. 152
Innocentes Beati occiſi: fuerunt flores quibus ſtrata fuit terra ad aduentum Chriſti. 5. 119
Inſipientia maior eſt illa, quæ ore profertur, quam quæ tantum in corde reticetur. 4. 111
Inſipientes ſunt, qui D. Thom. doctrinam calumniant. 4. 120
Intellectus non ſemper ſequitur oculorum viſionem, nam aliquando aſcendit in aliquibus eadem videntibus. 1. 115
Ioan. Euangeliſtæ maxima excellentia. 2. 41
Ioseph Sanctiſsimi ars, fuit conueniens titulo Patris putatiui Chriſti Domini. 3. 42
Ioseph Sanctiſsimi tranſitus, doloroſiſsimus. 4. 149.
Ira excogitat cauſas calumniandi. 5. 115
Irridentur aliqui Moderni, qui ſe authores faciunt illarum doctrinarum, quæ ſciuntur illos multum præceſsiſſe. 3. 28
Iſraelitæ facile receperunt fidem: facile etiam amiſerunt, è contrario, Gentes. 1. 85
Iudæorum duritia execratur. 5. 155
Iudæorum perfidia exageratur. 5. 146
Iudæorum natio ante Chriſti paſsionem, & aduentū, quam magnifica. 3. 144
Iudæi ex promiſsione vocati; Gentes ex miſericordiā. 4. 210
Iudæi ſcripturam ſacram non intelligunt, quia ſiniſtra aure eam audiunt. 1. 10
Iudæi, qui propè iudicij diem conuertentur ad fidem eximiæ ſanctitatis erunt. 2. 181
Iudæi ſunt ſcrinarij Chriſtianorum. 1. 45
Iudæis maxima ſollicitudo fuit conſeruādi ſuas ſcripturas. ibid.
Iudices, qui ſine audientia partium, proferunt præcipite ſententiam ſtulti ſunt. 2. 142
Iudices, vt bene iudicent debent primo in ſe oſtendere, quæ ſubditi debent facere. 1. 150
Iudices non ſolū ſancti, ſed & docti debent eſſe. 1. 120
Iudicem non conſtituit iudicare: ſed iuſte ferre ſentētiam, 4. 93

Index Rerum Notabilium.

Iudices vt bene iudicent debent primo in ſe oſtendere, quæ ſubditi debent facere. 1 150

Iudices non ſolũ ſancti, ſed & docti debent eſſe. 1. 120

Iudicem non conſtituit iudicare: ſed iuſte ferre ſententiam. 4. 93

Iudicaturus eſt Chriſtus Dominus Mundum, eo loco, quo ab hominibus iudicatus fuit. 4. 82

Iudicium omne corrumpitur, per potentiam impiorũ Principum, & ſcientiam malorum doctorum. 4.84

Iurare, quare Deus dicatur, cum hominibus iurare prohibeat. 3. 158

Iuramentum in nobilibus non eſt ad eos ligandos: ſed ad fidem illorum quibus promiſerunt confortandã. 3. 157

Iuſtificare impium, magis quam cælum, & terrã creare eſt. 5. 160

Iuſtitia de cælo deſcendit, quando Chriſtus carnem aſſumpſit. 5. 95

Iuſtitiæ gladio non vtitur Deus, niſi poſt peccatum. 2. 86

Iuſtitia noſtra erga Deum, non merita noſtra, ſed ſuam promiſſionem reſpicit. 2. 109

Iuſtitia, & ſanctitas melius eſt conſummata, quam inchoacta. 2. 142

Iuſtitia diſtributiua locum non habet, vbi merita non extant. 4. 10

Iuſtitia diſtributiua eſt primũ quod Deus voluit, ſimul cum ſua potentia apparere. 4. 9

Iuſtitia diſtributiua in medio ſtat. 4. 108

Iuſti ideo patientes ſunt cum iniuſte torquentur, quia ſuos ſuperiores, meliores ſe putant. 4. 77

Iuſtos, & ſi perſequi ſit malum: tamen iniuſtis etiam non parcere eſt deteſtabilius. 5. 63

Iuſti ſunt inter cælum, & terram ſuſpenſi. 5. 145

L

Laboribus aſſueti, ſine materia patientiæ viuere nequeunt. 2. 108

Laborum tolerantia nos Deo coniungit, & aſſimilat. 4. 137. 138

Latus Chriſti ianua cæli. 5. 194

Laudes Dei cantantes, & ſi plures, vt vnum tantum benedicit Dominus. 5. 88

Laudes proprias cum ſancti ſcribunt, eſt quia à Spiritu ſancto coguntur, 1. 72

Laudibus impiorum minime fidendum eſt. 4. 166

Laudibus neq; eleuãtur Sancti, nec iniurijs cadũt. 5. 57

Laudare debent omnes ſtatus hominum Deum. 5. 171

Laudantes Deum ſolum proſperitatis tempore ſunt ſicut certæ aues, quæ non cantant niſi in æſtate. 2. 162

Lex Euangelica melius ſcripta in moribus Chriſtianorum; quam in ſcriptura. 1. 36

Lex gratiæ ſuper vires humanas. 1. 49

Lex diuina, quæ nos erudit in præſenti: feriet in futuro. 1. 50

Legem ſcire non ſufficit niſi adimpleatur. 1. 141

Leges diuinæ ideo veræ, & perpetuæ, quia non vtilitatem Dei, ſed noſtrum reſpiciunt cõmodum. 2. 114

Leges minime ſeruant Reges, qui illas condunt, & eorum intimi. 4. 179

Leges dare magis debet fieri à ſapientia, quam à bonitate, aut potentia. 2. 174

Leges illæ in æternum fundatæ agnoſcuntur, in quarũ virtute pœnis taxatis impij puniuntur. 2. 22

Leges tunc diliguntur à bonis, quando ſupplicia in eis taxatæ tranſgreſſoribus infliguntur. 2. 110

Leges mutare, eſt indicium in primolatis non fuiſſe æqualitatem. 1. 112

Leges debent multiplicari, quando etiam multiplicantur peccata. 1. 54

Leges non debent imponi niſi populo adunato. 2. 68

Leges nõ debent imponi populo, niſi beneficijs allecto, & timore diſpoſito ad obſeruantiam 1. 69

Legibus, & ceremonijs melioribus ornari: primatum in Dei operibus, tribuit. 3. 144

Leges aſperas nemini Deus imponit, niſi alijs facilioribus iugo colla dare aſſuetis. 2. 170

Lætitiæ huius Mundi, non niſi ſtillæ ſunt æternæ beatitudinis. 2. 122

Lætitiæ vitæ æternæ ſola eſt perfecta. 2. 118

Lætitia Sanctorum, non opponitur lachrymis pœnitẽtiæ. 3. 96

Lætantur in Sanctis anima intus, & corpus extra. 5. 89

Libri, vt perſuadeant, magis debent ſcribi moribus ſcribentium, quam atramento. 1. 37

Libri dicuntur magni, non volumine, ſed materiæ dignitate. 1. 31

Libri debent eſſe parui voluminis, & diſtincti. 1. 23

Libri etſi plures, vnus dici poſſunt, ſi ab eodem ſpiritu conſcribantur. 1. 21. 97

Libri ſunt Sanctorum veſtes. 1. 128

Libri debent maxima cura conſeruari, & indui, 1. 127

Libri compoſiti à Sanctis, ſunt quaſi eorum vocales cõciones. 1. 131

Libri relicti à Patribus poſt eorum mortem ſolatia ſũt diſcipulis ſuis. 1. 132

Libri Eccleſiaſticorum Doctorum debent eſſe de certis, & infallibilibus, vel ad minus de probabilioribus 1. 137

Librorum titula debent oſtendere totam ſequentẽ materiam. 1. 75

Librorum compoſitores debebt cauere à nimia titulorum affectatione. 1. 39

Librorum multiplicitas in Eccleſia arguit, & elõgationem Dei a nobis, & eius nobis reconciliandi deſiderium. 1. 42

Librorum multiplicitas condemnatur. 1. 101

Libros, qui non legit longè eſt ab eis, etiam ſi illos habeat in camera. 1. 157

Libros alienos non debent dedignari legere docti. 1. 123.

Libros legere, parum valet, ſi non intelligantur. 1. 111

Libros prophanos non debent legere prædicatores. 1. 109.

Libros eoſdem legere, non æquiparat in ſcientia. 1. 113

Libri Sanctorum Patrum ſunt venæ Catholicæ doctrinæ. 2. 64

Digitized by Google

Index Rerum Notabilium.

Libros ſpirituales debemus habere plurimos de temporalibus paucos. 1. 21
Librorum multitudo ſi reprobetur non intelligitur de illis qui ad intelligendum ſacrum textum ſunt neceſſarij. 1. 100
Libros videre,non eſt idem quod intelligere. 1. 154
Litteræ non indignæ regalij ſolio 1. 64
Litteris ſe comparat Deus, quia ipſe eſt ſapientia, quæ litteratos facit. 2. 200
Literatus vnus non ſufficit, ſed plures ſemper ſunt neceſſarij. 5. 129
Loca in quibus Beneficia ſua nobis Deus conceſsit inſurgent teſtificando contra nos. 5. 156
Loqui ſimul non poteſt loquela humana, quod ſimul fecit diuina potentia. 5. 106
Loquendo non poteſt humana exiguitas neq; narrando attingere, quæ Deus operatur. 5. 41
Lugent Sancti de cæleſtium dilatione impij pro terrenorum amiſsione. 5. 173
Luce diuinam impediunt impij ſua præſentia. 5. 200
Luxurioſi longe à regno Dei:in cõſtantes in bono.4.91
Luxuriç vitium,eſt pæna qua Deus punit peccatum ſui contemptus. 4. 197
Luxuria in ſenibus extinguitur ætate, in iuuenibus refrænatur paupertate. 5. 28

M

MAgnates timeant Deum, qui eos tales fecit a quo etiam interimi poſſunt. 2. 81
Magnates Chriſtiani,cauere debent ne opera diuini cultus ſeruis committant. 4.122
Magnates præſumere non debent de ſua magnitudine & pondere 5. 51
Magnatorum crimina &ſi Deus permiſit, nunquam tamen impunita remanſiſſe voluit a nobis ſciri. 4. 33
Magnos ſolus Deus poteſt facere ſine ſui deſpectus periculo. 3. 130
Magnanimitati, non repugnat humilitas. 5. 49
Magna quæ hic Deus aliquibus confert, ſunt præludia ad maiora in futuro. 5. 23
Maiorum caſus metum debet incutere minoribus.2.75
Mala,quæ adhuc non erũpunt non ſunt,neq;cautelæ ratione,populo prædicanda,etiam ſi certo futura ſciantur. 3. 121
Maria Virgo Beatiſsima, & Apoſtoli ſunt refugia declinantium à vitio libidinis. 3. 98
Maria Virgo Beatiſsima pro ſuo modo a nullo noſtræ ſalutis opere excluſa debet intelligi. 2. 13
Maria Virgo Beatiſsima neq; in proſperitate, neque in aduerſitate,virorem perdidit fidei. 5. 108
Maria Virgo Beatiſsima Cœlo cõparatur egregie. 5.48
Maria Virgo Beatiſsima templum Dei. 5.1 96
Martyrium eſt primus ordo in Eccleſia, vltimus virginitas. 2. 210
Mare in Sacra Scriptura Iudæorum populum ſignificat 3.62
Materia prius debet requiri (ſuper quam) præcepta ponantur. 3.25
Materia vnde, non debet curioſe inueſtigari in mirabilibus Dei, cum Deus creditur author. 4. 5
Medicus verus Chriſtus Dominus. 3. 77
Medici quare honorandi ſint. 3. 81
Medicum a Deo creatum,quot modis intelligẽdũ. 3.82
Medicis debent vti perſonæ religioſæ. 3. 78
Medici honor in, quo conſiſtat. 3. 79
Mercedem boni operis nullus debet expectare, niſi infine vitæ. 2. 135
Milites extranei durius ſe habent erga expugnatos,quã naturales. 5. 18
Minæ diuinæ ita ſunt certè adimplendæ, quod geminatæ adueniunt. 1. 44
Minima,& facilia præcepta frangens denotat Dei contemptum. 4. 47
Minima, quæ hic operantur homines non latent Deo 5. 61
Miniſteria bona dedignatur pij, quia illis abutuntur impij. 4. 214
Miniſtros magnos non mittit Deus, niſi ad magna negotia. 3. 77
Miniſtri demandato ſuperiorum facere aliqua poſſunt facta autem minimè ſine ſuperiorum potentia conſeruare. 3. 129
Minora maioribus Deus ſæpius peculiari prouidentia præponit. 5. 44
Mirabilium diuinorum omnis dubitatio ceſſat cum Deus author cognoſcitur. 4. 1. 2.
Miracula nõ ſunt neceſſaria vbi fides eſt grandeua.5.71
Miracula Chriſti non admirant credentibus eius diuinitatem. 2. 102
Miſericordiam diuinam promittentibus facilius credũt homines, quam iuſtitiam eius prædicantibus. 1. 30
Miſericordiã diuinam exeo maximè ſperare debemus, quod illã etiam infedelibus promitti videmus.4.145
Miſericordia ſine iuſtitia non eſt in Chriſto. 5. 193
Myſteria diuina non ideo minus facere debemus, quia illa non comprehendimus. 4. 68
Myſteria diuina doctis datum intelligere,indoctis vero tantum credere. 5. 109
Myſteria diuina neq; inueſtigatione,neq; inuentione in effabilitatem perdunt. 3. 133
Moderni Doctores non debent diſputare de his,quæ ſãcti patres tacuerunt. 5. 9.
Modum, quo diuina fiunt opera inquirere non debemur 3. 17
Modo, quo nos inhonoramus Deum permittit ille nos inhonorari. 4. 188
Mortui non computantur iuſti, quia quò ad potiorem ſui partem viuunt. 2. 97
Mortis dies & iudicij:vocantur portæ. 5. 136
Mori pij dolent, quia a diuino ſeruitio, & cultu tolluntur. 4. 161
Moribus probatur Dei notitia. 4. 215
Manum velle mittere adopus abſq; neceſsitate cũ alius ſufficiat,eſt vanitatis indicium. 4. 44
Motus bonus ad aliquod opus vocatur principium eius. 2. 19
Multitudini cedunt reges aliquando quia aliter facere

non poſſunt. 4. 141
Mundum factum eſſe negare eſt illi diuinam negare ꝓuidentiam. 3. 2. 31
Mundus ſapientiæ Dei teſtimonium perhibet perenniter 5. 35
Mundus in nullo inſtanti deſtitutus fuit diuina prouidẽtia. 2. 159

N

NAtiuitatis Chriſti Lætitia bene deſcripta. 5. 80
Natiuitatis Chriſti myſterium non ſolum obligat peccata dimitti: ſed vires porrigit. 3. 95
Naturæ conſequentiam non ſequitur Deus in ſuis operibus. 5. 39
Natura Deus eſt omnium, voluntate vero paucorum 4. 180
Naturæ ordo in aliis creaturis,oſtendit nihil temere fieri circa humanam naturam. 2. 60
Natura noſtra,ſpeculũ eſt mortis,& reſurẽctionis.5.192
Naturalis curſus & ordo rerum, vbi miraculum nõ apparet omnia in contra ſoluit argumenta. 5. 34
Naturale eſt opera operatorem laudare. 3. 58
Naturale eſt omnia bona noſtris attribuere. 3. 22
Neceſsitati Deus parcit, non præſumptioui. 4. 47
Negare ſolent homines, etiã diuinitus ſibi minata ſupplicia,niſi ſcriptura conuincantur. 1. 41
Negantes ſe factos eſſe à Deo in quouis genere,negant circa ſe diuinam prouidentiam. 3. 2.31
Negligentiæ torporẽ debemus excutere a nobis in quacunq; tribulatione. 2. 167
Negotia huius vitæ compedes ſunt. 4. 190
Nihil Deus fecit quod mirabile non ſit. 5. 20
Nobilior eſt ſuperbia Diaboli, quam hominum. 4. 222
Nobilitatis inſignia conſeruant, & oſtentant ſancti,non ad uanitatem,ſed ad neceſsitatem. 1. 133
Nocere nobis nemo põt,ſi Deus pro nobis fuerit.3. 102
Nomina ſua admirabilia, in amatorijs mutauit Deus per incarnationis myſterium 4. 71
Nominari prius inter coætaneos parum valet ad excellentiam. 5. 17
Noſtra debemus cõſeruare,& procurare,ne ab alijs neſ-ſaria quærere, neceſſe habeamus. 1. 128. 135
Nota miſeria,in Domo Dei, ſubintelligitur miſericordia:etiam ſi non ſpecificetur exhibita. 2. 176
Nouas delicias,veteribus non contentus,preparat Deus ſuis. 5. 145. 164
Nouitij in quocunq; genere virtutis paulatim præcedant. 1. 135
Nouum nihil magnum facere ſolet Deus quin præcedẽtibus mirabilibus præueniat. 5. 10
Nuntium [illegible] à Deo ſolum poteſt expectari. 4. 212

O

OBedientia creaturarum arguit hominis contumaciam. 4. 48
Obligationes communes non ſic inflãmant affectum, ac peculiares. 4. 235
Occaſiones etiam veræ deſiſtendi a Dei ſeruitio lætanter accipere,Deo diſplicet nimis. 1. 152
Oculos in aliquem eleuare,nõn ſemper denotat reuerẽtiam. 4. 38
Omittunt quamplurimi prædicatores pergere ad infideles ne propria patria ſine prædicante remaneat præcipuè ſi alij illic ſint. 5. 168
Omnia & ſi a Deo:cum illo tamen ſoli ſancti. 4. 226
Omnibus ſit quod vni ſoli ſi illud beneficiũ in totius cõmunitatis vtilitatem ſit. 4. 174
Omnipotentia magis commendatur a celeritate, quam ab efficientia. 2. 38
Opera aliorũ titulo dominationis ſibi velle attribuere, eſt tyrannicum 3. 33
Operibus Deus debet confiteri, non tantum voce. 4. 60
Opus cum bene incipitur, non poteſt non bene etiam finiri. 2. 163
Opera diuina maxima a principio; non denotant eius potentiæ finem, ſed exinde maiora expectanda ſunt 2. 58
Opera vt ſint plena coram Deo quid requirant. 4.240
Opera ſua vt faciat Deus,fulcimentis non indiget. 5.38
Opera noſtra bona Deo attribuenda ſunt, non nobis 3. 145
Opera & doctrinã ſanctorum impij impugnant, quatenus exinde ipſi ſancti vituperentur in vitis. 3. 1 19
Opera quę nos facimus bona a Deo præparantur prius quam a nobis fiant.3. 142
Opus primum factum ſapienter,indicat alia ſubſequentia eodem modo facta,etiam ſi non exprimatur. 5.3
Opera ſua bona vellent ſancti, ſi poſsibile eſſet neque à Deo videri. 1. 73
Opera quæ in vnoquoq; genere non fundantur in Deo, facile diſſoluentur. 2. 56
Opera a Deo incepta non dicuntur conſumi, ſed conſummari. 2. 207
Opera hominum vel diminuta,vel ſuperflua. 3. 12
Opera noſtra non iudicanda vt apparent hominibus: ſed ſecundum quod ſunt coram Deo. 4. 241
Opus abſolutum dici poteſt cum quò ad ſubſtantialia perficitur,etiam ſi accidentalia deſint. 3. 83
Opus illud debet bene fundatum intelligi quod ad optimum finem inceptum cognoſcitur. 2. 49
Operari Chriſtianos contra id, quod ore profitentur, maxime admirantur infideles. 3. 18
Operari bene non dici poteſt, qui in vno opere perfectus, in alio defectuoſus apparet. 3. 139
Operatur Deus difficilia maiori facilitate quam homines facilisſima,& homo facilisſima non poteſt operari ſicut Deus difficillima. 5. 45
Operando non magis laboratur, quam præmeditando quod agendum eſt. 4. 51
Operatio laboris non data fuit in creatione: ſed ratio voluntatis. 5. 91
Orationes aliorum pij adiungunt ſuis precibus, ne de ſuis meritis nimis confidere videantur. 4. 154
Oratio multorum maximè vtilis. 4. 156
Orationem qui adhibet oſtendit ſe de propria virtute minimè confidere. 4. 157
Oratio non debet eſſe clamoroſa. 4. 139
Orationis ſecretum commendatur. 4. 220

Oratio-

Orationibus ſuis ſancti portant orbem. 5. 24
Oratio debet fieri,non tarde ſed celeriter, & cum omni deuotione. 2. 164
Oratio ſi eſt feruens incœpta conſequitur quod imploratur. 2. 168
Orationi minimè fidit,qui in periculis ad eam non recurrit. 4. 157
Oratio calumniati &ſi incipiat à triſtitia, deſinit in cõſolationem. 2. 143
Orare debemus etiam pro completione diuinorum promiſsionum, ne ingratitudo noſtra eorum complemẽtum euacuet. 1. 122
Orare debent Religioſi vt dies eorum ſint ſicut à principio fundationis ſuarum religionum. 2, 154
Ordo recta pœnitendi eſt primo amplius non peccare ſtatuere firmiter. 3. 50
Ordo creationis reperitur in ordine reparationis. 3.20
Ordo & finis condecorant opus. 2. 7.
Ordinem debent principes velle illucere in ſuis operibus,& non ſolum potentiam. 2. 6
Ordinis encomia:& commendatio. 5. 130
Ordinate procedere ſubditos, arguit excellentiam in Prælatis. 4. 89
Orionis nomine Martyres ſignificantur. 3. 41
Ornatus non minus dicitur columna in vna Republica, quam cætera quæ illam ſuſtentant. 5. 75
Os ne oremus Deum in tribulationibus obſtruit peccatum. 4. 141
Os illud mutum eſt qui cantica Dei non profert, quantumlibet aliàs eloquens videatur. 2. 117
Oſtentatio potentiæ debet eſſe ad auxiliandum,non ad terrendum. 5. 159

P

Parcere Deum omnibus qui putat: eum Deum eſſe negat. 4. 106
Patrem vocare Deum, quam mirificum. 4. 209
Patres,qui illis viuentibus, quocunq; modo hæreditare contendunt condemnatur. 2. 137
Patrũ meritis attribuunt ſancti beneficia ſibi à Deo cõceſſa. 4. 172
Patriam negare, quam deteſtabile. 5. 127
Paulus quare cum ab omnibus oblata vſui ſuo neceſſaria accipiſſet,minimè a Chorint.neq; à Theſſalon. aliquid accipere voluit. 2. 184
Paupertas præſepij admirabilior fit ex creationis potentia. 5. 321
Peccator diſtat a Deo non loco, ſed diſsimilitudine 4. 134
Peccatores ſunt ſemper pauidi, & parui cordis. 3. 49
Peccatores ali cœli,alij terræ peccatores dicũtur. 5.92
Peccatum dulce in principio,amarum in exitu. 1. 143
Peccati guſtus in initio:in amaritudinem vertitur completo peccato. 1. 163
Peccatum omne eſt ſtultitia. 4. 110
Peccatum homines annihilat. 3. 53
Peccati remiſsionis quantum Deus glorietur. 4. 150
Peccata noſtra &ſi Deus vult in ſuis libris indelebiliter ſcribi, ita tamen quod non magna ſed parua & delecta appareant. 1. 22
Peccandi licentia ex quo eſt maximũ ſuppliciũ. 4. 199
Pœnas diuinitus minatas,qui exiſtimat ſua aſtutia poſſe euadere, irridet Deum. 4. 191
Pœnitentia reperitur certamen, & iteratur acies.4. 167
Pœnitentes in Eccleſia non minus mirabiles ac martyres,& ſancti miraculoſi. 5. 146
Pentecoſtes dies fuit dies virtutis Chriſti. 2. 103. 104
Perditionem vitæ æternæ,abſq;ſpe conſolationis deplãgunt damnati. 2. 123
Peregrinos moleſtare malum: ſed in proprijs degentes inquietare: peſsimum. 2. 185
Perfectiones non indifferenter in omni loco quærendæ ſunt,ſed vbi diſpoſitiones ad illas cognoſcũtur. 2.61
Perſecutiones impiorum in bonos Deus non facit: ſed dirigit qñs illis ſint in pœnã, iſtis in coronam. 3.103
Perſecutionis tempore ceſſat Eccleſia à diuinis laudibus: ſed parum durat. 5. 203
Pij cæleſtia quaſi ſenſu percipientes cognoſcunt. 3.73
Pij V. Pont. Max. vita mirifice deſcripta. 1. 64
Plorandum non eſt pro temporalibus ſed pro defectu doctrinæ, & ſcientiæ in Eccleſia. 1. 180
Pontifex bonus à Deo datur. 5. 191
Populus non debet repente abſtrahi ab æſtimatione illarum rerum, quæ diu honorauit, niſi per meliorum oſtentionem. 4. 125
Populus Rom. mare eſt operiẽs montes Regum &,Imperatorum. 2. 147
Potentiam plus recognoſcit vera fides in Deo, quam artem. 5. 46
Potentiæ diuinæ recordatio in tribulationibus ſolatium præbet. 5. 133
Potentia diuina oſtentatur ad fidem diuinarum promiſſionum in nobis aſtruendam. 3. 155
Potentia creationis, arguit potentiãreparationis.3.137
Potentiæ diuinæ oſtentatio, eſt ad corroborandam ſpẽ noſtram non ad contemnendos nos. 3. 128
Potentia,& dominiũ diuinũ plus valet in impios & diabolum: quam eorum mala voluntas. 3.63
Potuit,ergo fecit eſt argumentum inualidum erga Deũ 3. 7. 23
Præcepta exteriora, ad videnda inuiſibilia nos præparant. 1. 148
Præcepta diuina noſtræ conſulunt vtilitati, & negligentiæ accommodatur. 4. 47
Præcipui primas partes obtinent in narratione domus Dei. 2.25
Præconia tam diuina, quã humana tũc opportune prędicanda ſunt, cum operum demonſtratione probari poſſunt. 4. 12
Prædicatores alta noſtræ fidei myſteria humiliter non debent populo præponere: Populus ſi non intelligit, interroget. 1. 12
Prædicatores cum reprehendunt,maximè principes,nõ afferant figuras ſacrę ſcripturę,ſed veritatem nudam proferunt. 113
Prædicatores ſacræ ſcripturæ teſtimonia ſolis doctis proferant,cæteris vero manuales cõparationes. 1. 14

Prædicatores literalem doctrinam, myſticis & moralibus expoſitionibus, mollificent. 1. 15. vſq; 18
Prædicatores debent celare peccata, non ſcandalizare peccantes. 1. 40
Prædicatores coram doctis, non debent immorari in valde tritis ſacræ ſcripturæ. 1. 59
Prædicatores caueant, ne aliquid de Chriſto, ac eius Beatiſsima Matre dicant quod probare nequeant ſacræ ſcripturæ teſtimonijs, aut Sanct. Patr. 1. 103
Prædicatorum communis & iugis conuerſatio & collocutio, debet eſſe de ſacra ſcriptura. 1. 108
Prædicatores, maximè iuuenes antequam prædicent ſuas ſcribant conciones. 1. 136
Prædicatores & Prælati ſunt cœli. 5. 1.
Prædicatores nihil dicant quod de ſacra ſcriptura minime ſumpſerint. 2. 44
Prædicatores fugiant terminos ſublimes, ne magis vētoſi, quam fructuoſi iudicentur. 2. 72
Prædicatores ita erudiant, quod pungant ſimul contrariam defendentes opinionem falſam. 4. 13
Prædicatores de regum audientia ſe iactent, quando ab illis propter Dei verbum fuerint perſecuti. 2. 172
Prædicatores non niſi opportune de diuinis myſterijs tractent: & opportunitatem vllam non ommittant 4. 18
Prædicatoris vox magis debet videri per exemplum. quam audiri per doctrinam. 1. 164
Prædicatores affectu correſpondeant materijs quas prædicant. 1. 143
Prædicator amaritudinem ſenſit cum prædicare incipit quod intelligit. 1. 162
Prædicatores primo ſe deinde alios inſtruere debent. 1. 125
Prædicatores non ſe oſtentare curent, ſed Dominum Ieſum prædicare. 1. 60
Prædicatoris Magnatum vitia reprehendant, non attētis eorum dignitatibus. 5. 137
Prædicator qui de officio ſibi commiſſo lætatur, ſi fructum non videt maximè contriſtatur. 1. 161.
Prædicatores rudi populo ſola illa proponant, quæ eis ſatis ſit credere. 4. 53
Prædicatores à ſacra ſcriptura, & à Sanct. Patribus debent ſuas texere conciones. 2. 59
Prædicator impius, & ſi ſibi inutilis, alijs prodeſt. 1. 9
Prædicator quatuor debet habere. 1. 87
Prædicator debet eſſe opportuna. 1. 116
Prædicatio alicuius in ſpeciali non tollit cæterorū eiuſdem ordinis excellentiam. 5. 5
Prædeſtinati tribus modis dicuntur. 1. 94
Præferentia, diſtat a reprehenſione. 5. 50
Prælati impij, ſolatium impijs ſubditis ſunt, ne à vitijs erubeſcant. 4. 32
Prælati ſubditorum emendationem magis debent quærere, quam illorum punitionem, quam effugere debēt quantum poſsibile. 4. 225
Prælati plenarie ſancti non dicuntur ſi ſolum de ſua ſalute tractent neglecta ſubditorum cura. 4. 242
Prælati boni tremunt cogitantes rationem de quibus reddituros. 5. 76
Prælatorum doctrinam & ſi à Deo, non tamen nos ſibi ſed Deo debet aſcribere. 1. 93
Prælati, quæ benefieri indicauerint laborent executioni mandari. 3. 61
Prælatus confidentius obiurgat illos à quibus beneficium ſponte oblatum accepit. 2. 185
Prælati ab illis bene accipere poſſunt quos dare nouerint, non vt à vitijs eis parcatur. 2. 186
Prælati cœlum ſubditi terram vocantur, & prælati, quare Cœli cœlorum. 5. 83
Prælatio omnis ceſſabit in futuro ſæculo. 5. 180
Prælati ſunt Portæ. 5. 166. 169
Præſentia nobis neceſſaria debemus attendere, non curioſe, quæ nobis nō pertinēt inueſtigare futura. 2. 55
Prima Dei opera in vnoquoq; genere difficile creduntur perire. 2. 79
Primo geniture dignitas in domo Dei reſpicit meritū non antiquitatem. 2. 34
Principes, non perſona, ſed operibus ad ſubditos debent egredi. 2. 82
Principes tanto excellentiores, quanto minus ſubditorum ope, magna operari fuerint. 4. 3
Principes licite poſſunt facere aliqua opera egregia ſolum ob ſuæ magnitudinis oſtentationem. 3. 8
Principes tunc debent vti verbo, Nos, quando plures oſtendunt habere virtutes. 4. 20
Principes cum moderamine debent ſubditorum vitia corrigere. 4. 30
Principū quantumlibet alijs bonis operibus polleant, ſi inhoneſti ſint, præcipue virginum violatores nihil cætera æſtimantur bona. 4. 90
Principes quod in negotijs ſubditorum facere renuūt, ſit magis impotentiam confitendo, quem arrogantiam demonſtrando. 4. 43
Principes totius populi perſonam gerunt. 4. 21
Principes quibus virtutibus debent eſſe ornati, vt in plurali ſe nominent dicentes, Nos, 4. 22
Principes Deo cōmendare debent mala quæ impugnāre populo obuiare non poſſunt. 4. 143
Principes nihil exterius in opere producāt, quod prius in mente rationis iudicio molitum non præuiderint 2. 30
Principes non tantum de factis egregijs ſe iactent, quātum de ante talium præuiſione. 3. 152
Principum magnitudines, quem paruæ ſint apud Deum 5. 139
Principi neceſſaria eſt & omnium neceſſariorum cognitio, & potentia, vt cognita indigentia reparēt. 3. 112
Principes in quibus capitis ſimilitudinem obſeruare debent. 2. 191
Principiantes alicuius boni operis opus quod aggrediuntur oſtentent, aliàs principiantes minimè reputabuntur. 2. 46
Principium alicuius rei: eſt certiſsima eius prædicatio finis. 2. 33
Principium non ſemper indicat ante omnia: ſed vel præcedentiam coætaneorum, vel nouitatem materiæ. 2. 169

Index Rerum Notabilium.

Principium bonum,eſt operis bonus finis. 2. 10
Principium non denotat prioritatem temporis, ſed excellentiam naturæ.2 74
Principium eſſe in quocunq; genere omnes alias eiuſdē generis excellentias præcellit, 2. 39
Principium quæ habuiſſe cognoſcuntur, finem habere neceſſe eſt. 2. 40
Principia debent eſſe dulcia, ne nimio rigore incæpta areſcant. 2. 25
Promiſsiones diuinæ non tollunt, imò obligant vt pro completione oremus. 1. 121
Promiſsiones euacuantur, ſi à nobis tollantur media quibus illa ad implere Deus decreuit. 1. 144
Prophetiæ donum, &ſi gratia gratis data potiſsimè ſanctitatem indicat. 2. 177
Pugnare debemus omnes pro Deo contra peccatores. 5. 116
Pulchritudo corporalis,prædicatorem, & Doctorē maximè commendant. 1. 55
Pulchra ſuo aſpectu facta à Deo ſe eſſe præconizant. 4 224
Pulchriora opera Deus ſpecialiter ſibi attribuit, &ſi omnia ipſe creauerit. 5. 183
Punire ſe iuſte putant ſancti quia ſuos ſuperiores meliores ſe putant. 4. 77
Punitio fecit ne velint nolint repetantur crimina.4.123
Purgare alios non poteſt qui cum illis communicauerit. 5. 26

Q

Quadrageſsima eſt in meritum Martyrum. 2. 210
Quadraginta dies qui Paſcham ſequuntur ſunt in Virginum honorem. 2. 210
Quatuor modis operatur Deus. 3. 35
Quater vocat Deus animam ſibi dilectam. 2. 162
Quintas eſſentias quantumcunq; magnates vt æternizentur inueniant: à communi interitu reſelire non poterunt. 5. 47

R

Regimen debet eſſe caput & fundamentum omnium operum. 2. 12
Regimen qui ante tempus cupit condemnatur. 2. 136
Regum intimi,zelo eorum ſuo commodo ſtudent,nō regis honori. 4. 170
Reges primo ſtudeant ſcire rationes gubernandi imperia noua,quam eorum dominium acquirere.3. 89
Regnat Deus in Prælatis & Doctoribus. 5. 190
Reincidentes in peccata quomodo Deus puniat. 2 171
Religio illa proprius dicetur à Deo fundata, quæ ſimul cum maiori proximi vtilitate,maiori reſplendet ſanctitatis ſtatutis. 2. 199
Religiones illæ vere periſſe dici poſſunt, quæ fructificare minimè cognoſcuntur. 5. 188
Religiones in hoc admirandæ ſunt, quod ex tam ſecundum naturam diuerſis ſubiectis, vna fiat ſpiritualis concordia. 5. 19
Religioſi ſint plures in choro cantantes: vnum in corde ſe amantes,vt benedictionem Dei percipere mereantur.5.105
Religioſis & Eccleſiaſticis miniſtrandum eſt ad vſum, non ad theſaurum aut luxum. 2. 184
Religioſi ſenes non bene ſuum perficiunt opus,ſi à feruore qui incæperunt in iuuentute deſiſtunt. 2. 166
Religioſi & mundi contemptores, non ſunt iudicandi ſed futuri iudices. 5. 84
Religioſi multi doctrina,& moribus perfecti ſine temeritatis nota Apoſtoli poſſunt appellari. 2. 150
Religioſi quò ſeniores,eò magis religionis exercitijs attendere debent. 2. 91
Reliquiæ rerum diuinarum pro toto ſupponunt. 1. 117
Remiſsio peccatorum eſt materia maioris gaudij,quā Cœli,& Terræ creatio. 4. 150
Reparatio principium proprius dat rebus,quam eorum incæptio. 2. 32
Reparati ſumus eadem potentia,qua creati.3. 127
Repetunt ſancti, quæ dixerunt, vt melius intelligantur: impij vero vt eloquentes appareant. 2. 68
Res tunc incipiunt eſſe,cum fieri diſponuntur. 3.151
Reſpublica illa miſerrima eſt, quæ contra ſe habet inimicos cupidos, feroces, doloſos, & potentes. 2. 148
Reſurrectionis myſterium inter cætera magis debet populo proponi.1. 82
Reſurrectionis futuræ articulum moxima debet efficacia prædicari. 1. 83
Reſurrectionis finalis articulus ex creatione aſtruitur 5. 31
Reuerentia politica non damnatur in Euangelio:ſed vt in primis Deus veneretur docetur. 3. 248
Reuerentia Dei etiam in ipſis peccatis & eius offenſis locum tenet. 4. 164
Rudibus ſemper ſunt prius præponenda lucidiora, & clarioſa manualiaque noſtræ fidei myſteria. 5. 22

S

Sacerdotes à cæteris debent eſſe tanqnam cœlum à terra. 5. 28
Sacræ res deſtructæ ſic lætificant in cogitatione,ac quādo integræ oculis cōſpiciebantur. 2. 119
Saluati ſunt omnes, & ſaluandi per Chriſtum. 2. 146
Sancti Patres tacuerunt, & non ſcripſerunt aliqua, non quia illa ignorauerunt, ſed quia pro tunc taceri illa oportuit. 1. 46
Sancti ſunt mōtes vnde diuinum auxilium ſperatur.5.96
Sancti honores accipiunt debitas dignitati ſuæ, quæ finira tales non tolerant 4. 250
Sanctus miraculoſus, confeſſor, & pontifex eſt ſignūm Dei viui. 4. 244
Sancti & ſi liberari a Deo poſſe credent, ſi ille voluerit non tamen liberari infallibiliter credunt, & apponunt in hac vita. 4. 153. 154
Sancti non poſſunt bene tractari ab impijs. 4. 115
Sanguine ſuo Chriſtus cœlos mollificauit. 5. 184
Sapientia eſt primum quod Deus inter cætera attributa vult oſtentari. 2. 18
Sapientia non intrat vbi eſt peccatum. 2. 127
Sapientia ſola voluntate ſciendi incipit poſsideri. 2. 130
Sapientia humana velle diuina iudicia obuiare: eſt ma-

ximè

Digitized by Google

xima iniquitas. 4. 165
Sapientiæ opera ſemper ſunt prima ſtultitiæ tarda. 2.24
Sapientiam qui deſiderat, omne terrenum à ſuo affectu excutere debet. 4. 129
Sapientia neq; ſine doctore neq; ſine omnium terrenorum ab negatione acquiri poteſt. 2. 128
Sapientem eſſe non eſt multos libros habere, & legere ſed illa vti ſibi & alijs. 2. 129
Sapientem eſſe in hoc Mundo eſt pignus beatitudinis, & è contra. 2. 131
Sapiens non eſt qui multam habet ſcientiam, ſed qui ſecundum illam erga Deum viuit. 2. 133
Sapientes velle debent apparere principes in ſuis operibus magis quam efficientes. 2. 8.
Scientiam ſacræ ſcripturæ minimè conſequi putandi ſunt; qui delitioſe, & ſine oratione viuunt. 2.172
Scientia mendicata operari, & leges ſtatuere, non eſt mirum commitantes habere errores. 3. 71
Scientia vera, non quærit delicias. 3. 72
Scientia non debet retini in corde, ſed ore communicari. 1. 78
Scribunt ſancti violenter ſuas laudes, cum ad diuinas ſcribendas ſint promptiſſimi. 1. 71
Scribi debent materiæ apparatu earum qualitati correſpondenti. 1. 33
Scribi in hominum libris deſpicit, qui ſe in libro vitæ ſcriptum reputat. 1. 139
Scribendi artis Deus primus author. 1. 62
Scribere debent doctores, quæ ſciuerint. 1. 106
Scribere magiſtraliter dogmatiſando non omnibus, ſed Santis Patribus poſt Apoſtolos eſt datum. 1. 149
Scribebant antiqui figuris, & geroglificis. 4. 7. 8
Scribere vitas Sanctorum Patrũ eſt maximæ commoditatis Chriſtianis. 2. 152
Scripti reputantur multi in cœlo, qui nomina ſua ſcripta ibi minimè reperient. 1. 140
Scriptores qui antiquorum ſcripta tacito authorum nomine, ſibi aſcribunt arguuntur. 1. 61
Scriptores Eccleſiaſtici non niſi de neceſſarijs pro tempore debent ſcribere. 1. 19
Scripturam Sacram omnibus legere licet pro capacitate, cum vnus ſolus dicatur liber. 1. 1
Scriptura Sacra neminem à ſua lectione excludit. 1. 2
Scriptura Sacra, & peritis & imperitis neceſſaria. 1. 3. 169
Scriptura Sacra ſimpliciter debet legi, non praue interpretari. 1. 4
Scriptura Sacra omnibus ſtatibus præbet documenta. 1. 20
Scriptura Sacra in littera humilijs, in ſenſu præſtantiſſima eſt. 1. 109
Scriptura Sacra eſt liber vitæ. 1. 102
Scriptura Sacra prius moribus debet impleri, quã voce prædicari. 1. 156
Scriptura Sacra fons eſt, & theſaurus inexauſtus. 2. 1
Scripturæ ſacræ myſteria, alia comedũtur, alia bibuntur 1. 153
Scripturæ verba pijs, & non impijs explananda. 1. 146
Scriptura Sacra electis proſpera denuntiat. 1. 168
Scriptura Sacra conſcientia munda debet addiſci. 1. 8
Scriptura Sacra, talis vnicuiq; ſe præbet, qualis eſt legẽtis ſpiritus. 1. 6
Scripturæ Sacræ intelligentia ab antiquis Patribus debet quæri. 1. 184
Scripturæ Sacræ verum ſenſum denegat Deus aliquibus in maximam pœnam. 1. 26
Scripturæ Sacræ finis, eſt ſpoliare diabolũ animabus ab illo deceptis. 1. 11
Scripturæ Sacræ ignorantiam allegare, ne quis conuertatur, tolerabilius eſt, quam iactare ſcientiam. 1. 27
Scripturæ ſacræ ſumma ad quod præcipue tendat. 1 34
Scripturæ Sacræ intelligentia a Deo pendet. 1. 29. 152 173
Scripturã diuinã illi dulciter pronuntiant, qui ſecundũ illam viuere ſtudent. 1. 175
Scripturæ diuinæ lectio prouocat ad penitentiam peccatorum. 1. 176
Seceſsio ſeu deſtitutio a Deo vocatur traditio Dei. 4. 239
Senes cœlum vocantur. 5. 150
Senibus ſi non emendantur, promiſſam vitam Deus præcindit. 1. 121
Senſus noſtri: portæ vocantur. 5. 67
Sententia in fauorem data falſe calumniati debet pro corona oſtentari. 1. 79
Sententia data in fauorem tunc eſt glorioſa, quando calumniatus etiam operibus contrarijs calumniæ viuit. 1. 80
Silentium Chriſti in ſua paſsione: rumpetur contra Iudæos in vltimo iudicio. 4. 94
Simultas in concreatis tollit antiquitatis præheminentiam. 2. 50
Sodomiæ peccatum eſt ſupplicium quo Deus delinquẽtes in ſide vendicat. 4. 201
Solus: in diuinis non excludit aliquam ex diuinis perſonis. 2. 13
Spiritus Sancti perſona intelligitur in Dei donis. 4. 206
Sponſi nomine modificauit Eccleſia altitudinem diuinitatis Verbi incarnati. 4. 26
Stabilitati, quæ in Deo fundamentum non habet, non eſt fidendum. 2. 56
Studiũ Sacræ ſcripturæ debet ab in fantia exerceri. 2.48
Studere eſt voluntarium, poſtea vero ſcitum communicare, eſt ex præcepto. 1. 151
Subditus minimè ſe iuſtificare debet cum ſcit prælatum ſua non ignorare delicta. 4. 79
Subditi nunquã Principẽ ſibi appropriant, niſi Principes primo illos ſibi appropiari cognoſcantur. 4. 182
Subtilia intellectualibus comparantur. 5. 110
Succeſsio in rebus vicem gerit æternitatis. 3. 70
Superiora nobis nocere non valent, niſi noſtra inferiora cum illis concurrant. 5. 26
Supplicia diuinitus taxata nullibi poſſunt impij euadere 2. 113
Suppliciũ max. eſt diuinũ, putare Deum negligere vendicare crimina quæ etiam homines impunita non relinquunt

quunt. 4. 198
Supplicia immania ideo dicũtur peccandi licentiæ, quia nõ tormenta, ſed incrementa ſunt vitiorum. 4. 203
Supplicia ſua cum Deus proficere non videt, magis iraſcitur. 5. 149
Supplicia diuina, nobis pariũt peccata præterita. 4. 117
Supplicia diuina multoties tunc veniunt, quando magis indigemus miſericordia. 2. 182
Supplicia diuina alijs inflicta laudare non debent, qui impune degunt; ſed cum timore orare, & cõpati. 4. 83

T

TAcere renuunt impij ne ignorantes videantur. 4. 83
Temerarium non eſt ex bona alicuius vita coniecturari eſſe prædeſtinatum. 1. 138.
Temere non ſe ſancti exponunt periculis. 4. 151
Templis ſuis nõ parcit Deus, vt timorem fidelibus incutiat. 5. 176
Templis, & obſequijs noſtris non indiget Deus: maleq; nos de ipſis iactamur. 5. 174
Tempus quo Deus beneficia fecit, obſeruat, vt perdita reparet. 2. 17
Tempus ſuæ dignitatis quare Põtifices deſcribant optime aſsignatur. 2. 31
Temporum mutationes: à peccatis cauſantur. 2. 151
Tempus opportunum debet, quis expectare, vt exeat in lucem, quantumlibet ſe aptum ad aliquod magnum miniſterium cognoſcat. 2. 63
Tempus præfigentes beneficijs diuinis, irridendi ſunt valde. 2. 5.
Tempore eodem quo Deus ad exercitium Eccleſiæ eius perſecutores prouocat, eodemmet inſtanti alios armat ad eorum occiſionem. 3. 101
Tentationes veras tantũ viri ſpirituales patiuntur. 5. 202
Tentantur ſoli terreni. 5. 70
Terræ, optimè comparatur peccator. 5. 100
Terrena, & cæleſtia bona ſolus Deus poteſt nobis impertiri, quia cælum, & terram ipſe creauit. 5. 81
Terrena ſi, ac cæleſtia non iuſte moderantur, non prouenit ex diuerſitate gubernantium, qui eſt idem, ſed ex diuerſitate eorum, qui ibi, ac hic gubernantur. 5. 94.
Terrena ad neceſsitatem ſubleuandam, cæleſtia ad dilitias ſanctis concedit Deus. 5. 161
Terrena, qui æſtimant, humanam dignitatem, ignorant. 4. 28
Terrena in lege veteri ſicut Deus dare potuit, ſic in lege gratiæ conferre cæleſtia. 5. 102
Teſtamentum vtrumq; ſunt duæ prædicatorum manus. 5. 199
Teſtamentum vetus ad terrena inclinabat: Nouum ad cæleſtia prouocat. 5. 131
Teſtimonio exteriori Dei ſancti non ſunt contenti; niſi exterius habeant hominum teſtimonia. 4. 205.
Teſtes quales Deus habeat aduerſus nos. 5. 154
Terribilis Deus prædicatur, non ſuper homines: ſed ſuper dæmones. 4. 105
Theologus verus ſuperbus non eſt 4. 66
Theologus verus obſeruat Dei mandata. 4. 55
Thomiſticam doctrinam reprobant, quia illa non totã, ſed partem ſcire ſtudent. 4. 162
Thomiſticæ doctrinæ encomium. 1. 56
Thomiſtarum ſcripta, etſi plura, vnum tamen dici poſſunt. 1. 21
Thomiſticæ doctrinæ impugnatores ſe ad inuicem impugnant, & deſtruunt. 2. 57
Timor vbi deeſt, ſapientia eſſe non poteſt. 2. 124
Timor ſeruilis filialem introducit 2. 132
Timor Dei eſt fundamentum Orbis. 2. 35
Timor quo peccator ad pœnitentiam confugit eſt immiſſus à Deo. 3. 66
Timor Deos fecit, dicebant antiqui. 2. 134
Timor ſeruilis & ſi imperfectum ad introducendum filialem prodeſt. 2. 125
Timor Dei eſt primitia omnium virtutum. 2. 126
Timorate debent ſcribere doctores moderni ſicut fecerunt ſancti antiqui patres. 3. 126
Titula falſa qui ſuis voluminibus imponunt arguuntur maximè ſi cum ſiniſtra ſit intentione. 1. 66
Tyrannorum mortes quomodo ab oppreſsis admirãtur. 5. 138
Tyrannis ſolum nomen regimen ſonans eſt odioſum, quantumlibet cætera excellentiora ſint titula. 2. 47
Tyranni non conſiderant creaturas eſſe Dei, illos qui ab illis opprimuntur. 4. 74
Tribulationis tempore Docti publice docere non audẽt & ſi occulte à prædicatione non deſiſtant. 1. 158
Tribulationes quæ hic patimur, ex nobis ortum habent 4. 117
Tribulatos ad Deũ non recurrere deteſtabile. 4. 141. 142
Trinitatis myſterium eſt primum quod fidelibus debuit proponi. 4. 16
Trinitatis facies eſt Chriſtus. 2. 14

V

VAcant pij Deo magis cũ pro obligatione ſui ſtatus laborant, quam impij cum ab omni occupatione vagare videntur. 4. 103.
Venerari ſanctos exceſsiue non eſt mirum, cum in illis Deus venerare debeamus intelligere. 4. 146
Veniam peccatorum audacter promittentes arguuntur 4. 145
Venia eò aliquis indignus eſt, quò maior à Deo creatus eſt. 2. 73
Vera etiam dicere de Deo periculoſum eſt. 5. 132
Verba non ſunt bona niſi examine rationis approbentur. 2. 62
Verbum diuinum carnalibus amarum, pijs & ſanctis dulce. 1. 145
Verba Dei & noua, & vetera affinia ſemper ſunt. 3. 16
Veritas fidei noſtræ vita noſtra debet oſtendi, nõ ſcriptis. 4. 232
Veritati nunquam ſuffragare poteſt mendacium. 4. 76.
Veritas & miſericordia, ſunt pedes Domini: 5. 175
Veritatis cognitio dulcis: experimẽtum amarum. 1. 144
Veritas, miſericordia, ſcientia, ſi deſint in vna republica quantum malum. 5. 141
Vetus teſtamentum terræ, nouum cœlo comparantur ſecun-

ſecundum quod vtraq; ſuis obſeruatoribus promittit. 5. 43
Vetus teſtamentum cœlum, Nouum intra ſe continens. 5. 195
Vetuſtatem antiquæ legis quomodo per gratiam renouauerit Deus. 3. 92
Victorię vitiorum facilitas. 4. 228
Videre,& non intelligere libros, reputatur pro non videre. 1. 155
Videre, quæ deſiderent ſubditi in principe, vt ab eò liberari ſperent de anguſtia. 3. 114
Viſiones quæ ſanctos culpant, vel compoſitæ vel non à Deo debent iudicari. 4. 81
Vigilat Deus ſuper nos quando propter peccata punimur. 4. 159
Virginitatis præconium,non repellit nuptias. 3. 116
Viri ſpirituales & qui ſaluti animarum incumbunt,deifici ſunt. 5. 30
Virtus eſt conſtans,non procax. 4. 177
Virtutes virentes Deus reprimit tentationibus quatenus fortiores erumpant. 5. 69
Virtutes proprias non vident ſancti ideò alienas admirantur. 5. 66
Virtutes repullulantes æquè letificant ac nouiter emergentes. 2. 188
Vitijs tradit Deus homines, tamquam crudelibus dominis. 4. 188
Voluntatis eſt Dei pati ſuos, non impotentiæ. 41. 176
Voluntate diuina,nō proprijs fulcimentis mundus ſubſiſtit. 5. 11
Voluntatis diuinæ interpres ille maior dicetur, & erit, qui magis Dei amicus comprobabitur. 3. 37
Vox clara fit ab affectu,& conſcientiæ puritate. 4. 149
Vocē magnam habet innocentia: impietas paruā. 4. 168

X

Xp̄us Turtur & paſſer. 5. 125
Xp̄us ſicut ab illo ſumus,ita ad illum ordinamur. 2. 202
Xp̄us qui in principio erat ſolus:in fine per paſsionem ſuam, nobis multiplex eſt. 2. 203
Xp̄us Dominus ſolus timendus eſt, & in eo ſolum ſperandum,qui vtiq; neq; principium habuit, neq; finis erit regno eius. 2. 205. 211
Xp̄us per incarnationem Deum habuit eum,quē per diuinitatem tantum patrem habet. 4. 107
Xp̄us laudatur ex fundatione, & regimine Eccleſiæ, ſed de hoc primo. 2. 192
Xp̄i principatus non fuit acceſſorius: ſed cōnaturalis. 2. 106
Xp̄i Principatus,non ab alio,neq;ab exercitibus dependet 2. 107
Xp̄us in iudicio non oſtendetur credendus,ſed tremendus. 4. 101
Xp̄us Dominus tentatus,ſed non corruptus. 5. 74
Xp̄us Crucifixus humanam,& Angelicam reparauit naturam. 5. 53
Xp̄us documētum eſt perfectis,& imperfectis. 1. 90. 91
Xp̄um non conſiderat, qui ipſum patiendo non imitatur. 192.
Xp̄i Caro medicina cæleſtis. 3. 74
Xp̄us eſt primitia omnium noſtrum. 2. 196
Xp̄us per tria pręcipue excedit Angelos:quę Sum. Pont. reſpectu aliorum Epiſcoporum bene applicantur. 2. 198
Xp̄us venit in hunc Mundum deferens ſecum non diuitias,ſed labores & doctrinam. 1. 167
Xp̄o conformis non eſt,qui renuit tolerare. 2. 214
Xp̄um qui negauerunt in obſcuritate noctis ſuæ ſacratiſſimæ paſsionis, velint nolint confitebuntur in die iudicij. 2. 104
Xp̄us crucifixus eſt liber apertus. 1. 35
Xp̄us omnes conditiones optimi libri habet, & omnia ad ſalutem neceſſaria in eo leguntur. 1. 88
Xp̄us liber in quo boni & mali ſcribuntur. 1. 86. 89
Xp̄us prius in ſe adimpleuit ſcripturas, deinde prędicauit,& docuit eas. 1. 156
Xp̄us per ſe ipſum voluit fideles inſtruere. 1. 156
Xp̄us Author, aduocatus,teſtis,& iudex eſt contra impios. 2. 213
Xp̄us & laborat, in Matyribus, & requieſcit in virginibus. 2. 210
Xp̄ianum eſſe bene definitur. 4. 63
Xp̄iani non debent eſſe ocioſi ab operibus bonis, confidentes in meritis Chriſti. 3. 136
Xp̄iani:vaſa.domus,& liber ſunt Dei. 1. 142
Xp̄iani per fidem ſaluamur non per ceremonias,ac in lege naturæ. 2. 183
Xp̄iani mali,& ſi non voce,operibus tamen Deum eſſe negant. 4. 112
Xp̄ianus impius peius negat Deum,quā infidelis. 4. 219

Z

ZElus & prouidentia diuina ex eo maximè elucet, quod ante Antichriſtum creauit Michaelem, qui eum occidet. 3. 106
Zelus Principum tunc maximè oſtenditur cum per ſe, ſi poſſunt, & non per alios ſubditorum cauſas pertractant. 4. 25. 42
Zelo attribuendum eſt ſi Patres antiqui aliqua tacuerunt. 5. 42
Zelo fiunt fidelibus diuinæ punitiones,non odio. 5. 134

Finis Index rerum Notabilium.

PARTICVLA SECV̄DA PRIMAE PARTIS PRIMI TOMI

Expoſitionum ſelectarum Sanctorum Patrum, Doctorumq; Claſsicorum in totum hiſtoriale vtriuſq; Sacræ Paginæ.

Geneſ. **Textus Sextus.** **Cap. I.**

Terra autem erat inanis, & vacua.

I.

M*AGISTER Sent. 2. diſt. 12. Notauit ſingulariter, quod cum cætera omnia elementa eſſent vacua, vtiq; omni forma, & ornatu carentia, ſimulq; omnia eſſe permixta, nulla etenim erat elementorum diſtinctio: tamen Diuina Scriptura ſolam terram deformem, inanemq; prædicat: Aſſignans autem rationem, ait:* Quia terra, inter omnia elementa, minus eſt ſpecioſa. *Vbi apparet, quod in criminibus, etiam ſi ſint multi cōplices, illi ſolum debent nominatim diffamari, qui magis defectuoſi fuerint, cæteri verò taceri, ſecundū illud.* Qui inſordibus eſt: ſordeſcat, & adhuc.

II.

L*IPPOMAN. in Catena ſuprapoſitum dubium aliter ſoluit: ſic .n. ait:* Quod terra inter cætera elementa notiſſima ſit ſenſibus oppoſita hominum, & proxima. *Vbi apparet, quod in deploratione calamitatum, illi ſoli debent nominari, qui notiſſimi ſunt, & proximiores.*

III.

S. *GREG. Nyſſen. Hexam. Sequens illam communē lectionem:* Terra erat incompoſita, & inuiſibilis: *poſtquam explanauit vacuam, & incompoſitā dici, quia omne germinum, hominum, animaliumq; caruiſſet ornatu: aſſignans rōnem, quare adhuc inſuper dicatur inuiſibilis in illo primo ſtatu, reſpōdet ſic;* Per hoc .n. quod dicit, eam inuiſibilem fuiſſe, ſcriptura indicat, quod nec alia quidem aliqua qualitas circa eam animaduerſa ſit. *Vbi apparet, benè poſſe aliquam rem eſſe difformem, & tamē ex aliqua qualitate videri poſſe: & in illā animaduerti, miſerabiliſſimamq; eſſe illam, quæ in eſſentialibus incompoſita, & in accidentalibus etiam inuiſibilis deſcribitur, id eſt indigna animaduerſione.*

IV.

S. *DROGON Hoſt. Epiſ. lib. 1. de Sacram. Dominicæ Paſſio. ait ſic:* In principio Domine, cœlum, & terram (hoc eſt, Angelicam, & humanam naturā creaſti. ſed facta hac breui mētione de Angelis, ad ſolū hominē ſermo conuertitur: Terra aūt erat inanis, & vacua, &c. Videmus Domine, & præſtò eſt sēſibus noſtris; magna & mirabilis hæc machina mundi: quæ ſua pulchritudine, & magnitudine, ſapientiam, & virtutem, & bonitatem immenſam, incomprehenſibilem, & æternam prædicare non ceſſat. Verùm, & hæc quamuis omnium, & ſenſum, & facūdiam mortalium ſuperent; ad nouum potiùs cœlū, & terram nouam, quæ tu modo creare te aſſeris; aciē mentis attendere libet. Dicis .n. in Euangelio

Digitized by Google

Terra autem erat inanis, & vacua.

Ioan. 5. quia Pater meus vſq; modo operatur, & ego operor: quidniſi nouum cœlum, & nouam terram? De abyſſis .n. terram formans, & de terra cœlos: peccator abyſſus eſt; ſed cũ de tenebris facis lumen ſplẽdeſcere, vt abijciãt opera tenebrarum, & induantur arma lucis; Nouam terram, & nouum cœlum creaſſe cognoſceris. *Vbi apparet, mirabiliorem ſe, Deum oſtendere cum peccatores iuſtificat, quam cum vniuerſum creauit: ſiquidem facta breui narratione illius, ad illius attentionem, nos prouocat, dicens:* Ecce ego creo cęlos nouos, &c.

V.

S. *AMBROS. Hexam. lib. 1. c. 7. ſic legit:* Terra aũt erat inuiſibilis, & incompoſita: *& addit ſic:* Et meritò inuiſibilis, quia incompoſita, quæ figuram, & ſpeciem congruentem, adhùc non acceperat à proprio conditore. *Vbi moralem habemus exemplum, nè incõpoſita pateſieri faciamus: ſed pro poſſe inuiſibilia eſſe conemur, ſiuè noſtra, ſiuè proximorum ſint.*

VI.

S. *IO. Chryſoſt. Hom. in Pſ. 34. Ad illum verſum,* Omnia quæcunq; voluit Dñs fecit in cœlo, & in terra, in mari, & in oĩbus abyſſis. Educens nubes ab extremo terræ: *notans, quomodo Dauid cum Deum Creatorem cœli, & terræ prædicaſſet relicta narratione eorũ, quæ ſunt in cœlo, totũ ſe conuertit ad deſcriptionem eorũ, quæ ſunt in terra: quod hìc fecit & Moyſes: rationem aſſignans, ait:* Quoniam illa quidem & ſi magna eſſent, erant tamen multis ignota. Hæc autem licet minora, cernebantur, & oẽs habebant ſpectatores. Quoniam verba faciebat apud homines, qui non adeò fide ducuntur ad ea cogitanda, quæ non apparent ſicut ex ijs, quæ apparent veluti manu deducuntur ab ijs incipit tenere rationem, & doctrinam. *Vbi Prædicatores habent documentũ, vt prædicandas materias, magis eligant pro audientiũ captu, quàm pro ipſarum dignitate: auditores manu ducant: non volandos emittant.*

VII.

R. *VPER. Abb. in Gen. lib. 1. cap. 6. Quærit, quare cum Moyſes cœli, & terræ originem proponeret, & tàm ordo propoſitionis, quàm dignitas poſtularet, vt de cœlo primo diceretur, à contrario Sãctus ſcriptor nihil de cœlo dicto totum ſe confert ad terræ narrationem? Reſpondet aũt, hoc ſic factũ, quia de illis rebus voluit dicere, quæ facilè audientium mentibus occurrere poterant, relictis illis, ad quorũ intelligentiam humanus non ſic facilè aſcendere valet intellectus. Hæc ſunt eius verba:* Animalis homo, qui nunquam in cœlo conuerſatus eſt, nec dicere poteſt cum Apoſtolo: Noſtra cõuerſatio in cœlis eſt: hic talis, nec opinari poteſt qualis habitatio cœlum ſit, vel fuerit mox, vt creatum fuit, quippè cùm nec ſpiritualis homo quantũcunq; cœleſtia contempletur, dum viuit ſufficienter dijudicari poſſit, niſi quia magnus, & immenſus locus magna, & ſpiritualis domus; in qua ab initio mãſiones multæ paratæ ſunt Beatis Angelis, & ſanctis hominibus, ibi localis eſt, & localiter, ſed & ſecundũ veri hominis corpus Pontifex Summus, qui penetrauit cœlos Ieſus Chriſtus. *Et poſtquam plurima huiuſmodi tenoris dicit, concludit ſic:* Illud, inquam, cœlũ cœli quale factum ſit animalis homo, nec opinari pôt. Terra autem fortè ſtatim animo eius talis occurrit, qualis in ſua forma conſpicitur, ſcilicet herba virenti, lignifq; & pomiferis veſtita arboribus, & diuerſis animantium generibus plena. Proindè continuò ſequitur: Terra autem erat inanis, & vacua, &c. *Vbi Prædicatores habent documentum, nè ea via inſtruere curent populu, e aq; doctrina, quę illi difficilè in mentem venire poteſt, ſed manuali, quam ſtatim apprehendere quilibet valeat.*

VIII.

P. *AVL. Burgen. Add. ad glo. cap. 1. Gene. Quærit, quare Moyſes cùm tam ordo propoſitionis à principio ſeruatus, quã dignitas peteret, vt primo de cœlo, quam de terra diceretur; à contrario primo omnem deſcribit ſtatum, ornatum, cęteraq; ad terram pertinentia, deindè tunc aſcendit ad luminariũ, cæterorumq; ad cœli ornatum conducentium narrationem? Reſpondet autem ſic:* Loquitur ad modum formantis circulum cum circino: qui primo ponit vnum pedem in centro, quod eſt fundamentum vniuerſi ſenſibilis: & alium tendit circũducendo circũferentiam. *Vbi moraliter habetur documentum, nè quis in ſpirituali ædificatione ſe extẽdat ad circumferentiam, cęleſtiumq; ac ſyderum cõtemplationem, niſi prius vnum pedem figat in centro propriç infirmitatis, inanitatiſq; cognitionis, edoctuſq; in iſto principio:* Terra autẽ erat inanis, & vacua; *& poſt oẽm ſuæ vacuitatis, & informitatis ornatũ, alterum tunc tendat pedem ad circũferentiam Solis,* Lu-

Digitized by Google

Terra autem erat inanis, & vacua.

Lunæ, Stellarum. Securè .n. & abſq; ruinæ periculo tunc ſuperædificatur.

I X.

HVGO *de S.Victore de Sacram.lib.1.p.1.cap.3. Quærit, quare Deus voluerit terræ hanc diſformitatem ſcribi, cùm poſteà illam ornatam, omnibuſq; condecoratam plantis herbis, & animantibus proponat? Reſpondet aũt ſpiritualiter (loquens de anima primo à peccato egreſſa) ſic:* Vt quanta foret inter eſſe, & pulchrũ eſſe diſtantia diſcerneret: Ac per hoc admonita eſt, nè contenta eſſet eo, ꝙ per conditionem à creatore eſſe acceperat, donec pulchrum eſſe, atq; beatum eſſe adipiſceretur: quod per amoris conuerſionem ad creatorem acceptura erat: *Vbi apparet, non poſſe multũ pro profectu in vnoquoq; ſtatus genere laborare, qui neſcit diſcernere intereſſe, & pulchrum eſſe: eſſe, & perfectum eſſe.*

X.

S. *BONAV. 2.ſent.diſt.12. Tenet cũ cōi omnium Patrum, quod cũ hìc terrã, & poſtea tenebras, & abyſſum nominat diuinus textus, debet hoc intelligi non ſigillatim de aliquo iſtorum: ſed in cōi de omni illa elementorũ congerie; non .n. eouſq; erant diuiſa, ſed de omnibus vna informis materia: At quia hinc inſurgit dubium, nempè, quare cũ iſta congeries etiam aliarum rerum conſtaret: ſola iſta tria nominantur; ait hoc, fuiſſe ad inſinuandum, quod in illa materia erant tria, quæ principaliter reſpiciebat Deus, vt formam, ſpeciemq; conferret: Videlicet, fundamentum, neceſſitas, & habilitas. Hæc ſunt Seraphici Doctoris verba:* Inſinuatur ipſa materia informis iſtis tribus nominibus ſub triplici conditione ſe habere in comparatione ad formã. Ipſa .n. materia dat formæ fixionem, & propter hoc appellatur nomine terræ, quæ inter cętera elementa plus habet de ſtabilitate. Ipſa etiam materia à forma recipit ſpecioſitatem, & completionẽ, & per ſe eſt quaſi tenebra: & ideò ſignatur nomine abyſſi tenebroſi. Ipſa quoq; materia ad formam habet aptitudinem, & inclinationẽ: & ita quandam fluxionem, quæ figuratur nomine aquæ. *Et vt clariùs intelligatur Sanctũ Doctorẽ voluiſſe dicere præpoſitum; ſciatur, quod Alber. Mag. ſum.2.P. de 4 coæquæuis q.12.ar.11. tenens eandẽ doctrinam ad primum ſic ait:* Dicendũ, quod vna proprietatum materiæ eſt retinere formã: & ſecundum hanc dicitur terra, eo ꝙ omnia, quæ faciunt retentionem, ſunt in terra. Retentionem aũt faciunt tria, .ſ. ſoliditas, vt diſpoſitio: ſiccitas aũt, vt materia, & frigiditas, vt efficiens. *Alexand. de Ales ſum. 2.p. q.45. membr.3. loquens de ſecundo, ſic ait:* Item dicitur abyſſus, .i. ſine cãdore: quia ſine ſpecie, & pulchritudine: vt oſtẽdatur defectus ex parte ſpecioſitatis. *Tertiũ patet. Vbi Principes habent non contemnendum documentum, vt hæc tria reſpiciant in ſubiectis, quos honorare decreuerint, ſi nolũt operam, & oleũ perdere. Primum an capaces ſint, & retinere poſſint formam eis exhibitam. Prou.26.* Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij: itaq; tribuit inſipienti honorem. *Secundum, vt ſit & appareant exigentia, & carentia, nè negetur beneficium accumulatũ: iuxta illud Prou.22. inter inſipientis ſtultitias:* Dabit ipſi ditiori, &c. *Tertiũ, quod ſit habilitas, & inclinatio, ſeù influxus ad tale: alias erit intolerabilis labor, & violentum quicquid fiet.*

X I.

A*NAST. Synaita Hexam.lib.1. coniũgens noſtrî text. verbis illa antecedentia, nempè:* In principio creauit Deus cœlum, & terram: *tenens, idem eſſe,* In principio, *ac,* in Chriſto: *& particula,* In, *indicare cauſam finalem creationis mundi fuiſſe Incarnationem Verbi: infert terram dici inanem, & vacuam, quia nondum in illa natus fuerat Chriſtus: Hæc ſunt eius verba:* Vt aũt tibi oſtẽderet magis quam oĩa eſſe neceſſariam Verbi Incarnationẽ, & propter eam facta eſſe omnia, ſine qua vana, & inania, peccato infecta, & inutilia, & ad nihilũ redeuntia, ſtatim ab initio ſcripturæ, & ab ipſis procœmijs illam tibi tradidit, dicens: In principio fecit Deus cœlũ, & terram, ſeu fecit in principio temporali: ſeu ei placuit, vt fieret cœlum tanquam Deus, & Terra propter Ieſum hominem, &c. *Vbi apparet, per Verbi* Incarnationem *ditari terram, plenamq fieri, aſſecutam vtiq; finem ad quem creata fuit in tali ſubiecto.*

X I I.

S. *AVGVST. Serm.134. Recopilando myſtico ſenſu præcedentes, & noſtrum tex. ſic ait:* Fecit ergo in principio cœlum, & terram: Cœlum ſpiritum, terram carnem, &c. Terra, inquit, erat inuiſibilis, & incompoſita. Quia carnem hominis Chriſtus aſſumere diſponebat, incõpoſita dicebatur. Cõpoſita nedũ erat, quia nec dũ aſſumptione dñi viſibilis facta, necdum virtutum frugibus plena.

Digitized by Google

Terra autem erat inanis, & vacua.

X I I I.

S. *IO. Chryſoſt. Hom. de Ieiun. & Geneſeos. Querit, quare Moyſes, qui ſacram ſcripturam ad promouendos Iſraelitas ad Dei cognitionẽ (Deo dictãte) ſcribebat, relicta cœli luminarium, Angelorumq; deſcriptione, quorũ alia omninò tacuit, Angelorũ, v.g., & alia poſteà tractauit; à terrenorum deſcriptione inceperit? Reſpondet aũt ſic:* Ideò excelſam illlam, & arduam viam relinquens, per hanc planiorẽ, & humiliorem nos ad rerum ſcientiam ducit. Conſidera .n. qui erant; quibus hæc recitabatur epiſtola; Nonne illis, qui educebantur de Aegypto, vbi Dei cultum in crocodillis haberi, & canibus, ac ſimijs viderant? Non ergò conſequens videbatur eos tunc per excelſiorem viã ad agnitionem cõditoris adducere. Et ideò iſta planiori, & faciliori vtitur. *Vbi apparet, Deum neminem ad ſui cognitionẽ per viam captum eius excedentem trahere.*

X I V.

S. *AMBR. Hexa. li. 1. c. 7. Quærit, quare cùm Deus à principio omnia in ſua omnimoda perfectione creare poſſet, tamen primo difformia, & inania, poſteà ſucceſſiuè ad perfectionem vſq; perduxerit? Reſpondet aut ſic:* Potuit vtiq, ſed ideò primò facta, poſtea compoſita declarantur, nè verè increata, & ſine principio crederentur. *Vbi Principes habent documentum, nè (etiam ſi poſſint) aliquem repẽtè perficiant, ſed paulatim, nè ſe factos poſteà negẽt, & reuera ſic appareant; Quod accidere nõ põt, ſi ſenſim apparente primo difformitate, & indè interuallis progreſſu ad culmen perueniant.*

X V.

S. *HIERON: Com. in Eſai. Cum 70. ſic legit hũc locum;* Terra aũt erat nihil. *Et ad illud eiuſdẽ Proph. c. 7.* Iudices terræ velut inanè fecit: *Affeuens lectionem 70. quæ ſic legit:* Qui dat Principes regnare pro nihil, terram aũt quaſi nihil fecit: *dicit ſic:* Quantos Reges, & Græca, & Romana narrat hiſtoria? Vbi eſt Xerxis innumerabilis ille exercitus? Vbi Iſraelitica in eremo multitudo? Vbi Regum potentia? Quid de veteribus loquor? Præſentia exempla nos doceant, eſſe Principes quaſi nihil, & Iudices terræ, quaſi inane reputari.

X V I.

O*LEAST. Com. in Eſai. prædictum locũ ſic explanat:* Poſſet ẽt locus aliter ſic exponi, Ponit Principes in nihilum. i. redegit eos ad nihilum, ac ſi nunquam fuiſſent in mundo, & idẽ de Iudicibus. Et licet plantati velut arbores videantur, & ſati veluti ſemen, reddit tñ eos, ac ſi non eſſent plantati aut ſati priuando truncum eorum, nè radices mittat. *Vbi apparet inanies, & vacuas poſſe dici dignitates, quæ non radicantur, & confirmantur in hæreditatem.*

X V I I.

I*VNILIVS Epiſc. Aphri. Hexam. ſic:* Et meritò inanis, & vacua erat terra: cùm adhùc tota abyſſo .i. immenſa profũditate tegebatur aquarum. *Vbi apparet, terras, quæ inundationes fluminũ patiuntur, non poſſe non eſſe inanes, & vacuas.*

X V I I I.

P*HILO Hebr. de Mundi opiſ. Reſpõdens aliquibus, qui Deum impotentem arguebant, ex eo, quod terra non ſtatim in ſua omnimoda creaſſet perfectione, dicit ſic:* Nõ pro magnitudine gratiæ ſuæ beneficus eſt, nimirùm infinita, ac incomprehẽſibili: ſed attemperat ſe ad vires eorũ, quos dignatur ſua beneficentia. Nec .n. ſicut Deus ad benefaciendum natura propenſus eſt, ita creatura ad accipienda beneficia. Illius .n. potentia longè ſuperat. At huius infirmitas impar eſt eorum magnitudini: ſuccumberetq; niſi Deus pro cuiuſq; portione moderaretur ſuam gratiã. *Vbi apparet, diminutionem, & imperfectionem diuinorũ beneficiorum nobis impenſorum, non arguere in Deo impotentiam, ſed in nobis incapacitatem.*

X I X.

S. *BASIL. Hexam. hom. 2. Ad hæc verba dicit ſic:* De cœlo num dicere licuerit non admodũ diſſimilia. Quando idipſum excultum nondum erat, aut perpolitum. Necdum .n. decentem ornatum obtinebat, quippè, quod non iam ſplendeſcebat radioſiſſimo Sole, Lunaq; circumfuſũ, at neq; ſtellarum choris, tanquam ſertis redimebatur: neq; tùm iſtiuſmodi erant condita. *Vbi cũ S. Pater dicens, de cœlo poſſe prædicari eandem inanitatem, & defectum, difformitatẽq; & non aſſignet rõnẽ, quare ſolũ de difformitate terræ dixerit Moyſes, & de difformitate cœli tacuerit: reliquit nobis locũ, vt moraliter nos ibi intelligamus inſtructos, quod defectus Superiorum ẽt ſi ſint æqualis gradus cũ defectibus inferiorum debemus illos tacere, & minimè publicare, etiam in caſu, quo inferiorũ ſimiles difformitates liceat enarrare.*

S.AM-

Digitized by Google

Terra autem erat inanis, & vacua.

X X.

S. *AMBR.Hexam.lib 1.c.7. Quærit,quare Deus non ſtatim terrã omnibus ſuis creauerit ornamentis,nempè animalibus, floribus, arboribus,&c. vndè non inanis,& vacua diceretur? Reſpondet aũt ſic:* Imitatores ſui Deus nos eſſe voluit, vt primò faciamus aliqua; poſtea venuſtemus: nedũ ſimul vtrunq; adorimur, neutrum poſſimus implere. Fides aũt noſtra quodam gradu creſcit.

X X I.

SERAPH. *à Porrect. Ord Prẹd.Verit.aur.ſup.totã leg.vet. Ad hunc locum ait ſic:* Inanis,quia nihil de ſe producebat,ſeu productum habebat. Vacua,quia nihil de ſe producere valebat. Et actus igitur,& potentia de ſe producendi negatur à terra,dùm tùm inanis,tùm vacua dicitur: *Et paulò infra moraliter dicit ſic:* Ratio huius dicti eſt: quia creatura eſt ex nihilo: Et exiſtens ex nihilo poteſt ex ſe deficere,ſed non ex ſe proficere: cũ nihil ſupra proprias vires per ſe agere poſſit. *Vbi patet,in nobis defectus non eſſe mirabiles: benè tamẽ admirabile eſt quodcunq; profectum facere, ſeu attingere.*

X X I I.

S. *BASIL.Hexam. hom. 2. Reſpondet cuidã dubio hinc inſurgenti. Nimirum in quo conſiſtebat hæc paupertas,& terræ indigentia,cum metalla,gẽmæ,& cætera ſimul concreata fuiſſent, quæ terram diuitem facere, & oſtendere valebant; Reſpondet aũt ſic:* Quia eatenus lumine carebat. Aer obtenebratus adhuc erat. *Vbi excepto literaliter, quod Thobias cùm pauper eſſet,& lumine cœli per cæcitatem careret,interrogatus ab Angelo,ſeù ſalutatus ad gaudium: non deplorauit paupertatem, diuitijſq; carere; ſed lumen cœli non videre: Myſticè apparet,Eccleſiam non dici poſſe inanem per auri indigentiam, aut gemmarum,quæ illam minimè plenam, aut venuſtam faciunt: ſed ex defectu Doctorum, & Prædicatorum,qui lux ſunt mundi.*

X X I I I.

IV MILIVS *Epiſc.Aphric.de Part. diuinæ legis libr. 2. cap. 2. vt in Bibliot. Patr. Dicit:* Non ſolum terram,ſed & cœlũ,& luminaria inania, & indigentia fuiſſe creata. Et quia de terra non eſt mirum,quæ adhùc hodie indigens eſt cœleſtibus imbribus,& influentijs, ſine quibus, nec ſua animalia,neq; eis congruentem põt producere alimoniam. *Vt ſtatueret cœli,& luminarium indigentiam ſtatuit vnam maximam,nimirũ,duas eſſe indigentias: quædam ad vtilitatem, altera verò ad ornatum,reſpiciens: Et dicit ſic:* Egebant quidẽ, non ad vtilitatem tñ: ſed ad ornatum. *Deſcendẽs aũt ad peculiare cœlorum, & luminarium dicit ſic:* Quippè & cœlum inornatum ſine cœleſtibus luminaribus fuit. Et luminaria ipſa nè ſuperflua eſſent videntium oculis indigebant. *Vbi myſticè apparet,inanem, egentemq; ac pauperem eſſe doctrinã,& ſcientiã inter ignorantes: ſicut lux luminariũ, ſi deſint oculi, qui ad illius lucem videre poſſint, & illa vti: qa nimirũ,etſi nulla accreſcat luminaribus vtilitas ex ſua vtentibus luce, accreſcit tamen ornatus,qua ẽt indigent altiſſima, & perfectiſſima. Notetur alludere Sanctus Pater,ad illud, quod quando creata fuerunt luminaria,nulla erant animalia,quę eorum luce,vti poſſint.*

X X I V.

CÆSAR. *V.C.Dial.1. Reſpondet cuidã dubio cõiter hic excitato. Nimirum quidnã deerat Terræ in illo priori,vt inanis, .i. indigẽs, & vacua diceretur,cùm non ſit dubium ſtatim omnibus refertam metallibus,gemmis, & cæteris, quæ ſimul concreata intelliguntur; Reſpondet aũt,nihil aliud ei defuiſſe,vt talis prædicaretur,quam aſpici; ait ſic:* Inadſpectabilis erat terra,& inanis,non natura, ſed ornatu,& facie nõdum ſegregatis aquis ad proprium locum,vt cerneretur eius ſubſtantia. *Vbi apparet,ſubſtantias auari non amittere indigentiæ, & inanitatis nomen,quodaduſq; abſconditæ pandãtur,& per vſum,& communicationem aſpectabiles fiant.*

X X V.

S. *AMBR.Hexam.lib.1.cap vbi nos legimus:* Inanis: *legit:* Inuiſibilis. *Et cùm nondũ eſſent oculi aliqui,qui eam videre poſſent,vndè inuiſibilis deberetur dici: ait dici inuiſibilẽ,reſpectu ipſius Dei, qui illã reſpicere dedignabatur. Aſſignãs aũt rõnẽ,quare Deus in illo priori terram,quam creauerat,reſpicere & videre dedignaretur,dicit ſic:* Quod nondum verbo Dei,& protectione viſitabatur, quæ hominem nõ habebat propter quem dominus reſpiceret terram; ſicut ſcriptum eſt: Dominus reſpexit ſuper filios hominum. *Vbi pauperes conſolationem habent, nè putent eos Deum reſpicere dedignari,cùm non aurum,non argentum,non gemmas, ſed hominem ſolum reſpiciat Deus in terra.*

Terra autem erat inanis, & vacua.

X X V I.

RVPER. *Abb. in Gene. lib. 1. c. 7. opponit huic tex. illud Eſai. 6.* Plena eſt omni terra gloria eius: *Soluens aũt, & concordans vtrumq; dicit ſic:* Ideſt corpulenta ſubſtantia inanis erat, & vacua: Non quidem ipſa, à diuina magnitudine remota erat, cùm de illo veriſſimè Seraph. clament, dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth, Plena eſt oĩs terra gloria eius: Sed eam maieſtas eadem, etſi iam poteſtate, nõdum tñ actu impleuerat, vel ornatu. *Vbi apparet, Principes, & Reges non implere cĩitates ſua maieſtate, & poteſtate, ſed beneficentia, & ornatibus, quibus Rempublicam condecorauerint.*

X X V I I.

HVGO *Card. Poſtil. in Gen. Reſpondet cuidã dubio hinc inſurgenti. Nimirum, an iſti duo termini,* Inanis, & vacua, *ſint ſynonimi, idemq; ſignificantes, an diuerſa velint inſinuare? Reſpondet aũt negatiuè: Ad literam .n. dicit ſic:* Inanis, ſine germine, .i. ſine herbis, & arboribus, vacua ſine potentia germinandi. *Vbi apparet, neminem dici poſſe vacuum ſolum per bonorum indigentiam, & inanitatem: benè tñ per inhabilitatem, & impotentiã habendi, & acquirendi. Nam quando iſta non datur, benè indigens, & inanis dicetur: minimè autem vacuus. Sunt .n. hæc duo diſtincta, licet compatibilia: tunc .n. vltima inſinuatur miſeria.*

X X V I I I.

OLEAST. *Com. in Pent. Ad literam legit ſic:* Et terra fuit vana, & vacua. *Reprobat tamen aſſertionem aliquorum Rabb. aſſerentium verbum,* vanã; *eſſe idem quod, deſolata; Nam, inquit, valdè differunt, deſolatum, & vanum; ſiquidem deſolatum dicit inhabilitatem ad finem, vanum autem quamuis dicat priuationem finis, dicit tamen ad illum habitudinẽ, & capacitatem, ſi remoueatur impediẽs: Et ſic concludit dicens ſic:* Vana, inquam, quia nondum erat finem conſequuta ſuum, habitatores, ſcilicet, videbatur enim in vanum facta. *Poſtea aũt ad mores in virtute, & conſequentia huius expoſitionis, dicit ſic:* Sunt peccatores ſuis inuoluti peccatis vani. *Vbi apparet, nullum peccatorem eſſe deſolatum ita, ut ad finem ſuum: nempè, beatitudinẽ peruenire deſperetur: vanus tamen eſt, quia ſuo, ad quem creatus fuit caret fine, nempè diuinã gratiã. Ad quam conſequendam quandiù viuit habet capacitatem.*

X X I X.

PROCOP. *Abb. Com. in Gene. Ad hunc locũ ait ſic:* Quo fit autem, quod cœlum perfectum, & abſolutum propoſuit Deus, & terram paulatim artificioſa manu exornauit ſecundum ſcripturæ teſtimonia? Cauſa in promptu eſt. Vt cum videas in potentiori, & artificiori elemento creãdo eius vim; intelligas, quod & terram potuiſſet, ſi voluiſſet, perfectam, & omni ex parte conſummatam illicò dare. *Vbi apparet, Deum ſuam omnipotentiam oſtendere in difficilioribus, & maioribus, nè cum ſua prouidentia minus apparet in minoribus eum de impotentia arguamus.*

X X X.

HVGO *Card. Poſtil. in Epiſt. ad Ephes. Ad illa verba cap. 4.* Qui aſcendit ſuper omnes cœlos, vt adimpleret omnia: *ait ſic:* Antè aſcenſionem enim terra erat inanis, & vacua. Quod inane eſt non replet: quod vacuum eſt non eſt repletum. Terra ergò, ideſt, cor terrenum non eſt repletum, & hoc eſt, quia terra: ideſt temporalia ipſa ſunt inania: & ideò non replẽt. Eccleſiaſtici 5. auarus nõ replebitur pecunia. Sed poſt aſcẽſionem domini: ſpiritus domini repleuit orbem terrarum: Sap. 1. Et Act. 2. dicitur: Repleti ſunt omnes Spiritu Sancto. Nunc enim Deus Pater aperuit manũ. Pſ. 103. Aperiente te manum tuã, omnia replebuntur bonitate. Sap. 3. Vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ibi habetur quomodo impleuit mentem, ventrem, & multa alia: adeò omnia impleuit, quod cœlum Sanctis regnantibus: terram iuſtis militantibus tartarum deſperatis peccatoribus deputauit.

X X X I.

IDem *ibid. Aliam ponit expoſitionem, quam ſeparatam poni iudicaui: ait .n. ſic:* Vel adimpleuit corpus: Ecce ſufficienter ædificauit quantũ ad bona membra, & diuerſa habentia officia. Vndè ſubdit: Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, &c.

X X X I I.

IVNIL. *Epiſcop. Aphric. Hexam. Bibl. Pat. Quærit, quare etiam tale non ſit dictum de cœlo, cũ etiã à principio non habere ſuum ornatum, nempè, Solem, Lunam, Stellas, proculdubio intelligatur? Reſpondet autem ſic:* Quia nimirum ſuis incolis creatũ; hoc eſt, Beatiſſimis Angelorum agminibus impletũ eſt. *Vbi myſticè apparet, nullum Chriſtianum paupe-*

rem

Terra autem erat inanis, & vacua.

rem, inanem, & vacuum dici poſſe: cùm vnicuiq; noſtrum adſit vnus Angelus Cuſtos. Et Hugo Cardin. Poſtil. in Gen. ſic: Quia cœlum ſimul vt factum eſt ſanctis Angelis eſt repletum, ideò de ipſo nihil dicitur.

XXXIII.

S. *AVG. Confeſ. lib. 12. cap. 17. Aſſignans rõnem, quare Deus non omnia in ſuo perfecto omnimodò eſſe creata apparere voluiſſet, ſed paulatim per incrementi mutationem ad perfectionem peruenire; dicit ſic:* Quia non de ipſa ſubſtantia Dei, ſed ex nihilo cuncta facta ſunt. Quia non ſunt idipſum, quod Deus, & ineſt quædam mutabilitas oĩbus.

XXXIV.

R*VPERT. Abb. in Gene. lib. 1. c. 7. Opponit noſtro textui illud Eſai. 6.* Plena eſt omnis terra gloria eius. *Quod Seraph. ab initio Domino decantare dicuntur. Reſpondet autem ſic:* Licet hoc propheticè de prædicatione Euangelij Chriſti dictum poſſit intelligi, qua effectum eſt, vt non vna gens Iudæorum tãtum, ſed omnis terra diuinitatis impleretur notitia. *Vbi apparet, Deum magis gloriari de ampliatione Euangelij, & per illã magis eius extendi maieſtatem; quam de naturali potentia, magnitudine, & maieſtate, qua vniuerſa complet.*

XXXV.

H*VGO Card. Poſtil. in Gen. Reſpõdet cuidã dubio hic cõiter inſurgenti. Nimirum in quo conſiſteret iſta paupertas, & inanitas, de qua ſic deploratur Terra à ſuæ creationis principio: cùm reuera refertam creatam eam nemo dubitet omni ſua ſubſtantia mineralibus gemmis, & cæteris, quæ eam diuitẽ, plenamq; nunc faciunt. Reſpondet autem, conſiſtere in defectu diſpoſitionis, & ordinis rerũ, quæ illi deerat in illo principio, in quo omnia erant confuſa: ſic .n. ad literam commẽtatur noſtri textus verba:* Inanis, ideſt, ſine diſpoſitione. *Vbi apparet, res non minus in vnoquoq; genere ditari per diſpoſitionem, quã per ſubſtantiã, imò illa deficiente hæc minimè plena dici poſſe. Et ſic, præcipuè ſcriptores, nõ ſolum accumulare ſtudeant; ſed diſponere: vt eorum opera plena, & referta dicantur. Aliàs inania, & vacua iudicabũtur, et ſi mille mineralibus, gemmarumq; multitudine abundare cognoſcantur.*

XXXVI.

N*ICOL. de Lyra Poſtil. in Gen. Quærit, quare Deus ſtatim non omnia repentè, cũ poſſet, in ſuo perfecto eſſe, & ornatu creauerit; ſed primo in eſſe ſubſtantiali, vacua tñ, & indigentia, vt paulatim vlterius progrediendo perficerẽt? Reſpondet aũt, hoc feciſſe Deum quatenus in ſuis operibus, ſua etiam cũ omnipotentia eluceret perſpicax ſapientia. Hæc ſunt eius verba:* Quia ſicut in generatione naturali eſt proceſſus de imperfecto ad perfectum: ita in prima rerum productione, non propter imperfectionem agentis; ſed ad oſtendendum ordinẽ ſapientiæ. *Vbi Reges, & Principes habent documẽtum, nè aliquem ſtatim in ſummo perficiant, ſed gradatim, putantes iacturã facere potentiæ reputationis, nam imò ſic procedentes ſcientiam maximam oſtendunt. Vndè Chriſtus Dominus non dixit Petro, & Andreæ:* Faciam uos piſcatores hominum: *ſed:* faciam vos fieri.

XXXVII.

S. *GREG. Nyſſen. lib. de Hiſtoria ſex dierum. Tex. ſic legit:* Terra aũt erat inuiſibilis, & incondita. *Quæ ſibi inuicem oppoſita videntur, nempè eſſe, & eſſe inconditã. Reſpondet aũt difficultati ſic:* Erat, & non erat: nondum enim circa eam concurrerant qualitates. *Vbi apparet, res non tantum exiſtere per eſſe, quantum per qualitates.*

XXXVIII.

T*ERTVLL. Lib. aduerſ. Hermog. Ad illã quæſtionem, quare ſ. Moyſes terræ diſſormitatẽ ſcribere voluerit; reſpondet fuiſſe, quia eã immediatè deſcripturus erat formoſam, varijſq; germinibus cõdecoratam: & addit ſic:* Alioquin vanum, ſi eius rei, cuius nullam præmiſerât mentionem, ideſt materiæ, nec ipſum quidem nomen, ſubitò formã, & habitũ promulgauit. Antè enarrat qualis eſſet, antequam an eſſet, oſtendit figuram deformati. *Vbi apparet, opus non tantum illuſtrare authorem ex proditione formæ, quã ex cognitione diſformitatis materiæ è regione figuræ.*

XXXIX.

S. *GREG. Papa Moral. lib. 30. cap. 5. Materiam ſatis miniſtrat, vndè ſoluatur quodã non ſemel hic excitatum dubium; Nimirum, quare Moyſes cũ de cœlo primum, & de terra ſimul inciperet ſermonẽ: tamen nihil omninò nobis explanãs de cœlo: totus ſe conuertit ad terræ enarrationem: videlicet, quia non omnes cœleſtium narratione ſunt capaces: cuius notitia Deus magis inſpirando, quam loquendo pro premio retributionis ſolis concedit, & reſeruat bonis: vt eos ſic ad perfectionem excitet cœleſtiũ deſiderio:*

Nam

Digitized by Google

Terra autem erat inanis, & vacua.

Nam exponens ſanctus Doctor illud Dñi Iob: Quis enarrabit cęlorum rationem:& concentum cæli quis dormire facit, *ait ſic.* Cælorum rationem Dominus narrat, dum nunc inſinuando ſuperna ſecreta electorum ſuorũ mentes illuminat. Cõcemptum vero cæli dormire facit, dum concordes Angelorum hymnos, atq; illa cæleſtiũ virtutum gaudia reproborum cordibus iuſto iudicio abſcondit. Qui concentus cæli, quamuis in ſe intrinſecus vigilet, in ipſa tamen reproborum ignorantia extrinſecus dormit. Enarratur ergo ſecreti cæleſtis ratio, & tamen concentus cæli dormire permittitur? quia & alijs per inſpirationem ſupernæ retributionis ſcientia panditur, & alijs quæ ſit internæ laudis ſuauitas occultatur. Narratur cælorum ratio, quia electorum mentibus, quæ ſit ſupernorum retributio indiſinenter aperitur: vt nimirum ſine ceſſatione proficiant, & tranſcurrentes viſibilia, ſeſe ad inuiſibilia extendant.

X L.

BEDA *Expoſit. Gene. Myſticè hunc explanans locum, ſic dicit:* Spiritualiter terra, Eccleſia intelligi poteſt: quæ erat inanis, ideſt ſine operibus bonis, & vacua, ideſt ſine premijs. *Vbi iungentes ſupra poſitam Hugonis Card. huius loci literalem expoſitionem, nempè,* inanis, *inſinuare, carentiam,* vacua, *imponentiam, & inhabilitatem; benedicere poſſumus, quod ſi Eccleſia per bonorum operum carentiam apparet inanis: per premiorum vacuitatẽ redditur omninò inhabilis, & impotens ad omne, quo caret bono.*

X L I.

EVCHER. *Com. in Gen. lib. 1. cap. 1. Myſticè hunc explanans locum dicit ſic:* Terra carnis noſtræ inanis erat, & vacua: prius quam doctrinæ acciperet formam. *Vbi apparet, per nullum ſic difformari hominem, quam per doctrinæ carentiam.*

X L I I.

RVPER. *Abb. de* Victoria *Verbi Dei lib. 1. c. 25. Tenens, quod ſtatim à principio peccauit* Diabolus, *& de cælo in terrã proiectus fuerit. Facit magnum myſterium ad exagerandum Diaboli infortunium, ex eo, quod hic ſcribatur, terram tunc eſſe inanem, & vacuam, & cætera, quę proſequitur diuinus textus de eius difformitate, nempè:* Tenebræ erant, &c. *Et poſtquam deſcripſit iucunditatem cæli, vndè ceciderat, proſequitur ſic:* Vbi autem cecidit? Putas in terram? vtiq; in terram. Veruntamen non talem, vt nunc videmus eam. Tunc enim terra inanis erat, & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. *Et poſt pauca ſic:* O ergò miſerũ, non tamen miſerabilem. Quanta ergò ex beatitudine, in quantam miſeriam cecidit? Quantis ex diuitijs, in quantam paupertatem incidit? *Et vltimò concludit ſic:* Non erant hic regna Mundi, & gloria eorum, quæ aliquãdo Domino Ieſu oſtẽdẽs, ſi, inquit, adoraueris me, hæc omnia tibi dabo, quia mihi tradita ſunt, & cui volo do illa. Quid dico regna Mundi nondum erant? Sol, & Luna, Stellæ, & lumen, & cœtera oĩa, quæcunq; die ſecundo, & deindè facta ſunt nondum erãt; ſed tantum, vt iam dictum eſt, chaos, & ſuper faciem abyſſi caligo tenebrarum. *Vbi patet, in relegationibus non tantum conducere ad dolorem, fælicitatem, amenitatemq; loci, à quo, quam malitia, & difformitas loci, ad quem relegatur aliquis.*

X L I I I.

S. *AVGVST. de Gene. ad lit. lib. 2. cap. Redarguens aliquos, qui Deum accuſabant, ex eo, quod non omnia à principio in ſua creaſſe perfectione, ſed ſucceſſione temporis perficiſſet, dicit ſic:* Quanquam ſi aliquid Deus imperfectum feciſſe diceretur, quod deindè ipſe perficeret, quid reprehenſionis haberet iſta ſententia? Iure autẽ diſpliceret, ſi id, quod ab illo inchoatum eſſet: ab alio diceretur eſſe perfectum. *Vbi patet, non eſſe arguendum de impotentia, illum, qui per ſe, & non per alium à ſe inchoatum, perfecit.*

X L I V.

HVGO *Card. Poſtil. in Gen. Allegoricè hunc locũ intelligens de ſacra ſcriptura dicit ſic.* Et vacua ab ornatu, quem habuit poſtea per Chriſtum, & expoſitores. Prouerb. 15. Lingua ſapientum ornat ſcientiam. *Vbi patet, expoſitores eſſe, per quos ſacra ſcriptura plena, & ornata apparet; aliàs legẽtibus eſſet vacua, & inanis.*

X L V.

S. *AMBROS. Hexam. lib. 1. c. 7. Ad illam quæſtionem, quare ſ. cum Deus poſſet terram ſimul ornatam creare: voluit tamen ſic vacuam creari, & talem deſcribi: poſteà verò ornare, & ornatam etiã narrari; inter cætera reſpondet ſic:* Vt eundem credamus ornaſſe, qui fecit, & feciſſe, qui ornauerit: nè alterum putemus ornaſſe, alterum creauiſſe, ſed eundem vtrunq; eſſe operatum, vt primo fa-

ce-

Digitized by Google

Terra autem erat inanis, & vacua.

ceret, poſteà componeret, nè alterum deeſſe alteri crederetur. Habes in Euangelio huius rei euidens teſtimonium Ioa. 11. Nam ſuſcitaturus Lazarum Dominus, iuſſit vt Iudæi remouerent lapidem de ſepulchro, vt mortuum vidētes, poſtea reſuſcitatum crederēt. Deindè vocauit Lazarum, & reſurrexit, & ligatis manibus, & pedibus exijt foras. Nonnè poterat remouere lapidem, qui poterat mortuum ſuſcitare? Et qui potuit defuncto vitam reddere, non potuit nexus ſoluere vinculorum. Cui vinctis pedibus greſsū dedit, huic non potuit ruptis vinculis inceſſum reddere? Sed vtiq; aduertimus, quod voluit primo demonſtrare mortuum, vt oculis ſuis crederēt: deindè reſuſcitare, tertiò iubere, vt ipſi vincula funeris ſoluerent, vt inter iſta fides infunderetur in fidelibus, & per gradus quoſdam credulitas naſceretur. *Vbi extra quod de fide patet: moraliter etiam illi, qui vel ſua, vel aliena magnalia prædicant: non omnia ſimul ambitioſo narratu proponant: ſed gradatim, nè inter tanta ſuffocetur fides: cui etiam, vt firmetur neceſſè eſt, vt inter credibilia aliqua palpabilia appareant, vndè eorum, quæ non videntur, fides roboretur, & animetur.*

XLVI.

B*EDA quæſt. in Gen. Recapi. ſic:* Quod autem ſequitur in lib. Gene. Terra autem erat inuiſibilis, & incōpoſita, ſic reprehendunt Manichęi, vt dicant: Quomodo in principio fecit Deus cęlum, & terram, ſi iam terra erat inuiſibilis, & incompoſita? Itaq; cùm volūt ſcripturas diuinas prius vituperare, quam noſſe, etiam res apertiſſimas non intelligunt. Quid .n. manifeſtius dici potuit, quam hoc dictum eſt: In principio creauit Deus cœlum, & terram, terra autem erat inuiſibilis, & incompoſita? in principio fecit Deus cœlum, & terram, Terra autem ipſa, quam fecit Deus, inuiſibilis erat, & incompoſita. Antequā Deus omnium rerum formas locis, & ſedibus ſuis ordinate diſtinctione diſponeret, & antequā diceret: Fiat lux: & fiat firmamentum, & cœtera, quę in eodem libro per ordinem ſic exponuntur, quemadmodum ea paruuli poſſint capere: quæ omnia continent tam magna myſteria, vt quiſq; ea dediſcerit, omnium hæreticorum vanitatem, vel doleat, quia homines ſunt: vel rideat, quia ſuperbi ſunt. *Vbi apparet ratio, quare etiam, nunc quamplurimi antiquorum doctrinam reprobent: nimirum, quia prius à pueritia, & iuuenili educatione, prius docentur vituperare, quam noſſe.*

XLVII.

P*ROCOP. Abb. Com. in Geneſ. Aſſignans rōnem, quare Deus à principio terram ſic inanē, vacuam, & deformem creauerit, cum illam ſtatim in ſua poſſet omnimoda perfectione producere: dicit ſic:* Terra propter te, tuamq; ſalutem primò prodijt inculta, & ſqualida. Terra enim communis eſt menſa, cōis patria, nutrix, & mater omnium: ciuitas, & ſepulchrum commune. Nè igitur maxima, quæ ſuppeditat commoda conſiderans, & quod ſine ea viuere non poſſemus, reputans eā, inter Deos cenſeres referendam, euidenter denuntiant illam à primordio fuiſſe informē, immundam, fœdamq; viſu. Quam vilitatem cernentes, magis admiremur eum, à quo, & condita, & ſuo decore expoſita eſt. *Vbi patet, Deū illas res magis fœdare, quibus maiori neceſſitate vtimur, nè beneficijs obligati idolatremus, primumq; ac præcipuum noſtrorum, omniumq; bonorum, authorem negemus Deum.*

XLVIII.

H*VGO de S. Victore de Sacram. lib. 1. p. 1. c. 3. Aſſignans rationem, quare Deus voluit creaturas non ſtatim, vt de nihilo ad eſſe productæ fuerunt perfectas omnimodò ſua perfectione exire in lucem: dicit ſic:* Propterea in cœteris rebus prius informis materies facta eſt, ac deindè formata, vt eò ipſo demonſtraretur, quod ab illo prius nō exiſtentia accipiſſent eſſentiam, ſine quo, modo formam, & ordinem non poterant habere confuſa. Eodem modo ipſa rationalis creatura per id, quod foris fiebat, in ſe agnoſceret, & ab illo eſſe, quod erat, atq; ab illo expetendum eſſe, quod futura erat: quatenùs, & pro eo, quod acceperat, in gratiarum actionem exurgeret, & in id, quod acceptura erat obtinendum, in ipſum, affectum dilectionis dilataret. Nā & ipſa rationalis creatura quodam ſuo modo prius informis facta eſt, poſtmodum per conuerſionem ad creatorem ſuū formanda. *Vbi patet, nos non ſolùm debere Deo gratias agere pro eſſe: ſed etiā cognoſcere ab illo eſſe perficiendos, ab illoq; ēt noſtram pendere perfectionē, & ita ſimul cum gratiarum actione pro eſſe recepto, illum imploremus pro perfectione futura acquirenda.*

Digitized by Google

Terra autem erat inanis, & vacua.

XLIX.

CAET. Com. in Gen. *Querit, ad quid Moyſes hic duplicauerit terminos, cum ſynonima videātur,* inanis, & vacua? *Reſpondet autem, quod ideò duplicauerit; quia duo voluit exprimere. Primum, quod terra de ſe nihil habebat: Secūdum, quod, Deus illi nihil contulerat. Hæc ſunt eius verba:* Nec ſuperfluè adiunxit Moyſes vacuitatem vacuitati funditus: Quoniā ex primo nomine explicatur, quod erat totaliter vacua ex ſe ipſa: ex ſecundo autem, quod neq; à Deo in aliqua ſua parte plena fuit. *Vbi patet, congeminatam eſſe miſeriam, & à ſe nihil boni habere, & à Deo deſeri. Vnde qui de ſe non habent, Deum nè deſerant, nè deſerantur ab illo, & ſuper inanes, fiant vacui.*

L.

ALEX. *de Ales 2. p. q. 45. memb. 3. ſic:* Vacua nō dicitur, quia nullam habuit formā: ſed quia non habuit formam replentem; & ornantē eam. Item inuiſibilis dicitur, non quia non poſſit videri. Sed quia non poterat videri, vt ſpecioſa. Item incompoſita non dicitur; quia non habuit compoſitionem, ſed quia non habuit decentiam ornatus. *Vbi moraliter, omnes (præcipuè Religioſi aduertant, quod, vt notam informitatis, & incompoſitionis effugiant: non opus ſit vt omni forma, & compoſitione careant: ſed ſufficit, quod non tam illā formā, cōpoſitionemq; habeant, quæ ſuo decet ſtatui.*

LI.

S. GREG. *Nyſſen. Hexam. ſic:* Qualitatum .n. capacem vim per vocem, Inanis, ſignificauit, vt per hoc diſceretur, quod cōditor rerum, vniuerſarum qualitatum capacem vim creaſſet: hęc autem inanis quædam eſſet: & antequam qualitatibus compleretur, nihil in ſeſe haberet. *Vbi apparet, res tantum capaciores recipi à Deo qualitates, quanto magis ex ſe inanes, & vacuæ prædicātur. Vnde Chriſtus Dominus gratias egit Patri, quod myſteria fidei non ſapientibus, & prudentibus: ſed paruulis reuelaſſet.*

LII.

RVPERT. *Abb. in Gene. lib. 1. cap. 7. Ad illud dubium communiter hic excitatū, nimirum, quare cum cælum etiā à ſuo principio non magis ornatum, quam terra prodierit; nā ſicut terra ideò inanis, & vacua dicitur, ex eo, quod euſq. neq; arboribus, neq; germinibus, neq; animalibus ornata eſſet, ſic cælum omni ſuo ornatu carebat, nempè, Sole planetis, & ēt Angelis, qui cōiter ab oībus SS. PP. intelliguntur creati in illo.* Fiat lux, *tū de cælo non dicitur* inane, & vacuum; *Huic, inquam, dubio reſpondet S. Abb. nihilominus vacuum, & inane non eſſe cælū, quāuis omni prædicta careret ornatu, quia ſtatim circufulſit illud lumen diuinæ maieſtatis, tanquam peculiarem ſedem ipſum occupans: & dicit ſic:* Cœlum quidem non omni ornatu inane, vel vacuū erat, quippè quod ex lumine diuinæ maieſtatis reſplendebat. *Vbi apparet, neminem inanē, & pauperem dici poſſe quantumuis omni videatur deſtitutus humano ornatu, & diuitijs; cui effulſerit, & præſens adfuerit Deus.*

LIII.

CAESAR. *V. C. Dial. 1. Ad illud cōe dubium hic excitatū, nempè, vndè iſta inanitas, & paupertes terræ adueniebat, reſpondet inde, quia aquis cooperta non poterat germina ſua germinare quatenùs alimenta ſuis producendis animantibus miniſtrare poſſet: Et dicit ſic:* Abyſſo nanq; ſuper ipſam exundante nondum erat fontium, & fluminum diſtinctione tincta, neq; variegata ad enutritionē eorum, quæ diuino præcepto ex ipſa producenda erant, animalium, quaſi lugubri quadam veſte abyſſo circundata, quemadmodum auctor ille carminum diuinorum Dauides inquit: Abyſſus veluti veſtis opertorium eius. *Vbi patet, per nullum ſic depaupertari terram, quam per inundationes, quæ reuera eam etiam lugubrem, & funeſtā oſtendunt, & reddunt.*

LIV.

S. AVGVST. *de Geneſ. ad lit. lib. 2. Affert opinionem aliquorum dicentium, terrā reuera ab initio non ſic inanem, & vacuam apparuiſſe, ſed ſic deſcribi ex narrationis diſtributione, quæ cum nō poſſit ſimul omnia dicere, vt perfectionem aſſequta ſunt, ſed per ſucceſſionis ordinem; non potuit dicere perfectum ſtatum, niſi depingeret antecedentem difformitatem. Hæc ſunt Sancti Patris verba.* Quid de terra dictum eſt, non temporis interuallo, cū ſimul Deus res concreauerit, ſed narrationis diſtributione intelligunt eſſe dictum. *Vbi, & ſi hæc opinio ab omnibus reprobetur, hoc tamen eſt certum, quod res ſemper difformiores apparent in narratione, quam realiter in ſe extiterunt.*

LV.

STELLA *Ord. Præd. Comment. in Geneſ. ſcol. 11. Hunc locum ad litteram ſecundum proprietatem*

He-

Goog

Terra autem erat inanis, & vacua.

Hebraicam explanans, inter cæteras ſignificationes quas aſſignat verbo, Thohu, *quo prædicta vtitur lectio, vt dicat terram eſſe inanem, & vacuam, dicit ſic.* Thohu, eſt horribilis, à Toch, Chaldaico verbo, quod eſt admirari, & ſtupere. *Et aſsignans rationem, quare vbi ſecundum noſtram litteram legitur terram inanem, & vacnam apparuiſſe, ſecundum vim Hebraicæ litteræ legendum ſit, apparuiſſe ſtupendam, & horribilem, dicit ſic.* Quod multa gignendi capacitatem cum haberet, nondum ad illa producenda vim accepiſſet, vt ſunt gemma, lapides, metalla, ſemina, herbæ, virgulta: & extima telluris facies, amœna arborum, & agrorum viridantium forma careret. *Vbi apparet, nihil ſtupendum, admirandum, horrendumq; quam aliquam rem vacuam, carentemq; conſpicere illis bonis, quibus, maximè capax cognoſcitur.*

LVI.

S*EVERIANVS Gaballorum, vt in Catena Lyp. Ad hunc locum tenens illam lectionem, quæ legit ſic:* Terra autem erat inuiſibilis: *dicit ſic.* Non me fugit multos Sanctorum Patrum dixiſſe terram inuiſibilẽ dici, quia aquis operta eſſet. Quod quidem tametſi pium ſit, minime tamen verum eſt. Aquila .n. tranſtulit, terra autem erat inanitas, & nihil. Idem autem cum inuiſibili eſt: Nam quemadmodum dicimus aliquem informẽ eſſe, nõ quia formæ expers ſit, ſed quia turpi forma, & mutum illum dicimus, qui malæ vocis eſt, ſic terra erat inuiſibilis, hoc eſt ſine ornatu, minimè aſpectu, & viſu digna, vtpotè quæ nondum fructibus, plantis, fluminibus, fontibus, reliquiſque, quæ eam lætam, ac viſu iucundam efficiunt, ornata eſſet. Nam & ſcriptura cum de triginta fortiſſimis Dauid loqueretur, ait: Hic percuſſit virũ Aegyptium (hoc eſt viſibilem) ac per hoc viſu dignum, & ſpecioſum. *Vbi apparet, ſola pulchra dici viſibilia. Vndè fœda, & deformia inaniter apparere, & videri ſtudent.*

LVII.

S. *ISIDOR. Peluſiota lib. 2. epiſt. epiſt. 346. Lampetio Epiſc. fauet ſolutioni illi ſupra ſcripta, qua aliqui ſoluunt illud commune hic excitatum dubiũ, nempè, quare Moyſes populum inſtructurus in* Dei *cognitionem, terram, terrenaq; eis à principio proponat; quod dubium ſoluunt dicentes ex illis aſſumpſiſſe Moyſen argumentum ad eorum inſtructionem, in quibus eos maximè verſari cognouerat, nimirum terrenarum creaturarum, tàm amorem, quàm idolatriam ſectantes. Dicit .n. S. Pater ſic:* Quandoquidem inexpugnabilis, atq; omni contradictione maior, ea oratoris eſt, cui aduerſarij aſſentiũtur. Idcircò ad quanquam nationẽ ex ijs, quæ apud eam moribus recepta ſunt, diſſentiendum eſt. Quod etiam ille ſeſorũ Chriſti diſpẽſator Paulus faciebat, apud Iudæos quidem de ſcripturis diſputans, apud Athenienſes autem, ab ara. Proindè enim ac ſi de lege nihil audijſſet, ab ara monendi materiam arripiebat. Non quod aram plus auctoritatis, quam ſcripturas habere iudicaret, ſed vt eos, qui nullam ipſis fidem arrogabant, ab ipſorummet dogmatibus ſubigeret. *Vbi nationum Prædicatores habent exemplum, vt magis à principijs moralibus eorum irrefragabilibus ſumãt argumenta ad Euangelicam prædicationem, etiam ſi humilia ſint, quam ab altiſſimis ſacræ ſcripturæ fundamentis, & intelligentijs, quam vel illi negant, vt infideles, vel non intelligunt, vt rudes.*

L V I I I.

H*VGO dè S. Victore Annot. in Gen. Ad illã quæſt. ſ. quare duplici termino paupertatem terræ ſcriptura ſacra deplorauerit; ait:* Inanis à ſeminibus, & vacua à germinibus. *Vbi apparet, non tantum deplorandam eſſe vnam communitatem, ex eo, quod ſubiectos bonos, cœteraq; non germinat: quam ex eo, quod vndè quaſi ex ſemine germinari poſſint non apparet: Nam ſi illud illam vacuam oſtendit: iſtud omninò inanem demonſtrat.*

L I X.

D*IONYS. Cart. Com. in Gene. Myſticè hunc illuſtrans locum, dicit ſic:* Terra iſta, myſticè eſt homo terrenus, vel carnalis, qui ſibi ipſi relictus, & ſecundum ſe conſideratus, vanus, deformis, & vacuus eſt, vtpotè ornatu virtutum priuatus, & ſpiritualibus gratijs deſtitutus. Propter quod dixit Chriſtifera Virgo: Diuites dimiſit inanes. Sapiens quoq; Sap. 3. Vani ſunt omnes, quibus non ſubeſt ſcientia Dei. *Vbi apparet, ſolum Deum noſtram poſſe adimplere capacitatem, non aũt diuitias; nam benè compatibilia ſunt in demiſſis à Deo, eſſe diuitem, & eſſe, ſeù dimitti inanem.*

L X.

S. *IO. Chryſoſt. Hom. 2. in Gen. ſic dicit:* Cuius gratia, dic, quæſo, cœlum clarum, & abſolutum creauit; terram aũt deformem effecit: Neq; hoc temerè factum, ſed vt cùm didiſceris meliorem

Terra autem erat inanis, & vacua.

creationis partem ab eo formatam, & abſolutã, poſtea neq; de alijs dubitares,neq; putes tale qđ virtutis infirmitate factum. *Vbi apparet, quod qui aliqua maiora cum perficiat opera, in minoribus deficit,non arguit in ſe impotentiam,ſed voluntarium. Vndè moraliter,inexcuſabiliores ſunt,qui cùm in maioris difficultatis bonis operibus non deficiant; deficiunt tamen in minoribus.*

L X I.

S. *AVG.Serm.de temp.134. de Paſch. 3. Afferens per occaſionem hunc locum dicit ſic:* Terra, inquit,erat inuiſibilis,& incompoſita. Quia carnẽ hominis Chriſtus aſſumere diſponebat, incompoſita dicebatur.Compoſita nondum erat,quia necdum Gabrielis Archangeli nuntiatione cõpoſita,necdum aſſumptione domini viſibilis facta,necdum virtutum frugibus plena.

L X I I.

S. *BASIL.Hexam.Hom.2.Ad hæc verba dicit ſic:* Reſpondeant nobis quæſo, quonam pacto inter ſe ſe conuenerint, hinc operatrix Dei potentia,illinc paſſibilis materiei natura: hæc ſine forma ſubiectum portans:illa figurarum ſcientiã habẽs ſine materia;vt quod alteri defuerit,collatum ſit ab altero. Opifici quidem vt haberet, quo ſpecimen ederet ſuæ artis:materiei verò,vt informitatem deponeret,priuationemq; formæ. *Vbi ſpiritualiter videtur depicta anima ad Deum per conuerſionem concurrens,& Deus illi miſericorditer occurrens.*

L X I I I.

P*ATVA Luſitanus Theolog. S.S.Conc.Trid.pro Magnanimo Rege Sebaſt.ſerm.1.fer.4.cine. totam nobis ſubminiſtrauit materiã, vt ſolueremus quodam dubiũ non ſemel hic excitatum,& ſolutum. Nimirum,quare Deus voluerit,vt non ſolum in iſta narratione cœlum,qui vices tecti cum obtineat ſecũdo debebat deſcribi loco in huius opificij deſcriptione, terræq;,quæ ſolũ eſt præponeretur,ſed cœlum abſolutum,perfectumq; proponens,& ſine vllo defectu;terram inanem,vacuam,deformem fuiſſe aſſerit; Scilicet,vt eos,qui conuerti non poſſent per cognitionẽ, & execrationem miſeriæ, & inanitatis terrenorum bonorũ,quæ inania,& vacua eſſe clamat, præueniret amore cœleſtiũ,quæ bona,abſoluta,& ſine defectu ab initio prædicat. Verba aũt prædicti, non immeritò inter primarios Eccleſiæ numerati,Doctoris sũt hec, aſſignando rationem, quare Chriſtus Dñs Math.6. conſulens theſaurizare theſauros in cœlum prædixerit in cœlo non eſſe tineã,neq; ęruginẽ ſicut in terra:* Conſulo vobis, vt qui non valetis incipere cognoſcendo,& abhorrendo miſeria vitæ præſentis: incipiatis amando bona futuræ: quia fortè amor proprius vos iuuabit.Ecce hic,quod dixit Chriſtus:Theſaurizate vobis theſauros in cęlis.

L X I V.

H*VGO Card. Moraliter intelligens per terram impios,& malos, qui vacui, & inanes ſunt: Opponit illum verſum Cant. Magnif.* Eſurientes impleuit bonis,& diuites dimiſit inanes.*Vbi Beatiſſima* Virgo *tàm bonos,quàm impios vocat inanes: & dicit ſic:* Mali ſunt inanes vacui à bono: Boni ſunt inanes, vacui à tumore ſuperbiæ. Lucæ 1. Eſurientes impleuit bonis,& diuites dimiſit inanes.Philip.2. Chriſtus exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens.

L X V.

V*IELMIVS lect.7.ſic:* Si ſeptuaginta ſequeremur,non eſſet inſulſus cõmentarius:ſi rurſum,Et,pro,Quia:nunc quoq; interpretaremur, eſſetq; huius periodi ſenſus. Terra erat incõpoſita,& inuiſibilis:quia tenebræ erant ſuper faciẽ abyſſi. *Vbi apparent,multa prædicari incompoſita, & non videri,non quia ſic ſint: ſed quia deeſt lux, quæ illarum perfectionem oſtendat.*

L X V I.

M*AGIST.Sent.2.diſt.12.Aliam aſſignat rõnem, quare Terra dicatur in illo primordio,*Inanis, & vacua:*ait.n.* Et illa inanis erat, & incompoſita, propter omnium elementorum commixtionem.*Vbi apparet,rerum confuſionem non ſolum incompoſitam,ſed & vacuam, & inanem reddere vnam Communitatem,& Republicam.*

L X V I I.

H*AMERVS Com.in Gene.Exponens vim terminorum Hebraicæ lectionis,nempè,*Thoù: Bohù:*ait de Thou:ſic:* Deriuatur vox hæc à verbo, quod ſignificat:Expauit,obſtupuit.Quod ad materiam,etiam tenebricoſam, deformemq; faciẽ ab Hebræis referretur,ob eam cauſam,quod intendentes nos in illius cognitionem attonitos reddit. Bohù verò,eſt aptitudo habendi,ſiuè deſiderium:quod mouet materiã primam ad oẽm formam naturalem,vt ſit inchoatio,& rudimentum formæ. *Vbi allegoricè apparet deſcriptio peccatoris,reduci incipientis à nihilo,& non eſſe culpæ ad*

eſſe

Digitized by Google

Terra autem erat inanis, & vacua.

eſſe gratiæ:nempè:ſtupidi, & attoniti peccati deformitatem admirãtis:& deſiderantis,appetentiſq; veram gratiæ, virtutumq; formam.

LXVIII.

S*TEVCHVS in Gene.Ex Heſiodo tenens illã m,nõ ſemel hic appoſitam lectionem*: Terra autẽ erat nihil:*aſſerit, hoc nõ reſpicere ſtatum terræ poſt creationem,ſed eſſe explanationem relatiuam ad ſtatum Orbis ante creationem, nempè nihil fuiſſe antequam crearetur. Hæc ſunt eius verba:* Eſt exiphraſis Hebraica:antequam .n. terra effecta fuiſſet,erat ipſum nihil. *Quod myſticè videtur velle Moyſem in hac relatiua expoſitione ſemper Deum velle priorem ſtatum peccati nobis in mentem reducere oportere, maximè cũm fœlicitas gratiæ,donorumq;ſpiritus ornatus in mentem deuenit; vt ſic & humiliemur donis, & gratos nos oſtendamus vtrunq; conferentes ſtatum.*

LXIX.

L*YPPOM.in Cate. Aſſignans rõnem, quare in illo primordio dicatur terra inanis, & vacua: ait:* Vacuam vegetabilibus, nondum ornatam, vel repletam plantis,vel animalibus. *Vbi apparet, Regna dici plenã non per auri copiam, aut margaritarum,ſed per abundãtiam fructuum, pecudũq; Siquidem certum eſt tunc ſimul concreata mineralia auri, & argenti, &c. & neq; inde dici plenam, ſed vacuam. Hæ ſunt diuitiæ à Deo datæ: auri autem, & argenti ab auaritia, & cupiditate inuenta.*

LXX.

O*LEAST. Annot.in Gen. ſic ait:* Dicitur autem hìc,vacuum, vel vanitas,quod ad aliquem finem,quem non conſequitur,ordinatum eſt,ſicut fundamentum ſine parietibus,aut domo:labor ſine premio. *Vbi apparet, neminem ſibi debere applaudere de alicuius boni operis iacto fundamẽto, niſi peracto,& conſummato ædificio: neq; de labore antè premium. Vana .n. ſunt,& vacua hæc. Addatur probatio quam infra affert, ſic:* Sicut cum dicitur: In vanum laboraui, .i. finem,ſeù premium laboris non ſum conſecutus.

Expoſitiones ſentẽtiarum,quæ inueniuntur in Cap. parabolicis Iob. Pſal. Lib. Salom. Prophet. Epiſt. Apoſtol. Apocal. in quibus ſunt hæc verba, Terra. Inanis. Vacua. Et ſecundum diuerſas translationes: Nihil. Inuiſibilis. Incompoſita. Vana.

Ex Iob.

LXXI.

S. *HIERON. Com. in Iob: Ad illa Verba Eliphas cap. 22. ad B. Iob falsò eum calumnians:* Viduas dimiſiſti vacuas: *ait ſic:* Qui eas deſtitutas, & tribulationibus affectas, atq; humiliatas, ad ſubueniendum audire noluiſti, vnamquamq; earum vacuam dimiſiſti: quando id, quod à te poſtulabat, non potuit impetrare.

LXXII.

S. *THO. Comm. ibi ſic:* Viduas dimiſiſti vacuas: .ſ. dum non feceris eis iuſtitiam de aduerſarijs: ſecundum illud Eſai. 1. Cauſa viduæ non ingreditur ad eos.

LXXIII.

C*AET. Com. ibi ſic:* Narrando itaq; peccata regiminis, primùm iuſtitia negata viduis deſcribitur dicendo: Viduas petentes iuſtitiam miſiſti vacuas à Tribunali tuo. *Addatur, quod Dionyſ. Cart. Enar. ibi ait:* Viduas dimiſiſti vacuas eorum cauſas non proſequendo. *Vbi apparet, nõ minus eſſe peccatum cauſas viduarum non proſequi, quam non accipere.*

LXXIV.

O*RIG. prout in Caten. Græc. ibid. ſic:* Illud omninò prouidendum nobis, eſt, nè, ſi vidua ad domum noſtram ingreſſa fuerit, inanem illam dimittamus. Quiſq; quantum poteſt, viribus conetur, vt viduæ ſinum rebus, quæ ſibi adfuerint, compleat.

LXXV.

O*LYMPIOD. prout vbi ſup. ſic:* Viduas dimiſiſti inanes: ſeu, quod ſuis eas bonis, fortuniſq; nudaueris: ſeù potius, quod, cogendæ ſti pis cauſa ijs te adeuntibus, nihil dederis, ſed nulla

re

Terra autem erat inanis, & vacua.

re accepta, ablegaris. Quare periculoſũ eſt, eos: qui ad ſuſtentandam inopiam petunt aliquid, aſpernari: Videmus vt partem bonorũ non cõmunicaſſe cum viduis crimini detur?

LXXVI.

S. GREG.6.*Moral.4.Illud Iob cap.5.* Nihil in terra ſine cauſa fit:*Explanare intendens: affert illud Prou.30.* Stelio manibus nititur, & moratur in ædibus Regis:*& ait ſic*: Plerumq; enim aues, quas ad volatum penna ſubleuat, in vepribus reſident: & ſtelio, qui ad volatum pennas non habet, nitens manibus, Regis ædificium tenet: quia nimirum ſæpè ingenioſi quiq; dum negligentiæ torpent, in prauis actionibus remanẽt, & ſimplices, quos ingenij pẽnna non adiuuat, ad obtinenda æterni regni mœnia virtus operationis leuat. Stelio ergò dùm manibus nititur, in Regis ædibus moratur: quia illò ſimplex per intentionẽ recti operis peruenit, quò ingenioſus minimè aſcendit. Sed his auditis, quæſtio noſtro cordi ſuboritur: cur vel negligenti, intelligentiæ donum tribuatur, vel ſtudioſus quiſq; ſenſus ſui tarditate præpediatur? Ad quem citiùs reſpondetur, dùm protinus ſubditur: Nihil in terra ſine cauſa fit. Idcircò .n. ſæpè, & deſidioſus ingenium accipit, vt ingenioſus de negligentia iuſtius puniatur: quia quod ſine labore aſſequi poterat, ſcire contemnit. *Vbi apparet, & quod induſtria, bonorumq; operum exercitio plus aſcenditur, quam ingenij acumine: & quod diligentia, & ſcientia illorum, accuſat negligentiam iſtorũ.*

LXXVII.

S. THO.*Com.ibi ſic*: Remotis ergò prædictis obiectionibus, finaliter rationem inducit ad probandam principalem intentionem, .ſ. quod aduerſitates in hoc Mundo non proueniant alicui, niſi pro peccato, & eſt talis. Quæcunq; fiunt in terra, ex proprijs, & determinatis cauſis proueniunt. Si ergò aduerſitates huius Mundi alicui accidunt, hoc hẽt determinatam cauſam, quæ nulla videtur eſſe, niſi peccatum. Hoc eſt ergo, quod dicit. Nihil in terra ſine cauſa fit. Videmus .n. omnes effectus ex determinatis cauſis procedere: ex quo quaſi concludens dicit: Et de humo non orietur dolor. Et eſt metaphorica locutio. Quædam enim herbæ ſine ſemine producuntur: de quibus dicitur, quod eas humo ſpõtè profert. Quidquid .n. ſine cauſa propria videtur contingere, quaſi ſine ſemine, per quandam ſimilitudinem metaphoricè põt dici, quod oritur de humo. Dolor autem .i. aduerſitas, Non orietur de humo .i. non eſt ſine cauſa. *Vbi apparet, peccata eſſe ſemina vndè pullulant aduerſitates: Vndè cui oriuntur aduerſa: examinet, quid ſeminauerit: nec putet ſe ſine cauſa pati, aut ab humo (vt quidam dicunt) ſibi inſurgere aduerſitatem.*

LXXVIII.

GLO.*ibi Moraliter ſic*: Per terram ſignificatur homo cui dicitur Geneſ.3. Puluis es, & in puluerem reuerteris, & alia translatio habet: Terra es, & in terram reuerteris. In hac autem terra nihil debet fieri ſine cauſa: quia per membra corporis, quæ ſunt terrea nihil fieri debet, niſi quod dictat ratio.

LXXIX.

S. GREG.8.*Moral.70.Ad illud Iob cap.7.* Nihil .n. ſunt dies mei: *ait*: Benè autem dies ſuos nihil eſſe conſiderat, quia, vt paulò ſuperiùs ſæpè iam diximus, Sancti Viri, quò veriùs ſummã cognoſcunt, eò ſublimius terrena deſpiciunt, & idcircò præſentis vitæ dies nihil eſſe cõſpiciũt: quia illuminatæ mentis oculos in conſiderationem æternitatis figunt. *Vbi apparet, parum de æternitate cognoſcere, qui dies huius vitæ, non dicam, pluris, ſed neq; aliquid facit.*

LXXX.

LYRA *Poſtil.ibi ſic*: Ideſt, pauci dies remanent mihi præ ſenectute: & ideò quaſi pro nihilo debent computari. Secundùm quod dicitur 2.Phyſ. Quod modicum eſt, quaſi nihil computatur. Quaſi dicat Iob, Tẽpus eſt vt corpus meũ tradatur ſepulturæ, & anima mea ſit in quiete cum SS.PP. in ſinu Abrahæ. *Vbi apparet, impropriè dici ſenes viuere, cum dies vitæ illorum iam pro nihilo computari dicatur. Addatur, quod ibi affert Glo. ſic*: Nicetas. Symachus: Vanitas ſunt dies mei. Alius quidam. Vapor ſunt dies mei.

LXXXI.

CAIET.*Com.ibi. Ad illud cap.20.* Non remanebit de cibo eius, & propterea nihil remanebit de bonis eius: *de auaro dictũ intelligens: ait*: Iuxta Hebræum habetur. Non reliquiæ cibo eius: ſuper ſic non faciet expectare bonum ſuũ. Ad cumulum ſeruandi facultates, impius miſer diſponit, vt non ſint reliquię cibo ſuo: hoc eſt, vt tam modicum paretur ſibi pro cibo, vt non ſuper-

Terra autem erat inanis, & vacua.

perſint reliquiæ:& tamen non aſſequitur intentam durationem rerum ſuarum. Hoc .n. ſignificatur dicendo: Super ſic non faciet bonum ſuũ expectare:hoc eſt, plus durare. *Vndè omnes diuites,& etiam pauperes attendant, non per coarctationem cibi, nè pauperibus ſuperſit: diuitias poſſe addi, neq; conſeruari.*

LXXXII.

S. *THO. Comm. ibi ſic:* Non remanſit de cibo eius:quia .ſ. quidquid habuit, in ſuos vſus conuertit, nec in aliorum neceſſitatem reſeruãs, ſubiungit conuenientem pœnam dicens: Propterea nihil remanebit de bonis eius .ſ. quia omnia perdet, & hæc eſt cõueniens pœna quãtum ad hoc, quod de bonis ſuis alijs noluit reſeruare. Vndè iuſtum eſt, vt ei nihil reſeruetur. Quantum verò ad hoc, quod ſuperflua in ſuos vſus conſumpſit, ſubiungit aliam conuenientem pœnam dicens: Cùm ſatiatus fuerit arctabitur: Et loquitur ad ſimilitudinẽ hominis, qui nimis comedit, cuius viſcera arctantur ex nimio cibo compreſſa, per quod ſignificatur, quod homo, q ſuperflua ſibi acquiſiuit, arctationem quandam patietur, non valens omnia acquiſita rectè diſponere, ſicut patet Lu. 12. de diuite, cuius ager vberes fructus protulit, quod voluit horrea ſua deſtruere, vt faceret ampliora. Ex arctatione viſcerum ſequitur inordinatus calor, & anxietas: Vndè ſubdit. Et æſtuabit: Et ſimiliter illi, qui multa ſibi immoderatè congregant, multa ſollicitudine affliguntur. Demum ex ſuperfluo cibo ad omnia membra ſolet dolor peruenire. Vndè ſubditur: Et omnis dolor irruet in eum. *Vbi duo apparent, mala diuitum Epulonum: & quod ſibi omnia, & alijs nihil volũt: & ſimiliter duo, quæ incurrãt pro ſingulis ſupplicia. Et quod neq; qui alijs impartire renuit, non põt non perdere omnia, neq; qui multa poſſidet benè diſponere illa, neq; ſine maximis doloribus, & ſollicitudinibus viuere.*

LXXXIII.

H*VGO Card. Poſtil. ibi ſic:* Non remanſit de cibo eius .i. de his, in quibus delectabatur, nihil remãſit, quod ſecum ferret, quia nihil dedit pauperibus: qui eleemoſynas ſibi datas deferunt in theſauros paradyſi. Sicut Laurentius dixit Tyranno. Et propterea nihil permanebit de bonis eius, quia de hac vita ſubtractus, nudus ad Iudicem ibit, Pſ. 48. Cum interierit non ſum, & omnia. *Vbi apparet, quod illud, quod de noſtris ſuperfluis pauperi damus, & non conſumitur: ſed conſeruatur: & tantum poſtea habebimus, quantum nobis ſupererit de cibo noſtro pauperibus elargiendum.*

LXXXIV.

S. *THO. Com. ibi: Ad illud cap. 22.* Qui dicebant Deo: Recede à nobis, quaſi nihil poſſit facere omnipotens, æſtimabant eum. Cùm ille impleſſet domos eorum bonis: *ait:* Ad exagerãdam culpam ſubijcit de eorum ingratitudine, dicens: Cùm ille impleſſet domos eorum bonis .ſ. temporalibus, quæ à Deo dantur homini. *Vbi apparet, per nullum ſic improbari malitiam deſpicientium Deum, quam per recommemorationem beneficiorum ab eo acceptorum.*

LXXXV.

B*EDA Expoſit. ibi, aliam rõnem aſſignat, quare commemorentur beneficia talibus exhibita à Deo, nempè, vt argueret eorum ſtultitiam, quippè, qui Deũ deſpicientes, ex eo, quod ſibi mala inferre non videbant: ſaltim eum non timebant, nè donata ab eis beneficia non abſtraheret: Sic .n. cõmentatur:* Et quaſi nihil poſſet facere omnipotens, æſtimabant eã. Putabant .n. quod Deus in peccatores vltionis iracundiam non effunderet. Cùm ipſe impleſſet domos eorum bonis. Cùm ipſe ergò impleſſet domos eorum diuitijs: cũr non timuerunt, nè propter peccata ſua aufferrentur eis eadẽ bona, quæ ille præſtiterat. *Vbi apparet, Deum non minus timendum eſſe ab illis, quibus bona elargitur: quem ab illis, quibus infligit ſupplicia.*

LXXXVI.

H*VGO Card. Poſtil. ibi concinens ſupradictis: aſſignans rõnes, quare Deus, ẽt ſibi ingratis bona ſua tribuat; ait:* Vt aut bonitate eius erubeſcãt & redeant: aut contemnentes, grauius puniãtur. Vnde Sap. 12. Abundant tabernacula prędonũ. Mat. 5. Solem ſuum facit oriri ſuper bonos, & malos. Prou. 25. Si exurierit inimicus tuus, ciba illum: & ſi petierit poculum, da illi, & ſic cõgeres carbones ſuper caput eius.

LXXXVII.

S. *GREG. 10. Moral. 1. Ad illud Iob cap. 29.* Verbis meis addere nihil audebant, & ſuper illos ſtillabat eloquium meum, *ait:* Per hoc quod dicitur: Verbis meis addere nihil audebant, reuerentia laudatur audientium. Per hoc verò, qđ ſub-

Terra autem erat inanis, & vacua.

ſubditur: Et ſuper illos ſtillabat eloquium meũ, indicatur diſpenſatio magiſtrorum. Debet enim ſubtiliter is, qui docet perſpicere, nè plus ſtudeat, quam ab audiente capiatur prædicare. Debet. n. ad infirmitatem audientium ſemetipſum contrahendo deſcendere, nè dum paruis ſublimia, & idcircò non profutura loquitur, ſe magis curet oſtendere, quam auditoribus prodeſſe.

LXXXVIII.

S. THO. Com. ibi ſic: Verbis meis addere nihil audebant. Propter .ſ. magnam ſapientiam quam in me exiſtimabant: & non ſolum tenebãt meum conſilium, ſed etiam in eo conſolabãtur, percipientes illud eſſe efficax ad ſuum propoſitum conſequendum: vndè ſubdit: Super illos ſtillabat eloquium. Ideſt, admodum ſtillarũ eos refrigerabat. *Vbi Prædicatores non ſolum attendant dicere veritates, quibus nihil addi neceſſè ſit: ſed vtiles ad propoſitum audientium, non quod exurant, ſed quod refrigerent. Addatur illud Olympiod. prout in Cat Græc.* Frugeferi illius erant ſermones, atq; inaudientium animis vim ſtrenuam, ac robur habebant: nam primùm faciebat; deindè docebat. Dicentis aũt in eo ſita laus eſt: cùm efficaces adfert ſermones, audientis autem in ipſo eſt, q̃d cum ſiti, atq; cum auiditate audit.

LXXXIX.

CATEN. Græc ibi deducens ſenſum huius ſẽtentiæ ab illa præcedenti: Et arcus meus in manu inſtaurabitur: *quæ verba ibi ſic leguntur:* Et arcus meũs in manu eius ibit: *coniungens finem immediatè ſup. poſit. ſent.* Tacebant ad cõſilium meũ: *ait:* Ad ea, quę dicebam, attendebant: in quo libenti ſe animo audire teſtabantur, tacebant autem ideò; quòd quid opponerent, contra ue dicerent, non habebant. Ideò autem nihil addiderunt, quia verba mea legem, canonem, ac põdus eſſe arbitrabantur: vt nihil aũt detrahere, aũt verò addere iam illi ipſi poſſent: vſq; eo ſẽtentiæ meæ cuncti concedebant. Quaſi arcus ſic cor meum manu tenebatur diuina, eaq; re à recto ſcopo mente nequaquam aberrabam. *Vbi apparet ratio quare non ſolum Thomiſtarum ſchola, ſed etiã Eccleſia Catholica à doctrina Angelici Doctoris nihil abſtrahere, ſed nec etiam addere illi aliquid intenderit. Arcus .n. fuit Angelicus Doctor in manu diuina ab recto ſcopo minimè aberrãs. Addatur, quod ſupra ibidem in perſona Iob ſic dicitur:* Quia rationes meas à diuina manu ſic dirigi, & ad meam voluntatem, atq; ex animi ſententia ſic mihi omnia proceſſura exiſtimabãt, vt ab ingenioſo ſagittario ad ſcopum fertur ſagitta. *Addatur illud Lyræ Poſtil. ibi,* Reputãtes, quod nihil rationale poſſet addi.

XC.

CAET. Com. ibi ſic: Iuxta Hebræum habetur: Poſt verbum meum non iterabunt. Clarè deſcribitur honor ei exhibitus poſt datum ab eo conſilium. Et dicendo non iterabunt, inſinuat, quod ſemel iam locuti fuerant alij: & quod ipſe vltimus loquebatur in conſilijs, tanquam Princeps auditis aliorum votis. Et ſuper illos ſtillabat eloquium meum. Interpres vertit futurũ in præteritum. Duo ſimul narrantur: & quod tunc verbum Iobis ſuſcipiebatur tãquam è ſupernis ſtillans, tanquam cœleſte oraculũ, & ratio quare nõ iterabant. Ex hoc enim, quod conſiliũ Iobis tanquam diuinum habebant, conſequens eſt, q; non iterarent. *Quod benè Angelico Doctori applicari poteſt in caſu ſuprapoſito. Qui etiam tanquam, vt cõmuniter vocatur, Princeps Theologiæ vltimus Sãctorum Patrum locutus fuit, vt verbo, & doctrina eius iterum iterare neceſſè minimè fuerit, neq; audacia.*

XCI.

BEDA Expoſit. ibi ſic: Quia iam auctoritas ſapientiæ eius vbiq; fuerat diuulgata, nemo quaſi retractans, ad verba eius quicquam addere præſumebat: quinimmò ſtillabat ſuper illos eloquium illius .i. ſenſim interiora viſcerũ penetrabat: vt eorum infuſa præcordijs doctrinæ illius abundantia, à tali magiſtro perfecti, atq; optimi diſcipuli redderentur. *Vbi apparet, multũ conducere famam diſperſam magiſtrorum ſapiẽtiæ, nè de eius doctrina cunctando diſcipuli retractare contendant.*

XCII.

DIONYS. Cart. Enar. ibi ſic: Quia tantæ meæ prudentiæ reputabant, quod ſuis verbis verba mea perficere non valerent: *Vbi Commẽtatores S. Patrum aduertant ſui muneris eſſe ſolum exponere, nõ addere: perfecta enim ita ſunt Sanctorũ ſcripta, quod perfectione ſuperaduenientè nõ egeant.*

XCIII.

S. GREG. 23. Mor. 8. *Ad illud Heliù dictum duobus antiquioribus amicis reſpectu B. Iob c. 32.*

Nihil

Terra autem erat inanis, & vacua.

Nihil locutus eſt mihi, & ego non ſecundum ſermones veſtros reſpondebo illi. *Primam partẽ ſententiæ explanãs de hæreticis reſpectu Eccleſiæ: ait:* Quid eſt, quod ait, Nihil locutus eſt mihi? Nunquid Sancta Eccleſia per Prædicatores iuſtas cũ intra ſe arrogantes conſpicit, erudire, ac redarguere prætermittit? Exercet hæc, & quotidiè exercere non ceſſat. Sed Heliù: qui loquentem publicè B. Iob audierat, dicat: Nihil locutus eſt mihi: Quia nimirum oẽs arrogantes voces quidẽ S. Eccleſiæ audiunt, ſed ſibi eas dici diſſimulãt, quando elationis vitium emendare contemnũt. *Vbi addatur illud Incerlin. ibi:* Ego autẽ loquor, quia nihil ad me quicquid dixit: De ſuperbia ſe argui non æſtimat, qui ſe humilem putat, & arguit ſapientiorem. *Secundam aũt partem intelligens de arrogantibus intra Eccleſiam degentibus, cęteriſq; impiè viuentibus, quorum perſonam Heliù gerebat reſpectu aliorum, per quos hæreticos intelligit: ait:* Benè B. Iob non ſecundum ſermonem eorum reſpondere ſe dicit. Arrogantes .n. intra Sanctam Eccleſiam poſiti, reſpondent contra eam; ſed non ſicut hæretici exterius conſtituti. Neq; enim contradicunt ei praua prædicando, ſed peruersè viuendo: quia nec de Deo, vt hæretici indigna ſentiunt, ſed de ſe plus quam neceſsè eſt, digna ſuſpicantur.

X C I V.

PAVL. *Burg. Addit. 1. bic, ait:* Licet Iob contra Heliù non legatur, aliquid fuiſſe locutus in particulari, videtur tñ aliquid fuiſſe contra eũ locutus in generali. Dixerat enim Iob ſupra 30. cap. Nunc aũt deridẽt me iuniores tempore. Ex quo patet, quod ſentiebat ſe nimis afflictum ex vilipenſione, ſeù ditiſione iuniorum, tempore, quod contra eum talia committebant: de quorum numero veriſimiliter videtur fuiſſe ipſe Eliù, vt patet per effectum. Ipſe .n. non ſolum increpauit eum, ſed etiam vilipendit, vt patebit infra in multis ſuis dictis. Yndè in principio ſuæ locutionis in hoc cap. dixit: Iunior ſum tẽpore, quaſi dicat licel ſim de iunioribus, ſicut Iob dixerat, nihilominus oſtendam vobis, & ego meã ſententiam, vt ſup. eo cap. Confirmatur autem hac ſententia ex hoc, quod Iob, nec tres amici ſui non leguntur genealogizari in hoc libro: ſed ſolum cognominantur à regionibus ſuis, vt Iob de terra Hus, Eliphas Themanitos, Baldath Suites, & Sophar Naamathites: ſed Heliù non ſolũ cognominatur à regione, cum dicitur Buſites, ſed ẽt ponitur ibi nomen patris, cum dicitur, de cognatione Ram. Ram autem interpretatur altũ. Quaſi dicat Eliu: Licet ego ſim de iunioribus increpantibus, ſeù vilipendentibus Iob, non tñ patres mei erant tales, de quibus Iob potuiſſet dicere: quorum non dignabar patres cum canibus gregis mei ponere: habeo enim patrem, & cognationem notam, ſeù notabilem. Ex quo ẽt videtur, quod iſtè Heliu per arrogantiam, & vanamgloriam proceſſit. *Vbi inter cætera, quæ patẽt, apparet, quod genealogizari eſt indicium maximæ ſuperbiæ, vanæq; gloriæ.*

X C V.

CAET. *Com. ibi ſic:* Iuxta Hebræum habetur: Et non ordinauit ad me verba: & in dictis veſtris non reſpondebo illi. Ad confutandam illam particulam (vir non commouebit eum:) dixit, quod Iob non direxit verba ſua ad ipſum Heliu: hoc eſt, adhuc nõ diſputauit mecum, qui non ſum reſponſurus ei ſecundum dicta veſtra. Arguit ſiquidem eos arroganriæ, quod id, quod ipſi nequerunt efficere, dicant non poſſe fieri à viro vllo, quum ipſe Eliud eſſet præſens. *Vbi apparet, eſſe arrogãtiam alios inhabiles ad aliquid iudicare, ex eo, quod quis illud tale perficere nõ valet.*

X C V I.

BEDA *Expoſit. ibi in meliorem partem hanc Heliu ſententiam intelligens, ait:* Nullam, inquit, aduerſum Iob habuit diſceptationem, ſed neq; ego illum, quemadmodum vos facitis, maledictionibus conuiciorum, & opprobrijs aggredior. *Vbi apparet, neminem ita irrationalem iudicari debere, quam qui ſibi nihil contumeliosè dicentem, ſermonibus conuiciorum aggrediatur.*

X C V I I.

DION. *Cart. Enarr. ibi ſic:* Nihil locutus eſt mihi .i. in hac diſputatione non ad me, ſed ad vos verba ſua direxit: nec mihi iniuriam intulit, vt puretis me ex ira, & paſſione irrationabil prouocatum ad impugnandũ verba ipſius. *S. Tho. Com. ibi ſic:* Ex quo vult oſtendere, quod nõ loquitur quaſi prouocatus. *Vbi ſuppoſito, quod nullus cæterorum ſic, vt Heliu impugnauerit S. Iob; apparet eſſe antiquum morem calumniantium, ſe oſtendendi minimè læſos à calumniandis, vt ſic ſecurus abſq; nota manũ ſuã ãplius aggrauẽt in calũnijs.*

Terra autem erat inanis[5], & vacua.

XCVIII.

S. GREG.13.Moral.18.*Ad illud Iob cap.17.* Caligauit ad indignationem oculus meus, & membra mea quaſi in nihilum redacta ſunt: *ait:* Ad indignationem oculus caligat, quando ipſi quoq; qui in Dominico corpore, .i. in Eccleſia lumen veritatis habent, dum ſe diutiùs à prauis deſpici, ac dedignari conſpiciunt, de occulti iudicij admiratione turbantur, & ſecretum Dei penetrare nequeunt, cur præualere peruerſi cōtra bonorum innocentiam permittantur. Quis .n. non obſtupeſcat, cum Herodias apud temulentum Regē Saltatu filię obtinet, vt caput amici ſponſi Prophetæ, & pluſquam Prophetæ, ante ora conuiuantium in diſco deferatur? Sed cū iuſti ad indignationem caligant, infirmi plerūq; vſq; ad infidelitatem corrunt. Vndè ſubditur: Et membra mea quaſi in nihilum ſunt redacta. Membrorum quippè nomine, teneritudo exprimitur infirmorum, qui dum peruerſos proſpiciūt florere, iuſtoſq; cruciari, ad hoc nonnunquam perueniunt, vt ſe bona, vel inchoaſſe pœniteant, atq; ita ad agenda mala citiùs recedunt, ac ſi eorum vitæ nocuerit bonum, quod inchoauerunt.

XCIX.

LYRA *Poſtil. ibi ſic commentatur:* Poſtquam Iob oſtendit amicorum ignorantiam, hic conſequenter circa hoc oſtendit ſuam diſplicentiam, quia plus debet diſplicere defectus amici in ſapientia, quam in pecunia. Et ideò dicit: Caligauit ad indignationem oculus meus, Triſtitia .n. & ira, quæ eſt per zelum, quamuis non excedit animum, tamen ipſum turbat ſecundum Greg. Et membra mea, &c. Quia ira, & triſtitia, quæ ſunt in mente, redundant in corpore. *Addatur illud Beda Expoſit. ibi:* Mentis eſt oculus iſte. Hūc igitur oculum Iob ſibi caligaſſe conqueritur illa indignatione, qua ipſum ſanctitatis ſuæ merita commouebant, eo quod bona conſcientia pœnas pateretur. *Vbi apparet, non eſſe mirandum ſanctos, & pios indignari, & turbari cum ſe bona conſcientia pati cōſpiciunt: dummodò talis turbatio animum non excedat. Catena Græc. et ſic:* Ideſt, hebetati ob mala mihi à diuina ira inuecta: lachrymis verò quas in filiorum immatura morte effudi, mei ſunt oculi pœnitùs conſumpti. *Non eſt mirum ſi ſancti filiorum mortes plorando viſum perdant, & vſq; ad defectionem, & dolorem membrorum intimus dolor deueniat. Addatur etiam illud Dion. Cart. Enar. ibi,* Vehementes .n. animæ paſſiones, vt ira, & indignatio valdè redundant in corpus, & ſi corpus ſit debile, illud quaſi deficere faciunt. Vnde 1. Machab 6. deſcribitur, quod Natathias cernens Iudæum idolis ſacrificantem doluit, & contremuerunt renes eius.

C.

CAIET. *Com. ibi ſic:* Iuxta Hebræū habetur. Caligauit ab indignatione oculus meus: & mēbra mea ſicut vmbra omnia ipſa Adiungit ſupra dictis malis proprijs alia duo mala. Alterum eſt obtenebrationis oculorū ab indignatione: hoc eſt ab ira ſuſcepta. Nominat .n. afflictionem ſuā non iuſtitiam, ſed indignationem, quia non ex meritò peccatorum ſuorum affligebatur, ſed tāquam ex indignatione Dei erga ipſum Iobem. Alterum, quia omnia eius membra erant ſicut vmbra: hoc eſt, quod non erant amplius membra, quod non poterant exercere membrorum officia, ſed erant velut vmbra membrorum. Vmbra .n. membrorum non exercet membrorum officia, ſed repreſentant dumtaxat membra. Et per hoc Iob manifeſtat ſe propinquiſſimū morti. *Vbi apparet, & quod Solis Sanctis Deus eſt indignãs cum percutit: nam impijs eſt iudex: Et quòd ſenes propinqui morti, non membra, ſed membrorum vmbras habere dicendi ſunt.*

CI.

GLO. *moraliter ſic:* In perſecutionibus Chriſtianorum aliqui & literati aliquando turbantur, de quibus dicitur: Caligauit ad indignationem oculus meus. Eccleſiæ oculi ſunt homines literati, & aliqui infirmi franguntur, de quibus dicitur: Et membra mea, quaſi in nihilū redacta ſunt. Greg. Nomine membrorū exprimitur teneritudo infirmorum.

CII.

S. GREG. 20. *mor. 7. Ad illud Iob cap. 30.* Quorū virtus manuum erat mihi pro nihilo: *ait:* Et quia nonnunquam hæretici quantò magis in perfidiæ errorem dilabuntur, tantò amplius in exteriori ſe ſe operatione cuſtodiunt, ita vt agere præ cœteris magna videantur: Sancta vniuerſalis Eccleſia cuncta eorum opera deſpicit, quæ ex authoritate fidei non prodire perpendit. Vndè rectè quoq; B. Iob voce ſubiungitur: Quorū virtus manuū erat mihi pro nihilo. Virtus quippè

Digitized by Google

Terra autem erat inanis, & vacua.

pè in manū eſt magnitudo in operatione. Sed virtus manuum hæreticorū Sancta Eccleſia prò nihilo ducit; quia nullius eſſe meriti conſpicit vera fide perdita quicquid operantur. Charitatem quippè Dei,& proximi deſerunt, qui & de Deo falso ſentiunt:& à proximis iurgando diuiduntur. Sed virtutem manuū ſine charitate teſtatur Prædicaror ægregius non valere, qui ait: Si diſtribuero omnes facultates meas in cibos pauperum: & ſi trädidero corpus meum vt ardeam:charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt.

Ex Iob.

C I I I.

S. *GREG.Papa Moral.18.c.12.Ad illa verba Iob cap.27*.Diues cum dormierit, nihil ſecum auferer:cū dormierit aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet:*ait ſic*:Vt dormiamus quippè oculos claudimus,& euigilantes aperimus:ſed hac in re,quia homo ex anima conſtat, & corpore, cū vnius rei ſomnus dicitur,alterius vigiliæ demōſtrantur. Quia cum corpus obdormiſcit in morte,tūc anima vigilat in vera cognitione.Et dormit ergò diues,& oculos aperit:quia cum carne moritur:eius anima videre cogitur,quod præuidere contempſit. Tunc profectò in vera cognitione euigilat,tunc nihil eſſe conſpicit,quod tenebat. Tunc ſe vacuam inuenit,quæ plena rebus præceteris ſe hominibus eſſe lætabatur. Dormit,& nihil ſecum aufert: nihil nimirum de rebus quas tenuit, Nam culpa rerum ſimul ducitur,quamnis hìc omnia pro quibus culpa perpetrata eſt relinquatur.Eat ergò nunc,& acceptis rebus tumeat, ſeſeq; ſuper cœteros extollar glorietur ſe habere, quod proximus non haber:veniet quandoq; tempus vt euigilet;& tunc cognoſcat quam uacuum fuerit, quod in ſomno tenuerat.*Et poſt aliqua concludit ſic*: Tardè quoq; oculos aperiunt,qui (teſte ſapientia) damnationis ſuo tempore dicturi referuntur: Quid nobis profuit ſuperbia; diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Tranſierunt omnia illa tanquā nuntius percurrens. Vilia,& fugitiua fuiſſe, quę tenuerant iam amiſſa cognoſcunt, quæ quandiu aderant ſtultis eorum cordibus magna,& manſura videbantur. *Addatur, quod ibi glo.moraliter*, Aperiet ouilos in pœna, qui clauſerāt in culpa.

C I V.

DIONYS.*Cart.Enar.ibi ſic*: Quia hora mortis mentales aperit oculos, conſiderando quo tendat,quid reſter,quomodo vixit,quid habuit, quam citò tempus vitæ ſuæ defluxit.Tuncq;inuenit ſe omni virtute,& meritò vacuum,in pœnis quoq; inferni ſuam aduerter inſaniam, atq; inopiam, in reſurrectione etiam oculos carnis aperiet,ſeq; pauperrimum cernet.

C V.

HVGO *Card. Poſtil. ibi ſic*: Diues autem dicitur,non quia diuirias habet: ſed quia eis habitis tumet.Eccleſiaſtes 5.Qui amat diuitias fructum non capiet ex eis.Hiere.17.Fecit diuitias,& non in iudicio: in medio dierum ſuorum derelinquet eas.Aperiet oculos ſuos:inreriores poſt mortem: Et nihil,&c.de his,quæ ſomniando tenēbat.

C V I.

CAET.*Com.ibi ſic*·Diues quum dormierit,nihil ſecum auferer.Iuxta Hebræū habetur; Diues iacebit,& non congregabitur.Incipit docere veritatē de punitione impiorum à Deo; & propterea inchoat à morte iniquorum ſub nomine diuitis, dicens: Diues iacebit,moriendo: Et primam pœnam docet fore, quod non congregabitur,Lege cap.25.& 35.Gen.& inuenies ſcriptum tàm de Abraham, quam de Iſac mortuo,quod cōgregatus eſt ad populos ſuos. Quo contra,hìc dicitur de iniquo mortuo: Et non congregabitut. Pœnam .n. damni (priuatio .ſ. ſocietatis cum animabus iuſtorum) deſcribitur.

C V I I.

IDem *ibi ad ſententiæ alteram partem*: .ſ. Aperiet oculos ſuos,& nihil inueniet:*ait:* Iuxta Hebræ.habetur.Oculos ſuos aperiet, & nō ipſe. Deſcripra pœna damni, deſcribitur pœna ſenſus animæ ſeparatæ: primùm de intellectu,deindè de volūtate,& demùm in adiectis ab intrinſeco.Et de pœna intellectus dicit: Aperuit oculos ſuos,oculos proculdubio mentis,quos quaſi clauſos in hac vita tenuerat,aperuit mortuus ad cognoſcendum ſeipſum; & vidit,quia non ipſe, non quo ad ſubſtantiam,& iniquitate, ſed quo ad potentiam. Videt enim ſeparata anima ſe eſſe eadem in ſubſtantia, & talem in qualitate iniquitatum,ſed non eſſe eandem,quò ad liber-

Terra autem erat inanis, & vacua.

tatem,& poteſtatem:non enim poteſt dominari, & facere ſicut in hac vita dominabatur, & faciebat. Propterea .n. ſub nomine diuitis deſcribit impium mortuum,vt clariùs eluceſcat,quòd mortuus incæpit cognoſcere ſeipſum non eſſe ipſum diuitem liberum,& potentem,qui fuerat. *Vbi apparet, etiam in hac vita eſſe iam præludia æternæ condemnationis,cauſamq; deſperationis, cum iniqui ambitioſi, & diuites vidant ſe prælaturis priuatos,& diuitijs, quibus antè inſolenter fruebantur.*

CVIII.

CATEN. Græc. ibi ſic: Somnium, inquit, ſunt impiorum diuitiæ: ſicut .n. pauperes nonnulli in ſomnis viſi ſunt ſibi interdum menſa potiri inſtructa regificè;verum ſomnus,ac fallax ſomniū viſa illa exitere:experrecti enim, ſimul vt oculos aperuerunt,nihil inuenere: ſic impij planè eſt conditio. Vt .n. qui ſecundum quietē beatus eſt,miſer tamen eſt; quandoquidem, vt oculus patefecit,eius ſummæ, quam coegerat, nihil cernit omninò; ſiquidē illa omnia dilapſa ſunt, & occiderunt; ſic per quàm leues, atq; fugaces ſunt diuitiarum illecebræ.

CIX.

BEDA *Expoſit.ibi ſic:* Iudæorum quoq; populus propter innumerabilia diuina beneficia,Prophetarum quoq; oracula,ſiuè promiſſiones quamplurimas, & Dei ipſius frequens alloquium diues eſt dictus. Vnde eiſdē Iudæis Dominus ait in Euangelio, Væ vobis diuitibus; Superbi quoq; non habentes ſpiritum paupertatis diuites appellantur. Philoſophi etiam habētes facundiam,& ſcientiam mundialem,diuites nūcupantur. Hi cum in die reſurrectionis fuerint ſuſcitati,nihil remedij, quo ſaluentur inuenient, vt illud Pſalmiſtæ compleatur in eis, ita dicentis. Pſ. 75. Dormierunt ſomnū ſuum, & nihil inuenerunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerūt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.

CX.

S. HIERON. *Com. ibi: Poſtquam omnia ſupradicta à Beda, addit ſic:* Hæreticus etiam quiſq; diues dici poteſt:quoniam multa,imò omnia de Sanct. Eccleſiæ remunerationibus ſe habere, præſumit remiſſionem peccatorum,ſignificationem ſpiritus, pignus etiam Dominici corporis, & hæreditatem cum Sanct. Angel. regni cœleſtis. Hi ergo omnes ſiue quia crucis ſcandalum patiuntur,ſine præſumptione cordis ſui,vt in errorem ambulent, veritatis tramitem reliquerūt. Siuè quia obſcuratum habentes intellectum, & proprium liberæ voluntatis arbitrium in infidelitate perdurant. Vel quia abominabiles facti ſunt,exaltantes cor ſuum poſt ſomnium mortis, in reſurrectione aperient oculos ſuos, & nihil inuenient. *Vbi apparet, hæreticos inaniter gloriari de viſu Sacramentorum.*

CXI.

S. PETRVS *Damian. Opuſcul. 19. de Eleemoſ. c. 2. ſic ait:* Præmitte ergò tibi frater,opes tuas, vnde poſtmodum viuas: præcedant te facultates tuæ,quas in illa ſemper immortalitate poſſideas. Memento,quod ſcriptum eſt. Diues cùm dormierit,nihil ſecum auferet, &c.

CXII.

TITELM. *Elucidat. ibi. ſic:* Cunq; illic in morte, pœna oculos illi aperuerit, vt videat turpitudinem peccatorum ſuorum, quos hic delectatio mala clauſos tenebat, ne ſua peccata agnoſceret, nihil videbit eorum, quibus hic ſemetipſum Deo contempto oblectauerat, & in quibus omnem habuerat fiduciam.

CXIII.

S. GREG. *Papa moral. 8. c. 5. Ad illa verba Iob 7.* Ego habui menſes vacuos: & noctes laborioſas: *de Eccleſia myſticè exponens: ait ſic:* In hac etenim vita quædam laborioſa ſunt; quædam vacua: quædam verò vacua ſimul,& laborioſa. Amore quippè conditoris,præſentis vitæ tribulationis exerceri, laborioſum quidem eſt: ſed vacuum non eſt. Amore autem ſæculi voluptatibus ſolui, vacuum quidem eſt, ſed non laborioſum. Amore verò eiuſdem ſæculi aduerſa aliqua pati,& vacuum eſt,& laborioſum: quia ex aduerſitate mens affligitur, & remunerationis premio non repletur. In his itaq; Sancta Eccleſia,qui in ea iam poſiti, adhùc voluptatibus defluūnt, & proindè fructu boni operis non ditantur: menſes vacuos ducit: quia vitæ tempora ſine retributionis munere expendit. In his verò, qui æternis deſiderijs dediti mundi huius aduerſa patiuntur: laborioſas noctes enumerat: qa tribulationum tenebras, quaſi in caligine vitæ præſentis portat. In his autem,qui tranſeuntem mundum diligunt, & tamen eius contrarietate fatigantur: ſimul menſes vacuos,& noctes labo-

rio-

Terra autem erat inanis, & vacua.

rioſas tolerat: quia eorum vitam, & retributio ſubſequens nulla remunerat: & præſens tribulatio anguſtat.

CXIV.

S. THO. *Com. ibi ſic:* Sic ego habui menſes vacuos: id eſt reputaui menſes præteritis mihi vacuos præteriiſſe: vtpotè, in quibus perfectionem finalem adeptus non eram. *Vbi apparet, viro Chriſtiano vacuum eſſe totum præteritum tempus, quoad perfectionem non peruenit.*

CXV.

IDem *ibidem iterum ſic:* Quomodo autem habuerit mēſes vacuos, & noctes laborioſas exponit ſubdens: Si dormiero .i. cum fuerit tempus dormiendi de nocte: Dico: quādo conſurgam? Expectans diem. Et rurſum. Facto die, Expectabo veſperam. Et ſic ſemper in futurum per deſiderium rendens. *Vbi apparet, vacuum eſſe tempus, quod ſolum deſiderijs in futurū conſumitur.*

CXVI.

STEVCH. *Enar. ibi ſic,* Menſes vacuos: quoniā vbi merces debebatur, & premium, datum eſt ſupplicium. Et cùm ſpectarem meliora, decidi in peiora. *Hæc* mea merces. *Fauet Interl. quæ ſic correſpondet:* Sine premio. *Etiam Origenes, prout Gloſ.* Menſes vacui, quia modo eſt labor, ſed nōdum premium.

CXVII.

ORIG. *prout in gloſ. ibi ſic:* Menſes vacuos à rebus Mundi: quia non eas quærunt per actus ſuos boni. Et noctes aduerſitatum tolerāt laborioſas.

CXVIII.

DION. *Cart. Enar. ibi ſic:* Hoc peccator pœnitens dicere poteſt, qui tempus ſuū infructuosè expendit, ſicq; menſes habuit à bonis operibus vacuos, vanitate, & vitijs (quæ nihil ſunt) plenos. Ideò aut Ambroſ. Plenitudinem vita iuſti habet, inanes aūt ſunt dies impiorum.

CXIX.

HVGO *Card. Poſtil. ibi ſic:* Vel in perſona pœnitentis dicit ſe habere menſes vacuos: quia quicquid fecit, nihil reputat reſpectu peccatorum, quæ fecit, & reſpectu premij, quod expectat, & conſummationē laboris initium reputat. Pſ. 76. Et dixi: nunc cœpi. Eccl. 18. Cùm conſummauerit homo, tunc incipit.

CXX.

S. GREG. *7. moral. 17. Ad illud Iob cap. 6.* Inuolutæ ſunt ſemitæ greſſum eorum, ambulabūt in vacuum, & peribunt: *poſtquam cap. 14. ait:* Omne quod inuoluitur, in ſeipſum replicatur. Et sūt nonnulli, qui ſe ducentibus virijs obuiare, quaſi tota intentione deliberant, ſed irruente tentationis articulo in deliberationis propoſito non perdurant. *Et poſt pauca ſic:* Inuolutæ ſunt ſemitæ greſſum eorum, quia recta quidem deliberando appetunt, ſed ad conſueta ſemper mala replicātur, & quaſi extra ſe tenſi, ad ſemetipſos per circuitum redeunt, qui bona quidem cupiunt, ſed à malis nequaquam recedunt. Eſſe quippè humiles, ſed tamen ſine deſpectu: eſſe cōtenti proprijs, ſed ſine neceſſitate: eſſe caſti, ſed ſine maceratione corporis: eſſe patientes, ſed ſine contumelijs volunt: cūq; adipiſci virtutes quærūt, ſed labores virtutum fugiunt, quid aliud quam exhibere belli certamina in campo neſciunt, & triumphare in vrbibus de bello concupiſcunt? *Allegato capite ſic ait,* Quocunq; autem modo culpa prodeat, vel quibuslibet occaſionibus erumpat, reptoborum tamen ſemitæ ſemper inuolutæ ſunt, vt prauis concupiſcentijs dediti, aut bona nulla appetant, aut appetentes infirmo deſiderio ad hæc nequaquam mentis liberos greſſus tendant. Recta enim, aut non incipiunt, aut in ipſo fracti itinere ad hæc minimè pertingunt. Vndè fit plerunq; vt ad morem ſuum laſſati redeant, ſeſeq; ab intentione animi in carnis voluptatibus ſternant, ſola quæ tranſeunt cogitent, nulla quæ ſecum permaneant curent. Vndè & aptè ſubditur: Ambulabunt in vacuum, & peribunt. In vacuum quippè ambulant, qui nihil ſecum de fructu ſui laboris portant. Alius nanque adipiſcendis honoribus exudat, alius multiplicandis facultatibus æſtuat, alius promerendis laudibus anhelat. Sed quia hæc quiſq; moriens deſerit; labores in vacuum perdidit: quia ſecum ante Iudicem nihil tulit. Quo contra benè per legem dicitur. Deut. 16. Non apparebis in conſpectum Domini vacuus. Qui enim promerendæ vitæ mercedem benè agendo non prouidet, in conſpectu Domini vacuus apparet.

CXXI.

HVGO *Card. Poſtil. ibi. Commentatur totam quaſi vnam ſententiam, prædicta Iob verba vſq;*

Terra autem erat inanis, & vacua.

vſq; ad illud: Conſiderate ſemitas theman: & itinera Saba: *& ait:* Inuolutæ,&c. Oſtẽdit,quare peribunt,licet ſeparati à carnis delectatione: quia inuolutæ ſunt, .i. implicatæ ſunt viæ eorũ. Dũm enim ab vno peccato pedem erigunt,in aliud peccatum ruunt,ſeu inuoluuntur. Vnde ibi c.18.Immiſit in rete pedes ſuos,& in maculis eius ambulabat:tenebitur plãta eius laqueo. Sic enim ope vicaria retinent vitia fugitiuum ſuum. Perplexi .n. ſunt nerui teſticulorum eius. Ibi.40.Item Prou.5. Iniquitates ſuæ capiũt impium,& funiculis peccatorum ſuorum conſtringitur. Ambulabunt in vacuum,&c. Quaſi dicat: Si laborabunt,inutiliter. Eccleſ.5. Nihil auferet ſecum de labore ſuo. Miſerabilis prorſus infirmitas: quomodo venit,ſic reuertetur. Vt ergò ab imitatione illorum per finẽ terreat ſubdit: Conſiderate ſemitas:&c. Duo genera malorũ ducit in mediũ.Per Theman,quæ interpretatur (Auſter) qui eſt ventus mollis intelliguntur remiſſi in ſeruitio Dei. Per Saba, qui interpretatur (rete) effluentes in ſingularibus negotijs qui quantò plus mundum ampleċtuntur, tantò plus mũdi laqueis irretiuntur: vt piſcis captus in reti, & lepus in caſſe. quantò plus ſe excutit,tantò plus irretitur. *Vbi apparet,nihil diabolo obeſſe cum quis ab vno exiliat vitio,cum eum per aliud teneat: parũ curat enim,ſi deſis eſſe auarus,dummodò,vel incipias,vel perſeueres eſſe luxurioſus: Et quod mundi amplexus,magis ſunt vt irretitent,quã vt foueãt: & eò plus irretitant, quò ſtrictiùs ampleċtere videntur.*

CXXII.

S*THO.Com ibi ſic:* Illud enim quod inuoluitur,in ſe ipſum quadam tortuoſitate reddit. Illorum quidem ſemitæ inuolutæ ſunt, qui in conſanguineis,& amicis niſi propriam vtilitatẽ, quærunt: propter hoc in tpe proſperitatis amicitiam ſimulant,ſed in tpe aduerſitatis derelinquunt. Sed homines, qui fraudulenter propriã vtilitatem quærunt,plerunq; à ſua ſpe deficiunt. Et ideò ſubbit: Ambulabunt in vacuum.

CXXIII.

S*GREG.Papa Moral.20.cap.20.Ad illa verba Iob cap.30.*Redactus ſum in nihilũ: *ait ſic:* Apud æſtimationem quippè malorum in nihilũ redigimur,quando ea,quæ ipſi quaſi ſumma diligunt, bona temporalia nõ tenemus. Deſpectis nanq; ſupernis promiſſionibus, terrena deſiderant. *Hugo Card. Poſtil. ibid. ſic:* Secundum æſtimationem reproborum, qui terrena tantum diligunt. Vnde quicquid de virtutibus electorum vident,nihil eſſe exiſtimant.

CXXIV.

I*Dem Moral.17.c.13.Ad illud Iob 26.* Qui extendit Aquilonem ſuper vacuũ,*ait ſic,* Aquilonis nomine in ſacro eloquio appellari Diabolus ſolet; qui vt torporis frigore gentiũ corda conſtringeret,dixit: Sedebo in monte teſtamenti,in lateribus Aquilonis. Qui ſuper vacuũ extenditur: quia illa corda poſſidet, quæ diuini amoris gratia non replentur. *Vbi ad confirmationem inſeruit,quod Anaſtaſius Nycenus quæſt. ſuper ſcript. quæſt.1. ad illud Cor.6.* Inhabitabo in vobis, & ambulabo: *ait ſic:* Neſcit diabolus an intus in mente tua Dominus Chriſtus ſit,an non. Quando autem te viderit iraſcentem,aut vociferantẽ, aut maledictis appetentem,aut iurãtem,aut turpia verba loquentem &c. aut non aſſidue orantem: tunc intelligit non eſſe in tua anima Deum qui te cuſtodiat,& tui curam gerat. Sic itaq; de cætero tanquam fur ingreſſus malignus (vtpote quod in corde non ſit diuina lucerna) diripiat, ac ſpoliet domum tuæ animæ.

CXXV.

H*VGO Card. Poſtil. ibi ait.* Deus extendi permittit Aquilonem .i. diabolum. Cant. 1. Surge Aquilo &c. Hierem. 1. ab Aquilone pandetur omne malum. Super vacuum .i. ſuper Iudæos vacuos fide, & gratia. Sap. 13. Vani ſunt omnes homines in quibus nõ eſt ſapientia Dei.

Ex Pſal.

CXXVI.

I*NCOGN. Expoſit. Pſ.106. Ad illud.* Qui ſatiauit animam inanem: & animam exurientem ſatiauit bonis: *ait* Deſatietate autẽ æternali, quæ exurientes, & ſitientes ſatiat Dominus. dicitur Mat.5. Beati qui exuriunt,& ſitiunt iuſtitiã, *quoniam* ipſi ſaturabũtur. Quod ad propoſitũ exponens Berdardus, ait. Qui eſurit, eſuriat amplius, & qui deſiderat abundantius, deſideret ad huc. Quoniam quantũcunq; deſiderare poterit; tãtũ eſt accepturus,immo uerò nõ ſecundum imperfectionem moderni deſiderij: quoniam donec perfecte habeat, perfecte deſiderare nõ poterit,

ſed

Terra autem erat inanis, & vacua.

ſed nec perfectè habere, donec pfectè deſideret.

CXXVII.

LVDOLPH.Cart Expoſit ibi ſic.Myſtice.Quia ſatiauit animam amimem: bonorum quæ erat vacua ſine Deo.Et animam eſurientē:ideſt ſcire appetentem quoniã à Deo viſitata medidicum deſiderabat;ſatiauit: bonis ſpiritua libus. Tales .n.Deus animas cœleſti bono ſatiat:quas &ſi inanes: tamen eſurientes inuenit. *Vbi apparet, quod tandiù peccatoris ſalus ſperanda ſit, quandiù etſi peccator auiditate tamen ſuæ ſalutis, Deum eſurit.*

CXXVIII.

CAET.Com.ibi vt rectè exponat recurrit ad p̃cedentes verſus.Errauerunt in ſolitudine in inaquoſo:viam ciuitatis habitationis nõ inuenerunt.Eſurientes,& ſitientes: anima eorũ in ipſis defecit. *vel vt Herb.* in ipſis collabetur,Et clamauerunt ad Dominum, &c. de neceſſitatibus eorum eripuit eos. Et deduxit eos in viã rectã: vt irent in ciuitatem habitationis.*Aitq;* Secundũ numerum malorum prius enumeratorum, enumerata quoq; ſunt bona.Nam & via recta,& ciuitas habitationis deſcripta eſt: & ſupererat reſpondere eſurienti,ac ſitienti, & demum collabenti animæ. Vtriq; modo reſpondetur, collabenti quidem implendo animam vacuam: appetenti autem cibum,& potum,ſatiando animã bono.*Vbi apparet, in diuinis ſcripturis non legi labores, & tribulationes noſtras, quin correſpondeat ſingulæ conſolatio,& medela.*

CXXIX.

HVGO Card.Poſtil.ibi ſic: Quia ſatiauit animã inanem, .i. vacuam à mundanis curis, & voluptatibus: & ab omni ſuperbia exemplo illius,qui ſemetipſum exinaniuit. Et animam eſurientem .i. non faſtidientem. Faſtidientem .n. nõ reficit:quia nec ipſa recipetet:quia Prou. 27. Anima ſaturata calcabit fauum:& anima eſuriẽs etiam amarum pro dulci ſumet .i. pœnitentiam pro voluptatibus.

CXXX.

CATENA Aurea in Pſ.bic vult,quod (eſurientem) non ſit ſynonimum verbi (inanem) ſed pronunciatiuum cauſæ, quare Deus animam inanẽ ſatiauerit:ait enim ſic:Quę licet eſſet vacua,tamẽ erat eſuriens:ideſt naturaliter appetens bonum & ſcientiam. *Vbi apparet, ſolum per faſtidium diuinorum deſperari poſſe à ſalute alicuius.*

CXXXI.

S.REMIG Enarr.ibi ſic: Inanis fuit anima,quãdiù in errore fuit. Sed recognoſceſcens ſe eſſe in errore,eſuriuit.Sed clamando ad Dominum,ſatiata eſt bonis,verbo,videlicet prædicationis.*Vbi apparet, non poſſe dari eſuriem diuinorũ in anima,quæ ſe eſſe vacuã, & in errore non præcognoſcit.*

CXXXII.

S.THO.Com.in Pſ.2.Ad illud: Quare fremuerũt gentes: & populi meditati ſunt inania: *coniungens ſequentem verſ.* Aſtiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum:*ait:* Minores nihil per ſe facere poſſent,niſi haberent auxiliũ maiorum: Vndè ponit quoſdam præbentes auxilium.Primò,per potentiã adiuuando:& quantum ad hoc dicit. Aſtiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum: aduerſus Dominum,aduerſus Chriſtum eius, quaſi dicat: illi fremuerunt: ſed alij aſtiterunt .i. affuerunt huic malitiæ.Item quidam præbuerunt auxilium per ſapientiam conſulendo, & quantum ad hos dicit. Conuenerunt in vnum .ſ. ad conſiliandum. *Vbi apparet inania, & nihil eſſe populorum impias cogitationes aduerſus ſuos Principes,& Prælatos,niſi auxilium, & conſilium aliundè habuiſſent.*

CXXXIII.

LVDOLPH.Cart.Expoſ.ibi,*Intelligens de Iudæis cogitantes, quomodo Chriſtum occiderent, nè perderent Regnum,& locum,quia meditatione id,q; euitare conabantur incurrerunt: ait:* Miroq; modo actum eſt, vt dum conſilium ſuum implere ſe crederent, conſilium Domini nolentes, & neſcientes implerent. *Hoc pleriſq; euenit malignis: impia meditantibus.*

CXXXIV.

CAET.Com.ibi vbi nos legimus:Et populi meditati ſunt inania:*legit cum Hebræo:*Et populi loquentur inane. *Vbi apparet, cogitationes,& impias machinationes vulgi, non ſolum eſſe vanas, & ſine fundamento: sed etiam ſine ſecreto.*

CXXXV.

S.IOAN.Chryſoſt.Homil.ibi ſic:Quemadmodũ, qui in Solem iaculatur, & in Cœlum iacit lapides, rem vanam, & inanem aggreditur, & quicunq; eum aſpicit, vel ingemiſcit, vel ridet.

In-

Terra autem erat inanis, & vacua.

Ingemiſcit quidem,vt aduerſus peccantem, ridet autem tanquam in ebrium, quod cum terra ſit,in cœlum bellum gerit: quod cùm ſit lutum, aduerſetur ei,qui ipſum finxit,quod cùm ſit fœnum,cùm igne pugnet.Scriptum eſt enim,Omnis homo fœnū:& Deus noſter ignis conſumēs. Ita B.Propheta cum vidiſſet ſpiritu, & Iudæos, & Græcos,ſeù Gentiles aduerſus Chriſtum belligerantes,& aduerſus ſuum factorem, tanquam hominem arma capientes, dixit ingemiſcēs,per Pſalmum propoſitum. Quare fremuerunt gentes,&c. Aduerſum quem? Dic citò, vt qui audierint,pertimeſcant. Aduerſus Dominum,&c. Opus aduerſus opificem, figmentum aduerſus fictorem, lutum aduerſus figulum, fœnum aduerſus ignem.

CXXXVI.

BEDA *Expoſit.ibi ſic:*Meditati ſunt inania: qđ putauerunt, ſe non crucifigere Ieſum cùm dixerunt: Nobis non licet quenquam interficere,quod inane fuit. Linguæ .n. eorum gladius acutus. *Vbi apparet, inaniter ſe inſontē à malo alicuius illati excuſari,qui & ſi non manu,voce tamen. & perſuaſione illi nocuit.*

CXXXVII.

AGELLIVS *Com.ibi.ſic:*Euſebius hãc meditãdi ſignificationē agnouit,& ſi in aliam ſententiam accepit, quaſi populum obiurget Propheta, qui cùm prophetias de Chriſto calleret, & in ore ferret, tamen præſentem neglexit, ac repudiauit. *Idem ibi de conſilio Iudæorum circa necem Chriſti Domini intelligens,quam meditabantur,vt gloriam eius tollerent de terra:ait:*Nullo fructu fremuerunt,nullo fructu meditati ſunt, quarum cogitationum longè diuerſus erit exitus, & magis pro aliorum fructu,quã pro ipſorum vtilitate futurus. *Vbi apparet,impiorum conſilia non ſolum eſſe inania,& ſemper in caſſum iri:ſed id,ꝙ ſibi ad nullum excogitant fructum,alijs ampliſſime prodeſſe,& fructificari cognoſcitur.*

CXXXVIII.

CASSIOD.*hic ſic:* Fremitus propriè ferarũ eſt, qui iuſtè furentibus datus eſt:quando rõne poſtpoſita belluino furore ſuccenſi ſunt. Corripit enim populos Propheta,cur fremuerunt cõtra Dominum Saluatorem: cum cauſas iracundiæ non haberent gentes. *Addatur, quod Comm. ibi addit noſter Card.Thom.Angli.ſic:* Et ideò nõ fuit illis cauſa aliqua;niſi diſpoſitio beſtialis. Dicit Auicen. 4. cauſ. quod morſus canis rabidi, quandoq; abhorret lumen,& latrat ſicut canis. Sic de iſtis erat:nam canis rabidus diabolus eſt, de quo Pſ.21.Erue à framea Deus animã meã, & de manu canis vnicam meam. Ipſe perſecutores Chriſti momorderat, quia lethale vulnus inuidiæ,& iræ eis inflixerat,& ideò Chriſtus,qui lux erat,illuminans omnem hominem exhorruerunt, quia omnis, qui malè agit odit lucem. Ioan.3. Et ex hoc prouenit,quod contra Chriſtum feraliter, & irrationabiliter lattantes furore ſuccenſi ſunt.

CXXXIX.

S.REMIG.*Enar.in Pſ.7.Ad illud:* Si dedi retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis:*ait:* Ideſt, ſi feci, quod etiã iuſtum videtur apud mortales, vt redderē mala pro malis. Ac ſi dicat:Si illis,qui ſine præcedēti culpa me perſequebantur, non reddidi malũ, quod magnæ fuit patientiæ,ideſt ſi non feci,qđ debui.Si ego homo hominem ira ſuperaui, decidam inanis, ideſt vacuus à gloria, & à victoria ſuperatus ab inimicis meis interioribus. Vt .n. ait B.Gregor.dum foris vlciſci quærimus, intus grauiter ferimur. Omnis .n. peccans prius peccat in ſe,quam in alterum. Iam .n. antequam foris alij noceat,innocentiam intus perdidit, & ſic dum victoriam foris obtinere credit, ꝙ grauius eſt,intus ſuperatus eſt.

CXL.

D.HAYMON.*Com.ibi ſic*: Ideſt nullum recipiens fructum meæ patientiæ, quod meritò mihi eueniet. Vel inanis ab inimicis, ideſt fruſtratus,nullum acquirens de inimicis. *Vbi apparet,inimicos eſſe fructiferos, quibus fructibus priuatur homo per vindictam. Notetur verbum* Decidam ab inimicis meis inanis. *Similitudinem importat illius,qui aſcendens ad arborem fructiferam, & ſinum pomis adimpleat per aliquem caſum cadit inanis,& ſine vllo fructu.*

CXLI.

S.TIIO.*Com.ibi,coniungens ſequentes omnes,quas ſibi imprecat Dauid calamitates:ait,* Litera Hierony.habet: Si dimiſi hoſtes meos vacuos: Rom.12.Noli vinci à malo,ſed vince,&c. Prouerb.25. Si eſurierit inimicus tuus, &c. Mat.5. Benefacite eis,qui oderunt vos.4.Reg.Regi Sama-

Terra autem erat inanis, & vacua.

matiæ mandauit Hæliſeus vt apponeret cibos exercitui Regis Syriæ,qui venerat ad capiendũ eum.Appoſitaq; eſt eis ciborum magna præparatio.Conſequenter cum dicit: Decidam. Determinat ſibi pœnam,quæ ſequitur:quaſi dicat. Si iſta non ſunt vera quæ dico, fiant mihi iſta. Et primò ponit detrimentum pecuniæ. Secundò,perſonæ.Tertiò,gloriæ. Dicit ergò quantũ ad primum: Hoc malum accidat mihi .ſ. quod decidam meritò .i. iuſtè ab inimicis meis inanis .i. auferantur mihi bona mea.Iob 31.Si adhæſit membris meis macula,feram,& alius comedat. Quoad perſonam,tria ponit, quæ homo patitur in ſe: Primò, perſecutionem. Secundò, captiuitatem.Tertiò,mortem. Quãtum ad primum,dicit:Perſequatur.Quantum ad ſecundum; Comprehendat.Quantum ad tertium; Et conculcet, uel occidendo,uel totaliter me proſternat.Quãtum ad gloriam,ſubiungit. Et gloriam meam in puluerem deducat. Ac ſi diceret. Quicquid ſit illud,in quo glorior, redigatur in puluerem, & diſpergatur. *Vbi apparet,vltorem iniuriarum quãtas incurrat calamitates.*

CXLII.

S. *DOROTH. Abb. de Simultate. Doctr. 8. Afferens eundem verſ. ait:* Quid eſt decidam? Dum aliquis ſtat, potens eſt aduerſario ſuo colluctare;cadit & cæditur: uincit, & uincitur: adhuc ſtat: quod ſi cadere eum contingat & labi;quomodò in terra iacẽs poterit cum aduerſario ſuo pugnam inire? Oremus ſedulò non ſolum,ut nõ cadamus,ſed nè uacui cadamus,& inanes.Quid eſt .n. cadere inanem ab inimicis ſuis,dicemus: animum aduertite.Cadere eſt non habere poteſtatem ſurgendi,ſed iacere in terra: Inanem aũt eſſe eſt, neq; ullum bonũ in ſe habere quo quis ualeat tãdem erigi,& aſſurgere. *Vbi apparet,quod & ſi miſerum ſit cadere in aliquo peccato:miſerrimũ tamen eſt nullum in ſe habere bonum, quo innixus aſſurgat.*

CXLIII.

S. *CAESAR. Arelaten. Hom. 11. de diligendis inimicis, ſic ait:* Beatus uerò Dauid licet multis uirtutibus fuerit exornatus, nulla tamen eum actio familiarius Deo coniunxit, quam dilectio inimicorum ſuorum. *Et poſt pauca afferens ſupra dictum verſum, ait:* Ecce quali maledicto ſeipſũ condemnat,qui de inimicis diligendis Dei præcepta contemnens odium in corde ſuo ſeruare non metuit. Vnde conſiderandum eſt,qua fronte,uel qua conſcientia uerſiculum iſtum ex ore ſuo proferre poterit, qui inimicis ſuis mala pro malis retribuit.

CXLIV.

S. *IOAN. Chryſoſt. Homil. ibi ſic:* Vidiſti iuſti fiduciam,& optimam conſcientiam.Niſi.n. ualdè ſibi confidiſſet, nõ eſſet talia imprecatus. Quod autem dicit eſt huiuſmodi.Si feci iniuriã, ſi me ultus ſum,hæc & illa patiar, & in ſe ipſum fert ſententiam, & non poſtulat, ut pro modo rei iudicetur,ſed ſupra magis, ut ſupra meritum luat pœnas,& ſeipſum reddit in ſupplicium obnoxium,à quo ipſum lex prohibet. *Et poſt pauca reſpondens cuidam obiectioni, nempè, quomodo Sanctus Vir inimicos ſe habere confiteri non erubeſcat: ait:* Quod ſi illi erat inimicus,non poteſt in eum culpa conferri, neq; enim ipſe præbuit occaſionem: *& poſt pauca iterum ſic:* Non ergò reſpice an inimicos habuerit, ſed an eos ipſe fecerit. Neq;.n. Chriſtus hoc iuſſit, nos non habere inimicos,ſed non odiſſe,hoc .n. eſt in noſtra poteſtate:illud verò omninò non eſt. Nè autem ſine cauſa odio habeamus,non eſt in noſtra poteſtate,ſed in eorum,qui oderunt. Improbi enim bonos nulla omninò de cauſa odiſſe conſueuerunt.

CXLV.

S. *IOAN. Chryſoſt. vbi ſup. deducens ſubſtantiam huius ſententiæ à ſuo principio, nempè:* Domine Deus meus ſi feci iſtud: *aliud ait rogaſſe Dauid, nempè liberari ab Abſolone, allegãs Deo ſe tale, quod committebat Abſolon minimè commiſiſſe: ait enim;* Quid eſt ſi hoc feci? Quod patior, inquir. Si inſurrexi aduerſus patrem, ſi ſic me iniquè geſſi. *Notans autem Dauid non explicitis verbis caſum Abſolonis concinere: ait:* Sed nec hìc quidem, eum qui fecit iniuriam, dicere nominatim in animũ inducit,ſed pro filio erubeſcit, & pudore afficitur. Quemadmodum ſicut vir generoſus videns vxorem ſuam adulterarĩ, nec nominatim quidẽ eius delictum in medium proferre ſuſtineat: ita hic etiam,Non dixit:Si inſurrexi aduerſus eum, qui genuit,ſi fui parricida. Sed:ſi feci hoc. *Vbi apparet, & quod inuerecundè ſe poſcit à Deo liberari ab illis,quæ aliis irrogauit malis: & quod defectus filiorum vergunt in ruborem patrum, vnde il-*

Digitized by Google

Terra autem erat inanis, & vacua.

los nunquam (etiam in ſe commiſſos) debent publicare; ſed ſi neceſſè eſt confusè allegare.

CXLIV.

I*Dem, poſtquam in ſupradictis verbis intelligit, locutum fuiſſe de peccato filij, quod vlciſci minimè paſſus fuit: intelligens ſequentia de venia Saul, & Semei, cæteriſq; ad quos velut per gradus aſcendebat: ait* In filio enim, vel ipſa natura prohibebat, ſed ſi alios, inquit, iniuria affeci, vel etiam vltus ſum. *Vbi apparet, non eſſe tàm meritorum noſtrorum defectus, & iniurias parcere: niſi etiam parcamus alienis, & extraneis.*

CXLVII.

I*Dem ibidem, aduertens, non contentum Dauid dicere ante immediatè:* Si eſt iniquitas in manibus meis: *ait:* Non dico de hac iniquitate: ſed nec alia, inquit, inuenietur eſſe in manibus meis iniquitas. Hæc autem dicit, non glorians, nec ſe magnificè extollens, ſed ꝙ à ſe rectè facta erant coactus dicere: ſed nec hoc quidem magnũ eſt, ſi conferatur cum eo, quod eſt dicẽdum. Si reddidi retribuentibus mihi mala, &c. Attende diligenter. Nõ eſt enim vulgare, quod dicitur bonum. Bonum quidem eſt iniuriam non facere, ſed multò præſtantiùs, & ſapientis animis, non vlciſci eum, qui facit iniuriam. Atq; hoc quidẽ lex concedebat, iubens oculum pro oculo, & dentem pro dente excindere: nec ſic lex tranſiliebatur, ſed hìc tanto erat ſtudio ſapientiæ præditus, vt non ſolùm legem non tranſgrederetur, ſed etiam ex nimia quadam abundantia eam longè ſuperabat, foſſas, vt eſt in prouerbio, tranſiliens. Non enim exiſtimabat ſufficere ad virtutem, niſi etiam iuſſa longo interuallo ſuperaret. Quemadmodum ergò fecit etiã Paulus, qui ex Euangelio iubebatur viuere, & non viuebat, ſed ſine ſumptu prædicabat Euangelium. *I*ta etiam Dauid, cum lex ei permitteret vlciſci inimicos, non ſe continuit intra hunc modum, ſed eũ lõgè etiam ſuperauit. *Vbi apparet, & quod Sancti coactè ſuas prædicant virtutes, non gloriantes: & ꝙ omni innocentia gradum ſuperat inimicis parcere: & quod minimè dici poteſt perfectus, qui intra limites legis ſe continet, niſi etiam ad maiora tranſiliat. Addatur ad primam aduertẽtiã illud Ludolph. Cart. Expoſit. ibi ſic:* In his verbis nõ eſt ſuperbia elati: ſed humilis confeſſio non ingrati.

CXLVIII.

S*AVGVST. Enarr. ibi ſic:* Et benè non ait: Si de tribuentibus mihi mala, ſed retribuentibus, Qui .n. retribuit, iam aliquid acceperat. Maioris aũt patientiæ eſt, nec ei mala rependere, qui acceptis beneficijs reddit mala pro bonis, quam ſi nullo ante accepto beneficio nocere voluiſſet. *Et poſt pauca ſic*: Decidam ab inimicis meis inanis. Inaniter .ſ. ſe iactat, qui cùm & ipſe homo ſit, cupit ſe de homine vendicare. Et cũ ſuperare hominem palam quærit, occultè à diabolo ſuperatur, inanis effectus, vana, & ſuperba lætitia, quod quaſi vinci non potuit. Intelligit ergò iſte vbi maior fiat victoria, & vbi pater reddat, quæ videt in occulto.

CXLIX.

C*AET. Com. ibi ſequens lectionem Hebræ. quæ ſic legit:* Si retribui pacifico meo malũ: & erui anguſtatorem meum inaniter: *ait:* Scilicet, ſi liberaui inaniter Saulem anguſtatorem meum. Quamuis .n. non ſit alibi ſcriptum, ex iſto tamẽ textu inſinuatur, quod Saul, ſeù complices eius poſteaquam redierunt ad propria, interpretati ſunt, quod Dauid in ſpelunca nõ pepercit Sauli ex intentione bona, ſed id, quod fecit ex quadã vanitate ad oſtentationem ſuæ bonitatis. Et habebant argumentum: quia ſi Dauid occidiſſet Saulem in ſpelunca, fuiſſet ipſe cum omnibus ſuis in ſpelunca latentibus occiſus à tribus millibus electorum virorum Saulis, qui erant extra ſpeluncam. Propterea dicebant, abſcidit oram clamydis Saulis, vt oſtentaret ſe virũ bonũ, &c. Ad hoc .n. excludendum directè tendunt verba huius particulæ: Et erui inaniter anguſtatorẽ meum. *Vbi apparet, nihil ſic Sanctos percutere, quã ſi bona facta eorum oſtentationi, & neceſſitati attribuantur. Inane enim, & inaniter factum reputant quicquid non ſincerè, & pura intentione fit.*

CL.

C*ARD. Thom. Iorg. Angl. Com. ibi. Tenens, vindictam oriri à ſuperbia, computans pœnam, quam hic ſibi imprecatur Dauid, ait,* Recidam meritò, &c. inanis. i. vacuus, & ſpoliatus bonis ſpiritualibus gratiæ, & virtutum. Talis autem cadit .i. ſeorſum cadit. Et correſpondet iſta pœna primo peccato, videlicet ſuperbiæ, quia .n. eleuatur vltra debitum, ideò pœna eorum conueniens eſt caſus, & ruina. Iſai. 14. Quomodo ceci-

diſti

Terra autem erat inanis, & vacua.

dicti de cœlo Lucifer,&c.? Dicit Alber.Magn. 8.de Animal. quod eſt ſpecies quædam Aquilæ,quæ comedit carnes,& comeſtis ducit oſſa in altitudinem,vt cadentia ſupra ſaxa frangātur, & ſic comedit medullam.Sic & diabolus, infirmiores de peccato carnis tentat, & ſibi incorporat:fortiores verò,& qui videntur quaſi oſſa, de ſuperbia tentando ſurſum eleuat, & ſic eorū medullam mentis attentatione ad ſe trahat. Sic vicit diabolus primos parētes, & ſic vicit & filios.Bernard.in quodam ſerm.Cecidimus oēs ſuper aceruū lapidum, & in luto,vndè non ſolū inquinari, ſed inuoluti, & grauiter quaſſati ſumus.Sap.4.Erunt decidentes ſine honore,& in contumelia inter mortuos.

C L I.

ORIGENES,*prout in Caten.Daniel.Barb.ibi ſic*:Inanis eſt,qui non dicit,oēs de pleni tudine eius accepimus.Qui verò tales ſunt,arūdines,quæ feras inter ſe latentes enutriunt, appellantur:de quibus dictum eſt Pſ.67.Increpa feras arundinis. Et diabolus ſub vmbra dormit in ſecreto calami,in locis humentibus,in papyro,& arundinetis,vt dicitur Iob 40.Ipſe .n.Rex eſt eorum,qui in aquis degunt.*Vbi apparet,Diabolum non ingredi, niſi vacuos, & inanes diuinæ gratiæ.*

C L I I.

LVDOLPH.*Cart.Expoſit.ibi ſic*: Et nota, tres gradus patientiæ. Primus, quando aliquis patienter ſuſtinet mala,quæ meruit: & illud eſt bonum. Secundus,quando ſuſtinet mala, quæ non meruit:& illud eſt melius. Tertius,quando patienter ſuſtinet mala pro bonis,quæ fecit: & illud eſt optimum.Sic fecit iſte: Secūdum illud Poetæ.Si vis vincere,diſce pati.

C L I I I.

IVFINVS *Aquileinenſis Com.ibi ſic*:Ideſt meritò negligentiæ meæ perſequentibus inimicis, corruam vacuus à fructu iuſtitiæ.Iuſtū eſt enim, ut ab inimicis victus decidat,quiſquis ſe contra eos armis virtutum, & bonorum operum minimè roborat.

C L I V.

D. HAYMON.*Com.in Pſ.22.Ad illud*: Dominus regit me,& nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocauit:*ait*, Nihil mihi deerit, mihi dico,poſito in loco paſcuæ, .i. in diuina Scriptura,quæ vocatur paſcua per ſimile:quia ſicut animalia in paſcuis reficiuntur, ita fidelis anima diuinis Script.impinguatur.

C L V.

S. IOAN.*Chryſoſt.vt in Caten.Dan. Barb. ibi ſic*: Videte,quomodo ſe commendat Eccleſiæ ore filiorum ſuorum,quia verè, quem Deus regit,nec cadere poteſt,nec errare. Iſte Rex noſter, qui regit quotidiè corda, & corpora noſtra, interiores,& exteriores ſenſus conſeruat, & nihil deficit. Nihil deerit. Magnum eſt, cum Deo non peccatur,donat ſapientiam, prudentiam, temperantiam,fortitudinem,& iuſtitiam.Cùm iſta non defecerint, quid quærit auarus? In iſtis virtutibus ſe totum Dcū refundit, & in quo totus eſt Deus,nunquam erit reus. *Quod benè applicare poteſt ſumentibus Sacroſ.Euchariſtiam: ſed, ſecundum illam communem lectionem*: Dominus paſcit me.

C L V I.

S. THO.*Com.ibi ſic*:Vndè dicit:Dominus regit me:Hiero.Dominus paſcit me: Et idē eſt: quia qui paſcit regit. Nihil mihi deerit, .ſ. deeo,quod eſt neceſſarium ad ſalutem: & in temporalibus:Luc.22,Quando miſi vos ſine ſacculo,& pera,&c.nunquid aliquid defuit vobis?Tū in futuro omnem ſufficientiam habebimus:quia nihil deerit nobis,quoniam habebimus Deum. Abundantiam omnem ſignificat metaphoricè per abundantiam cibi,& potus.

C L V I I.

S. HIER.*Com.ibi ſic*;Ante Aduentum.n. Chriſti,diabolus regebat mundum. Modo verò Chriſtus regit Eccleſiam ſuam. Et ideò: Nihil mihi deerit. Qui enim Deum habet, qui Deo adhæret nihil boni deeſt ei. Nihil inquit Pſ.33. deeſt timentibus eum.

C L V I I I.

DIONYS.*Cart. Expoſit.ibi ſic*: Non quod ſimpliciter nihil deſit eis: aliàs eſſent perfecti beati,nec aliam vitam optarent, ſed nihil deeſt eis eorum,quæ neceſſaria ſunt ſaluti, vel eorum quæ petunt à Domino.Nihil quoq;deeſt ei,quē Deus regit per ſpecialem prouidentiam:quoniā bona futura,quæ nondum habet in re,habet in ſpe,& in propinqua diſpoſitione,imò iam vnum pedem habet in cœlo.

Terra autem erat inanis, & vacua.

CLIX.

FOLENGIVS *Mantuanus Com. ibi ſic:* Felix prorſus Chriſtianorum conditio, ſi quemadmodũ crebrò, & hoc, & huius ſimile de Deo teſtimonium ore proferũt: ità perſuaſum animo haberent, ſibi nihil, quò ad ſuam, tùm corporis, tùm animæ, ſpectat ſalutem, deeſſe poſſe, Deo propitio, tutore, & duce.

CLX.

CASSIOD. *in Pſ. 75. Ad illud,* Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis: *ait:* A bonis & æternis reſtigerentes: carni acquieuerunt profutura non videntes. Ideò addidit: ſuum: vt eos à beatorũ quiete diſcerneret. Et nihil inuenerũt, &c.

CLXI.

CATEN. *Aure. ibi ſic:* Hier. Aug. Caſſ. Glo. Verè enim hæc vita ſomnus eſt: nam ſicut qui videt per ſomnium iuueniſſe ſe theſauros tãdiù diues eſt, quandiù non euigilet: ita ſunt diuitiæ in hoc mundo, quas dùm tenemus amittimus: notanter aũt non dixit habentes diuitias. Multi .n. habent, qui non amant eas: ſed viri diuitiarũ, qui .ſ. totam ſpem ponunt in incerto earum: quos ſomnus diuites facit, euigilatio verò pauperes.

CLXII.

S. REMIG. *Enar. ibi ſic:* Ideſt delectationem habuerunt in terrenis, quæ tamen quaſi per ſomniũ poſſidebant, quia temporalia nihil ſunt, Si non credis, dormis, euigilabis, nihil eſſe videbis. Quod dicit: dormierunt ſomnum ſuum, ideſt terrenis obcæcati, facti ſunt comparabiles dormientibus in ſtramine, & ſomniantibus ſe iacere ſuper culcitras, & pallio coopertos: qui cùm excitantur vident nihil eſſe, quod ſomniauerũt, Itaq; qui in hac nocte carnis terrenis adhærent, tandem nihil eſſe terrena intelligent, & eis adhæſiſſe dolebunt.

CLXIII.

AGELLIVS *Com. ibi, intelligens de Sẽnacherib, & militibus ſuis: ſequenſq; lectionem Hebr.* Et non inuenerunt manus ſuas. *ait:* Qui ſpolia, qui vrbes, qui regna ſe inueniſſe, ac viciſſe gloriabantur, ij nè manus quidem, vireſq; ſuas inuenerunt, eos vires ipſæ, manuſq; ſuæ defecerunt: ei operi, quod ſe perfecturos ſperabant, ac minabantur, vires, manuſq; ſuas nõ ſufficiſſe, & impares fuiſſe experti ſunt. *Vbi qui mala ſe aliquibus facturos velut ſomniantes præmeditantur: attẽdat, ne fortè cùm ad opus aggrediẽdum peruenerint, manus ſuas non inueniant. Deſunt multotiès manus deſiderio, & vires intentui.*

CLXIV.

IDem *ibi ſic:* Quod dicit: Et nihil inuenerũt, &c. Ideſt nihil tandem inuenti ſunt, omnes viri diuitiarũ in manibus ſuis. Quia ex omnibus diuitijs nihil inuenerunt in manu retribuentis, niſi quod hic ponitur in manu pauperis. Et ideò qui ibi vult habere manus plenas, hìc attendat vacuas manus pauperis.

CLXV.

LVDOLPH. *Cart. Expoſit. ibi ſic:* Viri diuitiarũ .i. à diuitijs poſſeſſi. Auari .n. non habent diuitias, ſed habentur ab eis: in manibus ſuis .i. in poteſtate ſua: quia nihil in manibus pauperũ poſuerunt: vt ẽt Auguſt. dicit. Manus pauperum gazophilatium Dei ſunt: in quibus ſi terrena mittis largiendo ſeruas.

CLXVI.

IDem *ibi: Aduerſum ſequentem:* Ab increpatione tua Deus Iacob dormitauerũt, qui aſcẽderũt equos. *ait:* Quaſi dicat: Ideò nihil inuenient tandem, quia cùm deberent excitari à tua increpatione .i. à tua prædicatione Deus Iacob, futura attendentes videlicet, dormitauerunt, .i. aures ſuas terrenis obturauerunt. Et ſic clamor, qui alios ſolet excitare, eos facit obturare: quia quãtò ſæpiùs admonebantur terrena dimittere, tantò dulciùs fuit eis adhærere. Et hoc ideò, quia aſcenderunt equos ſuperbiæ, videlicet, præſumentes de ſæculari dignitate, de nobilitate parentum, & de cœteris ad mundum pertinentibus.

CLXVII.

D. HAYMON, *Com. ibi ſic:* Per diuitias, non ſolum vſitatas diuitias accipimus, ſed etiam quælibet deſideria carnalia. Nihil in manibus ſuis inuenerunt, .i. in poteſtate ſua: *qui* prius putauerunt eas diuitias ſemper ſufficere, & eas in ſua poſſeſſione habere.

CLXVIII.

DIONYS. *Cart. Enar. in Pſ. 88. Ad illud:* Nihil proficiat inimicus in eo. *ait:* Inuiſibilis .ſ. dæmon, in eo finaliter. Nam quamuis eum aliquotiès ad magnam ruinam induxit, non tamẽ fina-

Digitized by Google

Terra autem erat inanis, & vacua.

finaliter eum decipere potuit, ſed omnia etiam mala cooperata ſunt ei in bonum, quia poſt culpam cautior, humiliorq; ſurrexit.

CLXIX.

CASS. *ibi ſic.* Sequit quidem diabolus, & exercet: ſed prodeſt, non nocet filius iniquitatis. *Addatur, quod D. Haymon. Com. ibi ait.* Nihil proficiet in eo: vt cum tentet eum, faciat eum ſuæ perſuaſioni conſentire. *Vbi apparet, diabolo nihil prodeſſe tentare: ſi ex noſtra parte ei non detur conſenſus.*

CLXX.

AGELLIVS *Com. ibi exponens lectionẽ Origenis, nempe:* Nihil iuuabit inimicos ſuos: *ait.* Cũ peccamus inimicos noſtros iuuamus: propterea igitur inimicos ſuos Chriſtus non iuuabit in re vlla. *Vbi apparet, quod ſi inimicos noſtros in nos proficere quotidiè videmus, eſt quia nos illos noſtris iuuamus peccatis.*

CLXXI.

IDEM *ibi ſequens aliam litteram, quæ ait:* Nihil fænerabit inimicus ei. *ait.* Ex quo conſequenter illud intelligitur, non ad eam miſeriam eum deſcendere patiar, vt propter anguſtiam rerum illi neceſſe ſit ab inimico fænore ſumere, qui nõ modo ex inſito prius odio, ſed etiam iure uexare, & opprimere illum poſſit, & acerbiſſimè uſuras, & fænus exigat, & multiplicantibus uſuris & de rerum ſuarum poſſeſſione pellat, aut etiam non ſoluendo, nexum in ſeruitutem abducat.

CLXXII.

GLOS. *Moraliter in Pſ. 14. Ad illud.* Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus: timentes autem Dominum glorificat. *ait.* Quia bonus Prælatus malos à promotione repudiat, & timentes Deũ promouet, & honorat.

CLXXIII.

BEDA *Com. ibi ſic.* Quod ſic intelligendum eſt: quia tunc tantum homo malignus eſt, .i. malè agens eſt, quando creatorem ad cuius ſimilitudinem factus eſt, negligit, & terrena, quæ ab ipſo de nihilo facta ſunt, appetit.

CLXXIV.

CARD. *Thom. Angli. Com. ibi. ſic.* Per malignum poſſumus intelligere Mundum iſtũ, de quo 1. Can. Ioan. ult. Totus mundus in maligno poſitus eſt. Iſte autẽ malignus in conſpectu iuſti reputatione ad nihil deductus eſt, quia nihil ipſum appretiatur. Iere. 4. Aſpexi terram, & ecce uacua erat, & nihil. Nec mirum, quia (ſecundum Aſtrolog.) minima ſtella fixa uiſibilis maior eſt tota terra, & tamen multæ ſunt ſtellæ, quæ ſi forent magis ab aſpectu notabiliter elõgatæ, nihil uiderentur: quanto magis igitur, qui ſupra ſtellas illas ualde eleuaretur de terra, quæ minor, & obſcurior eſt, in tanta elongatione nihil uideretur, & nihil fore exiſtimaretur? ſed locus Beatorum, uidelicet, Cælum empyreũ, ualde ſupra illas ſtellas eleuatur cum mediet cælũ unum, .ſ. opera noua, ſeu ſolum chriſtallinum, igitur ibi exiſtentes tanquam nihil exiſtimant mũdum iſtum. Sed uiri iuſti tales ſunt, qui in hac peregrinatione conſtituti cogitatione, & auiditate in illa æterna patria conuerſantur, & quorũ conuerſatio in cęlis eſt. Sap. 7. Diuitias nihil eſſe dixi in comparatione illius. Greg. Moral. 7. Cũcta quippe, quæ foris eminent, occultis eorum obtutibus per defectum iacent.

CLXXV.

RVFINVS *Aquileienſis Com. ibi, ſic.* Quidam videntur magni ante ſe, de quibus ſcriptũ eſt Eſai. 3. Væ, qui ſapientes eſtis in oculis veſtris: ſed ante Deum nihil ſunt, teſte Apoſtolo. Galat. 5. qui ait. Qui putat ſe aliquid eſſe, cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. Nec iſte ex hoc magnus eſt, nam inflatio, & tumor imitatur magnitudinẽ, ſed non habet ſanitatem.

CLXXVI.

FOLENGIVS *Mantuanus. Com. ibi ſic.* Verum paululum diuerſius legunt Hebræi hũc verſum. Deſpectus in oculis ſuis contemptus eſt: timentes Dominum honorabit. Quod quidem ſic reddit paraphraſtes: Qui ipſe cõtemptor ſui, & de ſe ipſo nihil minus quã magnificè ſentiẽs, alienæ virtutis eſt admirator: maximè autem facit eos, qui reuerenter colunt Deum. Quaſi diceret: ſeſe poſt habito, cæteros diuini honoris ſtudioſos, quanto poteſt affectu complectitur, beneficijs ſubleuat, & demum totus in alienis eſt comodis. Aſpicis ne quomodo paſſim per ſcripturas vox illa, de qua nonnulla ſupra, charitatem .ſ. à ſeipſo incipere abrogetur?

CLXXVII.

HVGO *Card. Poſtil. ibi ſic.* Malignus .i. diabolus. Malignus .n. dicitur à maligno igne 1. Ioan. 2. Scribo vobis iuuenes, quoniam viciſti

mali-

Terra autem erat inanis, & vacua.

malignum. Vel malignus .i. Mundus. 1. Io. vlt. Totus mundus in maligno poſitus eſt. Vterque iſtorum deducitur ad nihilum, in conſpectu viri iuſti. Diabolus per reſiſtentiam. Iacob. 4. Reſiſtite diabolo, & fugiet à vobis. Mūdus per contēptum. Philip. 3. Omnia dettimentum feci, & arbitror, vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam.

CLXXVIII.

IDEM iterum ſic. Vel ſic. Malignus i. diabolus deductus eſt ad nihilum, quando proiectus eſt de paradiſo. In conſpectu eius .i. vt homo conſideraret caſum eius, & à conſimili ſibi caueret. Vnde dicit ei Dominus Ezech. 28. Eieci te de monte Dei, & perdidit te ò Cherub protegens de medio lapidum ignitorum. Eleuatum eſt cor tuum in decore tuo: in terram proiecite ante faciem Regum, vt cernant te. *Vbi apparet caſus impiorum ſcientiam, & publicationem inſeruire ad cautelam cæterorum, & maxime piorum, ante quorum conſpectum Deus tales deducit.*

CLXXIX.

S. THOM. *Com. ibi ſic.* Aliquis magnus intendit nocere, ſed ex quo eſt malignus cōtemnas eum: quia talium derogatio eſt noſtræ vitæ approbatio. Pſal. 26. Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum .i. peccatores. Sed virtuoſum hominē reputa magnum: ideo dicit: Timentes autem Domini glorificat. Eccleſ. 25. Quam magnus eſt, qui inuenit ſapientiam, & ſcientiam, ſed non eſt ſuper timentē Dominum.

CLXXX.

TITELMAN. *Com. ibi intelligēs, vt patet hic deſcribi virtutes illorum, qui debent habitare in tabernaculo Domini: ait,* Qui inſuper homines malignos non magnificauerūt, non laudauerūt, non fouerunt in ſua malitia per adulationem, ſed magis (quantum in ipſis fuit) humiliare eos, & ad nihilum deducere ſtuduerunt: eorum conatibus malis conſtanter, & viriliter amore iuſtitiæ reſiſtendo.

CLXXXI.

CAETAN. *Comm. ibi ſequens lectionem Hebrai.* Spretus in oculis ſuis, abominabilis, & timentes Dominum honorabit. *ait:* Spretus (ſuple eſt, & erit) in oculis ſuis, hoc eſt, intus in oculis mentis ſuæ: nec ſolum ſpretus, ſed abominabilis, proprijs oculis internis. Et reſpectu aliorū, reddendo honorem, cui verè debetur, & timentes Dominum honorabit. Vbi aduertē radicem, affectum, partesq; virtutis illius, quam humilitatē appellamus, pleniſſimè hic deſcribi. Radix ſiquidem humilitatis eſt reuerentia ad Deum. Affectus humilis in duas ſecatur partes. Alter a ſpernit quicquid ſui eſt, recognoſcens nihil ſuū eſſe, niſi malum. Et propterea non ſolum ſpernit, ſed abominatur ſeipſum ex parte ſui. Vndè & ad Saulem elatum dicitur. 1. Reg. 15. Nonnè cum quum eſſes paruulus in oculis tuis, &c. Altera magnificat, honorat, glorificat quicquid Dei eſt. Et timentes Dominum honorabit.

CLXXXII.

S. BERN. *Serm. 1. de Annuntiat. Supradict. verſ. afferens ſic explanat:* De operibus verò bonis certum omninò eſt, quod nemo hæc habeat à ſeipſo. Nam ſi ſtare non potuit humana natura adhùc integra, quantò minus poterit per ſeipsā reſurgere iam corrupta? Certum eſt ad ſuā originem vniuerſa, quantum in eis eſt tendere, & in eam ſemper eſſe partem procliuiora. Sic & nos, qui de nihilo creati ſumus, conſtat, quia ſi nobis ipſis relinquimur, in peccatum ſemper (quod nihil eſt) declinamus.

CLXXXIII.

IANSEN. *Com. ibi. ſic.* Quin etiam improbos, & malignos homines, & ſi genere, opibus, & gloria florentes, & apud Mundum inſignes pro nihilo ducit, quatenus mali ſunt: reuerentes aūt & colentes Dominum magni facit, ac laudat, licet humiles ſint, & obſcuri, & apud homines abiecti, ac contempti. Nimirum, quia virtutem, & iuſtitia ex animo colit, & amat, vitia autem pœnitùs deteſtatur. *Addatur, quod Agellius Com. ibi ſic:* 70. id ſenſerunt eiuſmodi virum habitaturum in tabernaculo Dei, qui ab acceptione perſonarum eſt remotiſſimus. *Cætera proſequutur, vt ſupra. Et illud S. Baſil. vt in Cat. Dan. Barb.* Generoſæ mētis, & quæ nihil ad res humanas propendeat, ac viri, qui ad ſummum iuſtitiæ peruēnit, opus eſt, pro dignitate vnicuiq; diſtribuere, & malignos ad nihilum redigere, etiam ſi magnis poteſtatibus, &c. *Et illud Rufini Aquilei,* Etſi Imperator eſt, & ſi Epiſcopus eſt, & ſi Præsbyter (in Eccleſia .n. iſtæ ſunt dignitates) quicunque malus eſt, in conſpectu Sancti pro nihilo computatur.

LV-

Terra autem erat inanis, & vacua.

CLXXXIV.

LVDOLPH. Cart. Expoſit. ibi: ſic: In conſpectu eius .ſ. viri iuſti, vt nihil in eo valeat malignus .ſ. diabolus, vel homo malè ſuggerens, à quibus non potuit cogi nocere alij. Vel, homo malignus: homo .ſ. iniuriæ illator, vel proximi criminator, quē pro nihilo ducit, & habet quantumcunq; ſit magnus: quia non eſt aliquo honore dignus.

CLXXXV.

S. AVGVST. Enar. in Pſ. 38. Ad illud: Et ſubſtantia mea tanquam nihilum ante te. ait. Ante te Domine, tanquam nihil ſubſtantia mea, ante te, qui vides hoc, & ego cum hoc video ante te video, ante homines non video. Quid .n. dicā? Quibus verbis oſtendam nihil eſſe, quod ſum in comparatione eius, quod eſt? Sed intus dicitur, intus vtrunq; ſentitur, ante te Domine, vbi oculi tui ſunt, non vbi oculi humani ſunt. Quid vbi oculi tui ſunt? Subſtantia mea tanquā nihil. *Vbi apparet, ad cognitionem noſtræ humilitatis neceſſè eſſe, & ab hominum conſortio ſeparationē, Deo coniunctionem, eiuſq; æternitatis cognitionem, & diuino illuminari intuitu. Addatur illud S. Tho. Com. ibi*, Id eſt dum conſidero illud, quod ante te eſt .i. bona æterna, quę dabis Sanctis, ſubſtātiam meam nihil reputo. Vel ſic. Qui conſiderant res mundi huius ante te .i. oculo diuino, nihil reputant eas.

CLXXXVI.

HVGO de S. Victo. vt in Cat. aure. ſic: Vel quia vita præſens breuis eſt, mala eſt, incerta eſt. Propterea, quia incerta dictum eſt ſupra: Notū fac mihi Domine finem meum: quia breuis eſt dicit: Ecce mēſurabiles poſuiſti dies meos: quia verò mala eſt, ſubdit: Et ſubſtantia mea tanquā nihilum ante te.

CLXXXVII.

A. GELLIVS Com. ibi, ſequens illam lectionem Aquilæ: Et veſpera mea propèmodum non eſt coram te. ait: Verè enim vitæ noſtræ poſtrema pars haud dies integer, ſed diei pars extrema, & obſcurior exiſtimanda eſt, propter illius tùm breuitatem, tùm ærumnas, ac miſeriam, vt tenebras magis, quam lucem habere, & nocti ſimilior eſſe, quam diei videatur.

CLXXXVIII.

IDem ibi ſequens, ſeù afferens illam etiam verſionem 70. nempè; Subſidentia mea, &c. ait: Nam in liquoribus, quod ſubſidit, id fœculentiùs eſt, & obſcuriùs; ita in vita poſtrema pars tanquam totius vitæ fœx obſcurior eſt, & imperior.

CLXXXIX.

CASSIOD. vt ibid. ſic: Et meritò dicit (ſubſtantiam ſuam antè Deum (nihil eſſe, quæ Adā peccante damnata eſt? cui niſi aliquid diuinitas contulerit de proprio non habet opere, quod præſumat.

CXC.

S. REMIG. Enar. ibi ſic: Subſtantia mea, quam hìc habeo, quam mihi ex nihilo dediſti, tanquam nihilum ante te eſt .i. ad comparationem illius ſubſtantiæ, & illius claritudinis, quam habiturus ſum in præſentia tua.

CXCI.

D. HAYM. Com. ibi ſic: Subſtantia mea .ſ. non renouatio, quam fecit Chriſtus, ſed vetus eſſentia corruptibilis, quam traximus ab Adam, eſt tanquam nihilum ante te: Non dico in conſpectu hominum, qui magnificant hominem ad comparationem beſtiarū, ſed ante te .i. in præſentia tua.

CXCII.

CAET. Com. ibi, ſequens Hebraicam lectionem: Et tempus meum, quaſi nihil coram te. ait, Aeſtimatur: hoc eſt ita relinquis tempus vitæ meæ ſubiectū innumeris varietatibus, ac ſi pro nihilo illud habeas. Quod enim pro nihilo habetur, relinquitur currat, quomodo currat: quod autem charum habetur, non ſic relinquitur. *Vbi apparet, varietates vitæ impij eſſe à contemptu Dei, qui pro nihilo tempora vitæ impiorum reputat. Vnde non diuinæ prouidentiæ diſponenti ſunt attribuendæ, ſed contemptui ad libitum pro nihilo relinquenti.*

CXCIII.

S. IOAN. Chryſoſt. Hom. in prædict. Pſ. ſic: Dixit, noſtram ſubſtantiam nihil eſſe coram Deo, non quod eam deſpicetur Opifex: ſed q̄ quemadmodum gutta aquæ nihil fuerit, ſi cum mari comparetur: ita homo ſi eum Dei ſubſtantia cōferatur, iure nihil eſſe inuenitur.

CXCIV.

HVGO Card. Poſtil. in Pſal. 55. Illud: Pro nihilo ſaluos facies illos: in ira populos confringens: *legens primam particulam per interrogan-*

tem

Terra autem erat inanis, & vacua.

tem: ait in perſona Eccleſiæ de ſuis perſecutoribus; Saluabis aduerſarios meos pro nihilo .i. qui nihil boni fecerunt, ſed tantùm mala? Quaſi diceret, Non decet iuſtitiam tuam, ideò ſubditur: (In ira) .i. in vindicta iuſtitiæ tuæ (confringes eos.) *Vbi, qui ſe nihil boni feciſſe, inſuper mala commiſiſſe cognoſcunt, attendant quomodo ſaluari ſperant.*

CXCV.

BEDA *Com. ibi ſic:* Poteſt etiam ſaluatio præcedens in bono accipi, ſic. Licet illi tam praui ſint, tamen tu Deus facies illos ſaluos, conuerſos, & fideles factos. Et hoc eſt tibi pro nihilo, .i. nihil pendens ſaluare eos, quia in verbo ſolo ſaluas eos, nec laboras in ſaluãdo, licet nos obſtupeſcamus in videndo.

CXCVI.

I*Dem ibi iterum.* Vel aliter: Facies eos ſaluos pro nihilo .i. ſine aliquo præcedenti meritò eorum. Quid enim Paulus blaſphemus perſecutor, & iniurioſus eum in via verbo proſtratus eſt & ſaluatus, attulit? Quid etiam Latro attulit in iudicium, de iudicio in lignum, de ligno in paradiſum? Nihil vtiq; præter fidem, quam ille ei dedit, qui iuxta pependit .i. Chriſtus.

CXCVII.

C*AET. Com. ibi ſequens lect. Hebr.* Super iniquitate euaſio ipſis? In furore populos fac deſcendere Deus. *ait,* Eſt vox Dauidis clamantis ad Deum vt tanta iniquitas non euadat inulta. Super iniquitate tali, ac tanta, erit nè euaſio Philiſteis? Vndè & ſubdit vindictam. In furore populos fac deſcendere Deus, hoc eſt, in furore tuo fac populos iſtos deſcendere, ruere. *Vbi apparet, Sanctis eſſe durum nimis impios videre ſuper iniquitate immunes à ſupplicio videre euadere.* Cõfirmat Agelius Com. ibi afferens illud Hierem. 50. Interficite eam, nec ſit quidquam reliquum.

CXCVIII.

A*GELLIVS Com. ibi: Intelligens idem eſſe, ac ſi de Iudæis Chriſtum Dominum crucifigentibus diceret Deo, quod pro nulla re parceret illis. ait,* Hoc ipſum vt illis eueniat præcatur, non quod illis inuiſus eſſet, ſed quod voluntatem ſuam cũ Dei voluntate coniunxiſſet, illudq; ipſum probaret, quod Deus decreuerat. *Vbi apparet, letitiã Sanctorum, imò imprecationes in malis, calamitatibuſq; impiorum, non denotare aliud, quam conformitatem voluntatum ipſorum ad Dei voluntatem, & diſpoſitionem, approbationemq; eſſe diuinorum decretorum.*

CXCIX.

S*AVGVST. Enar. in Pſal. 57. ad illum verſum:* Ad nihilum deuenient tanquã aqua decurrens; intendit arcum ſuum, donec infirmentur. *Legens ſic,* Spernentur tanquam aqua decurrẽs. *de ſui temporis hæreticis exponens ait,* Non vos terreant fratres quidam fluuij, qui dicuntur torrẽtes, hyemalibus aquis implentur, nolite timere, poſt paululum tranſit, decurrit aqua, ad tempus perſtrepit, mox ceſſabit: diù ſtare non poſſunt. Multæ hæreſes iam emortuæ ſunt, cucurrerunt in riuis ſuis quantum potuerunt, decurrerunt, ſiccati ſunt riui, vix eorum memoria reperitur, vel quia fuerit. Spernentur tanquam aqua decurrens: Sed non ſolum ipſi, totum hoc ſæculũ ad tempus perſtrepit, & quærit quem trahat. Omnes impij, omnes ſuperbi ſonantes ad ſaxa ſuperbiæ ſuæ, quaſi aquis irruentibus, & cõfluẽtibus: non vos terreant, hyemales aquæ ſunt, ſẽper manare nõn poſſunt, neceſsè eſt vt decurrant, neceſsè defluant in locum ſuum, in finem ſuum.

CC.

S*HIERON. Com. ibi ſic:* Sicut .n. aqua decurrens, aut abſorbetur à terra, aût in mari deficit. ita & illi adhoc dedecuntur, vt pereant.

CCI.

H*VGO Card. Poſtil. ibi ſic:* Aqua decurrens fluit ad mare. Et quando intrat mare, ad nihilum deuenit: quia nomẽ amittit. Sic iſti venientes in amaritudinem inferni, nomen quod ſibi fecerunt in terra, amittent. Prouer. 10. Nomen ipſorum putreſcet. Pſ. Perijt memoria eorum cum ſonitu. Vnde diues non nominatur, quia ſepultus eſt in infernum. Luc. 16.

CCII.

B*EDA Com. ibi ſic:* Eſt quædam aqua decurrens, torrens .ſ. quę pluuialibus aquis creſcere ſolet, ſed breui viatores impedit, quia citò deficit: ſic & iſtorum ſæuitia præcones veritatis, qui ſunt viatores ad patriam tendentes remoratur, parum tamen, quia citò euacuatur.

CCIII.

C*ATENA Aurea ex D. Hiero. & Caſſiod. ibi ſic:* Aqua .n. decurrens eſt torrens: hæc eſt aqua, quæ de montibus currit in conuallibus, & hye-

hyemalibus imbribus concitata ſubita inundatione deſcendit. Tales autem torrentes in hoc terribiles ſunt, quia improuiſi: in hoc verò periculoſi, quia præcipites: citò tamen tranſeunt, q̃a aut abſorbentur à terra: aut in mari dilabuntur. Sic & iſti citò tranſeunt, & ſicut aqua decurrens deficiunt *Vbi apparet, quod minimè negari poſſunt pericula perſecutionum impiorũ: maximè ſi ſint improuiſa, quamuis citò tranſire, & finiri cognoſcũtur. Vndè ſemper timenda, & ſi aduenientibus non ſit ſubcumbendum.*

CCIV.

CAET. *Com. ibi. legens cum Hebræ. ſic:* Liqueſcent, quaſi aquę, ibunt ſibi: tendet ſagittas ſuas ſicut conſcidẽtur: *intelligens dictum de perſecutione Saulis contra ipſum Dauid ab eo antè prophetatam: poſtquam narrauit duos celeberrimos illos caſus, in quibus Dauid pepercit Sauli; quibus cognitis, auditiſq; Dauid verbis Saul deſtitit à perſecutione, reuertendo cum ſuis ad propria, ait,* Hæc res geſta, hic modus deſiſtendi à perſecutione prophetauit hic. Liqueſcent quaſi aquæ (viſa quippè iterum manſuetudine Dauidis, corda eorum dura oportuit liquefieri) & ipſi ad ſimilitudinem aquarum defluentium, ex eo, quod liquefiunt ruent, ibunt ſibi, hoc eſt, reuertentur ad propria ſicut aquæ liqueſcentes fluendo deficiunt. Tendet ſagittas ſuas ſicut conſcidentur. Metaphora ſecunda eſt à tendentibus arcum ad ſagittandum .ſ. tendendo frangerentur ſagittæ: vana quippè eſſet omnis huiuſmodi tentio. Simile prophetat euenturum Sauli: quoniam oẽs conatus ſuos tendet, ac ſi frangerẽtur. Ita ſiquidem res geſta probauit: cõſciſi ſunt enim omnes conatus eius à manſuetudine Dauidis. *Et vt nè perfectè ab hoc acutiſſimo Cardinali elucidata materia trunca remaneat: aduertatur verſus ſequens:* Sicut cęra, quæ fluit auferentur: ſupercæcidit ignis, & non viderunt Solem: *quem Hebræus ſic legit:* Quaſi limax liquidus ibit: ſicut abortiuum mulieris: quæ non viderũt Solem. *ait:* Duas metaphoras ſimul habet ad deſcribendum vanum exitũ eiuſmodi perſecutionis. Prima metaphora ſumitur à limace nudo, ſeù potiùs ab animali impatiente Solis: quod .ſ. liqueſcit ad Solem. Altera metaphora ſumitur ab abortiuo mulieris. Vt intelligas: quod Saul in hoc perſequendi officio aſſimilatur abortiuo mulieris (dùm tantò tempore concepit, & viſus eſt parere mortem Dauidis, & tandem velut abortus eſt: quia vanè conatus eſt) & animali liqueſcenti ad Solem, pro quanto quum peruenit ad claritatẽ, ex parte manſuetudinis Dauidis velut liquifiebat. Diſſoluebatur enim animus eius. *Vbi apparet, odium impiorum in bonos, quantumlibet fortiter concepto per manſuetudinem bonorum in abortũ iri, & quaſi ad Solem per verba pacifica illorum liquefieri, frãgi, defluere, & annihilari.*

CCV.

INCOGN. *Expoſit. in Pſ. 58. Ad illum verſum:* Et tu, Domine, deridebis eos, & ad nihilum deduces omnes gentes: *intelligens primam partem de Iudæis Euangelium repudiantibus, & de gentibus eidem colla ſubmittentibus, ait,* Iudæi Meſſiam in lege promiſſum .ſ. Chriſtum recipere noluerũt, qui ad ipſos ſaluãdos venerat. Et ideò meritò deriſione erant digni, ſicut infirmus medicum abijciens. Notans ergò Chriſtus ipſorum malitiam ponit ipſorum pœnam, vt ab effectu cognoſcatur cauſa, & à pœna culpa, dicens. Et tu Domine deridebis eos. Vbi nota, quod deriſio eſt quædam vilipenſio, vel deſpectio deriſi facta à deridẽte. Et ſic ille, qui deridetur à Deo, à Deo deſpicitur. Deſpici autem à Deo, eſt ſumma pœna, quia deſpectus à Deo manet incorreptus, & obſtinatus in malo, propter quod dicitur Eccl. 7. Cõſidera opera Dei, quia nemo poſſit corrigere, quem ille deſpexerit. Et ſic in hoc, quod Deus derridebit Iudęos, eorum obſtinatio denotatur, & ſuperbia indurata. Sed gentes ad verba prædicationis Apoſtolorum ſe humiliauerunt: Chriſti fidem recipientes. Et hoc notans, ſubdit. Ad nihilum &c. Qui .n. verè eſt humilis, de ſe nihil præſumit, immo ſe nihil reputat eſſe, ſed quia tantam virtutem à ſeipſo nullus poteſt habere, niſi Deo faciente, ideo tanta humilitas Deo attribuitur cum dicitur. Et tu Domine ad nihilum &c. *Vbi apparet, & quam timendum ſit à Deo deſpici: & quantum peculiariter humilitatis virtus Deo attribuenda ſit, & nõ de nobis expectari.*

CCVI.

BEDA *Com. ibi: Pſalmum intelligens de Iudæorum peccatis, verſum hunc aſſignat irriſioni, qua illi irridebant Apoſtolos, dicentes. Gentes minimè conuertendas ad fidem: ait.* Ipſi quidem dicent ſic, quaſi impoſſibile reputantes, quod poſſunt

Terra autem erat inanis, & vacua.

aliqui conuerti: & tamen tu Domine deridebis eos .i. deriſione dignos facies eos: quia facile perficies,quod impoſſibile illi reputabant. Nãq; deduces omnes gentes .i. aliquos de omnibus Gentibus ad nihilum,in boc quod erant Gẽtes, .i. Gentiliter viuentes. Verte .n. impios, & non erunt. *Vbi apparei peccatores anihilari à Deo per gratiam, ita vt qui peccatores erant, iam non ſint .i. peccatores,*

CCVII.

H*VGO Card. Poſtil. ibi: ſic,* Et notatur hìc duplex pœna malorum. Prima erit confuſio: Vndè dicit: Deridebis eos. Secunda erit ſeparatio à Deo, quæ notatur cùm dicit: Ad nihilum deduces,&c. Ad nihilum .n. deducuntur, qui à verò eſſe ſeparantur,vt ſint ſocij eius,qui nõ eſt; ſicut dicitur Iob 18.

CCVIII.

S. *HILAR.Enar.ibi ſic:* Gentes etiam oẽs ſpernet viſitatas,& non obedientes,quia quamuis ex his ſit portio, quantalacunq; credentiũ, tñ vniuerſitas reputatur in plutimis, ſecundum illud Domini dictum: Nunquid cũ venerit Filius hominis inueni fidẽ ſuper terram? Non quod in aliquibus non reperietur,quibus,& dicerut: Venite benedicti Patris mei,&c.Sed cum pauci ex omnibus gentibus ſint fideles, non per paucos efficitur, nè non omnes gentes ſint infideles. *Vbi apparet,non iniuſte totam ſperni Cõmunitatem, generaliterq; declamari, in qua etſi aliqui boni, per pauci tamen,maiori parte in vitijs perſiſtentibus,*

CCIX.

T*HEODORET.Com.in Pſ. 59. Ad illum verſ.* In Deo faciemus virtutem, & ipſe ad nihilum deducet tribulantes nos: *ait:* Eius opem, inquit,implorabimus,& hac freti erimus: Ipſa nanq; ſola ſatis eſt ad res triſtes conſumendas, atq; ad inimicorum noſtrorum potentiam euertendam. *Addatur illud Glo.ex* D.*Auguſtin.* Quia Deus erit exercitus, & victoria noſtra. *Et quod idem Enar.ibi ſic:* Non faciemus virtutem in gladio,non in equis,non in loricis,non in ſcutis,nõ in potentatum exercitus, non foris: Sed vbi? Intus vbi latemus. Vbi intus: In *D*eo faciemus virtutem. *Et illud* C*aſſiod. ibi:* Quid igitur opus ſunt arma: vbi talia probantur eſſe auxilia. Ipſe enim pugnat,cui nullus reſiſtit: ipſe inſequitur: quem nullus declinat.

CCX.

S. *AVGVST.Enar.ibi de Martyribus dictum, intelligens,ſimulq; à latere percutiens aliquos,qui de gentilitate conuerſi feſtiuitates Martyrum epulis, & ebrietatibus ſolemniſabant: ait:* Quaſi abiecti, & quaſi conculcati, quaſi nullius momenti homines erimus, ſed ipſe ad nihilum deducet inimicos noſtros. Deniq; factum eſt hoc. Conculcati ſunt Martyres,patiendo,perferendo,in Deo fecerunt virtutem. Fecit & ipſe,quod ſequitur: Ad nihilum deducet inimicos noſtos. Vbi ſunt modò inimici Martyrum? Niſi fortè,quia modo eos ebrioſi calicibus perſequuntur, quos tunc furioſi lapidibus perſequebãtur. *Vbi apparet,non minus offendi Sanctos Martyres ab illis, qui epulis, & ebrietatibus ſuas celebrant feſtiuitates, quam ab illis, qui olim lapidibus eos obruere conabantur. Addatur commentum S. Remigij de Martyribus ẽt intelligens,reſpectu ſuorum perſecutorum:* Ad nihilum,&c. i. eos conuertendo. *Hæc eſt annihilatio quã Martyres à Deo ſuis perſecutoribus inclamant. Addatur illud Bed. hãc S. Aug. ſententiam explanãs.* Ebrioſos accipe,vel hac dulci vita, vel vino inebriatos, qui quaſi calicibus Eccleſiam perſequuntur: quia ſæpè ſanctis viris inferunt,& contradicunt,

CCXI.

D*IONYS. Cart. Expoſit. ibi ſic: comment.* In Deo faciemus virtutem. Ideſt,diuina virtute præualebimus, & opera virtuoſa agemus. Et ipſe ad nihilum deducet tribulantes nos: Deus enim tẽpore Dauid contriuit aduerſarios Iſrael. *Vbi,qui auxilium, & virtutem Dei expectant aduerſus aduerſarios,aduertant, quod ipſi debent facere hanc* Dei *virtutem, hoc Dei auxilium, nempè operando,& faciendo opera bona,quę Deus reſpiciẽs, ſuum non negabit auxilium: non enim dicit,* A Deo ſperabimus,aut poſtulabimus virtutem: *ſed:* in Deo faciemus virtutem.

CCXII.

S. *HIERON.Com.ibi ſic:* In ipſo ſit virtus noſtra: in ipſo omnis gloria, & ipſe ad nihilum rediget tã vitia,quę nos tribulant: quam inimicos, qui nos impugnãt, & à ſpe æternitatis reuocare conantur.

CCXIII.

C*ASSIOD.ibi ſic:* Non enim diabolo incẽdio, gladioq; certandum eſt: ſed illis virtuti-

bus

Terra autem erat inanis, & vacua.

bus, quibus Chriſtus ipſe pugnauit: vt ſcilicet ſuperbiam humilitate ſuperemus. Ipſe deniq; in Deo facit virtutem, qui in mandatis eius iugiter perſeuerans diabolicas tentationes, eodem miſerante, calcauerit, ſequitur: Et ipſe ad nihilum deducet tribulantes nos: .ſ. diabolum, & malos homines.

CCXIV.

CAET. Com. ibi ſequens lectionem Hebr. 5. In Deo faciemus virtutem: & ipſe calcabit anguſtiatores noſtros: *ad litteram intelligens dictum à Dauide pœnitente, ex eo, quod tam ipſe, quã ſui milites armis, viribuſq. ſuis, etiam victoriam conſecutos fuiſſe, & in caſu, quod ſuper aduenientes inimicos timebant: notans affirmatiuam, qua ſe victoriam promittebat: ait*, Purgata culpa intellexit Propheta ſe exauditũ. Et propterea prophetat. Et ipſe Deus calcabit anguſtiatores noſtros, Idumæos; Ammonitas, &c. *Vbi Reges, & milites Chriſtiani ſtudeant de præteritis culpis pœnitentiam agere: illa demùm verè peracta benè victoriã, quaſi prophetando ſibi promittere licebit.*

CCXV.

S. HIER. Com. in Pſ. 72. *Ad illum*: In Ciuitate tua imaginem ipſorum ad nihilum rediges: *ait*: In Ciuitate, inquit, tua, hoc eſt, in illa cœleſti Hieruſalem: imaginem ipſorum ad nihilum rediges cum pulſantibus his cœleſtem regiam dices: Diſcedite à me operarij iniquitatis: quia non noui vos. *Addatur, quod ibi ait, Caſſiod.* Impij nanq; in illa cœleſti Hieruſalem diuinis non poſſunt apparere conſpectibus: ſed ſicut in hoc ſæculo imaginem in ſe Domini polluerunt: ita in illa futura patria eorum effigies non videbitur: qui in gehennæ incendij, mittendi ſunt. Nec ſimilitudinem retinere poſſunt, de cuius beatitudine nihil habebunt.

CCXVI.

LYRA Poſtil. ibi: *Ad illud*: Et renes mei cõmutati ſunt: & ego ad nihilum redactus ſum: *ait*, Renes mei commutati ſunt, Per carnis concupiſcentiæ remiſſionem, aut repreſſionem, quæ viget in renibus quantum ad maſculos, vt dicit Greg. homil. 32. Ad nihilũ redactus ſum: Quaſi dicat: Ex hoc quod dilexi Deum ex toto corde: & repreſſi impetum luxuriæ, ſecutum eſt, q͂d ego ad nihilum redactus ſum in mea reputatione. *Vbi apparet, non benè ſanatum à vitio luxuriæ, qui de ſe humiliter non ſentit.*

CCXVII.

HVGO Card. Poſtil. ibi: *deducens ſenſum huius ſententiæ à prima antecedenti; nempè*, Quia inflammatum eſt cor meum: *ait*: Renes mei, idest voluptates meæ, Commutati ſunt. Quaſi diceret: Guſtato ſpiritu deſipit omnis caro. Et ego ad nihilum redactus ſum. Per humilitatem, quæ neceſſaria eſt poſt rerum commutationem, nè de ſanctitate eleuetur cor. *Vbi apparet, quod & ſi ad expellendum luxuriæ vitium, carniſq; delectationes, ſufficiat cæleſtium delectatio ad conſeruandã continentiam neceſſaria ſit humilitas cordis. Eſt n. tam pulchra virtus, quod maxima indiget humilitate, nè eleuetur cor eius pulchritudine captus. Addatur commentum S. Remigij*: Quia inflammatum eſt cor meum. Deſiderio tui ſubaudis: Renes mei. Carnales videlicet: Commutati ſunt. In ſpiritualem delectationem. Et ad nihilum redactus ſum. Vt te in me magnificarem. *Vbi apparet, Deũ minimè magnificari, niſi in illis, qui ſe humiliando ad nihilũ rediguntur.*

CCXVIII.

BEDA Com. ibi *deducens ſenſum huius ſententiæ à ſuperiori verſu*: Quomodo facti ſunt in deſolationem, &c. in ciuitate tua imaginem ipſorũ ad nihilum rediges: *intelligens de ſubditis conquerentibus de ſuperioribus: ait*: Ideò meritò ad nihilum rediges eos, quia alijs, etiam occaſionem peccandi dederunt. Nam cor meum inflammatum eſt illorum exemplo deſiderio terrenorum, & renes mei .i. delectationes meæ, quæ deberent eſſe ſpirituales mutatæ ſunt in carnales: & ſic ego, qui aliquid deberem eſſe redactus ſum ad nihilum, .i. ad hoc vt terrena tantùm appeterem, quæ nihil ſunt.

CCXIX.

LYRA Poſti. in Pſ. 80. *ad illum verſum*: Si populus meus audiſſet me, Iſrael ſi in vijs meis ambulaſſet: pro nihilo forſitã inimicos eorum humiliaſſem, &c. *ait*: Eos ad nihilum reducendo. Et dicit forſitan, non propter mutabilitatem diuinę voluntatis, quæ eſt immutabilis, ſed propter vertibilitatem hominis de bono ad malum, propter quod frequenter impeditur diuinæ promiſſionis effectus, qui eſt ſub conditione, .ſ. ſi homo perſeueret in bono.

Terra autem erat inanis, & vacua.

CCXX.

CASSIOD. *ibi ſic*. Si .n. Deo male agentes reſiſtimus ille noſtris nõ cõtradicit inimicis, .i. dæmonibus, vel vitijs: nec manum defenſionis noſtræ ſuper eos ponit. Vnde intelligere debemus quando à nobis Deus auertitur non eſſe pietatis defectum: ſed magnæ vltionis aculeum.

CCXXI.

S. AVGVST. *Enar. ibi extendens ſenſum, vſq; ad ſequentem verſum*. Inimici Domini mentiti ſunt ei: *ait*. Quis eſt plebs mea? Iſrael. Quid eſt audiſſet me? Si in vijs meis ambulaſſet. Quæritur, & gemit ſub inimicis. In nihilum inimicos eorum humiliaſſem, &c. Nunc verò quid quærit de inimicis. Ipſi facti ſunt peiores inimici. Quomodo enim? Quid ſequitur? De inimicis quærimini? Vos quid eſtis? Inimici Domini mentiti ſunt ei. Renuncias? Renuncio. *Vbi apparet quam ridiculè Chriſtiani impij Deo quæruntur de inimicis fidei ſe perſequentibus, cum ipſi per peccata magis, & maiores Dei inimici facti ſint.*

CCXXII.

CASSIOD. *in Pſ. 5. Ad illum verſum*. Quoniam non eſt in ore eorum veritas: cor eorum vanum eſt: *ait*. Rectè autem dicitur in ore ipſorum non eſſe veritatem, quorum cor vanitas poſſidebat. Lingua .n. ſequitur mentis arbitrium, imperioq; cordis eius mobilitas naturali ordine famulatur. *Vbi apparet minimè fidendum eſſe verbis illius, cuius cor vanum cognoſcitur. Addatur cõmentum D. Haym.* Quoniam non eſt in ore eorũ veritas: Nec miror. Quia cor eorum vanum eſt. *Et illud Hugonis Card. Poſtil. ibi.* Iſtud eſt cauſa præcedentis. Greg. Quod leuis conſcientia cõcipit protinus lingua leuior prodit. Idem Qualis ſermo oſtenditur: talis animus comprobatur.

CCXXIII.

S. REMIG. *Enar. ibi ſic*. Vanum .i. per elationẽ adnihilatum. Tractum à fumo, qui quanto altius aſcendit; tanto magis euaneſcit. Vt illud Rom. 1. Dicentes .n. ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt, & euanuerant in cogitationibus ſuis.

CCXXIV.

HVGO de S. Vict. *Lib. ſent. cap. 11. Aſſerens per occaſionem illum verſum Pſ. 11.* Vana locuti ſunt vnuſquiſq; ad proximum ſuum. *ait.* ille vanitatem in corde habet, qui tranſitoria diligit: vanitatem loquitur, qui pro hac vita tranſitoria immoderate laborans ipſo ſuo ſtudio, & opere eam ſe diligere oſtendit. Vanitatem ad proximum ſuum loquitur, qui exemplo ſuo eum ad appetenda tranſitoria cohortatur.

CCXXV.

S. HIER. *Comm. ibi ſic*. Vana locuti ſunt vnuſquiſq; &c. Primũ Petrus, quando dixit Mat. 26. Et ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes diſcipuli dixerunt. Sed hi omnes vana locuti ſunt: dum adimplere quod propoſuerunt nõ potuerunt. Chriſtus Dominus, qui hæc loquitur, eſt omnium proximus: qui fecit miſericordiam, vt morte ſua alligaret vulnera noſtra.

CCXXVI.

INCOG. *Expoſit. ibi: ſic*. Vbi ſciendum eſt, quod vanitas, ſiue vanus dicitur à (Venus) Et idem eſt vanus, quod falſus, inanis, & irritus, eò quod venerei homines intenti veneri ſunt tales. Et ſic vana dicuntur falſa lubrica, & inutilia. Iſti ergo vana locuti ſunt ad alios decipiẽdum, vel ad venerea peragenda. *Vbi apparet, & quod venus, & vanitas, & penuria, ſeu inanitas ſimul primo apparuerunt in terra, & ſibi inuicem committantur: & quod falſiloqui ſunt omnes luxurioſi.*

CCXXVII.

THEODORE. *Com. in Pſ. 23. Ad illud*. Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vanũ animam ſuam: *ait*. Etenim manibus pro actionibus poſuit. Per cor autem concupiſcentias latenter innuit. Hoc .n. conſulramus, illis vero operamur. Decet autem, inquit, huiuſmodi hominem nullam rem fluxam, & caducam concupiſcere: has .n. nuncupauit res vanas; ſiquidem etiam Eccl. ſic eas nominauit, vanitas dicit, vanitatum &c.

CCXXVIII.

S. THOM. *Com. ibi ſic*. Qui non vane gloriatur de virtutibus: vel qui non permittit ſenſualitatem ſuam peruenire ad conſenſum peccati: Hieron. habet: qui non extollit in vanum. Quia ex munditia cordis aliqui ſuperbiunt. Pſ. 130. Domine non eſt exaltatum cor meum: *Vbi addatur nulli alteri virtuti coniungi fatuitatem, niſi virginitati*. Quinque autem ex eis erant fatuæ. *Addatur illud Card. Thom. Angl. Com. ibi.* Et illud eſt neceſſarium volẽti aſcendere: quia dicit Plinius 7. de animalibus, quod turtures quando ve-

Terra autem erat inanis, & vacua.

venit ventus auſter fatigantur; quia bene volare non poſſunt, & propter hoc capiunt eas venatores manibus. Sic in propoſito: Nam turtures ſunt, qui bene munditiam ſeruant? ſed ventus auſtri impedit eorum volatũ, & hoſtibus tradit. Nam auſter, qui vires corporis reſoluit, eſt inanis gloria. Ezech. 27. Ventus auſter contriuit te. Igitur ab eo cauendum eſt. Ezech. 20. Pone faciem tuam contra auſtrum.

CCXXIX.

CARD. *Thom. Angl. Com. ibi ſic*. Alio modo intelligitur ſic: Quod in vanum accipit animam ſuam, qui non appretiat eam, ſed extimat eam quaſi rem vilem, ſeu corruptibilem, & nullius pretij. Et faciliter animam ſuam vendit, .i. pro nihilo, vel pro modico dat. Prouerb. 16. Pretium ſcorti vix eſt vnius panis: mulier autem viri ſpecioſam animam capit. Et iſti ſunt peſſimi mercatores, & falluntur: nam ex duobus patet, quod anima non eſt res vana: ſed pretioſiſſima, .i. ex pretij magnitudine, & ex imagine Dei. Vnde dicit Ambroſius. Perpende tuam dignitatem ex Dei imagine, & Chriſti ſanguine. Igitur non ſine cauſa quærit Saluator. Mat. 16. Quam commutationem dabit homo pro anima ſua? *Vbi apparet primum gradum ad aſcendendum in montem Dei eſſe extimare animam.*

CCXXX.

HVGO *Card. Poſtil. ibi ſic*. Hic excludit peccatum omiſſionis. Qui .n. non facit hoc ad quod accepit animam, in vanum, .i. fruſtra accepit animam Iob. 5. Homo natus ad laborẽ, & ſic homo accepit animam, vt laboraret.

CCXXXI.

IDEM *ibi moraliter ſic*. Corpus nemo accipit in vanum: ſed bene curat illud. Animam vero relinquit incultam, aridam, ieiunam, miſerã. Iob. 25. Pauit ſterilem .i. carnem: & arduo .i. animo non benefecit.

CCXXXII.

LYRA *Poſtil. in Pſ. 40. Ad illud*. Et ſi ingrediebatur vt videret: vana loquebatur: *ait*. Poteſt exponi in ſingulari de ipſo Iuda, qui aliquando egrediebatur ad tractandum cum Iudæis de traditione Chriſti, & iterum ingrediebatur conſortium Chriſti, & Apoſtolorum, vt videret tẽpus, locum quomodo poſſet eum cautè tradere: & ſic multa falſa, & iniqua fingebat.

CCXXXIII.

S. AMBROS. *Serm. ibi: Intelligens de Iuda dictu, ait. Iudam minime vana, ſeu falſa de Chriſto annuntiaſſe Iudæis, quia alia ab illis, quæ videbat, & audiebat ex profeſſo voluiſſet dicere: ſed quia ſic illi videbantur, vt ille renunciabat: aſſignans autem rationem quare cum ingrederetur, & egrederetur collegium nõ vt erant res à Chriſto Domino dictæ, Iudæis referebat: ait.* Volebat videre, & non videbat. Deniq; loquebatur Ieſus in parabolis, ſed non audiebat Iudas. Denique diuina non videbat myſteria: non enim omnes audiunt verbum Dei, qui ſibi videntur audire. Nam ſi omnes audirent, non diceret Ieſus: Qui habet aures audiendi audiat. Et ideo, quia non audiebat, neq; videre poterat, loquebatur vana pro veris. *Vbi apparet non eſſe miram hæreticos, qui noſtra videre, & audire Sacramenta, & noſtras ſcolas ingredi moliuntur falſa, & longe aliter vt ſunt referant. Non .n. in primis intrant, vt ædificant, ſed vt videant, & explorent: ſecundum illud Apoſt. Galat. 2.* Qui ſubintroierant explorare libertatem noſtram. *& ideo egrediuntur: vt Auguſtini verbis vtar.* Et quia intrauit vt videret: egrediebatur foras. *Inſuper .n. omnibus datum eſt intelligere, quæ audiunt: ſed eſt donum deſuper datum ijs, qui non ſpiritu detrahendi, ſed humiliter audire præſumunt. Addatur illud Beda Com. ibi.* Intrauit non vt haberet, quod crederet, ſed vt inueniret aliquid, quod proderet.

CCXXXIV.

HVGO *de S. Vict. lib. ſent. cap. 1. comprehendens totum verſum*. Et ſi ingrediebatur vana lóquebatur cor eius: congregauit iniquitatem ſibi: *ait*. Curioſus .n. quiſq; tunc quaſi ad videndum ingreditur, quando alienum ſecretum ſagaci ſtudio perſcrutatur: vana loquitur, quia vt minus eſſe poſſit ſuſpectus eos à quibus caueri nõ vult ſe diligere fingit: deinde iniquitatem congregat: quia cum libere admiſſus fuerit quicquid reprehenſibile inuenire pót fraudulenter in corde ſuo coaceruat: in quo ſibi potius nocitura colligit: qua hoc non correctionis: ſed læſionis affectu facit.

CCXXXV.

BEDA *Com: ibi de Iuda etiam intelligens aliter dubium ſupra à S. Ambroſio ſolutum, ſoluit: ait enim.* Illo, inquam, ingrediente, cum non videret niſi vera, cor tamen eius nõ loquebatur niſi va-

na

Terra autem erat inanis, & vacua.

na: quia peruertebat omnia. *Vbi apparet parum prodeſſe ad euitandam calumniam verò; & bona opera videri ab inimicis, & maleuolis, cùm ipſi ſuo peruerſo animo omnia peruertere ſueſcant.*

CCXXXVI.

H*VGO Card. Poſtil. in Pſ. 59. Ad illud:* Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana eſt ſalus hominis. *ait:* Vana eſt ſalus hominis: ſcilicet ſalus expectata ab homine. Vel vanum expectare ſalutem ab homine. Pſ. 145. Homo vanitati ſimilis factus eſt. Eſt .n. quaſi phantaſma: modò enim apparet magnum quid, & poſtea non inuenitur. Iacob. 4. Vapor ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. Sic eſt vana ſalus hominis, ſed non ſalus Dei.

CCXXXVII.

T*HEODORET. Com. ibi ſic:* Fer opem, inquit malè affectis, quandoquidem tu ſolus calamitates ſoluere potes: auxilia autem hominũ cum tu non exiſtis, vana ſunt. *Addit Hieron. Com. ibi:* Audiant itaq; hæc, qui ſpes ſuas in potentatibus hominum: vel in terrenorum diuitiarum ſplendoribus ponunt: quia vana eſt, inquit ſalus hominis. Deus verò ſalus omnium: oportunum tribulationibus noſtris præſtat auxilium.

CCXXXVIII.

C*AET. Com. in Pſ. 61. Ad illud:* Veruntamen vani filij hominum, mendaces in ſtateris, vt decipiant ipſi de vanitate in idipſum. *Quę verba ſic legit Hebr.* Tantùm vanitas filij Adam, mendacium filij viri: in bilancibus ſunt ad aſcendendum, ipſi plus quam vanitas ſimul ponderati: *ait:* Inter filios Adam, & filios viri intellige differẽtiam nobilitatis. Filij Adam cõmunes homines: filij viri homines illuſtres. Vtroſq; dicit nihil aliud eſſe, quam vanitatem, & ſimulationem: qđ vtinam non experiremur. Eſt .n. ſermo de omnibus, ſecundum id, quod habent ex ſe ſecluſa diuina gratia. Et (quod plus eſt) adiungit, quod ſi in bilancibus homines ponerẽtur ex vna parte, & vanitas ex alia parte, plus aſcenderet homo, quam vanitas: hoc eſt minoris ponderis inueniretur homo, quam vanitas. Vt ex hac hyperbolica ſimilitudine intelligerent in homine minus eſſe confidendum quam in vanitate. In bilancibus ad aſcendẽdum. (quod enim eſt minoris ponderis magis aſcendit.) Ipſi homines ex vna parte, plus quam vanitas, ex altera parte, ſimul in vna ponderatione.

CCXXXIX.

H*VGO Card. Poſtil. ibi ſic:* Hoc etiam de clericis legi poteſt: quia enim vani ſunt in ſciẽtia ſua: ideò ſunt mendaces in ſtateris: quia aliter ponderant, quando uendunt: & aliter, quando emunt. Quando prædicant, tunc quaſi uendunt: & uenalia oſtendunt cœleſtia gaudia: & tunc ſatis faciunt ea ponderare; commendando ea. Quando autem operantur, tunc emunt, & tũc faciunt cœleſtia ualdè parum ponderare: quia aliquando munus: vel delectatio trãſitoria magis trahit eos, quam bona cœleſtia. *Et poſt aliqua affert illud Prou. 20.* Abominatio eſt apud Deum pondus, & pondus: ſtatera doloſa non eſt bona.

CCXL.

S. *BERN. Epiſt. 18. Ad Petrum Diaco. Card. affert eundem verſum dicens:* Sed & hoc vanũ eſt, quod noſtra plerumq; ignorantia, & tacetur qđ eſt, & prædicatur quod non eſt. Quid ad iſta dicemus, niſi quia vani filij hominum, mendaces filij hominum in ſtateris, vt decipiant in vanitate in idipſum? Laudamus mendaciter, delectamur inaniter, vt & vani ſint, qui laudãtur, & mẽdaces, qui laudant; alij adulãtur, & ficti ſunt: alij laudant, quod putant, & falſi ſunt: alij vtrorumq; præconijs gloriantur, & vani ſunt. Solus ſapiens, qui cum Apoſtolo dicit: Parcò autẽ ne quis me exiſtimet ſupra id, quod videt in me, aut audit aliquid ex me. 2. Cor. 12.

CCXLI.

I*Dem Epiſt. 78. Ad Abbatem S. Dionyſij ſic:* En tuam quamplures prædicant ſapientiam, ſed qui priorem deteſtati ſunt inſipientiam. Vole te talium præconijs delectari, qui tàm timeãt palpare vitia, quàm detrectare virtutibus. Veri iſti ſunt laudatores, qui ità bona laudare ſoleant, vt lactare in malis non nouerint. Sunt .n. ficti laudatores, veri autem detractores, quos ſcriptura commemorat dicens: Vani filij hominum, mendaces &c. Hi planè ſunt vitandi.

CCXLII.

I*NCOG. Expoſit. ibi ſic.* Statera dicitur Chriſtus, eo quod ipſe ponderat omnia noſtra merita, & demerita, merita cum præmijs, demerita cum pœnis, & ſupplicijs. Et iſtam ſtateram Iob deſiderabat, dicens: Vtinam appenderentur peccata mea, quibus irã merui in ſtatera. Quod expo-

Digitized by Google

Terra autem erat inanis, & vacua.

exponens Greg. dicit: Quis alius nomine ſtateræ, niſi Dei, & hominum mediator intelligitur. In hac ſtatera ſumus mendaces, quando ſpe vana credimus ipſum per miſericordiã non punire peccata, & ſic peccata vltra debitũ leuia facim⁹, & eius miſericordiã graue, vel quando credimus ipſum per iuſtitiam peccata non dimittere, & ſic peccata per deſperationem vltra debitum gra uamus, & miſericordiam facimus leuem, more Cain dicentis: Maior eſt iniquitas mea &c.

CCXLIII.

BEDA *Com. in Pſ. 62. Ad illud*: Ipſi vero in vanum quæſierunt animam meã introibunt in inferiora terræ &c. *Intelligens dictum à Chriſto Domino reſpectu Iudæorum, qui in vanum eum occidere præſumpſerunt, cum ab intentu defraudati ſint: proſequitur ſic*. Et ideo (quaſi dicat) animã meam quæſierunt, quia introibunt in inferiora terræ .i. locum, & gentem ſibi prætulerunt, & cupiditate terram introierunt, ſed longe melius eſt ſuper terram ambulare, & ipſam conculcare, quam cupiditate ſubtus terram ire: quia quiſq; perniciosè, & contra ſalutem ſuam terrena appetit, terram ſibi ſuperponit, & in terræ interiora quaſi in cryptam quandam tenebroſam ſubit. Introibunt quidem cupiditate loci, & gẽtis terram, ſed quid prodeſt eis? Nihil .ſ. quia tradentur in manus gladij, .i. in poteſtatem Romanorum, gladiatorum, Titi, & Veſpaſiani, qui eos de loco, & gente depellent.

CCXLIV.

INCOGN. *ibi, ſic*. Notandum, quod mali nocere cupientes bonis, ipſis non nocent, ſed ſibi ipſis, peccantes .n. contra bonos bonis proficiunt, ſed ſibi ipſis damnationem acquirunt. Vnde Greg. 20. Moral. 22. dicit: Omnipotens Deus electorum ſuorum aduerſarios temporaliter permittit exercere, vt per malorum ſæuitiam purgetur vita bonorum &c. Vnde rectè per Salomonem dicitur Prouerb. 11. Qui ſtultus eſt ſeruiet ſapienti Et tamen ſæpe conſpicimus ſapientes ſubeſſe, ſtultos vero arcem dominij tenere. Sapientes ſeruiliter obſequi, ſtultos tyrannidis elatione dominari. Quomodo ergo definitione diuinæ ſapientię ſtultus ſapienti ſeruit, dum plerumque hunc iure temporalis dominij comprimit. Sed ſciendum eſt, quod dum contra ſapientis vitam, ſtultus præeminens tenorem poteſtatis exercet, dum hunc laboribus fatigat, contumelijs lacerat, profecto hunc ab omni vitiorum rubigine vtendo purgat. Stultus ergo ſapienti etiam dominando ſeruit, quem ad meliorem ſtatum premẽdo prouehit &c. Quia ergo mali perſequendo bonos, intentum contra bonos non acquirunt, ideo in vanum animam bonorum quærunt.

CCXLV.

S. HIERON. *Com. in Pſ. 92. Ad illud*: Dominus ſcit cogitationes hominum: quoniam vanæ ſunt. *ait*. Vultis ſcire quoniam cogitationes hominum vanæ ſunt: Pater, & mater nutriunt filium: promittunt ſibi de illo felicitatem: mittũt ad ſtudia: erudiunt: venit vſq; ad adoleſcentiam: diſponunt ut etiam militet. Cum omnia cogitauerint per annos triginta, una febricula uenit, & tollit omnes cogitationes. *Et poſt quam alia huiuſcemodi exempla adfert: concludit*. Vna cogitatio felix eſt, cogitare de Domino. *Addatur illud Interlinialis*: Ideo has relinquite, ut comprehendatis cogitationes Dei, quæ ſapientes ſunt.

CCXLVI.

VRBANVS 4. *Pia in Pſ. 50. Metaphraſi: Affert illum verſ. Pſ. 126.* Niſi Dominus ædificauerit domum: in uanum laborauerunt, qui ædificant eam: *ad exponendum illud ſupradicti Pſ.* Benigne fac in bona uoluntate tua, ut ædificentur muri Hieruſalem: *Et poſtulans primo deſtrui in ſe muros Hierico: ait.* Aedificat .n. diabolus muros iſtos de luto uoluptatis, palea uanitatis, & latere cupiditatis. Per te ergo (Domine) muri iſtius Hierico deſtruentur in me, & ædificentur muri Hieruſalem ſupradicti: quos niſi ipſe ædificaueris: In uanum laborauerunt, qui eos ædificare putant: Tu .n. Domine ſolus es, qui fidem quaſi fundamentum murorum iſtorum infundis: Spem ueluti parietem erigis: Charitatem, tanquam inexpugnabilia propugnacula, quæ nunquam excidunt, conſtruis, & largiris.

CCXLVII.

S. BERN. *ſer. 63. in Cant. Contra Prædicatores, qui ante puritatem vitæ verba prædicationis effundere præſumunt: ait ſic*. Quid præpopere agitis? Cur lucem non expectatis? Cur opus lucis ante lucem præſumitis? Vanum eſt uobis ante lucem ſurgere. Lux eſt puritas, lux charitas, quæ non quærit quæ ſua ſunt. Hæc præcedat, & peſlinguæ in incerto non ponitur. Superbo oculo ueritas

Digitized by Google

Terra autem erat inanis, & vacua.

ritas non uidetur: ſyncero patet. Non eſt quod ſe ueritas deneget .ntuendam puro cordi,ac per hoc nec eloquendam. Multi puritate neglecta, ante loqui, quam uidere conati ſunt, & aut grauiter errauerunt, neſcientes de quibus loquerētur, neq; de quibus affirmarent: aut turpiter uiluerunt, dum qui alios docerent ſeipſos non docuiſſent.

Ex Lib. Salom.

CCXLVIII.

LYRA *Poſtil.in Eccl. Ad illud cap.16.* Qui minoratur corde cogitat inania:& vir imprudens,& errans cogitat ſtulta:*ſic commentatur:*Ille corde minoratur,qui finem in bonis temporalibus conſtituit,quæ ſunt hominum minora. Cogitat inania. Nam cogitationes ſuæ deficiunt à debito fine,& ſic ſunt inanes,ſicut medicina dicitur inanis,quæ deficit à ſanitate introducēda. *Vbi apparet, hominem minorari per temporaliū affectum:inaneſq; eſſe omnes temporales cogitationes, quæ non deducunt ad finem ſalutis æternæ.*

CCXLIX.

PAVLVS *de Palacio Com ibi ſic:* Nota primò, peccatores vocari corde minimo.Nec .n. animus eorum dilatatus eſt, vt Deum intra ſuſciperet.Nec dum habent charitatem, quæ cor dilatat,& extendit. Secundò,nota res tēporales vanas,inanes, & ſtultas dici, iuxta illud Pſ.39. Qui non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas: & illud Pſ.4. Qui diligitis vanitatem, & quęritis mendacium.

CCL.

IANSE.*Com.ibi ſic:* Hæc ſententia indicat cauſam:quæ fit vt teſtamentum Dei, de quo dixit,longè ſit à quibuſdam, nempè, quod pleriq; in cogitationibus ſuis occupentur circa inania, & ſtulta,ſectantes vanitates huius ſæculi, & his toti immerſi.Qui,inquit, minoratur corde, hoc eſt,qui deficit in prudentia, ille non cogitat ea, quæ dixi:non attendit ad futurum Dei iudiciū, ſed cogitat inania,& ſtulta huiuſmodi:bona huius Mundi bona conſequi ſtudens, & in ſtultis hominum opinionibus ſeſe oblectans.*Vbi apparet,occupationes circa mundana minorare homines, nè ad altam Theologiam aſcendere valeant: eſſeq; ſignum minoris cordis his nimis attendere,& hominum opinionibus inſectari.*

CCLI.

S. HIERON.*Com.in Prou. Ad illa verba cap.14.* Vbi non ſunt boues, præſepe vacuum eſt: vbi autem plurimę ſegetes,ibi manifeſtatur fortitudo bouis: *ait ſic:* Boues nanq; Doctores Catholicos: præſepe, cœtum auditorum: ſegetes dicit fructus operū bonorū. In caſſum ergò tum met & ſuperba, & indocta eloquentia verberās aures,ac corda ſubiectorum: quia vbi non ſunt docti Prædicatores,fruſtrà ad audiendum confluit turba plebium. *& poſt pauca ſic:* Nec mirādum,cur in præſepi,auditores ſignificari dixerimus;cùm bos alatur de præſepi,doctor autem verbo audientes ſoleat nutrire: ſed intuendum, quia & de labore bouis præſepe impletur, & ipſe bos ſuo fructu de præſepi reficitur. Quia nimirum prædicator fidelis, & audiētes verbo reficit, & eadem refectione apud Deum ipſe proficit:quod & in opere figuratur Heliæ, qui Sareptanam viduam paſcit, à qua & ipſe paſcitur.

CCLII.

HVGO *Card. Poſtil. ibidem ad eadem verba, quaſi ad eundem tonum exponens de Parochis affert illud Iob cap.24.* Abſtulerunt pro pignore bouē viduæ.*& ait:*Vidua eſt Eccleſia,bos Prælatus, quem dæmones pro pignore totius Parochiæ habendæ auferunt. Securi enim ſunt de parochia habenda: cùm iàm Prælatum tenent in carcere peccatorum.

CCLIII.

HVGO *Card.Poſtil.ait ſic:*Vbi nō ſunt boues: ideſt Doctores ſtudioſi,fortes, patientes, laborioſi,cornuti: præſepe,ideſt locus ad quem ſancta animalia congregantur ad paſtum ſpiritualem,ſcilicet Eccleſia, vacuum eſt à paſtu ſpirituali:quia labor, & ſtudioſitas bouis multiplicat paſtum ſpiritualem,quo præſepe repletur:vt dicit Gloſ.vndè etiam bos poſtea reficitur; qđ figuratum eſt in Helia 3.Reg.17. qui Sareptam viduam pauit,à qua & ipſe paſtus eſt. De huiuſmodi benè legitur Deut. 25. Non alligabis os bouis triturantis.

CCLIV.

LYRA *Poſtil.ibi ſic:* Alio modo exponitur, vt per boues Doctores intelligantur, qui laborant in agro Dominico, & ideò vbi eſt defectus Doctorum,ibi eſt paucitas fidelium, qui per ſegetes deſignantur,& vbi eſt pluralitas fidelium,

ibi

Terra autem erat inanis, & vacua.

ibi appatet manifeſtè labor Doctorum, & Prædicatorum. *Vbi non potui non ponere quodam dubium, cuius ſolutionem pœnitùs ignoro. Nempè cùm in India Orientali ſit tanta copia Prædicatorum, nō loquor de infidelibus, infidelibus Regibus ſubiectis: ſed de ſubditis Catholicæ Maieſtatis, vbi Miniſtri in pace, & copioſiſſima manu eiuſdem Catholici Regis munificentiſſimè de neceſſarijs prouiſi ſunt. v. g. Goæ, ex quadraginta partibus habitantium: duæ aut ad plus tres ſunt fidelium, cætera autem infidelium.*

CCLV.

S. GREG. *in Regiſtro Indic.* 1. *cap.* 30, *ait*, Gratias itaq; omnipotenti Deo ſoluimus, quia in nobis impletum videmus, quod ſcriptum eſt. Vbi plurimæ ſegetes, ibi manifeſta eſt fortitudo boum. Si enim bos fortis aratrum linguæ in terra cordis audientium non transfixiſſet, tanta fidelium ſeges minimè ſurrexiſſet.

CCLVI.

S. PAVLIN. *Epiſt. de Baſilic. ædificandis: ſequens illam lectionem Hebræ.* Vbi non ſunt boues præſepe mundum eſt. *in correctionem tarditatis in operando, quæ per bouem intelligitur ſumēs dictū, ait:* Neq; in mentibus noſtris tarditas bouis ſtabulet. Quia vbi non ſunt boues, præſepia mūda ſunt: *Vbi apparet, per tarditatem operis, opus coinquinari.*

CCLVII.

RODOLPH. *Baynus Com. ibi. ſequens illam Hebr. lectionem,* Vbi non ſunt boues, præſepe mundum eſt: *ait:* Haud ita multum refert: Nam præſepe mundum dici poteſt vacuū. Verſiculus oſtendit, vt ſicut agricultura non pōt eſſe abſq; labore boum, ita neq; armenta boum rectè nutriri, niſi vbi fuerit copia annonæ: quaſi dicat, Patribus familiarum, qui agros benè colere volūt, danda eſt opera vt benè boues nutriantur, nam ex his duabus rebus altera alterius eget opera. Qui vult præſepe videre mundum, hoc eſt, qui nutriendis bobus operam nolit dare fruſtrà ex agris copioſum prouentum expectabit. *Hoc percutit Epiſcopos, qui ſubditorum ſalutem exoptant, & miniſtros expenſis neceſſarijs alere recuſant.*

CCLVIII.

CAET. *Com. ibi ſic:* Iuxta Hebræum habetur: Sine bobus præſepe mundum: & multi prouentus in viribus bouis. Parabola hæc metaphorica eſt: ſignificat enim, quod quemadmodum carens bobus gaudet munditia præſepij: habens verò boues fortes gaudet multitudine prouentuum: ita qui eximit ſe à curis, gaudet tranquillitate animi: ſed caret abundantia operum, quas pariūt abſumptæ induſtriæ, ac curæ corporalium negociorum. Vita itaq; contemplatiua confertur cum actiua in hac parabola. Confer tu has ſententias, confer munditiam mentis cum multitudine fructuum, & elige quā malueris.

CCLIX.

ARBOREVS *Laudunenſis Com. ibi ſic:* Spiritalē verò huiuſce loci intelligentiam penſiculando, dicemus his bobus Doctores Catholicos deſignari: hoc præſepe, cœtum eſſe auditorum: ſegetes verò dici fructus bonorum operum. Et ſenſus eſt. Vbi deſunt Doctores peritiſſimi, & optimi concionatores, quorum induſtria, & labore, & ſtudijs vinea Domini excollitur, frigeſcit auditorium, & fruſtrà turba plebeiorum, & vulgus ad imperitiſſimū confluit, & concurcitat ad audiendum balbutientiſſimum, & imperitiſſimum prædicatorē. Cùm verò magna eſt Chriſtianorum copia, & honeſtæ vitæ officia exercentur, vtiliſſimus Prædicatorum labor, & ſapientum doctrina inclareſcit. Et ad hos boues æſtus, & frigoris patiētiſſimos, quibus pro operę cibus debetur alludit Paulus ad Corint. 1. 9. proferens, quod in lege Moſayca ſcriptum eſt Deut. 25. Non alligabis os boui trituranti.

CCLX.

HVGO *Card. Poſtil. in lib. Sap. Ad illa verba c.* 2. Sermo obſcurus in vacuum non ibit: *ait ſic,* Sermo obſcurus, etiam dicitur ſermo ocioſus. In vacuum non ibit: quia de omni verbo ocioſo, quod locuti fuerint homines reddent Deo rationem in die iudicij. *Vbi apparet, culpas repleri per punitionem, vndè non eſt mirum peccata impunita ſonare, & clamare: vacua .n. ſunt, & vaſa vacua ſonant.*

CCLXI.

LYRA *Poſtil. ibi ſic commentatur*, Sermo obſcurus .i. palliatus apparentia ſanctitatis, cùm interiùs habet venenum iniquitatis: In vacuum non ibit: Impunitum non tranſibit.

CCLXII.

IDem *ibi, Ad illud c.* 3. *de impijs*, Vacua eſt ſpes illorum, & labores ſine fructu: *ait:* Quia licet

F fre-

Terra autem erat inanis, & vacua.

frequenter plus laborent in hoc mundo, quam iuſti, tamen de ſuis laboribus non aſportant fructum gloriæ, ſed miſeriam pœnæ.

CCLXIII.

HVGO Card. Poſtil. in lib. Sap. Ad illa ver. c. 3. Sapientiam enim, & diſciplinã, qui abijcit: infelix eſt, & vacua eſt ſpes illius; *ait ſic;* Et vacua eſt ſpes illorum, id eſt malorum, de quibus auctum eſt ſupra, qui putant temporalia fore æterna, & peccata impunita; & abijciunt ſapiẽtiam, & replent ſe temporalibus, quæ nihil replere poſſunt: quia vacua ſunt, & inania. Gen. 1. Terra erat inanis, & vacua.

CCLXIV.

HVGO Card. Poſtil. in Lib. Sap. Ad illa verba cap. 14. Dediſti in mari viam, &c. Oſtendẽs quoniam potens es ex omnibus ſanare: & ſine rate aliquis adeat mare: ſed vt non eſſent vacua ſapientiæ tuæ opera: propter hoc etiam exiguo ligno credunt homines animas ſuas: & tranſeuntes mare per ratem liberati ſunt. *Vbi ſapiens reddens rationem, quare cùm Deus familiam Noë ſaluare poſſet, ſine illa arca, ſicut fecit trãſire Iſraelitas ſine naue mare rubrum, & Iordanem; tamen noluit, niſi per arcam: ſicut non vult homines mare adire, niſi per naues: ait fuiſſe nè videretur eſſe fruſtranea illa arca, quam tanta cùm ſapientia excogitauerat; ſic enim Hugo ſapientia verba explicat,* Quaſi ita potens es ſine rate ſaluare, ſed tamen vt non eſſent vacua, id eſt ſuperuacua ſapientiæ tuæ opera, id eſt per ſapiẽtiam excogitata, & fabricata vt nauis. *Vbi excepto quod confirmatur, nempè vacua dici ea, quæ non inſeruiunt effectui, ad quem fuerunt præordinata; habent Principes documentum, vt per cauſas ſecundas, & miniſtros, quos elegerint operentur, etiam ſi ſine illis poſſint operari, nè talium à ſe de illis facta electio vacua, & ſuperuacua iudicetur. Si enim Deus Noë, & eius familiã ſine arca liberaret, ad quid tanta ſapientia talem præordinaſſet arcam: et ſi, vt poteſt, per mare ſine nauibus iter facere ſaceret homines; ad quid tam magna creaſſet ligna, cæteraq; quæ nonniſi ad nauigantium inſeruiunt miniſterium.*

CCLXV.

LACTANTIVS Lib. 7. cap. 4. *Quandam ſuperiori congruentem tradit doctrinam: dicens:* Nihil eſt, vt opinor, quod ſit propter ſeipſum factum; ſed quicquid omninò fit, ad vſum aliquẽ fieri neceſsè eſt. Quis enim vel tam ineptus, vel tam ocioſus, vt aggrediatur facere aliquid fruſtrà, ex quo nullam vtilitatem, nullum commodum ſperet? Qui domum ædificat, non idcircò ædificat, vt tantummodum domus ſit: ſed vt in ea poſſit habitari. Qui nauem fabricat, non ideò aſſumit operam, vt tantum nauis appareat, ſed vt in ea nauigetur. Item qui vas aliquod inſtruit, aut format, non proptereà id facit, vt tantum feciſſe videatur: ſed vt vas illud effectum capiat aliquid neceſſarium. Similiter cętera quæcunq; ſunt, non vtiq; in ſuperuacuum, ſed ad vſus aliquos laborantur. Mundus igitur à Deo factus eſt; non vtiq; propter ipſum Mũdum; neq; enim aut calore Solis, aut lumine, aut aſpiratione vẽtorum, aut humore imbrium, aut alimonia frugum, quum ſenſu careat, indiget. Apparet ergò animantium cauſas Mundum eſſe conſtructũ, quoniam ijs rebus, quibus conſtat, animantes fruuntur, quæ vt viuere, & conſlare poſſint omnia his neceſſaria temporibus certis ſubminiſtrantur. Rurſus cęteras animantes hominis cauſa eſſe factas, ex eo clarum eſt, quod homini inſeruiũt, & tutelæ eius, atq; vſibus datæ ſunt *Vbi apparet, præcipuè illos Sanctos, & congregationes à Deo dici poſſe factas, qui non ſolum ſibi, ſed & alijs vtiles inueniuntur.*

CCLXVI.

IANSEN. *Annot. ibi ſic.* Dicit autem naues, Dei voluntate inuentas, vt non eſſent ocioſa, vel inutilia opera ſapientiæ diuinæ, q̃a multa ſunt in Inſulis, quæ ſola nauigatione obtineri potuerũt, quæ alioqui fuiſſent inutilia. *Vbi apparet nihil bonum Deum feciſſe, quin de medio, quo communicari potuiſſet non prouidiſſet: & quod vacuum eſt quicquid non fruitur, quantumlibet mirabile opus ſit, & egregium.*

CCLXVII.

HVGO Card. Poſtil. in Eccleſiaſ. Illud cap. 29. Propter mandatum aſſume pauperem: & propter inopiam eius ne dimittas eum vacuum: *ſic commentatur.* Id eſt munere tuo, Quaſi diceret: Subueni ei: quia inops eſt: non quia ſeruus, vel conſanguineus tuus. Vel ſic, Propter inopiam non dimittas eum vacuum, commodo tuo, id eſt quamuis videas eum inopem, & impotentẽ ſoluere: non ideo dimittas commodare. Facile .n. eſt in oculis Domini ſubito honeſtare pauperẽ.

Vbi

Terra autem erat inanis, & vacua.

Vbi reprehenduntur, non ſolum qui alio quam paupertatis intuitu eleemoſynas faciunt: ſed etiam, qui non cõmodant niſi diuitibus, & illis quos infallibiliter ſoluendos eſſe agnoſcunt.

CCLXVIII.

IANSEN. *Com. ibi ſic*. Primum .n. id faciendũ inſinuat propter mandatum Dei, qui etiam in veteri lege ita facere præcepit, ſignificans neceſſitatem eſſe ita facere, & eum qui benefacere negligit, à Deo tanquam tranſgreſſorem puniẽdum eſſe. Dicit ergo propter mandatum aſſume pauperem, hoc eſt, ne cũ abijcias, aut deſpicias, ſed eum in tuam curam, & tutelam ſuſcipias. Secundo ſignificat etiam inopiam inuitare, & impellere nos debere ad beneficentiam, quia vel illa ſola ſufficiens cauſa eſſe debet miſerendi, & benefaciendi. *Vbi apparet non ſufficere ad meritũ eleemoſynæ obligationẽ præcepti charitatis: niſi adſit affectus, & commiſeratio charitatis. Primo debemus Deo, ſecundum naturæ. Vnde illi diuiti auaro non ſolum imputatur, quod Lazaro non ſubueniſſet: ſed quod videns eum ad ianuas non motus fuiſſet.*

CCLXIX.

PAVLVS *de Paladio, Com. ibi ſic:* Habes lector duas cauſas, cur demus etiam his, qui non reſtituunt: Altera eſt animus grandis, qui beatiùs credit dare, quam accipere. Qui Deo ſimilis dat, & non improperat: Solemq; ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, &c. Altera eſt propter mandatum Dei, qui generaliter in Euangelio dicit: Omni petenti te tribue: & ab eo, qui mutuum petit, nè auerteris.

CCLXX.

IANSE. *ibi: Ad illud cap.* 35. Non apparebis ante conſpectum Domini vacuus: *recurrens ad ſuperiores ſententias*: Qui facit miſericordiam offert ſacrificium. Beneplacitum eſt Domino recedere ab iniquitate &c. *ait*. Ne: quia dixit illũ ſacrificare Domino, qui ſeruat legem, quiq; iuſtitiam, & miſericordiam exhibet proximo, & recedit ab iniuſtitia; videretur à ſacrificijs legis homines auocate, rectè ſubiungit hanc ſententiam, quaſi dicat: Non apparebis in cõſpectu Dei vacuus, ſed offeres ſtatutis temporibus ſacrificia tua. *Vbi apparet, redarguendos eſſe illos, qui prætextu eleemoſynæ ceſſant à ſumptibus debitis cultui diuino.*

CCLXXI.

GLO. *in Prouerb. Ad illud cap.* 3. Nè contendas aduerſus hominem fruſtrà, cùm ipſe tibi nihil mali fecerit. *ait*: Non vetat contendere, aduerſus eum, qui malefacit, vt corrigatur, quia hoc fruſtrà non fit, quod certa neceſſitas cogit. Imò, qui ait Mat. 18. Si peccauerit in te frater tuus increpa illum. Ipſe vult, vt errantem, quantum vales ad viam veritatis reducas. *Vbi apparet, non debere dici contentioſum, qui propter iniquitates ab ipſis commiſſis, cauſa emẽdationis cũ impijs ſæpè ſæpiùs cõtendere videtur. Addatur illud Rabb. Salm. Iſacides, proùt in Com. Trium Rab.* Si diuinum præceptum diuina lege cautum, de diligẽdo proximo tuo ſicut te ipſum, non violauit, eũ enim qui ſceleratus ſit odiſſe licet.

CCLXXII.

DIONYS. *Cart. Enar. ibi ſic*: Contentio autem propriè ſumpta, ab Apoſtol. Gal. 5. inter mortalia computatur peccata: quia (vt ait Ambroſ.) eſt impugnatio agnitæ veritatis, cum cõfidentia clamoris. Vndè rurſus ait Apoſt. 2. Timot. 2. Noli verbis contendere: ad nihil enim vtilè eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium. Hinc Sene. in Prouerb. ſuis diſſeruit. Cùm pari contẽdere, anceps eſt: cum ſuperiore, furioſum: cum inferiore, ſordidum.

CCLXXIII.

S. AVGVST. *Serm.* 212. *qui eſt* 1. *de Domin.* 8. *poſt Trinitatem: Aſſerens illa verba Prou.* 13. Eſt quaſi diues cùm nihil habeat: & eſt quaſi pauper, cùm in multis diuitijs ſit: *Quæ verba, ſic ille legit*: Sunt, qui ſe diuites affectant nihil habentes: Et ſunt qui ſe humiliant, cùm ſint diuites. *Poſtquam oſtendit latè Spiritum Sanctum, neq; condemnare diuitias, ſed reprobare in eis ſuperbiam, ex illo Apoſt. 1. Tim. 6.* Præcipuè diuitibus huius huius ſæculi, non ſuperbè ſapere: *vbi ſic ait*: Non enim diuitias exprobauit, ſed morbum diuitiarum. Morbus autem diuitiarum, eſt ſuperbia magna. *dicit oſtentationem, & ſuperbiam annihilare, & euacuare diuitias. & ait ſic*: Magnus eſt ergò diues, qui non ſe ideò magnum putat, quia diues eſt. Qui autem ideò ſe magnum putat, ſuperbus, & egenus eſt. In carne crepat, in corde mendicat, inflatus eſt; non plenus. Vtres autem duos ſi videas, vnum plenum, alterum inflatum, in vtroq; eadẽ eſt magnitudo, ſed non in vtroq;

Terra autem erat inanis; & vacua.

eadem plenitudo. Si attendis falleris, ſi appendis inuenies. Qui plenus eſt, difficilè mouetur, & qui inflatus eſt, citò aufertur. *Vbi apparet, non omninò repellenda ſolutio aubij, cuiuſdam non ſemel in noſtro textu excitati, nimirum quare cum terra creata fuerit tot referta mineralibus auri, & argenti dicatur, inanis, aut (vt alij legunt) nihil, nimirum quia figurata locutione nobis voluit Moyſes inſinuare diuitias terrenas non adimplere neminem de ſe, ſed ſi modeſtè poſſideantur: aliàs ſunt nihil, & inane.*

CCLXXIV.

S. *CYPRIAN. de Abuſionib. ſæculi: Afferens per occaſionem ſupradicta verba. ait ſic:* Quaſi pauper ergò in multis diuitijs, eſt diues humilis ſpiritu: & nihil habens: quaſi diues, eſt pauper ſuperbus mentis affectu. Nobilis ergò inopia eſt mentis humilitas, & ineptæ diuitiæ ſunt animorum ænormitas. Prouidendum ergò eſt pauperibus, vt ſemetipſos quales ſunt intelligãt, & quia rebus conſequi, quod cupiunt non valent, mentis tumore ſuperbire deſinant.

CCLXXV.

LYRA *Poſtil. ibi ſic commentatur:* Eſt quaſi diues cùm nihil habeat, quando illud modicum, quod habet, quod nihil eſt reputandum, ſufficit ſibi. Et eſt quaſi pauper cùm in multis diuitijs ſit: Hoc eſt auarus, cui nihil ſufficit. Propter hoc dicit Hieronymus. Antiquè dictum eſt: Auaro deeſt tàm quod habet, quàm quod non habet. Quia propter auaritiam ſuam bonis habitis non vtitur.

CCLXXVI.

BEDA *Expoſit. ibi ſic:* Diues ſibi videbatur ille, qui induebatur purpura, & byſſo, & epulabatur quotidiè ſplendidè, ſed quia Deum non habuit, cõperit in fine nihil fuiſſe, quod habuit. Vndè dictum eſt de talibus Pſ. 75. Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis. Pauper è contrario videbatur Lazarus, qui iacebat ad ianuas eius, ulceribus plenus: ſed in multis erat diuitijs, qui uirtutem habuit humilitatis, qui conditorem omnium diuitiarum, uidelicet Deum corde geſtabat.

CCLXXVII.

HVGO Card. Poſtil. ibi ſic: Vanitatem diuitiarum habent: ſed non veritatem: nomen habent, ſed non vſum. Imò familia, vel fures, vel domini eorum habent vſum, ſed ipſi ſolum nomen. Vndè Eccl. 6. Eſt malũ, quod vidi ſub Sole, & quidem frequens apud homines. Vir cui dedit Deus diuitias, & ſubſtantiam, & honorẽ: & nihil deeſt animæ ſuæ ex oĩbus, quæ deſiderat: nec tamen tribuit ei poteſtatẽ Deus, vt comedat ex eo: ſed homo extraneus vorabit illud. *Et poſt aliqua ſic:* Illi .n. diuitias poſſident, qui eis dominantur contemnendo, & ſub pedibus affectuum conculcando. *Addatur illud Dion. Car. Enarr. ibi:* Hinc Seneca in ſuis deprompſit Prouerbijs: Quæ ſunt maximæ diuitiæ? Non deſiderare diuitias. Quis plurimum habet? is, qui minimum cupit.

CCLXXVIII.

CAET. *Com. ibi ſic:* Expoſitio eſt, non interpretatio. Nam iuxta Hebræum habetur: Eſt diteſcens, & non omne: qui pauper ſit, & facultas multa. Et ſcito, quod Hebræi vtuntur hìc gerũdio ſignificante fieri pauperem, quemadmodũ diteſcere ſignificat fieri diuitẽ: & ſenſus clarus parabolæ in promptu eſt, videlicet, quod inuenitur aliquis ex nihilo diteſcens. Quo contra inuenitur aliquis, qui ex multis facultatibus pauper. Quotidiè hæc videmus. *Addatur illud Rodolphi Bayni Com. ibi, tenens idem, ſic incipit:* Eò ſpectat, vt oſtendat inconſtantiam diuitiarum, quò nos deterreat ab illis.

CCLXXIX.

RARB. *Salom. Iſacides: prout in Com. Triũ Rab. ibi ſic:* Eſt, qui diteſcat furto, à pauperibus bona ſeducens, qui tamen rebus omnibus expoliatus erit. Eſt quaſi pauper, quod bona ſua profusè in indigentes erogarit, verùm huic ampliſſimæ facultates reſeruantur.

CCLXXX.

RABBI. *A. Aben. Ezra. vbi ſup. ſic:* Iunguntur hæc duo. Eſt qui ad diuitias prouehatur, cùm nihil antea haberet: & eſt, qui ad inopiam relabatur cũ antea diuitijs inſtructus eſſet. Neq; alter alteri conditione ſuperior eſt: Si enim diues propter ſuam opulentiam in vincula conijciatur, vt ſe redimat diuitias effundet. Verùm inops vocem exactoris, præfectiq; non audiet.

CCLXXXI.

RAB. *Leui. Gbſ. rſ. vbi ſup. ſic;* Mortaliũ alij, ſed diuites oſtentant, cùm tamen rerum om-

Terra autem erat inanis, & vacua.

omnium inopia laborant, alij etiam ſe inopes præſeferunt, qui ingentibus diuitijs domum refertam habeant. Idem prorſus contigit in ſapiẽtię negocio, quibuſdam ſapientiam ſuam venditantibus, cuius omninò ſunt expertes: quibuſdã verò ea ſe carere prædicantibus, qua in primis ſunt exculti. Qua re declarat hic ſapiens præſtantiſſimam eſſe conditionem eius, qui ſe inopem affirmet, cum diuitijs polleat: ita enim à quam pluribus ærumnis in diuitem impetum facientibus ſe ſubducit; quod idem eſt, ac indigentem nullius increpationem ſuſtinere.

CCLXXXII.

RODOLPH. *Baynus Com. ibi ſic:* A ſtudio, & concupiſcentia augendarum opum deterret, cùm videamus magnoperè laborare aliquos vt diuites euadant, & tamen ſemper ſunt egentes: contra alios negligere opes, non inhiare diuitij s, & nihilominus diteſcere. *Vbi apparet, diuitias minimè acquiri labore, & ſollicitudine: ſed dari quibus Deus vult.*

CCLXXXIII.

IANSEN. *Com in Prou. Ad illud cap. 19.* Qui tãtum verba ſectatur nihil habebit: *ait:* Senſus ergò eſt. Qui ſiuè docendo, ſiuè audiendo alios, tantum ſectatur verba, hoc eſt, ornatum verborum tantum ſpectat, ſolum curans, vt benè eleganter dicat non vt bona, & vtilia proferat, aut audiat, non autem vt ea, quæ dicit, aut audit etiã faciat: is nullum ſolidũ fructum indè conſequetur. Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. Rom. 2. *Addatur illud Rodolph. Bayni Com. ibi:* Qui autem magis ornatum verborum, & cultum linguæ curat, quam rei intelligentiam, & ſententiam, inter doctos non annumerabitur. Qui etiam magis ſtudet ſuam expolire linguam, ſuiſq; verbis gratiam addere, quam virtutibus ſuam animam illuſtrare, nihil premij conſequetur.

CCLXXXIV.

THEODORVS *Peltanus Com. in Prou. Ad illud cap. 24.* Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare nõ ceſſes: Si dixeris, Vires non ſuppetunt, qui inſpector eſt cordis, ipſe intelligit, & ſeruatorem animæ tuæ nihil fallit. *ait:* Neq; eſt vt aliquis, à Sancto illo, & neceſſariò charitatis officio per impotentiam, aut ignorantiam ſe excuſet; aut vires, quibus hunc vel illum à morte liberaret, ſibi defuiſſe alleget. Nam licet hæc aliaq; ſimilia apud hominem locum habere queant, apud Deum tamen, qui intima cordis pœnè penetrat, nihilq; ignorat (vt qui omnium ſit conditor, & ſeruator, redditq; vnicuiq; iuxta opera ſua, & nõ ſecundum hominum æſtimationem) lõgè aliud iudicabitur. Væ ergò illi, qui poteſt, & non adiuuat, ſaltem eò modo, quo poteſt, & quantũ põt. Quod ſi in corporeæ vitæ periculo ea diligentia adhibenda eſt, quantum in ſpiritualis vitæ diſcrimine adhibere conueniet? *Notetur, quòd Ianſenius hìc notauit dici, & nominari Deum animæ ſeruatorem illius, qui ad ſeruandum hominem monetur: ait enim ſic:* Seruator animæ, quod eam cuſtodiat, & præſeruet à multis malis, vt hoc titulo, & huius beneficij commemoratione magis excitet ad viciſſim perſeuerandum alios à morte, & malis varijs. *Vbi apparet, Chriſtianos per recordationem beneficiorum Dei ſibi collatis debere maximè inflammari ad conſimilia proximis exibenda.*

CCLXXXV.

S. AVGVST. *Enar. in Pſ. 103. Extendens hãc doctrinam, etiam ad cœtera miſericordiæ opera; ait,* Supplicem nullum ſpernas, & eum cui dare non potes, quod petierit non ſpernas, ſi potes dare da, ſi non potes, affabilem re præſta: coronat intus Deus voluntatem, vbi non inuenit facultatem. Nemo dicat non habeo: Charitas nõ de ſacculo erogatur.

CCLXXXVI.

RODOLPH. *Baynus Com. ibi ſic,* Sed à corporali anguſtia, vt dicere inſtitueram, miſero eripere non eſt omnium, ſed potentia opibus ac authoritate pollentium: verùm peccatorum animas, quæ ad mortem, & mactationem ligatæ tenentur, & anguſtijs præmuntur eripere, omniũ eſt conari, vel admonitione ſana, vel exemplo vitæ corrigẽdæ, aut precibus ad Deum ſedulis, vel deniq; quacunq; alia ratione.

CCLXXXVII.

CAET. *Com. in Prou. ad illud cap. 10.* Argentum electum lingua iuſti: cor autem impiorum pro nihilo. Dictio interpretatæ pro nihilo, ſonat ſicut modicum. Aſſimilatur ſermo iuſti argento ex igne purgante ipſum, eò quod eloquia iuſti purgata, atq; examinata ſplendent pulchrè, & ſo-

Terra autem erat inanis, & vacua.

ſonant rectè. Quò contra impiorum non ſolùm ſermo, ſed etiã cor aſſimilatur modico, eò quod parum boni habet: quia enim ex toto nõ poteſt eſſe malum (quia malum ſi fuerit deſtruit ſeipſum) ideò non aſſimilatur nihilo, ſed modico, quod pro nihilo reputatur.

CCLXXXVIII.

RODOLPH. *Baynus Com. ibi ſequens lectionẽ Hebraicam:* Cor impiorum velut exiguũ: *ait:* Poteſt referri ad qualitatem, vel ad tempus: quaſi paruo tempore durat intellectus impròbi, vel quaſi parum boni ſenſus, & cordis habent improbi: *Vbi apparet, quod etſi aliquando improbos aſſumptos ad prælaturas videamus bono gubernare dictamine: non poſſe tamen diu retardari quin infinitas committant ſtultitias.*

CCLXXXIX.

HVGO *Card. Poſtil. ibi ſic.* Argentum electum lingua iuſti .i. nitens, & ſuauiter ſonans, vt argentum electum: & probàta, & examinata in fornace diſcretionis antequam loquatur. Eccleſ. 28. Argentum tuum, & aurum conſla .i. cum argento eloquentiæ, miſce aurum diſcretionis: vt prius veniant verba ad limam quam ad linguã. Cor autem impiorum pro nihilo habetur: quia non curat de eius cuſtodia, vel mũdicia: vel quia ipſum pro nihilo dat .i. pro humano fauore, aut delitijs carnis, aut diuitijs mundi: quæ omnia nihil ſunt. Eccl. 1. Nihil iniquiùs, quam amàre pecuniam. Hic enim animam ſuam venalẽ habet.

CCXC.

IDem *ibi ſic:* Pro nihilo reputatur .i. à Deo: quia vanum eſt, & vana cogitat, & citò ſecreta reuelat. Vnde Eccl. 21. In ore fatuorum cor eorũ. Vel quia citò diligit: vel citò òdit, & pro nihilo, vel pro modico verbo. Vndè Eccl. 27. Homo ſtultus ſicut Luna mutatur.

CCXCI.

LEVI *Gherſom. Com. Trium Rab. ibi ſic:* Impiorum animus, & cor nonniſi breuiſſimi temporis vſuram in corpore habebit. Non eſt autẽ facta mentio linguæ impiorum, quod is haud cogitationes ſuas ore depromat, vt paulum antè dictum eſt. *Id autem, quod paulò antè dictum refert: eſt ad illum verſum eiuſdem cap.* Abſcondunt odia labia mendacia. *vbi ſic ait:* Qui ergò mẽdacia profatur ſtulto turpior eſt, magiſq; noxius, quod quidem fit, quod labia mendacia odium occultent, ex quo efficitur, nè quis ab huiuſmodi maleuolentia ſibi caueat, atq; ità illius retibus implicetur. Verùm ſtultus ore loquaci conuicia profert, ex quo fit, vt qui ab illo odio habetur, ſibi cauere ſtudeat.

CCXCII.

OLYMPIOD. *Monach. Enarr. in Eccleſ. Ad illud cap. 3.* Et deprehendi nihil eſſe melius, quã lætari hominem in opere ſuo, & hanc eſſe partẽ illius. Quis .n. eum adducet, vt poſt ſe futura cognoſcat. *ait:* Si de perſona voluptuarij hominis intelligẽtur hęc verba, ita intellige. Vidi (inquit) ego voluptati addictus, quod nihil ſit boni in vita, præter quam lætari in ijs operibus, & voluptatibus, & quod hæc portio eſt homini hæreditasq; conceſſa. Quæ verba cùm voluptarius temerè effuderit, docet ſubindè Eccleſ. vndè ſit id, quod huiuſmodi cogitationes huic hominũ generi innaſcantur, quia videlicèt nemo illis poteſt (intellectum cœcum habentibus) oſtendere, quæ futura ſunt eis, poſt illas, quibus nunc fruuntur, voluptates, æterna .ſ. tormenta, ſupliciaq; grauiſſima.

CCXCIII.

PHILO *Carp. Interpret. in Cant. Ad illud cap. 8.* Si dederit humo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione: quaſi nihil deſpiciet eã: *quæ verba ſic legit:* Si dederit vir vniuerſam vitã ſuam in charitatem, contemptione contemnent ipſum. *ait:* Hæc prædicta ſunt in eorum laudem, qui ſe totos Dei ſeruitio dederunt, & charitati: in eaq; perficienda vitam omnem abſumunt, ac locant, Mundo, & rebus eius abdicati; nec ſe contemni, atq; deſpici extimeſcunt: quia vltrò pro charitate ipſa calcari appetunt dicère Apoſtolo 1. Cor. 4. Tanquam excrementa, & quiſquiliæ Mundi facti ſumus. *Vbi facilè ſcienti, venit in mentem S. Patriarch. Dominicus, qui conſumpta tota, & maxima facultate, vtpote nobiliſſimus: ditiſſimuſq; in opera charitatis: ita ſpernebatur ab hæreticis, quod ipſi incedenti hæretici paleas, aliaſq; immunditias palio eius infigebant: dicente de eo eius legenda:* Nulla rẽ æquè lætabatur à ſui contẽptu.

CCXCIV.

IDem *ibid. proſequens, ait:* Cunq; hoc dici de fidelibus ſponſæ, tùm maximè de capite eius Chriſto Ieſu intelligere debemus, quippè, qui vniuerſam vitam ſuam pro amore noſtro deſpexit

xit

Terra autem erat inanis, & vacua.

xit,& dignitatem, æternum illud, vt loquamur imperium exutus,& poteſtatem, egētiſſimus rerum humanarum pro nobis factus,formam ſerui accipiens, à Scribis, & Phariſæis,Herodeq; cōtemptus,atq; deſpectus,illuſus,& conſputus,flagellis tortus,& inter peccatores tandem crudeliſſimè enecatus, eorumq; ſimillimus faciliſſimè iudicatus. O immenſam immortalis Regis, & conditoris omnium ergà mortalem ſeruum, charitatem. O ingratiſſimum genus humanum, quod talem, ac tantum Redemptorem tuū non ardentiſſimè redamas,ac colis,pro eoq; non vnā mortem, ſed mille libentiſſimè non cupis.

CCXCV.

HVGO Card. Poſtil.ibi ſic: Hæc.n. eſt illa pretioſa margarita, quæ inuenta vadit homo, & vendit omnia, quæ habet,& emit eā.Mat.13. Gene.29.habetur, quod Iacob videbantur dies pauci præ amoris magnitudine, quibus ſeruiebat pro Rachel. Et attende,quod quidam ſunt, qui dant ſua pro peccatorum ſuorū redemptione. Dan.4. Peccata tua eleemoſynis redime. Quidā pro præſenti iuſtificatione.Eſai.58.Frange eſurienti panem tuum, &c. Quidam pro habenda remuneratione,de quibus Mat.25.Eſuriui,& dediſtis mihi manducare,&c.vt .ſ. audiant quod ibi procedit: Venite benedicti, &c. ſed omnibus his multò perfectiùs eſt pro dilectione date:vt nihil indè ſperet homo. Quid enim prodeſt Deo ſi iuſtus fueris,&c.Iob 22.

CCXCVI.

ROBER.HolKot.ſup.lib.Sap.ca.8.lect.90.Ad illa verba: Diuitias nihil eſſe dixi:ait ſic: Benedicuntur diuitiæ nihil:quia eis homines annihilantur:Irritando,inſidiando, machinando, & bellando.Vnde propter diuitias vnuſquiſq; annihilate nititur alium.

CCXCVII.

LYRA Poſtil.ibi ſic: Nam excellentiæ corporales,& diuitiæ naturales,& artificiales communes ſunt bonis, & malis, & frequentiùs conceduntur malis, quam bonis, propter quod non ſunt vera bona hominis, quia ſic concederentur ſolis bonis, vt diffuſè deducit Boet.in lib.de conſolatione. Sapientia verò de qua fit hìc ſermo, ſolis bonis concedirut, perficit etenim hominem ſecundùm excellentiorē ſui partem,propter quod bona exteriora, reſpectu ipſius nullius momenti ſunt reputanda.

CCXCVIII.

ROPERT.HolKot.ſup.lib.Sap.cap.7.lect.90.Ad illa verba,Diuitias nihil eſſe dixi:ait ſic: Benedicuntur diuitiæ eſſe nihil, quia in maxima neceſſitate non iuuant:in morte:in iudicio,quādo homines maximè indigent,tunc dominum ſuum derelinquunt.In Pſ.Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.Et Iob 27. Diues cùm dormierit,nihil ſecum auferet: aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet.

CCXCIX.

ROPERT.idem ibid. ad ead. verba, ait ſic: Dicuntur nihil, quia non ſatiant animā poſſidentis.Sicut vacuū dicitur, nihil. Eccleſiaſtes 8. Non ſatiatur oculus viſu,nec auris replebitur auditu.Nec mirum,quia omnia terrena ſunt vana.Hiere.4. Aſpexi terram,& ecce vacua erat, & nihil.

CCC.

PAVL.de Palacio Com.in Eccl.ad illud cap.5. Et nè dixeris eſt mihi ſufficiens vita: Nihil.n. proderit in tempore vindictæ, & obductionis: ait:Referri hoc poteſt ad præcedentia,hoc modo:Si tibi ſunt poſſeſſiones, iniuſta ratione quęſitæ,nè dicas,Eſt mihi in his poſſeſſionibus ſufficiens vita.Benè illæ ſufficient ad vitam:num perindè ſufficient ad mortem? Vbi vindicta ſumetur de iniuſtitia tua. Vbi omnia tibi erūt obducta,& concluſa:nè alienum, domino ſuo reddere poſſis.Quàm verò tūc diuitiæ iniquæ prodere nō poterūt,nō eſt opus explicare. Siquidē non modò non proderunt: ſed vehementiſſimè nocebunt.

CCCI.

CAET.Com.in Prou. ad illud cap.12. Doctrina ſua noſcitur vir: qui autem vanus, & excors eſt,patebit contemtui. ait; Iuxta Hebræum habetur, Secundum intellectum ſuum laudabitur vir;& iniquus corde erit in contemptum.In cōſilijs videmus laudari vnumquemq; conſultorē ſecundum intellectum eius plus,& minus:& vbi laus attribuitur intellectui, ibi iniqui corde (quorum ſtudium eſt ad malum)contemnuntur, eò quod non ſecundum ingenium, ſed ſecundū iniquitatem cordis conſulunt.

Terra autem erat inanis, & vacua.

CCCIII.

R*ODOLPH Baynus Com. ibi ſic*: Hebr. obliquus corde, qui videlicet iactat ſapientiam, quã non habet, qui peruerſam, & falſam doctrinam in corde verſans, nõ ſolum laudem amittit prudentiæ, ſed etiam contemptus erit, tantò magis, quantò voluit intelligentiam oſtentare, quam non habuit. Cohibet Sapiens hac clauſula loquacitatem, & temeritatem eorum, qui docere volunt antequam diſcant, neſcientes iuxta Paulum, neq; quid loquantur, neq; de quibus affirment. 1. Tim. 1. Proh dolor, magnus eſt numerus.

CCCIV.

D*ANIEL Recuperus Com. ibi: quaſi ſequens illud commentum Interlinialis verbo*, Vanus, *ideſt*, ſine ſcientia: *ait*, Quid enim habere poteſt boni homo indoctus, & ineruditus carens bono intellectus humani? Sine litteris (vt inquit Cato) vita, eſt quaſi mortis imago.

CCCV.

C*AET. Com. in Prouer. Ad illud cap. 21.* Qui cõgregat theſauros lingua mendacij, uanus, & excors eſt, & impinget ad laqueos mortis: *ait:* Iuxta Hebræum habetur: Operatio theſaurorum in lingua falſitatis: vanitas impulſa, quæſtores mortis: Operatio theſaurorum ſiue colligendo, ſiuè effundendo res reconditas, quando fit in lingua falſitatis (hoc eſt cum multis mendacijs fingendo hoc, vel illud) eſt in primis vanitas: ſed quod deteriùs eſt, quandoq; impellitur ad quæſtores mortis. Mendacia enim officioſa interpretantur pernicioſa Reipublicæ: & ſic huiuſmodi operatio non ſolum eſt vanitas, ſed eſt vanitas impulſa ad quæſtores mortis.

CCCVI.

A*RBOREVS Com. ibi ſic:* Hoc in loco Salomõ inuehitur in adulatores diuitum, quibus ſanè nihil eſt peſtilentiùs, nihil deniq; Reipublicę pernicioſiùs. Siquidem venaturi prædam, ſummis, & clariſſimis viris adulantur, vt ditentur, confingunt mendacia, vt veritatis amãtiſſimos, qui ab aſſentatiunculis abhorrent, eludant, & circumueniant: & quia lingua eorum concinnata eſt mẽdacijs, & dolis, quibus opes iniuſtè cõpararunt, miseræ mortis laqueis irretientur, & apud inferos, niſi eos pœnituerit, perpetuò cruciabuntur.

CCCVII.

H*VGO Card. Poſtil. ibi ſic*: Vanus .i. vacuus: quia cupiditas, quo magis arcam implere deſiderat: eò ampliùs mentem euacuat.

CCCVIII.

T*HEODORVS Peltan. Com. ibi ſic*: Congregare ſibi pecuniarum theſauros, & omnis generis opes per linguam mendacem (vt ſolent falſi teſtes, corrupti Iudices, & Aduocati, mercatores, & inſtitores auari omnes) res eſt vana, planèq; veſana, quippè, quæ rectè abducat ad interitum, & laqueos mortis; ſi non ſemper corporis, animæ tamen ſemper. Eſt autem ingens ſtultitia, vanitas, & amentia id ſtudioſè, & indefeſsè quærere, quod certam perniciem, & mortem adducit, magiſq; laborare, vt perdas, & pereas, quam vt ſerues, & ſaluus fias.

CCCIX.

R*AB. Sal. Iſac. Com. Trium Rab. in Prouer. ad illud cap. 31.* Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo: Mulier timens Deum ipſa laudabitur: *ait*: Mulier haud laudibus extollenda, quod forma præcellat, cùm omnia ſint, quid inanè, & merũ mendacium. Mulier verò, quæ *D*eum vereatur, hæc ſolummodum laudibus eſt celebranda.

CCCX.

C*AET. Com. ibi ſic:* Tacitæ obiectioni reſpondet, quare inter laudes vxoris non ſupputauerit corpoream pulchritudinem, & gratiam: hoc eſt uenuſtatem, qua glorioſæ appellantur vulgariter mulieres in oculis aliorum. Reſpondet, inquam, duplici capite: Primùm ex eo, quod tàm gratia, quàm pulchritudo ſunt bona fallacia, ac vana. Deindè, quia vera laus conſiſtit relatiuè ad Deum in timore Iehouah: relatiuè verò ad homines conſiſtit in operibus, & non in pulchritudine, & propterea ſubiungit: Date ei de fructu manuum ſuarum: & laudent eam in portis opera eius. Retribuendum eſſe mulieri non de fructu pulchritudinis, aut gratiæ, ſed de fructu manuum ſuarum concludit: vt ſecundum ea, quæ fecit manibus (hoc eſt organis proprijs, ſiuè coniunctis, vt ſunt manus, ſiuè ſeparatis, vt ſunt miniſtri) & in portibus (hoc eſt in locis grauibus, in Senatu) laudent eàm opera eius, non blanda colloquia.

RO-

Digitized by Google

Terra autem erat inanis, & vacua.

CCCXI.

RODOLPHVS *Baynus Com. ibi ſic:* Non laudabimus eam ob corporis dotes, quæ bonis, & malis ſunt cõmunes, ſed laudabimus eã: quia eſt mulier timoris Domini.

CCCXII.

ARBOREVS *Com. ibi ſic:* Sin tentatio egrediẽs. vel egreſſio tentationis. Fallimur plerunq; gratia laudis, quam venamur ab hominibus, & cupimus nobis exhiberi. Laus etiam humana, fauor vulgi, & aura popularis nos occæcat, mentemq; pœnitùs obſcurat. Nam gratia hominum, & præſertim ſimulatorum, citò perit, & eius flos mane vireſcens, ad veſperã areſcet. Inſuper ornatus exterior, elegantia formæ, pulchritudo corporis, fucatus color, opum, & ſtudiorum iactantia, ſimulatus amor, & quicquid Dei timore, & amore caret, ſuum habet in officina vanitatis locum.

Ex Prophetis.

CCCXIII.

HVGO *Card. Poſtil. in Hiere. Fauere videtur illã litterã, non ſemel, noſtro textui correſpondẽtem, nimirum:* Terrã autem erat inanis, & vana: *nam ad illa verba cap.* 51. Cõfuſus eſt omnis cõflator in ſculptili, quia mendax eſt cõflatio eius, nec eſt ſpiritus in eis. Vana ſunt opera, & riſu digna: in tempore viſitationis ſuæ peribunt: *ait ſic:* Confuſus eſt omnis conflator: ideſt elector inutilis Prælati. Sæpè .n. electus electoribus ſuis non facit, quod ipſi ſperabant: ſed quandoq; facit eis peius, quam alijs: & tunc confunduntur. Vana ſunt opera, & riſu digna: ſcilicet, flectere genua antè talia idola, ac ſi eſſent veri Epiſcopi. In cuius rei figuram Iudæi, & milites irridere volentes Chriſtum chlamydem coccineam circundederunt ei: & corona de ſpinis coronauerunt eum, ponentes arundinem in dextera eius, & genuflexo ante eum illudebant, dicẽtes. Aue Rex Iudæorum: vt dicitur Mat. 27. In tempore viſitationis ſuæ peribunt: Scilicet, electores, & electi Sap. 14. Quod factum eſt, cum illo, qui fecit tormenta patietur. Eſup. Parum idolum maledictum eſt: & ipſum, & qui fecit illud: quia ille quidem operatus eſt: illud autem cùm eſſet fragile Deus cognominatus eſt. Sap. 15. Digni ſũt morte, qui ſpem habent in talibus: & qui faciũt illos: & qui diligunt, & qui colunt.

CCCXIV.

OLEAST. *Com. in Eſai. Maximè fauet, ſimulq; explicat illam lectionem noſtri textus. ſ.* Terra autem erat inanis, & nihil. *quaſi vellet dicere, Terram & ſi auro refertam, veniſq; argenti, & margaritis, tamen inutilem. Nam exponens illud c.* 44. Plaſtæ idoli omnes nihil ſunt: & amantiſſima eorum non proderunt eis: *quæ verba ſic vertit:* Artifices ſculptilis oẽs ipſi vanitas, &c. *ad mores ſic ait,* Tolerabile eſſet idolorum concupiſcibilia non prodeſſe, ſi etiam non plurimum obeſſent.

CCCXV.

HVGO *Card. Poſtil. in eundem ſupradicta verba ſic moralizat:* Plaſtæ idoli omnes nihil ſũt: Plaſtæ idoli ſunt electores mali Prælati: de quo Zach. 11. O paſtor, & idolum derelinquens gregem. Iſti omnes nihil ſunt: quia ſocij ſunt eius, qui nõ eſt, ideſt, diaboli: vt dicitur Iob 18. Diabolus enim primus elector fuit mali Prælati, eũ dixit primis parentibus: Eritis ſicut Dij ſcientes bonum, & malum. Gene. 3. Et ideò omnes electores malorum Prælatorum ſunt ſocij eius: qa à vero eſſe ſeparati ſunt. Sed quia ipſi eligunt eos, vt ipſi beneficientur ab eis & per quę peccat homo, per hæc & punietur. Sap. 11. Ideò ſequitur. Et amantiſſima eorum nõ proderunt eis, vt amantiſſimæ præbendæ, & dignitates. Hiere. 12. Hæreditatem acceperunt: & non proderit eis. Amos 5. Vineas amantiſſimas plantabitis: & vinum earum non bibetis.

CCCXVI.

FORERIVS *Com. in Eſai. Ad illud cap.* 40. Qui dat conſiliorum ſcrutatores quaſi non ſint: & Iudices velut inanè fecit. Et quidẽ neq; plantatus, neq; ſatus, neq; radicatus in terra truncus eorum: repentè flauit in eos, & aruerunt, &c. *ait:* Abach. 1. verſ. 10. tyrannos vertit: Potentiam Dei in Regum, & Principum perditione celebrat, qui mortalibus ſolent eſſe terrori. Etenim non plantatus, &c. .i. Reges, & tyrannos ſtatim initio imperij ſępè aufert, & de medio tollit antequam prolem generent, non relicta ſobole.

CCCXVII.

HVGO *Card. Poſtil in Hier. Ad illa verba c.* 14. Maiores miſerunt minores ſuos ad aquam:

Digitized by Google

Terra autem erat inanis, & vacua.

venerunt ad auriendum,non inuenerunt aquã: reportauerunt vaſa ſua vacua:confuſi ſunt,& afflicti: & operuetunt capita ſua: *ait ſic*: Maiores Prælati minores ſuos, .i. ſubditos ad aquam doctrinæ verbi Dei: quos inuitant ad auriendã doctrinam;& cùm venerint, nullam doctrinam, aut eruditionem inueniunt. Vndè. Venerunt ad auriendum.& non inuenerunt aquam:quia cùm faciunt ſuas viſitationes,nec ipſi prædicant,nec alios pro ſe prædicare faciunt. Reportauerunt vaſa ſua vacua,ideſt corda ſine doctrina. Et operuerunt capita ſua dolentes,quia non inuenerũt aquam doctrinæ. *Et paulò poſt iſta vltima verba relata fuiſſe,inquit,nõ ad ſubditos, ſed ad ipſos Prælatos,ait .n.* Operuerũt capita ſua mitris, vel capillis nolentes diſcooperire ad prædicandũ, vel celebrandum, cùm tamen dicatur .i. Cor. 11. Quis uit orans, aut prophetans velato capite non deturpat caput ſuum? *Lyra alter exponit ſic*: Operuerunt præ confuſione. Nam aliquãdo de communibus ad ſalutem pertinentibus interrogãtur,& neſciunt reſpondere. *Vbi apparet,cauſa quare de noſtra terra Eccleſiæ dicitur, quod ſit inanis,& vacua. Addatur illud,quod de iiſdem S.Hieronymus comment. ibid. in eodem ſenſu ait*: Operuerunt capita ſua, quia non potuerunt dicere cum Apoſt. 1. Cor. 3. Nos autem reuelata facie gloriam Domini contemplamur.

CCCXVIII.

R*VPERT. Abb. Com. in Amos. Ad illa verba c. 3.* Nunquid auferetur laqueus de terra antequam quid ceperit? *ait ſic*: Hoc enim idem eſt, ac ſi dicat Deus intendens opus bonum, opus perfectum. Nunquid verbum meum redibit ad me vacuũ? Non vtiq; Sic ut laqueus non auferetur de terra,antequam quid capiat. Sic verbum meum in vacuum non ibit: ſed in eo proſperabitur,vt omnem electorum numerum ad me reducat. *Vbi apparet,verbum Dei eſſe laqueum.*

CCCXIX.

O*LEAST. Com. in Eſai. Ad illa verba c. 24.* Ecce Dominus diſſipabit terram, & nudabit eã: *quæ ille ſic legit*: Ecce Dominus euacuat terram,& deſolate facit eam: *ad literam ait ſic*, Ecce Dominus euacuat terram omnem ſuis habitatoribus:& deſolare facit eam, ideſt ſolam relinquit multis ex cultoribus eius abeũtibus in captiuitatem,qui à ſua patria pulſi ſunt: *Ad mores autem ſic*: Aduerte, quod quemadmodum ſunt vitia,ac peccata priuatorum, & Communitatũ: ita etiam ſunt punitiones peculiares,& communes,quæ crebriores ſunt: quemadmodum vitia communitatis grauiora ſunt,quam priuatorum. Non enim Deus diluuium, qui totum ſubuertit orbem immiſit,niſi poſtquam viderat omnem carnem viam ſuam corrupiſſe. Et hæc eſt pœna, quæ communia peccata ſequi ſolet; euacuatio, deſolatio eius,& habitatorum diſperſio.

C C C X X.

O*LEAST. Comm. in Eſai. Ad illa verba cap. 34.* Et extendetur ſuper eam menſura, vt redigatur ad nihilum, & perpendiculum in deſolationem: *quæ ille ſic vertit*: Et extendet ſuper eam lineam deſolationis,& lapides vacuitatis: *ad literam poſtquam dicit poſſe legi*: Lineam vanitatis: *ait ſic*: Et loquitur hic Dominus, ac ſi eſſet cementarius,qui linea,& lapidibus operatur. Lineam vanitatis,ſeù vanam,ideſt,lineam quam non ſequitur ædificium, ideſt, nullum amplius in ea ædificium erit:& lapides vacuitatis, ideſt, lapides ſine loco in ædificio,ſeù nullos. Poſſemus etiam dicere, quod quemadmodum Dominus habet lineam plenam, & lapides plenos, ſeu re vera lapides ad ædificandam: ita habet lineam vanam,& lapides vacuos ad deſolandũ, ſeùs vanos,& vacuos. Et quemadmodum cùm vult domum, aut regnum ædificare extendit lineam veram,& lapides veros,quibus in ędificio locus reſpondet, ita cùm aliquam domum deſtruere vult,aut regnum non amplius reſtituendum,extendit ſuper eam lineam vanam, & lapides vacuos. *Vbi moraliter etiam bonam coniecturam habemus vnde cognoſcamus aliquam familiã, ſeu regnum in deſolationem ituram,nempè ſi regula, per quam gubernatur eſt regula vana, ideſt, vanitatis:& ſi lapides,ſcilicet,indiuidui, ſunt vacui, & ſine cerebro,& iudicio diſcretionis.*

C C C X X I.

O*LEASTER idem: ad mores ſupra dicta verba moraliſans: ait ſic.* Aedificat Dominus pijs,& impijs, ſed pijs ædificat domos fideles, & ſtabiles,impijs vero domum vanam,& vacuam. Audi quid Nathan dicat Dauidi. Annuntiat tibi Dominus,quod domum ædificabit tibi,& quod firma erit domus tua coram eo, & regnum vſq; in ſæculum. Iſtis vero ædificat linea vanitatis,& la-

Terra autem erat inanis, & vacua.

pidibus vacuitatis. *Vbi apparet, non tantum attendendum eſſe àd hoc, quod ædificium ſit à Deo, quantũ ad lineam, & lapides, ideſt ad regimen, & ad indiuiduos.*

CCCXXII.

OLEAST. *Com. in Eſai. Ad illa verba cap. 63.* Quaſi nihilum poſſederunt populum ſanctum tuum: *quandam cum noſtro Santes Pagnino afferet verſionem, ex qua non torquendo litteram, nõ vulgaris poteſt elici ratio, quare terra dicatur in iſto primordio eſſe nihil: legit enim ſic:* A breui poſſederunt populum ſanctitatis tuæ. *quam verſionẽ ſic explicat:* A breui tempore, populus ſanctus, .i. ſeparatus à te ab immũditijs, vel alijs gentibus. *Vbi habetur, res nouiter adeſſe, in quocunq; genere, agreſſæ, benè poſſe dici nihil. Vndè nouiter pœnitentes non exiſtiment aliquid ſe eſſe ſtatim à principio ſuæ conuerſionis.*

CCCXXIII.

OLEASTER *Com. in Eſai. Ad illa verba c. 29.* Et ſicut ſomniat eſuriens, & comedit, cùm autẽ fuerit expergefactus, vacua eſt anima eius, &c. Sic erit multitudo gentium, quæ dimicauerunt contra montem Sion. *Quandam affert, ad litteram expoſitionem: & ad mores doctrinam, ex qua benè poteſt conijci ratio, quare: cùm terra creata fuerit plena auri, & argenti venis, margaritiſq; ac cæteris, quibus concreatam fuiſſe nemo dubitat, nibilominus vacua dicatur, Videlicet myſticè voluiſſe deſcribere impium, qui non ſemel terra appellatur in diuina ſcriptura, quantumlibet plenus videatur bonis, & diuitijs: vacuũ tamen, & inanem re vera dici poſſe: nimirum, quia iniuſtus poſſeſſor. Nan ad litteram exponens, ſic ait:* Qui dimicant contra montem Sion, ideſt, Eccleſiam, putabũt ſe ſpolia multa ab ea reportaturos, & nihil ſpoliorum apud ſe inuenient, ſed potius ipſi fient ſpolia ipſius. *Et ad mores, ſic:* Sunt bona iuſtorum, venenata potio, quæ non ſolùm hauſta non prodeſt, ſed omnia, quæ ſunt in viſceribus hominis commouet, & exire facit. Sic opes Sanctorum in ventrem iniquorum, non ſolum non decoquuntur in viſceribus eorum, ſed opes, & ferè viſcera eorum ſecum trahunt, & vacuum velut ſomniantem relinquunt.

CCCXXIV.

OLEASTER *idem ibidem, Ad illa verba c. 49.* Ego dixi: In vacuum laboraui, ſine cauſa & vanè fortitudinem meam cõſumpſi. *quæ verba de Chriſto Domino reſpondenti Patri ſe laudãti de ſua ſacratiſſima paſſione, & redemptione humani generis intelligẽs: quãdã profert expoſitionẽ, ex qua dubio ſupra poſito alia colligi poteſt ſolutio. Videlicet terram vacuam nihilominus dici, quia & ſi tot referta diuitijs, tamen non omnibus, quæ poterat ex ſe producere plena erat, nempè arboribus, herbis, animalibus, quæ poſteà creata fuerunt. Vacuitatis enim nota non tollitur per multum, ſed per omne, & plenũ. Nam exponens ſupradicta verba ſic ait in perſona ipſius Chriſti Domini:* Non eſt Domine, quod me ſic commendes, quod per me gloriabetis, poſtquam non ſum reducturus omnes meos ad te immo in vacuum, ideſt, ſine fructu laboraui, in reducendis omnibus Iudæis. *Et D. Hieronymus Com. ibid. ſic:* Quomodo in me glorificatus es Pater, quia in vacuum laboraui, & magnam partem populi Iudæorum ad te reuocare non potui. *Vbi apparet, ratio diſplicentiæ Sanctorum in medijs ſuis ſublimibus virtutibus, & ſuorum manuum laudibus, nimirùm, quia non reſpiciunt an multum fecerint, ſed an totum: & illud quod deeſſe ſibi vident, quaſi vacuum deplorant. Addatur, quod idem proſequitur ſic:* Debet etiam ſeruus Dei licet optimè certauerit, & vires conſumpſerit, ſe inutilem ſeruum dicere, & reputare in vacuum laboraſſe, inutiliter, & vanè fortitudinem ſuam conſumpſiſſe: quoniam nunquam huic Domino, ſatis ſeruiet. *Vbi etiam dicere poſſumus, terram talem dici, reſpectu Dei.*

CCCXXV.

HVGO *Card. Poſtil. in Eſai. Ad illa verba c. 30.* Spiritus eius velut torrens inundans vſq; ad medium colli ad perdendas gentes in nihilum: *intelligens per ſpiritum Domini eius furorem, & ſupplicia minãtia gentes, & infideles, ſeu impios: verbum* nihil *ſic exponit:* Non quod mali ad nihilum redigantur: ſed nihilum reputabũtur: ſemper viuentes in pęna, qui mortui fuerunt in culpa. *Vbi apparet, nõ minus annihilari res per annihilationem, eſſentiæ, quàm annihilationem reputationis.*

CCCXXVI.

HVGVS *Card, Poſtil. in Eſai. Ad illa verba cap. 32.* Stultus cum fatua loquetur &c. & vacuam faciet animam exurientis: *Myſticè ſic exponit de Prædicatore impio.* Quia & ſi aures

Digitized by Google

Terra autem erat inanis, & vacua.

populi eſurientis panem Verbi Dei, & ſitientis potum ſapientiæ ſalutaris paſcat per verbum prædicationis: corda tamen eorum euacuat ab omnibus bonis per malum exemplum.

CCCXXVII.

OLEASTER *Comment. in Eſai. Ad illa verba cap.* 55. Sic erit verbum meum &c. Non reuertetur ad me vacuum. *quandam expoſitionem profert verbo* (uacuum) *ex qua colligi poteſt quedã ſolutio illi, non ſemel hic excitato dubio nempe quare cum terra à primordijs plena auro, & argento, cæteriſq; quæ intra ipſam concreata fuerunt proculdubio prodierit, vacua dicatur: ait enim ſic.* Quod non reuertetur ſine fructu ad me. *Vbi apparet Deo omnia eſſe vacua quantumlibet alijs referta perfectionibus, quæ non fructum faciunt. Hugo ſic.* Ideſt ſine fructu, ſed cum multo lucro Geneſ. 32. In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum: & nunc cum duabus turmis. *Terra proferendo aurum, &c. reddit depoſitum: proferendo autem poma &c. reddit fructum: & ideo ante hoc vacua recte dicitur.*

CCCXXVIII.

IDEM *Comment. in Eſai. Ad cap. 49. Vbi Profeta in perſona iuſti Deo ſe laudanti, & dicenti* Seruus meus es tu Iſrael, quia in te gloriabor: *reſpondit.* In vacuum laboraui, & vane fortitudinem meam conſumpſi: *præbet nobis occaſionem, vt approbemus opinionem aliquorum dicentium hoc non eſſe dictum in terræ exprobationem: Nam etſi ex eo dictum, quod fructu careret, & improbrũ ſit, terræ non fructificare; hoc tamen intelligitur ſi eſt per culpam, & negligentiam: quæ terræ in illis primordijs imputari minime poterat ſiquidem, neq; virtutem germinandi adhuc à Deo datam habebat, neq; cætera neceſſaria, nempe pluuias, hominẽ, &c. Oleaſter enim, inquam, notans laudari, qui confitebatur in vacuum .i. vt ille ad litteram explicat, ſine fructu; ait ſic.* Vide opera laudari ſerui, qui poſt laudes domini, non ſolum in negotio laborauit, ſed fortitudinem omnẽ conſumpſit in vanum: Qua in re docentur ſerui Dei, preſertim, concionatores, non derelinquere verbum, licet ſibi videatur oleum, & operam perdere. *Vbi apparet in domo Dei non reſpici fructum: ſed laborem: & ſolum exprobari negligentiam, & culpam.*

CCCXXIX.

HVGO *Card. Poſtil. in Eſai. Ad eadem verba quandam præbet expoſitionem ex qua colligere poſſumus Deum in hoc voluiſſe deſcribere partes duas neceſſarias, è præcipuas Prædicatori Euangelico, non ſemel deſignato per terram, nempe, paupertatem, & mundam à mercedis intentionem. Nam ſic ait:* In vacuum laboraui: quaſi diceret, multum laborẽ ſuſtinui, & tamen in labore meo proprium cõmodum non quæſiui.

CCCXXX.

GLOS. *in Eſai. Ad illa verba cap.* 22. Terra, terra, terra: audi ſermonem Domini: Hæc dicit Dominus: Scribe virum iſtum ſterilem: *ait ſic.* Aquilæ prima editio: ſterilem. Secunda; non creſcentem. Simachus: vacuum. *S. Hieron. Comment. ibidem: addit ſic.* 70. & Theodotio abominabilem, & abdicatum interprerati ſunt. *Hugo Card. Poſtil. ibidem moraliter ſic.* Quicunq; in terra ſcribitur, ſterilis efficitur. ſ. ab operibus bonis ſupra 17. Domine recedentes à te in terra ſcribẽtur. Vel ſterilis vt nullũ talis ſpiritualiter poſſit Deo generare. Tales maledicti ſunt ſecũdum legem: Deut. 7. *Vbi Prædicatores habent admonitionem, vt à terrenis ſe abdicent, ſi Deo fœcundos eſſe deſiderant.*

CCCXXXI.

INTERL. *Ad illa verba Hierem.* 14. Venerunt ad auriendum: non inuenerunt aquam: reportauerunt vaſa ſua vacua: *myſtice exponens de terra, Eccleſiæ ſ. ignorantibus, & minoribus, qui cũ noſtro textu non ſemel deplorantur de vacuitate doctrinæ; ait ſic.* Non quod aquæ non fuerunt: ſed quia illi inuenire non potuerunt. *Non deeſt doctrina, & ſciẽtia in Prælatis, & Doctoribus: ex parte quærentium, & indigentium eſt iſte defectus. Confirmat hoc Hugo Card. Poſtil. in eundem ad illa verba cap.* 3. Sol obtenebratus eſt: *quæ verba dicebant lamentantes ſe Iudæi in captiuitate; ait:* Secundum opinionem poſitorum in captiuitate. Tantum .n. terrorem, & dolorem habebant, quod videbatur ſol obtenebratus, ſicut homini multũ dolenti, & lachrymas effundenti apparet.

CCCXXXII.

NICOL. *de Lyra Poſtil. Ad illa verba Hierem. cap.* 14. Maiores miſerunt minores ſuos ad aquam: venerunt ad auriendum: non inuenerunt aquam: reportauerunt vaſa ſua vacua. Confuſi ſunt & afflicti, & operunt capita ſua. *ita illa myſticè commentatur, vt faciliter reddat rationem,*

qua-

Terra autem erat inanis, & vacua.

quare in terra noſtræ Eccleſiæ, ſcilicet minoribus detur iſta (quæ cùm noſtro textu multoties deploratur vacuitas doctrinæ: cùm multos eorum ſtudiorum Vniuerſitatibus adire, ibiq; multũ abſumere videamus temporis: Nam ſic ait: Maiores, &c. Nam Epiſcopi aliquos de ſuis ſubditis licentiant, vt vadant ad audiendum doctrinam ſalutarem: & ſimiliter ſuperiores Religionum idem faciunt. Et ſequitur reportauerunt vaſa ſua vacua, ideſt ſalutari doctrina. Confuſi ſunt & afflicti. Nam in addiſcendis curioſis magnus eſt labor, & parũ, aut nihil vtilitatis. Vndè ſubditur: Operuerunt capita ſua: præ confuſione. Nam aliquando de communibus ad ſalutem pertinentibus interrogantur, & neſciunt reſpondere.

CCCXXXIII.

S. *HIER.* Comment. *ibidem. Aliter ſupradicta verba exponit, imponendo culpam vacuitatis ſcientiæ in populo Epiſcopis, qui non per ſe, neque per miniſtros canos, & ſenes ſuas viſitant Diœceſes: ſed per iuuenes: & alludens ad illud Geneſ. 26. Vbi dicitur, quod Iſac mittens bis ſeruos ſuos puteos aquæ fodere ſemper iurgium exortum eſt, & aquas non inuenerunt: vltimo ait ſic diuinus textus.* Profectus inde fodit alium puteum, pro quo non contenderunt*: dicit*: Maiores quoq; qui deberent ipſi pergere ad hauriendas aquas, mittunt iuniores, in quibus cani non ſunt ſapientiæ: & idcirco veniunt ad puteos, & non inueniunt aquas, quas Patriarchas inueniſſe narrat hiſtoria Gen. 16. 26

CCCXXXIV.

O*LEAST. in Eſai. præbet materia vndè dici poteſt terram dici vacuam, quia habitatoribus peccatoribus carebat, & alleuiata erat. Nã illa verba eiuſdem Prophetæ:* Diſſipatione diſſipabitur terra: *quæ verba ſic ille vertit:* Euacuando euacuabitur terra: *moraliter ſic illuſtrat:* Quemadmodum ventèr malis humoribus repletus cupit eos euomere, vt alleuietur: ita & terra impios, & immũdos, vt ijs exoneretur.

CCCXXXV.

H*VGO Card. Poſtil. in Eſai. Videtur fauere illam aliquorum huius textus expoſitionem, nempè, idem eſſe dicere, terram eſſe vacuam, ac deſertam. Et myſticè exponens illa verba Eſai. cap. 1.* Terra veſtra deſerta: *ait ſic:* Terra veſtra, Paradiſus, Eccleſia, anima, clauſtrum. Deſerta: Angelis, filijs, donis, inſtitutis. *Vbi apparet, quod ſicut Paradiſus vacuatus fuit per defectionem Angelorum, Eccleſia per apoſtaſiam hæreticorum; anima, per amiſſionem cœleſtium donorum: ſic Religiones per defectum ſacrorum inſtitutorum, & conſtitutionum euacuabuntur.*

CCCXXXVI.

O*LEAST. Com. in Eſai. fauet quandam ſolutionẽ non abs re excogitatam illi dubio hic communiter excitato, nimirum, quare de auri venis, & argenti ab initio mentio non ſacta facta fuerit in diuino textu. Videlicet, vt ab initio pax commẽdaretur, & via ad idolatriam præcluderetur. Nam exponẽs ad mores illa verba ſupradicti Prophetæ cap. 2.* Repleta eſt terra argento, & auro, & non eſt finis theſaurorum eius: *quæ verba coniungens cum ſequentibus ibidem immediatè. ſ.* Et repleta eſt terra eius equis: & innumerabiles quadrigæ eius. Et repleta eſt terra eius idolis: *ait ſic:* Oſtendit, quod ſimul cum abundantia rerum, acceſſit bellicus apparatus: eſt enim pecunia neruus belli. Vix enim diuites Reges poſſunt ſe domi continere, quin ſtatim vicinis, & alijs bella moueant. Quod Dominus præuidens, prohibuit Regibus Iſrael in Deut. 17. nè aurum, & argentum multiplicarent, & exindè equorum, & curruũ multitudinem. Et repleta eſt terra eius idolis, ideſt, apparatum bellicum ſubſequuta eſt idolorum colluuies, vt fieri ſolet. *Vbi aduertendum, quod ſicut argenti, & auri multitudinem ſequitur belli apparatus: ſic apparatus belli, & ſtrepitus armorum generat in Regnis defectum Fidei.*

CCCXXXVII.

H*VGO Card. Poſtil. in eundem Proph. Ad eadem verba. ſic ait:* Repleta eſt terra: Eccleſiæ, vel Religionis: auro & argento: materiali ad litteram: Et: tamen: non ex finis theſaurorũ eius; quia creſcente pecunia, creſcit auaritia: more ignis, qui creſcit creſcentibus lignis. Baruch. 4. Argentum theſaurizant, & aurum, in quo confidunt homines: & non eſt finis acquiſitionis eorum.

CCCXXXVIII.

H*VGO Card. Poſtil. in Eſai. Ad illa verba cap.* 40. Omnes gentes quaſi non ſint: ſic ſunt coram eo: & quaſi nihilum, & inane reputatæ ſunt: *quæ verba conſimilia noſtro ſunt textui: ait:* Hoc eſt, quod dicitur in pſ. 38. Subſtantia mea quaſi nihilum ante te: Et ſup. cap. 12. Oẽs gẽtes

quæ

Digitized by Google

Terra autem erat inanis, & vacua.

quæ pugnant aduerſus te, erunt quaſi non ſint. *Oleaſt.ſic*: Omnes gentes, quæ .ſ. ignorant, eum eſſe verum Deum: collatione ad fideles ſuos, ſūt quaſi nihil, & inane.

CCCXXXIX.

FORERIVS *Com.in Eſai.ſic*: *Afferens terminum Hebraicum ait*: Quod defectum, ſeù ceſſarionem notat Hebręis, interdum eſt nihil, nihilum: cùm præpoſitione autem (mem) quæ interdum comparationibus deſeruit, valer, pluſquam nihilum Hæc veræ ſunt, ſi naturam hominis, naturę diuinæ cōferas: vt vel hinc colligat homo, quātum Deo debeat, & quā meritò exclamet Propheta, Quid eſt homo, quod memor es eius, vel quia reputas eum? Quid dicemus nos, qui Deū pro homine hominem factum videmus? Certè, ſi homo eſt pluſquam nihilum, verè dictum eſt, Exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiēs: erat.n.verus homo.

CCCXL.

HVGO *Card.Poſtil.in Hierem.cap.4.Ad illa verba*: Aſpexi terrā, & ecce vacua, & nihil: *ſic ait*: Ideſt temporalia: quæ re vera vacua, & nihil. Vnde Gene.1. Inanis, & vacua: quia ſatiare non poſſunt, ideò inanis & nihil: quia nihil indè auferre poſſumus nobiſcum, & ideò vacua. Act.9. Paulus aperiens oculos nihil videbat. Vnde, qui hic aliquid eſſe putant, patet, quod cordis oculos clauſos habent.

CCCXLI.

HVGO *Card. Poſtil. in Eſai. Ad illa verba cap.* 41. Ecce omnes iniuſti, & vana opera eorum: uentus, & inane, ſimulacra eorum: *ait ſic*: Idola, ſiue ſimulacra hominum ſunt *Prælati*, de quibus regula eſt. Eſai.hic, quia aut ſunt vētus per ſuperbiam, aut inane per fictam iuſtitiā: nec fallit in multis hæc regula, quod dolendum eſt valdè.

CCCXLII.

HVGO *idem Poſtil. in Hiere. Ad illa verba cap.* 50. Sagitta eius quaſi viri fortis interfectoris nō reuertetur vacua: *quæ verba non multum diſſonant à noſtro tex. ſic ait literaliter*: Non reuertetur vacua: quia uulnerabit, & capiet: *Et myſticè ſic*: Sagitta eius &c.ideſt prædicationis. 2.Reg.1. Sagitta Ionatæ nunquā rediit retrorſum: & gladius Saul non eſt reuerſus inanis.

CCCXLIII.

INTERLIN.*in Eſai. Illa verba cap.* 63. Quaſi nihilum poſſederunt populum ſanctum tuum hoſtes noſtri: *ſic explanat, vt benè poſſit dici, terrā nihil vocari reſpectu extimationis hominum, quibus abſq; vllo eorum labore à diuina donabatur magnificentia. Nam ſic ait*: Quaſi nihilum poſſederunt: ideſt, ſine pugna, ſine labore. *Hugo Card. Poſtil. ibidem ſic*. Ideſt, gratis, ſine pugna, & ſine magno labore.

Ex Epiſt. Apoſt.

CCCXLIV.

HVGO *Card. Poſtil. in Epiſt.1.ad Theſſal. Ad illa verba cap.2.* Nam ipſi ſcitis fratres introitū noſtrum ad vos, quia non inanis fuit: *ait ſic*: Non inanis fuit: ideſt nō in proſperitate ſæculari: quę inanis eſt: non in iocis, & gaudijs mundi. Gen.1. Terra erat inanis, & vacua: ideſt terrenitas: Hierem. 4. Aſpexi terram, & ecce vacua erat, &c. Epheſ. 5. Nemo vos ſeducat inanibus verbis. Dicit ergò: non inanis fuit: quia quando veni ad vos proſpera huius mundi: iocos, & gaudia, nec habui in me, nec vobis prædicaui. *Vbi apparet, vanum eſſe introitum prædicantium, qui in ſe oſtendunt, uel huius mundi proſpera, uel gaudioſa, etiam ſi contraria prædicent.*

CCCXLV.

IDem *ibid. eadem uerba aliter ſic exponit*, Inanis, ideſt facilis, ſed difficilis: & ideò non fuit ſterilis: quia difficultates in principio prædicationum ſunt ſignum, quod proſperarur prædicatio. Illud Iob 38. Quis dedit vehementiſſimo imbri curſum, & viam ſonanti tonitrui, vt plueret ſuper terram abſq; homine in deſerto, &c. Quando enim magna perturbatio eſt vētorum, & tonitruorum; magna ſequitur abundantia pluuiarum. Sic quando perſecutiones ſuſtinet Prædicator in principio, poſtea plus proficit. Pſal 92. Mirabiles elationes maris. Et ſequitur: mirabilis in altis Dominus: Item Pſ. 123. Flugura in pluuiam fecit.

CCCXLVI.

LYRA *Poſtil.epiſt.ad Coloſ. Ad illa uerba Apoſt. cap.2.* Videte, nè quis vos decipiat per philoſophiam, & inanem fallaciam. *ait ſic*: Rationes enim phyſicæ contra fidem Chriſti ſunt inanes

Terra autem erat inanis, & vacua.

nes,& ſophyſticæ: procedunt enim ex apparentibus ſenſui,& applicantur ad materiam ſenſum totaliter excedētem: concludendo,quod Deus non poſſit humanari,virgo parere, mortuos reſurgere,& huiuſmodi: ſed non valet,quia virtus diuina cùm ſit infinita,poteſt illa, quæ ſunt naturæ impoſſibilia.

CCCXLVII.

S. *CYPRIAN. de Bono patientiæ. Tract. 11. Afferens per occaſionem eadem verba: ait ſic;* Quare,ſi ſapientia illic vera non eſt,eſſe non poteſt, & vera patientia.Nam ſi patiens ille eſt,qui humilis,& mitis eſt: Philoſophos autem nec humiles videmus,nec mites, ſed ſibi multum placentes,& hoc ipſo,quod ſibi placeant,Deo diſplicentes: apparet illic non eſſe veram patientiam, vbi ſit inſolens affectatæ libertatis audacia,& & ſerti, ac ſeminudi pectoris inuerecunda iactantia. Nos autem fratres chariſſimi, qui Philoſophi non verbis, ſed facti ſumus, nec veſtitu ſapiētiam,ſed veritate præferimus: qui virtutum conſcientiam magis, quam iactantiam nouimus: qui non loquimur magna,ſed viuimus quaſi ſerui,& cultores Dei; patientiam quam magiſterijs cœleſtibus diſcimus, obſequijs ſpiritualibus præbeamus. Eſt enim nobiſcum Deo virtus iſta communis.Inde patientia incipit, indè claritas eius,& dignitas caput ſumit. *Vbi apparet,non poſſe dici uerum,ſed inanem ſapientem, qui impatiens arrogans apparet.*

CCCXLVIII.

S. *ATHANAS. Com. in 1. Theſ. 2. Ad illa verba:* Nam & ipſi ſcitis fratres introitum noſtrū ad vos,quia non inanis fuit: *ait ſic:* Hoc eſt non expers diſcriminis;aut non multum habens firmitatis;nec moleſtiarum immunis. Nam,vt ſæpè dictum eſt ſupra,ædita pericula ſunt, quæ fidem obfirmant.His enim ſublatis inanis illa, & ſuperuacanea inueniretur.

CCCXLIX.

S. *HIER. Com. in Epiſt. Rom. Ad illa verba:* Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi, per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur: *notat contrarietatem, nempè eſſe inuiſibilia, & conſpici. Soluit autem ſic:* Tàm euidenter intellecta ſunt,vt conſpecta dicantur. *Vbi apparet,non minori veritate poſſe dici viſa ea, quæ euidenter intelliguntur, quam ea,quæ oculis conſpiciuntur.*

CCCL.

S. *AVGVST. tract. 13. in Ioan. Afferens contra quendam ſeditioſum illa verba Apoſt. 1. Cor. 13.* Charitatem autem non habuerò nihil ſum, *ait ſic:* Nemo ergò vobis fabulas vendat,& Pontius fecit miraculum:& Donatus orauit,& reſpondit ei dominus de cœlo. Primò,aut fallūtur,aut fallunt. Poſtremò: fac illum montes transferre. Charitatem autem,inquit,non habeat nihil ſū. Videamus vtrum habuerit charitatem. Crederem,ſi non diuiſiſſet vanitatem. *Et lib. contra Fauſtum c. 5. afferens idem addit ſic:* Nam qui nō habent charitatem, diuiſerunt vnitatem.

CCCLI.

S. *CYPR. dè vnitate Eccleſiæ contra Nouatianum ſchiſmaticum. 7. Afferens per occaſionem illa Apoſt. verba 1. Cor. 13.* Et ſi habuero fidem,ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero nihil ſum,&c. *ait ſic:* Ardeant licet flammis,& ignibus,traditi,vel obiecti beſtijs,animas ſuas ponant,non erit illa fidei corona, ſed pœna perfidiæ,nec religioſæ virtutis exitus glorioſus: ſed deſperationis interitus.Occidi talis poteſt: coronari non poteſt.

CCLII.

H*VGO Card. Poſtil. in 2. Petri. Ad illa uerba c. 1.* Non vacuos,nec ſine fructu vos conſtituēt: *ait ſic,* Non uacuos in ſerenitate conſcientiæ, & deſiderijs ſanctis,& affectionibus,quę ſunt quaſi bonus liquor in vaſe cordis contentus: vt in ſcypho, de quo potat dominus vinum optimū: dignum dilecto meo ad potandum, labijsq; & dentibus illius ad ruminandum. Cant. 7. Nec ſine fructu boni exempli ad proximum.

CCCLIII.

S. *IO. Chryſoſt. Hom. 27. in 2. Epiſt. ad Corint. Ad illa uerba cap. 12.* Nulla enim in re inferior fui ab ijs,qui ſunt ſupra modū Apoſtoli: tametſi nihil ſum. *Ita conciliat hæc duo inter ſe tam diſtātia,& oppoſita, ut ſunt ſe iactare de æqualitate cum ſummis Apoſtolis: & dicere ſe nihil eſſe: quod non ineptè ſoluitur illud dubium inſurgens ex illa communiter alata lectione,* Terra erat nihil, *Oppoſita .n. ſunt; eſſe, & nihil. Nam excellentiæ Apoſtolatus extollentiam referre dicit ad Apoſtoli prædicationē, in qua ſummis ſe comparauit Apoſtolis: nihil autem eſſe tangere nullum,aut modicum fructum,quem fecit Corint. ſua tam excellenti doctrina: ait enim ſic:*

Nec

Terra autem erat inanis, & vacua.

Nec dixit, vilis, ſed quod minus eſt nihil. Nam quæ inde prouenit vtilitas, quod magnus ſis, ſi nulli proſis? Sicuti videlicet periti Medici nullus eſt uſus, ſi laborantium neminem ſanat. *Vbi apparet, quod fructus, & profectus ſpiritualis audientium eſt, qui eſſe dat Prædicatori: & non eius doctrina quantumuis excellens ſit. Quæcunq; enim inutilia ſunt: nihil ſunt, quantumlibet magna mole exiſtant.*

CCCLIV.

SATHAN. *Com. in Epiſt. ad Galat. Ad illa verba cap.* 4. Fratres obſecro vos. Nihil me læſiſtis: *ait ſic:* Quum acriùs hos inceſſiuiſſet, nititur eorum animos mitigare: Nihil enim vel vehementior increpatio, vel nimia negligentia conferunt vtilitatis. Et ideò fratres appellat, vt baptiſmi ſimul acceptam gratiam recordentur: qua omnes fraternum ſumus nomen adepti, vt qui ex Deo ſimus vnico patre progeniti. Excuſat prætereà non odij gratia ſe intuliſſe, quæ dixit. Nihil enim me, inquit, læſiſtis: quin potiùs honoribus eſtis, & gratis operibus proſecuti. Qui igitur credi pôt, vt inimicitiæ, & maleuolētiæ cauſa hæc vobis obiecerim: de quibus vt benemeritus eſſe uiderer, tantum curæ ſuſceperim? *Vbi apparet, omnem reprehenſionem eſſe ſine ſuſpicione, vbi reprehendens non ſolum non læſus, ſed inſuper honoribus proſecutus apparet à delinquentibus.*

CCCLV.

DIONYS. *Cart. Enar. in Epiſt. Iacob.* 2. *Ad illud:* Vis autem ſcire ò homo inanis, quoniam fides ſine operibus mortua eſt: *ait:* Ideſt uanus, & ſpiritualiter uacuus, utpotè fidei opera, & charitatem non habens, & per conſequens ad ultimi finis adeptionem indiſpoſitus, & ineptus. Dicitur enim inane, quod non conſequitur debitum finem.

CCCLVI.

BEDA, *Expoſit. Rom.* 1. *Ad illud:* Inuiſibilia n. eius à creatura mundi, per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur: *ait:* Cur enim attendat opera, & non quærat artificem? Attendis terra fructificantem, attendis mare plenum animalibus ſuis, attendis aerem plenum volatilibus, attendis cœlum fulgere ſtellis, &c. & non quæris tanti operis artificem? Sed dicis mihi: iſta video, illum non video. Ad iſta vidēda corporis oculos dedit, ad ſe videndum mentem dedit. Neq; enim & animam hominis vides. Sicut enim ex motibus, & adminiſtratione corporis animam quam non vides intelligis, ſic ex adminiſtratione totius mundi, & ex regimine ipſarum animarum intellige creatorem.

CCCLVII.

DIONYS. *Cart. Enar. ibi ſic*, Inuiſibilia enim ipſius, ideſt diuina natura incorporea ſimplex, & inuiſibilis, & perfectiones eius; quæ naturaliter ſciri poſſunt, videlicet iuſtitia, potētia, prouidentia, &c. à creatura mundi, .i. ab homine, qui inter creaturas huius ſenſibilis mundi primatum ſortitur: de quo Dominus dicebat Mar. 16. Prædicate Euangelium omni creaturæ, ideſt omni homini. Per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, .i. intellectualiter contemplata. Oportet .n. inuiſibilia Dei intellectuali, puroq; oculo intueri.

CCCLVIII.

S. ANSEL. *Com. ibi ſic:* Nam ſi vigilanter exteriora conſpicimus, per ipſa eadem ad interiora reuocamur. Veſtigia quippè creatoris ſunt mira opera viſibilis creaturæ, quoniam per hæc, quæ ab ipſo ſunt imus ad ipſum. Nam quocūq; ſe vertit anima, ſi vigilanter intendit, in iiſdem ipſis Deum inuenit, per quæ reliquit: eiuſq; potentiam ex eorum ruſum conſideratione cognoſcit, quorū amore deſeruit: & per quæ auerſa cecidit, per hæc conuerſa reuocatur. Et quaſi ibi ſurgendo manum conſiderationis figimus, ubi pede amoris lubrici corruentes, negligendo iacebamus. Quia enim ab inuiſibilibus per uiſibilia cecidimus, dignum eſt, ut ad inuiſibilia ipſis rurſum uiſibilibus inſiſtamur: & quo caſu anima uenit ad infima, eo gradu reuertatur ad ſumma.

CCCLIX.

S. IO. *Chryſ. Hom.* 42. *in Epiſt.* 1. *ad Corint. Ad illa verba Apoſt. cap.* 15. Cùm ſciatis, quod labor ueſter non eſt inanis in domino, *ait ſic*, Quid? Laborem rurſum narras? Labor eſt, ſed qui premium habent coniunctum cœleſte. Siquidem primus ille poſt relictum paradiſum labor, pœna peccati fuit: hìc uerò noſter imago eſt premiorum futurorum. *Vbi apparet, quod quantumuis repetatur, nunquam ſit importuna laborum pro Chriſto commemoratio.*

Idem

Terra autem erat inanis, & vacua.

CCCLX.

IDem *Hom.* 18. *in Epiſt. ad Epheſ. c.* 5. *quandam expoſitionem dat verbo*, inanis, *ex qua colligi poteſt Moyſem in hoc noluiſſe terræ difformitatem aliquam deſcribere: nam vt multi dicunt, pulchra non minus, ac cœlum, & abſoluta creata fuit, vtrũq; autem ſine ſuo ornatu, terra ſ. ſine arboribus, &c. cœlum ſine ſyderibus, de quo tamen non dictum eſt eſſe inane: ſed vt oſtenderet gratiam terrenę pulchritudinis non eſſe ſubſtantialem, neq; æternam, neq; durabilem, ſed ad tẽpus. Nam exponens illa Apoſtoli; ibi verba:* Nemo vos inanibus ſermonibus decipiat: *ait ſic*, Inanes ſunt illi ſermones, qui ad tempus gratiam habentes, nequaquam re ipſa oſtenduntur.

CCCLXI.

S. *AMBR. Com. in Epiſt. ad Theſſal. Ad illa verba Apoſtoli cap.* 2. Ipſi enim ſcitis fratres introitum noſtrum ad vos, quia nõ inanis fuit, ſed ante paſſi, & contumelijs afflicti: *ait ſic*: Signum ergò deuoti, & fidelis Prædicatoris hoc dicit eſſe, ſi in præſſura loqui verbum Dei non timeat: inanem illum ſignificans, qui terrore præſenti formidinem patitur prædicandi. *Glo. ſic:* Id eſt, propter nulla mala ceſſaui loqui: ſed, licet ante paſſi, & apud vos ſolliciti non extimuimus: ſed habuimus fiduciam in Deo loqui vobis. *S. Hier. Com. ibid ſic:* Non eſt inanis ſermo, qui completur conſtantia paſſionis.

CCCLXII.

S. *IO. Chryſoſt. Hom.* 3. *in Epiſt. ad Theſſal. Ad illa verba cap.* 3. Propterea ego amplius non ſuſtinens, niſi ad cognoſcendam fidem veſtram; nè fortè tentauerit vos is qui tentat, & inanis fiat labor noſter; *ait duo digna notatu. Primum ſic: loquens cum Apoſtolo:* Quamobrem? Nã etſi euerſi eſſent, non propter tuam culpam, nõ propter tuam ſegnitiem factum eſſet. Nihilominus, inquit, & horum omnium mihi laborem inanem factum eſſe putarem, ex multo fraterno amore. *Secundum; ſic*: Audiemus omnes, quomodo laborauerit Paulus. Non dixit opus noſtrum, ſed labor noſter; nec dixit & vos perietis, ſed labor noſter.

CCCLXIII.

INTERLIN. *in Epiſt.* 1. *ad Cor. Ad illa verba cap.* 15. Gratia eius in me vacua non fuit; *ſic conſtruit verbum*, uacua, *quod benè dici poteſt in noſtro textu iſtos duos terminos*, Inanis, & uacua, *duplicatos poni vt ſignificent effectum à cauſa: quia nempè, cum & particula*, Et, *ſit multotiès cauſalis, ac idem quod, quia, dicit (quaſi prædicens) terram eſſe inanem, ideſt, pauperem*; *quia*, uacua, *quod verbum, inquam ſic conſtruit Interlinianis*, ocioſa, *quã expoſitionem ſequitur Angelic. Doct. Com. ibid. dicens*, In me uacua uon fuit, ideſt, ocioſa; quia ea uſus ſum ad id, ad quod data eſt mihi. *Vbi apparet, paupertatem eſſe filiam ocioſitatis.*

CCCLXIV.

S. *THO. Comm. in Epiſt. ad Gala. Ad illa verba Apoſtoli cap.* 2. Et contuli cum illis Euangelium, quod prædico in gentibus. Seorſum autẽ his, qui uidebantur aliquid eſſe; nè fortè in uacuum currerem, aut cucurriſſem; *ait ſic*, Vocat autem prædicationẽ ſuam curſum propter uelocitatem ſuæ doctrinæ; quia in modico tempore à Hieruſalem uſq; in Ylirícum, & uſq; in Hiſpaniam prædicauit Euangelium. Vndè poſſit dici de eo illud Pſ. Velociter currit ſermo eius. *Aduertatur, interim, nè pereat, quod Interlin. ſic exponit*: Prædicationis opus curſum appellat, pro torrenti eloquio; *Angelicus Doctor verò proſequitur ſic*; Sed nunquid dubitabat, quod in uacuum curreret? Dicendum eſt, quod ſibi non dubitabat; ſed illis, quibus prædicauerat: quia niſi ab illis firmiter teneretur ſua doctrina quantum ad illos in uacuum cucurriſſet, & ideò uoluit conferre cum eis; ut dum ſcirent auditores, quod doctrina ſua concordaret cum doctrina aliorum Apoſtolorũ, & approbaretur ab eis firmius eius doctrina teneretur, & quantum ad eos non in uanum curreret. 1. *Cor.* 9. Ego ſic curro nõ quaſi in incertũ. *Vbi apparet ratio, quare hodie in vacuũ prædicatur hæreticis: quia, nimirum nulla eſt cõcordia inter doctrinam modernam, & illam quam prædicauerunt Sancti, & antiqui Patres, immò ab illis impugnatur: & Prædicatores non conferunt cũ illis, qui aliquid videntur eſſe, nempè, non legunt SS. Patres: ſe à modei norũ nouitates, quæ & qui apud hæreticos nullius omninò ſunt authoritatis: & ſic in vacuum curritur, & Eccleſia inuenitur inanis, & vacua currere in tot prædicantium expeditione.*

CCCLXV.

INTERLIN. *in Epiſt. ad Epheſ. ad illa verba c.* 5. Nemo vos ſeducat inanibus verbis: *ſic exponit*: Promittens impunitatem ex miſericordia

Terra autem erat inanis, & vacua.

Dei: *Angelicus Doct. Com. ibid. idem tenens proſequitur ſic:* Notãdum eſt ergò, quod in vitijs carnalibus ſolùm docuit cauere, ſeductionem: quia à principio, vt homines poſſent liberè frui concupiſcentijs cogitauerunt inuenire rationes, qđ fornicationes, & huius venerea non eſſent peccata. *Vbi Prædicatores doctrinam habent, nè miſericordiam Dei circa hoc peccatum præcipuè, faciliter audientibus.* Caet. Com. ibid ſic: Hinc apparet, non deſuiſſe docentes hæc non eſſe magni pendenda, ſed parua, aut nulla eſſe peccata.

CCCLXVI.

CAET. Com. in Epiſt. ad Galat. Ad illa verba c. 6. Non efficiamini inanis gloriæ cupidi: ait ſic: Nec dicit: non efficiamur cupidi glorię, ſed gloriæ inanis, quæ ſcilicet conſiſtit in opinione hominum: eſt enim vacua valdè à fructu interno huiuſmodi gloria, nec etiam dicit: non ſuſtineamus gloriam inanem (quoniam aliorum opinio non eſt in poteſtate noſtra) ſed dicit: non efficiamur cupidi: quia cupiditas inanis gloriæ in poteſtate noſtra eſt, & cupiditas talis eſt culpa.

CCCLXVII.

HVGO Card. Poſtil. in Epiſt. ad Coloſſ. ad illa verba cap. 2. Videte nè quis vos decipiat per philoſophiam, & inanem fallaciam; *differens cõtra illos, qui ſacræ Theologiæ ſoliditati præponunt philoſophicas ſubtilitates, & magis ſecundum eas quam ſecundum ſubſtantiam docent, ait ſic:* Inane enim dicitur quod valdè ſubtilè eſt, ideò comparatur telis aranearum. Oſe. 8. In telis aranearũ erit titulus Samariæ: quia ventum ſeminabunt, & turbinem metent. Vitulus Samariæ eſt petulantia intellectus, qui eſt in telis aranearum .ſ. in ſubtilitatibus Philoſophorum. Philoſophi .n. ſe viſcerauerunt ſicut aranea ad texendum hãc telam: & tamen non capiunt, niſi muſcas .ſ. ſimplices, & fatuos, quos perplexitatibus verborũ decipiunt: *Et poſt pauca ſic,* Eſai. 59. Telas aráneę texuerunt. Et poſtea dicit, Telæ eorum non erũt in veſtimentum, neq; operientur operibus ſuis: quia tales ſubtilitates non operiunt pudenda peccatorum, nec muniunt contra æſtum tribulantium.

CCCLXVIII.

HVGO Card. Poſtil. in Epiſt. Rom. 1. *Ad illa verba, quæ S. Apoſtolus poſt alias exprobationes antiquorum Philoſophorum, ait:* Incompoſitos, *dicit ſic:* Habitu, & inceſſu. Eccli. 19. Amictus corporis, & riſus dentium; & ingreſſus vel inceſſus hominis enunciant de illo. Eſai. 3. Ambulauerũt collo extento, & nutibus oculorum ibant; Sed dicit Pſ. 130. Neq; elati ſunt oculi mei. Et Glo. Incompoſitio corporis indicat inæqualitatem mentis. *Magiſt. Soto, Com. ibid. ſic,* Incompoſitos eos fortè appellat, qui non ſunt morum decentia, & venuſtate externæ appoſiti, ſed cachinis, & reliquis geſtibus diſſoluti.

CCCLXIX.

S. HIERON. Com. ibi. *coniungens ſuprapoſitæ exprobrationi, aliam antecedentem, nempè,* Inſipientes, incompoſitos: *ait ſic,* Qui à fonte ſapientiæ receſſerunt, neceſsè eſt, vt inordinatè ferantur. *Et Magiſt. Soto Com. ibid. ait ſic,* Duo hæc meditato coniungit, eò quod Græcè ſimillimo sũt charactere.

CCCLXX.

S. ATHAN. Com. in Epiſt. ad Coloſs. *Ad illa verba cap. 2.* Videte nè quis vos decipiat per philoſophiam, & inanem fallaciam; *ait ſic,* Hoc eſt cauete nè ꝑ philoſophiæ nomẽ vos quiſquã fallat; quđ quia celebrè eſt, & vulgatiùs, & apud homines huius ſumma ſit authoritas, facilè decipit.

CCCLXXI.

IDem ibid. ad eadem verba ait ſic, Et inanem fallaciam adiecit. Eſt præterea aliud quodam decipiendi genus: rectiùs tamen, nec fraudulentum; de quo Eſaias meminit; Decepiſti me Domine, & deceptus ſum. Cuiuſmodi etiam vel illud fuit, cùm viſus eſt Iacob Iſaac decepiſſe; quæ deceptio nequaquam dicenda erit fallacia, ſed diſpenſatio quædam.

CCCLXXII.

THEOPHIL. Enar. ibi Ad illud Rom. . Incompoſitos: *ait ſic:* Pactorum haud quaq; tenaces; Hoc eſt, in conuentionibus, & pactis non permanentes. *S. Athan. Com. ibi ſic:* Incompoſitos; .i. conuentis, & pactionibus non ſtantes; infidos, ſcilicet, & mutabundos.

CCCLXXIII.

S. ANSEL. Com. in Coloſ. 1. *Ad illud;* Qui eſt imago Dei inuiſibilis. *ait:* Eſt imago, & omnimoda ſimilitudo Patris ſicut ait. Qui me videt, & Patrem. Nam ſicut per contemplationem cuiuſlibet imaginis datur nobis eius notitia, cuius

illa

Terra autem erat inanis, & vacua.

illa imago eſt, licet ipſe abſens, & nunquam viſus à nobis, ſic & Apoſtoli videntes Filium, intellexerunt Patrem, qui corporaliter eis non apparebat. Et nos quidem ſumus imago Dei, ſed Filius eſt aliter eius imago. Nam ſicut imago Imperatoris aliter eſt in nummo, & aliter in Filio, ſic & imago Dei aliter in Filio, qui eſt ſubſtantialis, & coæqualis, atq; coæternus, & aliter in homine, qui eſt creatura. *Addatur illud S. Auguſt.* 13. *de Trin.* 15. Nos ſumus nummus, in quibus imago Dei Chriſtus Filius.

CCCLXXIV.

S *IO. Chryſoſt. Hom.* 3. *ibi ſic:* Qua nam ratione Angelus nuſquam, vel imago, vel Filius Dei vocatus eſt, ſed homo vtrunq; ? Quare ? quoniã illic quidem naturæ ſublimitas facilè complures in hanc impietatem conieciſſet: hic verò tenuitas, & humilitas ſecuritatem præſtat: & nè volentes quidem tale quid ſuſpicari, ſermoneq; ad humilia applicare permittit. Quapropter vbi quidem multum erat humilitatis, ibi ſcriptura confidenter, ac ſecurè poſuit honorem: vbi verò maior natura: non ita. *Vbi Principes habent documentum, quænam ſubiecta debent eligere ad ſuos cõferendos ſecurè honores.*

CCCLXXV.

S *AVG. lib.* 2. *contra Maximinum. Afferens illud* 1. *Timot.* 1. Regi ſæculorum, &c. inuiſibili: *ait:* Inuiſibili; quia cæteri dijuiſibiles Non ſoli inuiſibili, quia ſunt & creaturæ quædam inuiſibiles, vt anima, quæ tamen ſenſu capi poſſunt, quia omnes vires eius poſſunt cognoſci, ſed nõ Dei. Inuiſibilis eſt ab omnibus Deus in natura ſecũdum illud 1. Io. 1. Deum nemo vidit vnquam. Videtur autem cum vult, & ſicut vult, non ſicut eſt, ſed quali ſpecie vult apparere. In futuro verò eum Filij videbunt ſicuti eſt. *Vbi apparet, neq; temerarium de animæ actionibus iudicare, etsi inuiſibilis: neq; mirum ſi Deus alij Sancto vt puer, alij vt crucifixus: alij vt hortolanus, alijs vt peregrinus appareat in hac vita.*

CCCLXXVI.

H *VGO Card. Poſtil. in Hebræ.* 4. *Ad illud,* Et non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius: *ait:* Nota quod Dominus oculo cognitionis ſimplicis videt omnia bona, & mala: ſed oculo miſericordiæ, & approbationis tantũ videt bonos, vel bona. Pſ. 33. Oculi Domini ſuper iuſtos. Abac. 1. Mundi ſunt oculi tui, nè videas malum: & reſpicere ad iniquitatem non poteris. Item oculo iuſtitiæ videt malos. Eſa. 59. Vidit Dominus, & malum apparuit in oculis eius: quia non eſt iudicium.

CCCLXXVII.

I *NTERLIN. in Roman.* 1. *ad illud incompoſitos: ait ſic:* Incompoſitos: Habitu, & inceſſu. *Glo. verò ſic:* Incompoſitio corporis indicat qualitatem mentis. *Nicol de Gorran. Com. ibi prædictis Interlin. verbis addit:* Eſai. 3. Ambulauerunt extento collo.

CCCLXXVIII.

N *ACLANTVS Com. ibi ſic:* Incompoſitos: ſeu incompoſiti, hoc eſt intemperati, qui prætermiſſa lege, & rationis iudicio, temerè, & inordinatè feruntur.

CCCLXXIX.

I *OAN. Gagnæius Cõm. ibi ſic:* Incompoſitos. i. moribus inurbanis, vel pactorum infractores, & conuentis non ſtantes.

Ex Apocal.

CCCLXXX.

D *IONYS. Cart. Enar. ibi Ad illud cap.* 1. Nihil horum timeas, quę paſſurus es; *ait,* Ideſt corporales afflictiones, & varias impugnationes. Sic enim hortatus eſt Chriſtus Math. 10. Nolite timere eos, qui corpus occidunt. Et alibi dicitur Eſai. 51. Quis tu vt timeas ab homine mortali, & à filio hominis, qui quaſi fœnum areſcit? Porrò, qui Deum ſibi aſſiſtere, æternumq; premium dare paratum conſiderat, poteſt dicere cum Pſalm. 26. Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Et Pſ. 3. Non timebo millia populi circundantis me.

CCCLXXXI.

A *NDR. Cæſar. Com. ibi ſic:* Nè metuatis, inquit, afflictionem, quam Iudæi Deo infeſti, per flagella, & tentationes vobis ſunt illaturi: Neq; .n. diù duratura ſunt illa: ſed decem tantùm dierum interuallo, hoc eſt breuiſſimo temporis ſpatio. Quin ipſa etiam mors, quod temporis quaſi puncto incorruptam vitæ coronã largiatur, omninò contemnenda videtur.

Digitized by Google

Terra autem erat inanis, & vacua.

CCCLXXXII.

PANNON. *Collect. ibi ſic:* Non quia aliquid non pati oporteat, qui prior multa paſſus eſt in ſuo certamine pro nobis, vt etiam ſanguinem fuderit, oppetierit, & mortem: ſed quia in finem minimè derelinquemur, qui adiuuat noſtra certamina, & coronat poſt victoriam.

CCCLXXXIII.

RVPER. *Ab. Com. ibi ſic:* Non, inquit, timeas, vt loco cedas, & malorum timore fidem perdas. Cœterùm timere, vel pauere cõceditur infirmitati naturæ, vt non tamen cedat ſpiritus timori recedendo à Dei voluntate. Nam & de ipſo, qui hæc loquitur ſcriptum eſt Marc. 14. Et aſſumit Petrum, & Iacobum, & Ioannem ſecum, & cœpit pauere, & tædere. Item ipſe de ſemetipſo Mat. 16. Spiritus, inquit, promptus eſt caro autem infirma.

CCCLXXXIV.

ABB. *Ioachim Ext. ſit. ibi ſic:* Siuè famem, ſiuè ſitim, ſiuè frigus, ſiuè nuditatem, ſiuè etiam vincula, & carceres, aut aliquid huiuſmodi patiaris: viriliter eſt agendum: quia non coronatur: niſi qui legitimè certauerit, quia fidelis eſt Pater meus, qui in cœlis eſt: & non patietur vos temptati ſupra id, quod poteſtis: quia ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſq; ad conſumationem ſæculi. Simile eſt illud, quod priùs dixerat in Euangelio. In mundo quidem præſſuram habebitis: ſed confidite: quia ego vici mundum. Quid eſt confidite, quia ego vici mundnm, niſi quia pro nobis vicit eum, qui pugnare, & vincere conſueuerat: etiam non liceat trepidare de pugna: ſed magis exultare in Domino: & omninò præſumere de triumpho. Ac ſi apertiùs diceretur. Et ſi grauè ſatis eſt: quod vos patienter ſuſtinere commoneo: Fortior eſt tamen, qui pugnat, & triumphat in vobis.

Finis Sexti Textus.

Et

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

I.

ACACIVS, *vt in Catena SS. Patr. Ad hunc locum dicit ſequentia verba:* Declarat, tenebras lucem præceſſiſſe; Neq; mirum: nam & rationis expertia, hominẽ ratione præditum in rerum creatione præceſſerunt. *Vbi apparet, præcedentiam non indicare excellentiam: nam inueniuntur multotiès nobiliora præcedi ab ignobilioribus.*

II.

S. AMBR. *Hexam lib. 1. cap. 9. Reſpondet euidam dubio hinc inſurgenti: Nimirum, quare Moyſes non dixerit, tenebras factas eſſe, imò quod iàm erãt, & aſſignauerit locum vbi ipſæ tenebræ eſſent, nimirum ſuper faciem abyſſi; Videlicet, quia cùm dicturus eſſet lucem Deum creaſſe ſciretur, tenebras vndè eſſent, nempè non à Deo, ſed à Mundo. Nam prorumpit Sanctus Pater in hæc verba:* Auctor ergò lucis Deus: locus autem, & cauſa tenebrarum Mundus eſt. Sed bonus auctor ita lucem dilexit, vt Mundum ipſum infuſo aperiret lumine; atq; eius ſpeciem venuſtaret. *Vbi apparet, quòd etſi Deus pro ſua beneuolentia mala noſtra medere non omittat, tamen ſemper vult, vt ſciatur, & cognoſcatur, & vndè malum; & vndè medela, vnde tenebræ, & vnde lux aduenerit.*

III.

BEDA *Hexam. Quærit, quare Moyſes nihil de cœli perfectione dicens, terræ defectus ſic proſequatur? Reſpondet autem ſic latè de terra defectibus deſeruiſſe vt intelligeretur, nihil tale eſſe in cœlo. Hæc ſunt Venerabilis Patris verba:* Vt quid .n. hæc de terra prætermiſſo cœlo intulit, niſi quia nihil tale de cœlo intelligi voluit. Ipſum eſt .n. cęlum ſuperiùs, quod ab omni huius mundi volubili ſtatu ſecretum diuinæ gloriæ præſentia manet ſemper quietum. *Vbi apparet, iniquorum defectus eſſe Sanctorum prædicationem: & per nullum ſic intelligi quietudinem, virtutem, & ſanctimoniam iuſtorum, quàm per vitia, inquietudineſq; impiorum.*

IV.

CAESARIVS V. C *Dialog. 1. vt in Bibliot. Pat. Quærit: an Deus tenebras feciſſet, ſin autem quomodo verò in hunc mundum introductæ fuerũt, an ſortè Diabolus illas formauerit? Reſpondet aũt, neq; à Deo, neq; à diabolo creatas, aut cauſatas fuiſſe: ſed quod cùm à principio ab vna luce increata tàm ſuperiora, quàm inferiora illuminarentur: expanſo* Cœlo *ſuper terram (tanquam in meridie vmbraculo, ſeù in naui vela, lux, quæ eſt ſuperiùs terræ remanet cooperta) ſic, inquit, expanſo cœlo, quo luce intra ſuos recepit ambitus terra remãſit in tenebris; Hæc ſunt eius verba:* Supernè extenſo cœleſti corpore, quaſi à ſepto quodam pervmbratione tenebræ ſubierunt: Quemadmodum ſi in alto meridie vmbraculum ex denſa aliqua, ſolidaq; materia circum ſe, aliquis figat: Idem ex nauigantibus diſcimus, qui aduerſus imbres expanſione pellium obumbrant naues. *Vbi non ſolum myſticè apparet, tenebras, et miſerias inferiorum, & & pauperum cauſatas eſſe per nimiam expanſionẽ ſuperiorum, & magnatorum: ſed ſpiritualiter, nos poſſe de cœlo conqueri, qui non ceſſat noſtram quotidiè intra ſuum abitum ſpiritualem rapere lucem.* *Act. 1.* Et nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. *Et ille Religioſus, cui Augelici Doctoris tranſitus reuelatus fuit; hac phraſi loquutus exclamauit, dicens: Doctor noſter à nobis tollitur.*

V.

S. AVG. *Contra aduerſarium leg. & Prophe. lib. 1. Reſpondens illis qui ex hoc arguunt diuinum opificem, qui tenebroſum, & obſcurum creauit Mũdum: & non ſtatim clarum, & pelucidum, dicit ſequentia verba:* Quid autem inconueniens, ſi mũdanæ materiæ fuerant tenebroſa primordia, vt accedente luce meliùs, quod factum eſt redderetur, & tanquam proficientis hominis, quod poſtea futurum erat, hoc modo ſignificaretur affectio. *Vbi apparet, parum obeſſe tenebroſa primordia, vbi omnia tandem in melius reducuntur, Beda Hexam. eadem punctualiter verba; dicẽs addit:* Exponente Apoſtolo; ac dicente: Qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, qui illuxit in cordibus veſtris. Vnde alibi: Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino.

VI.

HVGO *Card. Poſtil. in Gene. Ad hunc locum afferens opinionem aliquorum dicentium tenebras à Deo eſſe creatas, quorum fundamẽtum erat illud* Dan. 3. Benedicite lux, & tenebrę domino: *reprobans talem aſſertionem, ad fundamentum reſpon-*

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

ſpondet ſic: Tenebræ nihil aliud ſunt, niſi abſentia lucis. *Et quod dicitur Dan. 3.* Benedicite lux, & tenebræ domino; hoc dicit, quia abſētia lucis vtilis eſt hominibus, & auis, & feris: vndè talis abſentia materia eſt laudandi Deum. *Vbi apparet, nullum eſſe in hac vita bonum, q̄ ſine interpolatione non faſtidium generet, & cuius aliquantula priuatio non ſit vtilis, materiaq; laudandi Deum. Prælati quoq; aliquantulum recedant, & abſentiam faciant, nam & ſi illis recedentibus (qui lux ſunt mundi) tenebræ fiant, tenebræ etiam vtiles ſunt, & ex eis ſumitur materia laudandi Deum. Gratias agunt ſubditi Deo in abſentia, & de abſentia Prælatorum, plerunq;.*

VII.

STEPHAN. *Cantuar. vt in Allegor. Tilmani: ait ſic:* Abyſſus, ſacta ſcriptura. Tenebræ ſunt nō in abyſſo, ſed ſuper faciem abyſſi: quia obſcuritas non eſt in medulla, ſed in cortice. Et ſpiritus, ideſt ſpiritualis intelligentia ferebatur ſuper faciem abyſſi. Quod fertur, de loco ad locum cōmouetur: quia ſpiritualis intelligentia huc, & illuc dimoueri poteſt; at littera quaſi fundamentum immobilis manet.

VIII.

S. THO. 1. *p. q. 66 art. 3. ad 4. Contra aliquos, qui dixerant ideò hìc expreſſum fuiſſe, tenebras eſſe ſuper faciem abyſſi, quaſi clauſula excluſiua, quatenùs intelligeretur tantùm fuiſſe tenebroſa inferiora, lucida autem ſuperiora, ex eo à contrario arguit, ſuperiora etiam luce carere, quia inferiora dicuntur tenebroſa. Impoſſibile namq; ait, inferiora tenebroſa fuiſſe, ſi ſuperiora lumen haberent. Sunt eius verba:* Quia corpus firmamenti, & ſi ſit ſolidum, & tamen diaphanū, quod lumen non impedit: & patet per hoc, quod lumen ſtellarum videmus, non obſtantibus medijs cœlis. *Et tamen volens conſiliare opinionem contrariam: dicit, & proſequitur ſic:* Poteſt aliter dici, quod habet lucem cœlum empyreum non condenſatam, vt radios emittat ſicut corpus Solis, ſed magis ſubtilem; vel habeat claritatem gloriæ, quæ non eſt conformis cum claritate naturali. *Vbi moraliter apparet, non poſſe eſſe magnam ſapientiam in Prælatis, & magiſtris, vbi ſubditi, & inferiores, & diſcipuli ſunt ignorantes: vel (quod ridiculè, in hoc ſenſu dictum videtur) aut ipſi non ſunt coeleſtes, & diaphani, ſed opaci: aut fortè ſua ſcientia ita ſubtilis eſt, quod non valeat aduſq; inferiores diffundi: aut certè eſt tàm diuina, & ſupernaturalis, quæ cùm hac noſtra inferiori, & humana capacitate nequeat conformari.*

IX.

GVLIELM. *Pariſienſis de Vniuerſo. p. 1. c. 40. Reſpondet cuidam dubio hinc inſurgenti. Nimirum, quare expreſſum fuerit tenebras fuiſſe ſuper faciem abyſſi; Reſpondet autem hoc dictum quatenùs per id intelligerentur coeli, luminaribus eouſq; caruiſſe. Hæc ſunt eius verba:* Et tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. Dixit hæc Propheta propter propter empyreum cœlum, cui ab initio ſuæ creationis non fuit lux illa, qua poſtea ſplendidatum fuit. *Vbi moraliter apparet, hoc eſſe certum, quod nunquam dicuntur inferiorum defectus: quin intelligantur dicti propter ſuperiores, quatenùs intelligantur eiſdem laborare.*

X.

ALEXAN. *de Ales 2. par. q 45. memb. 3. Quærit, quare tota iſta materia, quæ conſtabat ex omnibus clementis magis dicatur aqua, quam ab alijs denominetur? Reſpondet autem ſic:* Ex defectu ergò terminationis dicta eſt aqua, quia de fàcili ductilis, & fluxibilis ſubiacebat operanti, vt de ea omnia formarentur; & à primo agente daretur eidem virtus per formam, ſpecies per diſtinctionem, terminatio per ornatum. *Vbi apparet, myſticè, quod & ſi peccatores, qui aquis labentibus ſæpè ſæpius comparantur, inconſtantes interminabiles ſint: tū ſi obedientiā retineant, & ad quidquidq; Deus de illis diſpoſuerit ſe obtulerint Deo: ipſi Deo non diſplicere, imò multis anteferri, qui talem non habent diſpoſitionem.*

XI.

IVNILIVS *Hexam. Notauit, quod cùm coelum etiam ab initio ſuæ creationis inane, & vacuum apparuiſſet, & inſuper luminaribus (quæ quarto die, imò, & luce; quæ poſtea creata deſcribitur) ſine dubio caruiſſet, non dicitur tamen, neq; vacuum, & inane; ſed neq; tenebras in ipſo fuiſſe; ſicut dicitur de terra. Aſſignans autem rationem dicit ſequentia verba:* Meritò itaq; cœlum cœli non inane, & vacuum eſſe factum memorat; ſed nec tenebras in eo, vel abyſſo locus remanere vllus perhibetur, quod Dominus illuminat, & cuius lucerna eſt agnus. *Vbi myſticè apparet, non poſſe dici ignorantes (quantumlibet, creata hac, & exteriori, apparentiq; ſcientia vi-*

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

videantur careri) Sanctos, & iuſtos, quos Deus diuina, indiuiſibili, internaq; ſapientia illuſtrat.

XII.

S*TELLA Ord. Præd. Com. in Gen. ſcol. 3. Ad hunc locum dicit ſequentia verba:* Rabb. Moyſes, initio cum cœlo conditam lucem defendit: ſed propter craſſam, & perturbatam elementorum congeriem, hæc inferiora non illuminaſſe vſq; ad quartum diem, ac perinde tres dies priores caliginoſos fuiſſe. Quam ſententiam ex recentioribus multi defendunt, in cuius imaginem, & denſiſſimam nubem nunc aliquandò impedire Solis lucem, & radios dicunt: Et hãc fuiſſe Dionyſij, & D. Tho. mentem affirmant. *Vbi apparet moraliter, ignorantiam ſubditorum, & inferiorum non ſemper arguere defectum ſcientiæ in Prælatis, & Magiſtris: Prouenit enim multotiès, non ex defectu doctrinæ, ſed ex eorum craſſitudine, vel alio intermeaiante impedimento, nempè rerum confuſione, ac inquietudine.*

XIII.

S. *GREG. Nyſſenus Hexam. Ad hunc locum, aſſignans rationem, quare tenebroſa erant omnia in illo primordio cum conſtet luminis, ſeu ignis elementum ſimul, ac cętera concreatum fuiſſe, dicit omnia ſequentia verba:* Idcircò quando conditus eſt Orbis vniuerſus, antequam ſingulæ partes ipſius apparerent, tenebris totus obtegebatur: qa ſplendor ignis, qui ſub materiæ particulis latitabat, nondum effulcerat. Etenim quemadmodũ ſilices in tenebris obſcuræ iacenr, licet vim lucidam, atq; illuſtratam naturaliter in ſe contineant, quippè, quę pariant ignem ſi inter ſe colli dantur, ſcintilla verò ab ipſis prolata, ſplendore illius, ipſæ quoq; cernuntur: ſic obſcura, cœcaq: erant omnia, priuſquam perlucida, atq; illuſtrans natura in apertum proferretur. Nam cùm vno diuinæ voluntatis motu nuper indiſtinctè rerum Vniuerſitas ſimul extitiſſet, omniaq; elementa inter ſe concreta, permixtaq; eſſent, vbique diſſeminatus erat, obſcuruſq; iacebat, materiæq; impotentia ſupprimebatur: verùm quoniã vis eius velox, atq; agilis eſt, ſimul atq; rerum naturæ ad Mundi conſtitutionem à Deo motus principium, atq; incitatio adhibita eſt, ante illa omnia, quæ grauiora ſunt, exiliens, luminė cuncta ſtatim illuſtrauit. *Vbi moraliter apparet, Reſpublicas ignorantia, hominumq; penuria laborare, non quod deſint, ſed quod non quærantur, neq; excitētur. Plena enim omnia ſunt illuſtribus viris, ſed & ſupprimuntur à craſſioribus, indignioribuſq; neq; materia eis miniſtratur, quatenùs ſuam exerceant virtutem: quibus, cum Deo placet, ceſſantibus impedimentis ſuper omnia ſe ſupprimentia perlucidè aſcendunt, & eleuantur, & ipſa etiam, quæ ſuam lucem occultabant, illuminant. Vnde illud Io. 1.* Medius veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis.

XIV.

H*VGO Card. Poſtil. in Cant. Ad illud c.* 5. Oculi eius ſicut columbæ ſuper riuolos aquarũ, quæ lactæ ſunt lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſſima. *Præbet nobis materiam aſſerendi myſticè in noſtro textu à principio voluiſſe nobis Deum prædicere, vnde tota mundi ruina futura: nimirum, ſi Religioſis, qui non ſemel aquæ vocantur (per quos hinc, inde diſcurrendo, velut torrente cœleſti, Deus totam irrigat Eccleſiam) ignorantes fuerint, & tenebræ deſuper ipſos ſint. Nam explanans prædictum Cant. locum ſic ait:* Riuuli aquarum boni ſæculares. Fluenta autem pleniſſima, clauſtrales dicuntur: ſed heù hodie cœci ſunt iſti, & ideò totum corpus Eccleſiæ tenebroſum.

XV.

T*HEODORE. q. 6. in Gene. Quæ it, quomodo in iſtis inferioribus promanaſſent iſtæ tenebræ, quas Deus minimè creaſſe intelligitur: Reſpondet aũt ſequentia verba:* Quum imperio diuino creatum ſit cœlũ omnibus, quę intra eius ambitum continentur circumfuſum (corpus quidem habens continuum) quod poſſit ea, quæ foris ſita ſunt ſeparare ab ijs, quæ intra ſe comprehendit: neceſſariò locum, quem complectitur tenebroſum reddit externum ab eo lumen excludens. *Vbi myſticè apparet, Magnatorum creationes (quas inſipiens vulgus ordinariè celebrat) eſſe ruinam inferiorum, tantò magis, quantò plus eorum extẽditur magnitudo. Nam ſecum, ſuiſq; ſolis admiſſis, omnia communia bona includunt, cæteris tenebroſis manentibus.*

XVI.

S. *BASIL. Hexam. homil. 2. Reprehendens illos, qui dicunt tenebras à Deo creatas, quatenùs ex illis lucem educeret: myſticè hunc explanantes locum, & intelligentes per tenebras malum, & per lucem bonum, dicit ſequentia verba:* Miror quonam pacto ſeipſos ipſi non abhorreant, ad tam nefandã

ma-

Digitized by Google

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

maledicta delapſi. At neq; à Deo ipſum malum produxiſſe, pium eſt dicere: propterea, quod nihil contrariorum à contrario ſuo gignitur. Neq; .n. vira mortem parere ſolet, neq; tenebræ principium adferunr luci, neq; ſanitatem morbus efficit vnquam: ſed in affectuum quidem tranſmutationibus è contrarijs ad contraria ſiunt tranſmutationes: in generatione verò, non à cõtrarijs, ſed à congruentibus vnumquodq; eorũ, quæ gignuntur procedit. *Vbi apparet, non rectè procedere, vt bonum eliciant, qui magis à contrarijs, quam à congruentibus incipiunt.*

X V I I.

S. *EVCHERIVS Comm in Gene. lib. I. Ad hunc locum dicit ſequentia verba:* Quidam dicere ſolent: Vnde erant tenebræ antequã fieret lux? Quis eas fecerat? Aut ſi nemo fecerat, æternæ ſunt. Quibus reſpondetur. Nõ quia aliquid ſunt tenebræ; ſed ipſa lucis abſentia hoc nomen accepit: ſicut ſilentium nihil eſt, ſed vbi vox non eſt, ſilentium dicitur: ſic tenebræ nihil ſunt, ſed vbi lux non eſt, tenebræ dicuntur. *Vbi moraliter apparet, nihil æternizare impios, eisq; nomen, & eſſe dare, niſi bonorum, proborumq, abſentia daretur. Vndè tàm ſtudiosè bonos mali à ſe relegari ſtudent. Quia aliàs nibil, & merum eſſent ſilentium.*

X V I I I.

N*ICOL. de Lyra Poſtil. in Gene. Ad hunc locum dicit ſic:* Abyſſus, dicitur ab (à) quod eſt ſine: & (byſſus) quod eſt genus lini candidiſſimi: Vndè abyſſus dicitur quaſi, ſine candore, vel ſplendore: quia color candidus habet plurimum de luce. Et ideò congeries elementorum prędicta vocatur, abyſſus: quia lux non erat producta. *Vbi apparet, nullam eſſe priuationem, quæ in ſe clariſſime non oſtendat boni candorem, & perfectionem, quo priuatur. Vnde peccatores, ſi voluerint, in ipſa ſuorum delictorum congerie, & nigredine cognoſcere poſſunt candorem diuinæ gratiæ, qua priuati ſunt.*

X I X.

P*AVLVS Burg. Add. glo. cap. I. Gene. Ad iſtam terræ in illo primordio deplorationem; Quærit, quare non etiam dicatur tenebras eſſe in terra, aut etiam intra ipſum abyſſum, cùm reuera illa etiam tenebroſa, & ſine luce eſſent; ſed ſolum deploratur facies abyſſi in tenebris eſſe? Reſpõdet autem, ideò hoc quia tàm abyſſus, quàm terra, quæ opaca ſunt non erant lucis capaces, facies autem abyſſi, vt ſuperior, & quæ diaphanum corpus eſt, capax erat lucis, & ideo ſola illa notatur de lucis defectu. Hæc ſunt eius verba:* Cuius ratio eſt: Nam illa multitudo aquarum impenetrabilis, & profundiſſima in ſui prima productione erat turbida, & quaſi opaca, ex eius confuſa permixtione, ſeu compoſitione: in tantum, quod nõ erat capax lucis, ſicut nec terra: & ſic non erant in terra, nec in abyſſo tenebræ, propriè loquendo, ſicut nec in ligno dicitur eſſe cæcitas, licet non videat. Super faciem abyſſi, quod eſt primum mobile, vt dictum eſt, ex ſua pura natura eſt diaphanum: & fuit ſemper capax lucis: ſed quia nondum lux facta erat; ideò propriè loquendo, tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. *Vbi myſticè apparet, non eſſe notandũ, neq; deplorandum honores, & præeminentias (quæ non ſemel per lucem deſignantur in diuino textu) deeſſe incapacibus, etiam ſi in tenebris ſemper videãtur maneri; imò admirandum, ſi tales de tenebris ad lucem exire reuiderimus; In hoc enim ſenſu explicat D.Greg illud Iob.* Quare data eſt lux miſero, *ideſt incapaci.*

X X.

S. *AVGVST. de gene. ad lit. lib. I. cap. Ad hunc locũ notans illam particulam (ſuper) dicit ſic:* An quia non erat lux. Quæ ſi eſſet, vtiq; ſupereſſet, & tanquam ſuperfunderetur. *Et poſt pauca ſpiritualiter hanc applicans doctrinam, ſic proſequitur:* Quod tunc fit in creatura ſpirituali cũ conuertitur ad incommutabile lumen, quod eſt, Deus. *Vbi myſticè apparet, malos, & impios ſolum præeminere in abſentia piorum, & bonorum: qui ſi ſuperuenerint, ſine dubio ſupereminent, impijq; ſubijcientur. Et ſpiritualiter, quod tandiù peccatum regnat, quandiù Deus per gratiam ſuam non ſuperuenerit.*

X X I.

H*ONCALA Com. in Gene. Reſpondet ſingulariter cuidam hic communiter excitato dubio. Nimirùm, quare cùm etiam omnia infra faciem abyſſi eſſent in tenebris, Moyſes ſolùm expreſſit tenebras eſſe ſuper faciem abyſſi? Reſpondet autem, ideò, quia cùm non ſolum voluerit exprimere tenebras eſſe in terra, ſed in cœlo illam ſolùm expreſſit partem, quæ vicinior erat cœlo, nempè, faciem abyſſi; quæ reuera obſcura minimè eſſe poterat, ſi in cœlo lux, & luminaria iam eſſent. Hæc ſunt eius verba:* Dicuntur fuiſſe tenebras non infra, ſed ſuper faciem abyſſi, vt

ſi, vt

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

ſi,vt inſinuaretur non modo inferiora hæc, ſed ſuperiora quæq;elementa,cunctaq; corpora cęleſtia lucis ſplendoribus adhuc fuiſſe priuata. *Vbi myſticè apparet, per nullos melius oſtendi virtutes,aut vitia ſuperiorum,quam per illos, qui ipſis proximiores ſunt, nam impoſſibile eſt eſſe tales impios,& tenebroſos, ſi ſuperiores,q̃bus approximant fuerint lucidi,& virtuoſi.Cæteri autem, qui diſtãt, cùm non tantùm participent,non tam probant.Vnde illud Leuit. 10. quando Aron quaſi conquærebatur de Deo,quod duos filios ſuos ſic occideret ſolum ex eo,quod ignem non benedictum thuribulis impoſuiſſent,ei reſpondit Moyſes dicens:* Hoc eſt,quod locutus eſt *Dominus:* Sanctificabor in ijs, qui appropinquant mihi,& in conſpectu omnis populi gloriabor: *ideſt, vt ſuo loco apparebit ex multis Patribus,ſanctitas mea apperibit in vita, & moribus eorum,qui appropinquant mihi.*

XXII.

S. *AVG.Tract. in Pſ. 12. Afferens per occaſionem illa verba Apoſt.1. Cor.*4. Neq; me ipſum iudico: nihil .n. mihi conſcius ſum, *ait animam hominis eſſe abyſſum:& proſequitur ſic:* Quanta autem abyſſus ſit audire amplius. Neq; .n. me ipſum iudico. Tãtam autem profunditatem credit eſſe in homine, quæ lateat ipſum hominem, in quo eſt. Quanta profunditas latebat infirmitatis in Petro, quando quid in ſe intus ageretur neſciebat,& ſe cũ domino,vel pro domino moriturum temerè promittebat. Quanta abyſſus erat,quæ tamen abyſſus nuda erat oculis *Dei*. Nam hoc illi Chriſtus pronuntiabat, quod in ſe ipſe ignorabat.*Vbi,in hoc ſenſu, apparet benedictũ tenebras eſſe non in abyſſo; ſed ſuper faciem abyſſi, quia omnis noſtra profunditas noſtriſmet oculis latet non Dei conſpectui,cui omnia nuda, & aperta ſunt.*

XXIII.

S. *HIERON Comm.in Ioan. cap.2. Subminiſtrat materiam ſoluendi quodam hic inſurgens dubium. Nimirum, quare in diuina ſcriptura expreſsè deſcribitur, faciem abyſſi coopertam fuiſſe tenebris, & non tale de alÿs creaturis dixerit, vnde non defuerunt,qui dixerunt, illas tenebras non fuiſſe vniverſales,ſed tantum ſuper faciem abyſſi? Nam dicit Sanctus Doctor hic per abyſſum tantùm debere intelligi illas poteſtates ſeu virtutes, quas* Deus *ab initio deputauit ad executionem tormentorum, & ſupplicÿ,pœnarumq; damnatorum. Et afferens illud Lucæ* 8.*Et rogabant illum,nè imperaret illis,vt in abyſſum irent,dicit prædictum, & probat ſequentibus verbis:* Abyſſos autem pernicioſas quaſdam, & peſſimas fortitudines accipere debemus, vel tormentis, ſupplicijſq; deditas poteſtates, ad quas & in Euangelio dæmones rogant, nè ire cogantur. Vnde & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. *Vbi patet,ſolutio dubÿ,& moralis doctrina; Nempè miniſtros, & tortores ſupplicÿ et ſi neceſſarÿ ſint in vna Republica,nõ debere apparere,ſed abſcondi,ne pÿs horrorem faciãt, & Principes crudeles videantur.hoc ſolũ voluit Deus, ſaltim procul omne dubium,abſconditum, & tenebris coopertum, ſcribi in ſuis operibus,nempè infernum.*

XXIV.

S. *AMBR.Hexam. lib.1.cap.*8 *Ad hunc locum dicit ſequentia verba:* Iſtæ ergò tenebræ ſuper aquarum abyſſos erant. Nam abyſſum multitudinem,& profundum aquarum dici, lectio Euangelij docet. Vbi rogabant Saluatorem dæmonia,nè iuberet illis,vt in abyſſum irent. Sed qui docebat voluntates dæmoniorum non eſſe faciendas, præcepit illis, vt irent in porcos. Porci autem ſe in ſtagnum aquarum præcipitarunt,vt quod recuſabant dæmones,non euaderent;ſed digno præcipitio demergerentur. *Vbi impÿ habent documentum, nè ſibi applaudant cum de aliquo, quod metuebant periculo, etiam diuina, ſpecialiq; virtute,euadere ſe viderint;nam id tandẽ non effugient.Si euaſerunt abyſſum,nõ effugient ſtagnum: nam talibus Deus non dimittit ſupplicium, ſed mutat locum,& tempus punitionis,vt quod tũc, illicq;per aliquos iuſtos,ſibiq; occultos reſpectus, non vult illos pati,nunc,& hic patiantur,& luant fortè ignominioſius.*

XXV.

H*VGO* Card.*Poſtil.in Gene. Tenet hic per abyſſum debere intelligi,non aquarum molem,ſed terram.Et dicit ſequentia verba:*Machinam,quam prius dixerat terram: vocat abyſſum pro ſui cõfuſione,& obſcuritate: vndè & Græcè dicitur, Chaos.*Vbi apparet;ergà Deum,eouſq; priora conſeruari nomina,& epiteta,quouſq; prima detinetur perfectio.Quæ primo terra,vbi confunditur, iàm non terra,ſed abyſſus,& chaos vocatur. Petrus eodẽ cap. Petrus vocatur, & Satan ſecundum quod ſic, vel ſic loquutus fuit.*

Digitized by Google

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

XXVI.

HVGO *de S. Victore de Sacram. lib. 1. par. 1. Reſpondet ſubtiliter cuidam hic communiter excitato, & ſoluto multipliciter dubio. Nimirum, quare non dicantur, tenebras eſſe in abyſſo, ſed ſuper faciem abyſſi? cum ipſa abyſſus, etiam luce careret; Reſpondet autem, abyſſum non eſſe capacem tenebrarum; quia cùm abyſſus ſit ipſæ tenebræ, non poterant illi inhærere tenebræ, cùm vnumquodq; non inhæreat, niſi ſuo contrario, neq; .n. nigrum nigro adhæret, cui ſit ipſum nigrum, inhæret tamen albo. Et ſic concludit dicens ſequentia verba:* Namque abyſſus tenebræ erant, quia lumen futura non erat: ſed ſuper faciem abyſſi tenebrarum locus fuit: in eo ſcilicet elemento, vnde lumen poſtea venire debuit. Neq; .n. niſi in lucis loco tenebræ eſſe potuerunt: ꝓpterea tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. *Vbi apparet ratio, quare defectus ſolum notentur in bonis, & religioſis perſonis, cum mali, & ſeculares eosdem habere cognoſcantur. Quia nimirum, defectus, & culpa ſolum bonis inhærere poſſunt, ſicut nigrum albo, & tenebræ elemẽto lucido. Cæteri verò cùm ipſamet nequitia ſint, & tenebræ; tenebrarum locus non ſunt, nec eſſe poſſunt.*

XXVII.

THEODORIT. *quæſt. 6. in Gen. Quærit, Vndè generatæ fuerint iſtæ tenebræ in terra? Et poſtquam aſſignat illam communem ſolutionem, nempè, quia cum creati fuiſſent cœli, & expanſi ad modum vmbraculi omnem lucem intra ſe colligentes terram in tenebris relinquerunt: prorumpit in hæc verba:* Tenebræ igitur huius mundi propter cœleſtis corporis vmbram prouenere. *Vbi moraliter apparet, vmbram magnatorum, qui per cœlos intelliguntur, non refrigerare vulgares (qui non ſemel, neq; ineptè per terram deſignantur) ſed obtenebrare.*

XXVIII.

S. BASIL. *Hexam. Homil. 2. Reprobans aliquos, qui dixeruut, à principio; neq; realiter tenebras fuiſſe, neq; abyſſum; hoc tamen ſcriptum fuiſſe ad denotandum mala, & peccata (deſignata per tenebras) ab initio per ſe exorta fuiſſe in Mundo, vndè non eſſe mirum, ſi crebrò inueniantur in nobis, ſiquidem omnem prædominari; leguntur orbem; vnde ab extrinſeco ponebant principium, & radicem peccati, (imò ipſum Deum authorem inſinuantes:) dicit ſequentia verba:* Noli itaq; malum forinſecus circumſpicere, atq; inquirere, neq; quandam naturam Principem malignitatis imaginare; ſed malitiæ quiſq; ſuæ ſeipſum cognoſcat authorem: *Et paulò poſt concludit ſic:* Quorum itaq; tutè dominus es, eorum principium nõ aliundè quęrere velis: ſed ꝙ ꝓpriè malum eſt, id ab vltronea & voluntaria electione ſumpſiſſe principium, ſcito. Morbus enim, paupertas, ignobilitas, mors cœteraq; id genus (quæ hominibus ſunt triſtiria) non propriè malis adnumeranda veniunt: propterea quod neq; ea, quæ iſtis aduerſantur, inter maxima bona numeramus. *Vbi patet ſolum peccatum eſſe malum, ipſumq; non ab aliqua extrinſeca cauſa, ſed ab vltronea, liberaq; noſtra volantate habere principium.*

XXIX.

S. AMBR. *Hexam. li. 1. cap. 8. Tenet idem, eiſdẽq; met verbis illud proponit, ſed illud vltimum magis ſpecificat dicens:* Quid naturam accuſas ò homo? Habet illa velut impedimenta quædam ſenectutem, & infirmitatem, ſed ſenectus ipſa in bonis moribus dulcior, in conſilijs, vtilior, ad conſtantiam ſubeundæ mortis paratior, ad reprimendas libidines firmior. *De infirmitate dicit communia,*

XXX.

S. IO. *Chryſoſt. Hom. 3. in Gene. Poſtquam omnes ſupradictas terræ difformitates explanauit: prorumpit in hæc verba,* Didiſcimus hinc, quod omne quod videbatur erat abyſſus aquarum tenebris velata: & opus habebat ſapiente artifice, qui omnem hanc informitatem diſcuteret, & ornatum aliquem inducere poſſet. *Vbi apparet, maximas calamitates, & difformitates in vna Republica, per ſe clamare, poſtulare, & inſinuare, ſapiẽtem etiam, & qualem deberet eſſe, qui talia reformare, & honeſtare valeat.*

XXXI.

ABVLENS. *in Gen. cap. 1. q. 6. Dicit, quod abyſſus eſt idem, quod confuſio: quia in illo principio omnia elementa erant confuſa ad inuicem, indeque emanaſſe tenebras, quæ nihil aliud erant, niſi in illo accidentalis fœditas, quæ ex confuſione, & confuſa diſpoſitione elementorum reſultabat. Et dicit ſequentia verba:* Abyſſus dicitur congregatio omnium elementorum, quæ licet in ſuis ſpeciebus eſſent perfectæ ſubſtantialiter, carebant tamen diſpoſitione accidẽtali extrinſecus perficienti ratione, cuius eſt quædam pulchritudo, ſiuè lux in-

re-

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

rebus,& debitus locus,& partium ordinatio. Aqua ergò nondum habens debitam denſitatem eleuabatur vaporaliter ad locum aeris: & ignis nondum habens debitam leuitatem,loca aeris, & aquæ partem poſſidebat. Sic omnia confuſa erant. Vndè abyſſus, ideſt confuſio, vel priuatio claritatis propriè dicuntur: *Vbi myſticè apparet, quod vt communitates lucidæ,& pulchræ appareant, non ſufficere indiuidua eſſe perfecta, ſed quod vnũquodq; ſuum ſibi debitum tantùm occupet locum, ad illum debitè ſe accommodans, & alterius locum liberum relinquat ſuo proprietario occupandum. Aliàs abyſſus erit,& tenebræ ſuper faciem abyſſi.*

XXXII.

PAVLVS *Burg. Add. ad glo. cap. 1. Gen. Ad hunc locum dicit ſequentia verba*: Poteſt quæri, ſi abyſſus hic accipitur pro aquarum multitudine impenetrabili, terram vndiq; circumdante, cur non propriè hoc declarauit Deus dicens: Multitudo aquarum erat ſuper terram: cùm aqua ab omnibus, quantumcunq; rudibus ſit perceptibilis, & de aqua in hoc capitulo frequenter fiat mentio: non autem de abyſſo, niſi hoc loco? Ad hoc facilè reſpondetur. Abyſſus .n. hoc loco nõ nominat aquam ſolam; ſed aquam cum aliorum elementorum permixtione confuſam: Prætermiſit autem expreſſam mentionem de alijs elementis cum aqua permixtis, propter ruditatem eorum, quibus loquebatur, qui pro maiori parte ea, quæ non ſubiacent viſui non cognoſcebãt. *Vbi Prædicatores habent documentum, nè rudibus Fidei myſteria notioribus terminis proponant, ſi non totum quod eſt, explicant. Tunc enim ſatiùs eſt incognitis vti terminis, qui totum dicant, etiam, ſi non clarè, & expreſsè. Melius eſt enim, quod in talibus maneat confuſa myſteriorum notitia, quã diminuta. Honeſtiùs enim eſt myſteriorum fidei confuſam notiam poſtea explicare, quam ſemel diminutam conceptam addere. Et in hoc delinquunt multi, qui ſe eſſe Prædicatores manuales, & omnibus intelligibiles iactant.*

XXXIII.

ORIG. *Hom. 1. in Gene. Ad hunc locum dicit ſequentia verba*: Quæ eſt abyſſus? illa nimirũ in qua erit Diabolus, & Angeli eius. Deniq; hoc manifeſtiſſimè, & in Euangelio deſignatur, cum dicitur de Saluatore. Et rogabãt dæmonia, quæ eijciebat, nè iuberet ea ire in abyſſum. Propterea ergo Deus ſoluit tenebras, dicente ſcriptura: Et dixit Deus: Fiat lux. *Vbi myſticè apparet, ad hoc creatos eſſe Prædicatores (qui lux mundi dicuntur) nè hominibus infernus ſit obſcurus, & inuiſibilis. Vndè arguendi ſunt, qui ſolùm paradiſum oſtendunt, infernum in latebris relinquentes: vnde quamplurimi timore amiſſo, quaſi in latebris poſitã foueam, in infernum incidunt.*

XXXIV.

STELLA *Ord. Præd Com. in Gen. ſcol. 12. Videtur reſpondere (non vulgariter) cuidam dubio hic cõmuniter excitato. Nimirum, quare cum etiam tota abyſſus eſſet in tenebris, ſolùm dicitur tenebras eſſe ſuper faciem abyſſi? Dicit enim ſequentia verba*: Superficiesq; quam intuemur, facies dicitur; qđ ex facie cognoſcatur homo, quis ſit. *Vbi moraliter apparet, non eſſe neceſſariũ de aliquo ſiuè bonus ſit, ſiuè malus totum explicare quis ſit: ſufficit enim oſtendere, qualisnam ſit in facie. Sufficienter dabatur intelligi totam abyſſum tenebroſam eſſe, ex eo, quod facies tenebroſa proponebatur.*

XXXV.

HVGO *Card. Poſtil. in Prou. Fauet ſup. poſ. expoſitionem. Nam ad illa verba cap. 27.* Quomodo in aquis reſplendet vultus perſpicientiũ: ſic corda hominum manifeſta ſunt prudètibus: *ait ſic*: Quia per exteriora iudicant de interioribus. Geſtus enim exterior affectum loquitur interiorum: maximè prudentibus, qui in ſeipſis mùlta experta ſunt. Et hoc eſt, quod dicitur Eccli. *13*: Cor hominis immutat faciem eius: ſiuè in bono, ſiuè in malo. Ibi Glo. Iudicio vultus, mentis mutatio deprehenditur. Vnde ſup. 15. Cor gaudens exhilarat faciem: in mærore autẽ animi deijcitur ſpiritus. Et Ecli. 19. *Ex* ui ſu cognoſcitur vir: & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus.

XXXVI.

VIELM *lect. 10. tenet, ſimul cum cælo Solem creatum fuiſſe: & noſtro textui tali aſſertioni repugnanti: ait ſic*: Erat ſiquidem preſtantiſſimum ſydus id aptum ſplendere inferna corpora: ſed cum craſſiora magnopere eſſent: eorum vitio, & incapacitate contigit, vt non prorſus irradiarentur: & proindè factum eſt, vt tenebræ eſſent ſuper faciem abyſſi. *Vbi apparet, defectum ignorantiæ in inferrioribus non ſemper prouenire ex parte magiſtrorum, & ſuperiorum: ſed ex eorum nimia craſſitudine, & incapacitate.*

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

XXXVII.

OLEAST. Com. in Eſaia ad illa verba cap. 59. Et facta eſt veritas in obliuionem: *quæ ille ſic vertit*: Impegit in plateis veritas: *quandam moralem profert expoſitionem, ex qua ſolui poteſt dubium ſupra poſitum, nempè: quare tenebræ magis dicantur ſuper faciem, cum totũ complecterent abyſſum; quæ non inepta erit ſolutio. Videlicet, quia defectus in ea parte ſolum deplorandi ſunt, vbi magis, quod deficit opus habetur: & cum tenebræ faciei, vbi eſt potentia viſiua magis noceant, ibi præcipuè deplorantur. Nam ſuper poſita verba exponens, reddenſq; rationem, quare defectus veritatis ſolum deploret in plateis, cum eſſet vniuerſalis in tota Iudæa: ait ſic*: Graue malum eſt ibidem veritatem, aut iuſtitiam deeſſe, vbi maximè neceſſaria eſt; quẽadmodum in plateis vbi ſunt emptiones, & vẽditiones, in quibus veritas eſſe debet. Habent enem virtutes loca ſua: quemadmodum iuſtitia prætorium: munditia loca ſacra, plateam veritas vbi ſi deſunt omnia corrunpnt.

XXXVIII.

HVGO Card. *Poſtil. in Gen. Allegoricè hunc illuſtrans locum de ſacra ſcriptura aſſignans rationem, quare tenebræ tantùm eſſe ſuper faciem abyſſi dicantur, dicit ſequentia verba*: Quia ſcriptura profunda eſt, & obſcura. Pſ. 17. Tenebroſa aqua in nubibus aeris, Ioan. 4. Puteus altus eſt. Item Ioan. Scrutamini ſcripturas: illæ enim loquuntur de me. Quaſi diceret: In profundo inuenietis me. Vndè tenebræ tantum in ſuperficie erant: quia intus eſt Chriſtus: qui dicit: Ego ſum lux Mundi: Ioan. 8. Qui in paſſione ſua diſſoluit velum litteræ. Sed adhuc tenebræ ſunt ſuper faciẽ Iudæorum, 2. Cor. 3. Vſq; in hodiernum diem idipſum velamen manet in lectione veteris teſtamenti non reuelatum, Eſai. 29. Erit vobis viſio omnium ſicut verba libri ſignati, *Vbi apparet ratio, quare Hæretici, & Iudæi legentes diuinam ſcripturam manent in tenebris errorum, quia nimirum non eouſq; calent, quo Chriſtum veram lucem inueniant. Non enim Chriſtum quærunt. Vndè, vt Doctiſſimus Luſitanus Payua Theolog. Conſilij Trident. pro Magnanimo Rege Sebaſt. ſerm. 2. fer. 4. poſt 3. Domin Quadr. refert, q cum Luttherus in quadã publica diſputatione cum Echio coram Georgio Duce Saxoniæ habita in Vniuerſitate Lypſię, & modum excederet, rogaretur à Dominis à conſilijs ſupradicti Ducis, vt propter Deum modeſtiùs ſe haberet: Reſpondit ſe neq; propter Deum ſuam incepiſſe ſectã, neq; propter Deum illam finire cogitabat. Et vt ibidẽ (Luce maenta) conuictis, obſtinatè tamen tenebras deſuper imponere contendunt falſificantes textum ſicut ſupradictus Hereſiarcha, qui quaſi centum loca falſificauit in illa translatione, quam fecit noui teſtamenti in Germanicam linguam ſicut refert Hieronymus Henſer,*

XXXIX.

SANBROS. Enarrat. in Pſ. 118. *Ad illum verſ.* Adoleſcentulus ſum ego, & contemptus: *aſſerens per occaſionem illud Cant. cap.* 1. Nigra ſum, ſed formoſa: *Offert nobis quandam rationem, quare Moyſes dicturus de excellentia lucis, prapoſuit tenebrarum obſcuritatem, ait enim.* Præmiſit nigram, vt augeret decorem: nõ dixit: nigra ſum formoſa: ne quod nigrum eſt decorem, extimetur. *Vbi apparet, quod quando prædicamus Sanctorum priores defectus, nõ eſt, quod illos approbare intendamus: ſed quod illis ſuppoſitis, vt contraria iuxta ſe poſita magis eluceſcat gratia Dei, & virtus quæ ſuperuenit: ſicut lux, quæ tenebras hic ſecuta fuit.*

XL.

OLEAST. *comment. in Eſai. quandam affert expoſitionem, & doctrinam, ex qua ſine vlla litteræ noſtræ extorſione reſponderi poſſit dubio præcedenti: Nimirum voluiſſe Deum nobis inſinuare ne putemus vlla mala terræ prouenire, niſi ab eo ab ipſoq; nos pendere non ſolum quantum de bonorum collatione: ſed etiam quantum ad malorum inflictionem. Nam explicans ad litteram illud prædicti Prophetæ cap.* 45. Ego Dominus faciens lucem, & creans tenebras; faciens pacẽ, & creans malũ. *ſic ait.* Hoc dicit, quoniam gentes alium Deum putabant, qui faciebat tenebras, & alium, qui lucem: ſimiliter alium, qui bona, & alium, qui mala. *Et ad mores ſic.* Magna in his verbis debet eſſe piorum conſolatio, quod nemo illis nocere poſſit, niſi ſolus Deus. Ipſe facit pacem, & bellum; ipſe miſeretur, & indurat; percutit, & ſanat; mortificat, & viuificat; Dominus ait S. Iob; dedit, & ipſe abſtulit, ſit nomen eius in ſecula benedictũ. Cùm ergò flagella, & mala tua per manus piiſſimi domini tranſire debeant, credendum eſt, ea ad te peruenire modificata. *Addatur, quod idem cap.* 51. *ad illa verba*: Suſcitare, quæ bibiſti de manu domini calicem furoris: *ſic ait:* Magna cõ-

ſo-

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

ſolatio hęc eſt ſeruorum domini,ſcire ſe omnia, quæ patiuntur,ex manu domini deſcendere.

Expoſitiones ſententiarum, quæ inueniuntur in Cap. Parabolicis Iob. Pſal. Lib. Salom. Prophet. Epiſt. Apoſt. Apocal. in quibus eſt aliquod horum verborum, Tenebræ, Facies, Abyſſus.

Ex Iob.

X L I.

S. *GREG. Papa Moral. 4. cap. 17. Ad illa verba Iob cap. 3. vbi maledicens diei natiuitatis ſuæ, inter cætera ait:* Obſcurent eum tenebræ, & vmbra mortis. *intelligens per diem, peccati delectationem: ait ſic;* In ſcriptura enim ſacra vmbra mortis aliquando obliuio mentis accipitur, aliquando imitatio diaboli, aliquãdo mors carnis. Vmbra enim mortis obliuio mentis accipitur, quia ſicut mors hoc, quod interficit, agit, vt non ſit in vita: ita & obliuio hoc, quod intercipit, agit vt non ſit in memoria. Vndè, & rectè, quia Ioannes Hæbreorum populo eum, cuius obliti fuerant, Deum prædicare veniebat, per Zachariam dicitur Lucæ 1. Illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedent. In vmbra enim mortis ſedere eſt à diuini amoris notitia in obliuione lateſcere. Vmbra mortis imitatio antiqui hoſtis accipitur. Ipſe enim, quia mortem intulit, mors vocatur, Ioanne atteſtante, qui ait Apocal. *6.* Et nomen illi mors. Per vmbra igitur mortis, eius imitatio deſignatur, quia ſicut vmbra iuxta qualitatem corporis ducitur, ita actiones iniquorum de ſpecie imitationis eius exprimuntur. Vndè rectè Eſaias cum gentiles populos ab antiqui hoſtis cerneret imitatione defeciſſe, eoſq; ad veri Solis ortum reſurgere, quæ certò futuro conſiderat, quaſi ex præteritis narrat, dicens. Sedentibus in tenebris, & vmbra mortis lux orta eſt eis. Vmbra enim mortis mors carnis accipitur, quia ſicut vera mors eſt, quo anima ſeparatur à Deo, ita vmbra mortis eſt, qua caro ſeparatur ab anima. Vndè rectè voce Martyrium per Prophetam dicitur. Humiliaſti nos in loco afflictionis, & operuit nos vmbra mortis. Quos enim conſtat, non ſpiritu, ſed ſola carne mori, nequaquã ſe vera morte, ſed vmbra mortis dicunt operiri. Quid eſt ergo, quod Beatus Iob, ad obſcurandum diem prauæ delectationis, poſtulat vmbram mortis, niſi quod ad delenda peccata ante Dei oculos Dei, & hominum mediatorem requirit, qui ſolam pro nobis carnem ſuſciperet, & veram mortem delinquentium per vmbram ſuæ mortis deleret? Ad nos quippè venit, qui, in morte ſpiritus, carniſq; tenebamur: vnam ad nos ſuam mortẽ detulit, & duas quas reperit ſoluit.

X L I I.

H*VGO Card. poſtil. ibi, myſticè ſic commentatur*: Obſcurent eum tenebræ .i. luctus pœnitentiæ tegat peccatum. Pſ. *31.* Beati quorum tecta ſunt peccata: ſed quia non valeat pœnitẽtia, niſi fiat in charitate. Et vmbra mortis occupet eum .i. charitas: fortis .n. vt mors dilectio. Cant. 8. vel ſic. Vmbra mortis .i. obliuio, quæ delet memoriam, vt mors vitam. Vel vmbra mortis .i. confuſio pœnitentiæ, ſiue erubeſcentiæ confeſſionis, quæ eſt confuſio adducens ad gloriam: Eccl. 4.

X L I I I.

O*LYMPIOD. vt in Caten. Græc. ſic.* Nimirum ſi verba ſpectentur, natalem ſuum diem optat ſine ſplendore eſſe, itemque noctem, nec Lunæ, nec Syderum luminibus illuſtrari, ſed dẽſiſſimis tenebris potius circunfundi. Hoc enim mortis vmbram nominauit. Illud autem ad ſententiam, atq; intelligentiam pertinet, vt peccatum per ſeipſum quale ſit, nempe omni priuatũ luce ab hominibus cognoſcatur, nec aut ſimulatam ſeſe virtutem induat, aut ſpecie quadam lucis rudioribus animis fucum faciat, ſed quo cœca eius perſpecta caligine, vitare facile poſſit. *Et paulo poſt iterum ſic.* Hoc petit; vt peccatum quid ſuapte natura ſit, haud quiſquam ignoret, neue ſatan, qui transfigurat ſe in angelum lucis, mala nobis pro bonis, obtrudat; ſed potius, vt tanquam mala, ac tenebrarum cauſa à nobis cognita fuerint, odio habeantur. *Vbi apparet, quanto pernicioſa ſint fucata, & illuſtrata peccata, quam quæ apertè fiunt, ſua cognita deformitate: nam iſta cauentur: illis verò irretiuntur, & capiuntur velut laqueis ſimplices.*

GLOS,

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

XLIV.

GLOS. *moraliter ſic.* Per hoc intelligitur conſideratio pœnæ gehennalis, quæ conſideratio licet ſit horrida, reſpectu tamen experientiæ non eſt, niſi vmbra, diem igitur prauæ delectationis obſcurant tenebræ, & vmbra mortis, quando repellitur per conſiderationem pœnæ gehennalis.

XLV.

CAET. *comment. ibi ſic.* Iuxta Hebræum habetur: Poluent eum obſcuritas, & vmbra mortis: Et ſtatim ſubiungitur: habitabit ſuper eum nubes; loco cuius in vlgata æditione habetur: Occupet eum caligo. Oportuit .n. hæc ſimul iungere, vt ſenſus literæ ſit planior. Imprecatur .n. quod apponatur obſcuritas, quæ cauſatur ex nubibus, ita vt ſordeſcat dies ille ex vehementia obſcuritatis, & vmbra mortis: hoc eſt fulminibus præſeferentibus mortem ſicut vmbra corpus. *Vbi apparet, & quod dies obſcura eſt dies ſordida: & quod non poteſt non ſubſequi mors, vbi fulmina ſunt continua.*

XLVI.

S. GREG. *15. moral. 13. Ad illud Iob cap. 20.* Omnes tenebræ abſconditæ ſunt in occultis eius: *ait.* Quamuis .n. hypochrita actiones bonas in ſuperficie oſtendat, quædam tamen in eo malorũ operũ tenebræ apparẽt, ſed tũ minus ꝑdit inopere, ꝗ in eius latet cogitatione. Nã qui cuncta ſimul in effectu non explet, cuncta quæ noceant, in mẽte tacitus tenet. Omnes ergo tenebræ in occultis eius abſconditæ dicũtur, quia etſi in ſe mala omnia non oſtendit, omnia tamẽ inferrè proximis appetit. *Vnde habemus exemplũ, nè cùm ſimiles mala aliqua faciunt, putemus omne euomuiſſe venenũ: Nam ſi in partem nocere eos vidẽmus, iudicare debemus intus in totum nocere cupientes, ſclamq; occaſionem opportunam ſpectantes. Addatur illud Hugo Card. Poſtil. ibi in confirmationem ſupra poſitæ doctrinæ:* Prouerb. 26 Labjis ſuis intelligitur inimicus: quãdo ſubmiſerit vocem ſuam, nè credideris ei: quoniam ſeptẽ nequitiæ ſunt in corde illius. Vnde quædam gloſ. Vitia vitijs ſuccedunt: ſed non omnia ſimul fiũt: ſed tamen omnia ſimul in mente.

XLVII.

BEDA *Expoſit. ibi ſic:* Tenebrę hoc loco peccata intelligenda ſunt, quæ ſiuè ea, quæ commiſſa ab impio ſunt, ſiuè ea, quæ ab eo committenda ſunt, in corde eius affectu, & cogitationibus latent. Quæ idèo in ſecretis mẽtis eius abſcõdita eſſe dicuntur, quia eis fauet, eiſq; plurimum delectatur. Sed Sanctus non ita eſt, vt tu peruerſiſſimè arbitraris, qui vt verax & timens Deum ait. Si abſcondi quaſi homo peccatum meum, & celaui in ſinu meo iniquitatem meã. Tales igitur tenebras peccatorum homines dilexerunt magis quam lumen virtutum: & idcircò, qui huiuſmodi tenebras .i. qui mala opera agit, odit lucem, & non venit ad lucem, nè arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem .i. Deo mala ſua opera confitetur, tenebraſque ſuas in lucem profert cõfeſſionis, hic iuxta Saluatoris ſermonem ad lucem veritatis venit, vt ita manifeſtentur opera confeſſionis eius, quia per Deum ſunt facta.

XLVIII.

HVGO *Card. Poſtil. in Iob. Ad illa verba cap. 28. vbi loquens de vera ſapientia dicit:* Abyſſus dicit non eſt in me. *Intelligit myſticè per abyſſum mundi ſapientes: Vndè dubio inſurgenti, ſ. quomodo ſapientes requiſiti de ſapientia fateantur, ſe illam non habere; quod in eodemmet ſenſu occurrit noſtro textui, vbi dicitur tenebras eſſe ſuper faciem abyſſi: reſpondet ſic:* Abyſſum vocat ſapientes huius mũdi, quibus non eſt ſapientia Dei; quia ſapientia huius mundi ſtultitia eſt apud Deum. 1. Cor. 3. *Grego. moral. lib. 18. cap. 25. ad eadem Iob verba ſic:* Quæ nimirum Abyſſus non eſſe in ſe hanc ſapientiam profitetur: quia iniqua mens dum eſſe ſapiens carnaliter appetit, ſtultam ſe ad ſpiritualia oſtendit. *Gloſa eademmet Grego. verba proferens ante præmittit ſic:* Abyſſus dicit corda hominum, quę & per lapſum fluida, & per duplicitatis caliginem ſunt tenebroſa. *Vbi patent, quod ſapientes huius mundi ſtatim prima facie ſe ignorantes ad diuina oſtendunt: & ſine vllo tormento dicũt non eſſe in ſe diuinam ſapientiam.*

XLIX.

BEDA *Expoſit in Iob. lib. 2: Ad eadem verba: ait ſic:* Abyſſum hoc loco infernum intelligamus, ſicut dicit Apoſt. Rom. 10. Aut quis deſcẽdit in Abyſſum? Et mare hoc ſæculum Pſalmiſta canente cognouimus. Hoc mare magnum, & ſpatioſum. Infernus ergò, & hic mundus ſapientiantiam timoris Dei ſe non habere teſtantur. Hoc adijcit loqui pro ijs qui in locis, vel mundi

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

di, vel infernorum ſunt: hic de illis loquitur qui carnali conuerſatione, mundi illecebris poſſidētur. Sancti autem in hoc mundo viuentes, extra mundo ſunt, quorum conuerſatio in cœlis, de quibus dicit Dominus Ioann. 18. Regnum meū non eſt hinc. Non dixit: non eſt hic; ſed, non eſt hinc. Ad incredulos, & perſecutores ſuos reſpexit, quando iſta dicebat. Quod autem Iob futurum tempus expreſſit dicēs: Et mare loquetur: Non eſt mecum: forſitant illa Eccleſiæ tempora in ſpiritu conſiderauerit, quandam hanc verā ſapientiam, per infidelitatem non habiturus eſſet hic mundus.

L.

S. *GREG. Nazianz. vt in Catena Græca: ibi ſic:* Non eſt in me ſapientia, ita vt quis ſe ſe in meos inſinuans receſſus, illā offendat. Et mare dixit non eſt mecum, perindè fortaſsè, vt margaritas, ſic illam ipſam quis poſſit apud me reperire. Tanquam ſi diceret: Siuè in abyſſo, ſiuè in mari, ſiuè in alio quouis loco, nō attinet quęrere ſapientiam: illius enim promuſcondus, & largitor eſt Deus.

LI.

TITELM. *Elucid. ibi ſic:* Hanc autem veram ſapientiam non eſt reperire in certo ali quo, & deſignato loco corporali, vnde erui poſſit homana induſtria ad eum modum, quo de cæteris metallis, & pretioſis lapidibus dictum eſt. Nam ſiuè in profundiſſimis abyſſis eam requiras, non illic inuenies? neq; ſi per vniuerſam vaſti maris latitudinem, & profunditatem eam quæſieris vſquam reperire eam poteris: Nauiget homo vſq; ad extrema maris, natet vſq; in fluuiorum profunda: aurum fortè, & argentum, aliaq; metalla, item & pretioſos lapides, multis in locis reperiet: Sapientiam verò nuſquam aſſequetur humana induſtria. *Vbi tanguntur, qui loca circuerent, & regiones ſtudij cauſa, cum ſapientia non in deſtinato loco, ſed diuino ope inueniri neceſsè ſit, Excipitur caſus obedientiæ.*

LII.

S. *AMBROS. lib. 1. de interpellatione cap. 9. Afferēs per occaſionem eadem verba: ait ſic;* Non licet tibi, ò Homo alta ſapientiæ: ideò tibi ſcriptum eſt: Noli altum ſapere: ſed time. Quid curioſè quæris inueſtigare, quod tibi non expedit ſcire, nec cognoſcere datur? Paulus audiuit aliqua ſecreta ſapientiæ, quæ prohibitus eſt alijs intimare, & ideò raptus eſt in paradiſum, raptus vſq; ad tertium cœlum, vt audiret ea, quæ in terris audire non poterat. *Vbi inter cætera apparet, Deum Sanctos in hac vita exaltare non ad fruitionem, ſed ad miniſterij neceſſitatem.*

LIII.

GLO. *moraliter ibidem ſic:* Per abyſſum intelligitur vir aſtutus: & per mare turbulentus, in quibus non eſt iſta ſapientia, ſed illa, quæ terrena eſt animalis, & diabolica. *Addatur Gloſa Lyræ ſic:* Dicit non eſt in me, .i. facto oſtendit.

LIV.

S. *GREG. 18. moral. 29 ſic:* Quid hoc loco abyſſum, niſi corda hominum vocat? Quæ & p lapſum fluida, & per duplicitatis ſunt caliginem tenebroſa. Quæ nimirum abyſſus non in ſe eſſe homo ſapientiam profitetur: quia iniqua mens dum eſſe ſapiens carnaliter appetit, ſtultam ſe ad ſpiritualia oſtendit. Nam quia teſte Paulo 1. Cor. 13. ſapientia huius Mūdi ſtultitia eſt apud Deū: tanto quiſq; amplius intus ſtultus fit, quanto conatur exterius ſapiēs videri. *Vnde apparet, non eſſe mirum ſi, vt bruta, conſpicimus mori quamplurimos, quos de ſapiētia humana, & de agibilibus huius mundi, nimis ſe iactare videbamus.*

LV.

S. *GREG. Papa Moral. lib. 29. cap. 15. Ad illa verba Domini Iob cap. 38.* In ſimilitudinem lapidis aquæ durantur: & ſuperficies abyſſi conſtringitur: *intelligens per abyſſum, hypocbritas, quandam moralem præbet expoſitionem, ex qua non extorquentes litteram quædam moralis, etiam ſolutio aſſignari poteſt, quare hic abyſſus tantum ſuper faciem obtenebrata dicatur? ait enim ſic:* Aquæ enim per glaciem in ſuperficie, dureſcunt: ſed flui tæ in intimis remanent. Et quid per aquas, niſi fluxa accepimus corda reproborum? Quæ cum ex propoſito virtutem deſerunt, fortes ſe in bonis operibus per hypochriſim oſtendunt: dumq; in intimis ſuis ad vitia defluunt, & foris ſe Sanctorum, ac fortium imitatores fingunt, aquæ in ſimilitudinē lapidis durantur, & ſuperficies abyſſi conſtringitur, quia per ſuperductam ſanctitatis ſpeciem fluxa, ac inſtabilis eorum conſcientia hominibus tegitur. Nam cùm ſibimet ipſis intrinſecus turpes ſint, ante alienos tamen oculos quadam viuendi venuſtate veſtiuntur.

BEDA

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

L V I.

BEDA *Expoſit. ibi ſic*: Nomine aquarum, ſecũdum ſcripturarum authoritate populi intelliguntur, ſicut ait Io. Apoſt. Apoc. 17. Aquæ autem populi ſunt: & Dauid Pſ. 143. Libera me, inquit, de aquis multis, de manũ filiorum alienorum. De his ergò dicere mihi videtur, qui nimio obliuionis Dei frigore obriguerunt, & ad inſtar lapidum ſolidi, & nimium duri effecti sũt: Deindè ait: Et ſuper facies abyſſi conſtringitur. In abyſſo profundiſſimam obſcuritatem mentis putà intelligendam, quæ ita obduratione infidelitatis nimiæ operatur, vt ſaxo ſimilis fiat, ita vt tali mente non ſit vllus ad Deum aditus reſpirandi: ſecũdum illud, quod Apoſtolus de Iudęis teſtimonium propheticum aſſumens Eſai. 6. locu
rua eſt Rom. 11. dicens: Dedit illis Deus ſpiritum compunctionis, & oculos vt non videant vſq; in hodiernum diem. *Vbi apparet, per obliuionem Dei indurari animam, infidelitatiſq; obſtinationem incurrere.*

L V I I.

HVGO *Card. Poſtil. ibi ſic*: Ideſt induritiam, & in inſenſibilitatem gentium Iudęi indurati ſunt. Nomine enim lapidis, duritia gentium intelligitur. Mat. 3. Potens eſt Deus de lapidibus iſtis .i. de gentibus duris: ſuſcitare filios Abrahæ. Filios .ſ. per imitationem. Per aquam verò intelliguntur Iudæi olim molles, & teneri: iuxta illud Apoc. 17. Aquas quas vidiſti vbi meretrix ſedet: populi ſunt, & gentes, & linguæ. Sed quia hæc fiunt ex occulto iudicio Dei: ſequitur. Et ſuperficies abyſſi .i. iudiciorum Dei. De quibus Pſ. 35. Iudicia Dei abyſſus multa: Conſtringitur: Nè humanæ mentis oculo poſſit penetrari. Vnde exclamat Apoſtolus Rom. 11. O altitudo diuitiarum ſapientiæ, &c.

L V I I I.

S. GREG. *Papa Moral lib. 29. Ad illa verba Domini Iob cap.* 38. Numquid ingreſſus es profundum maris: In nouiſſimis abyſſi ambulaſti? *ſic ait*: Quæ enim eſt abyſſus, niſi mens humana, quæ dum ſemetipſam comprehendere non valet ſeſe in omne, quod eſt velut obſcura Abyſſus latet. Vndè benè per Prophetam dicitur: Dedit Abyſſus vocem ſuam ab altitudine phantaſiæ ſuæ; quia dum ſemetipſam mens humana non penetrat, ex comparatione ſui, diuinæ naturæ potentiam, quam comprehendere non valet humiliùs laudat. *Vbi apparet, neceſſariã eſſe cognitionem propriæ humilitatis, ad cognitionem Dei magnitudinis. Ex falſa enim propria præſumptione oritur Dei imperfecta cognitio, & exindè humiliter de Dei potentia loqui.*

L I X.

IDem *ibidem iterum ſic*: In nouiſſimis ergo abyſſi Deum deambulare, eſt etiam nequiſſimorũ corda hominum conuertere, & deſperatas mentes viſitationis ſuæ veſtigijs tangendo mirabiliter reformare. Cum enim poſt immenſa ſcelera vnuſquiſq; compungitur, quid aliud, quam in nouiſſimis abyſſi Deus deambulans videtur? Quaſi in abyſſo namq; Deus deambulat, cùm obſcurum cor penetrans, fluctus inuiſibiles vitiorum calcat. Plerunq; enim præterita plangimus, & alijs præſentibus vrgemur, vt modo ſuperbia, modo ira, modo luxuria modo auaritia tentante fatigemur. Sed cùm cuncta hec in corde noſtro Dominus occultæ viſitationis ſuæ timore reprimit, quid aliud, quam in abyſſo greſſus ponit? Quos greſſus mente conſpicimus, quando contra inſurgẽtia viria quomodo timoris eius obuient dona penſamus. Hos namquè greſſus Propheta conſpexerat, cum dicebat Pſ. 67. Viſi ſunt ingreſſus tui Deus, ingreſſus Dei mei, Regis mei, qui eſt in Sancto ipſius. Qui .n. inordinatos motus animi, diuinorum iudiciorũ memoria in ſe reſpici conſpicit, quaſi deambulantis in ſe greſſus Domini videt: Dicat ergò Beato Iob. Nunquid ingreſſus eſt profundum maris, &c.? ſub audis, vt ego, qui mira miſericordia in peccarorum cordibus modo iram, modo luxuriam, modo auaritiam, modo ſurgentem ſuperbiam calco? Ac ſi ei aperte diceretur. Si latentia cordis viria me ſolum reprimere conſpicis, tu extolli de propria iuſtificatione ceſſabis.

L X.

CAET. *Com. ibi ſic*: Iuxta Hebræum habetur: Nunquid veniſti ad tricas maris: & in inquiſione abyſſi iuiſti? Tranſit ad iter in mari: & prius relatiuè ad profundum maris, deindè relatiuè ad ſuperficiem eiuſdẽ confutando per primùm potentiam, & per ſecundum ſcientiam hominis. Duo itaq; loca ſub aquis inacceſſibilia deſcribuntur. Alter eſt in quo concurrentibus è

di-

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

diūerſis meatibus aquis fit aquarum commixtio, altero alteram interſecante : huiuſmodi .n. intrincatio aquarum Hæbraica dictione ſignificatur. Alter eſt profunditas voraginum exiſtentium in mari: Et hìc appellatur abyſſus, illæ vero, tricæ. *Vbi apparet moraliter, quare aquas ſcientiæ, & Theologiæ hodie inacceſſibiles ſunt (parum enim ſcitur noſtris temporibus) ſ. quia tricæ aquarum ex diuerſis meatibus concurrentium, & ſe inuicem rececantium inacceſſibilem faciunt veram (quæ debetur teneri) doctrinam; quæ nouarum opinionum, & ſibi inuicem contradicentium intrincationes, ſi nō extitiſſent de facilè perueniretur ad profunditatem abyſſi, quam Deus per ſanctos Patres antiquitos deambulando peruiam, meabilemq; fecit nobis. Sed vt hæ tollantur magis neceſſaria eſt potentia ſuperiorū, quam ſcientia rectorum, antiquorumq; ſequentium Sanctorum Patrum veſtigia, doctrina, & ſcientia.*

L X I.

HVGO *Card. Poſtil. ibi Moraliter ſic* : Nunquid ingreſſus eſt profundum maris. Ideſt, cor peccatoris per cognitionem? Quaſi diceret, non. Hierem. 18. Profundum eſt cor hominis, & inſcrutabile: & quis cognoſcet illud? Solus Deus. Et in nouiſſimis Abyſſi deambulaſti? Ideſt latētia vitia humanæ mentis calcando per te repreſiſti ſicut & ego? Quaſi dicetet, non. Gregori. Mare eſt mens humana, cuius profundum Deus ingreditur, quando per cognitionem ſuam ad lamenta pœnitentiæ perturbatur. Et in nouiſſimis abyſſi ambulat, quando mentes deſperatiſſimas viſitationis ſuæ veſtigijs tangendo reformat.

L X I I.

IDem *ibid. myſticè ſic exponit*: Myſticè incarnatio Chriſti, & deſcenſus ad inferos prophetatur hìc. Dicit ergò Dominus ad Iob. Nunquid ingreſſus es profundum maris .i. labores, & ærumnas ſæculi: ſicut & ego per carnis aſſumptionem? Et in nouiſſimis abyſſi .i. inferni: Deambulaſti: Suple: ſicut & ego, qui inde extraxi electos. Zach: quoq; in ſanguine teſtamēti emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua. *Vbi apparent duo iſta myſteria eſſe inſignia, nempè pati Chriſtum, & ad inferos deſcendere: de illis .n. ſe iactat.*

L X I I I.

S. *HIER. Com. ibi ſic*: Poſſumus, & moraliter hūc locum ita ſentire: vt quia mare per figurā hoc ſæculum dici nouimus, profunda eius ſuper omnes iniquos, & peccatores: qui quantum illud diligunt, tantum in eius obſcuriſſimam profunditatem demerguntur, vt omninò non videant lumen Euangelij, & gloriæ Chriſti. Nouiſſima verò abyſſi ſunt omnes impij, & ſacrilegi, q in profundiores peccatorum tenebras deſcendentes, laſciuiarum nimio fluxu, velut aquarum multitudine deprimūtur. Ad hos Dominus noſter, neminem deſpiciens, omneſq; ſaluare cupiens, venire dignatus eſt, vt corda eorum infidelitate cœcata per gratiam ſuam illuminaret: & effecti lux in Domino, fierent templum eius, vt deambularet, & inhabitaret in eis, & eſſet eorum Deus.

L X I V.

METHOD. *vt in Caten. Græc. vbi ſic legitur:* Veniſti autem ad fontem maris? in veſtigijs autem abyſſi ambulaſti: *ait*: Multi deſcenderunt in abyſſum, non ideò, vt in eam ambularent; ſed vt tanquam vincti tenerentur: Ieſus dumtaxat tanquam liber ambulauit in abyſſo, vbi nulla ambulantium extabant veſtigia. Morti .n. haud obnoxius, mortem delegit, vt morti obnoxios redimeret: quando, & ijs, qui erant in vinculis dixit: Egredimini; & ijs, qui erant in tenebris: retegimini.

L X V.

S. *GREG. Papa Moral. Lib. 29. Cap. 11. illa verba Domini Iob. Cap. 38.* Superficies abyſſus cōſtringitur: *ſic ait*: Quia ſuperiecto quodam ignorantiæ noſtræ velamine, incomprehenſibilitatē diuini iudicij humanę mentis oculus, nullatenus penetrat: ſcriptum quippè eſt: iudicia tua abyſſus multa. Nemo ergo perſcrutari appetat, cur cum alius repellitur, alius eligatur; vel cur cum alius eligitur, alius repellatur: quia ſuperficies abyſſi conſtringitur, & atteſtāte Paulo Rom. 11. Inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius.

LXVI.

GLO. *reſumendo dicta Beati Greg. Ad illud Iob Cap. 9. vbi loquens de Diabolo ſub nomine Leuiathan: dicit:* Aeſtimabit abyſſum, quaſi ſeneſcentem; *ait*, Abyſſus pro iudicio, ſenectus pro finis propinquitate ponitur. Leuiathan itaq; æſtimabit abyſſum quaſi ſeneſcentem, quia reproborum corda ſic fatuat, vt ſuſpicionem eis de-

K ven-

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

venturo iudicio, quod quaſi finiatur infundat. Abyſſum namq; ſeneſcere æſtimat, qui terminari quandoq; in ſupplicijs ſupernam animaduerſionem putat. *Vbi apparet, nihil ſic inſolentes facere peccatores, quam perſuadi ſupplicia etſi uentura, aut preſentia finem habitura. Additur illud Lyra Poſtil. ibi,* Quod enim antiquatur, & ſeneſcit, propè interitum eſt, vt habetur Hæbr. 8. & per conſequens eſt debilis virtutis. Per hoc intelligitur dæmon, qui propter damnationem ſuam non dimittit niti contra Deum, quaſi ſua pœna eſſet terminanda. *Et illud S. Thom. Com. ibi:* Myſticè inuitur, quod diabolus, non tantam, tamq; perpetuam reputat pœnam inferni, vt ob eam deſinat impiè operari, & Deo reniti: imò ſic prauè agit, quaſi putaret dānationem inferni aliquando terminandam.

LXVII.

S. *GREG. 34. Moral. 11. Ad eadem verba tenens, quod ſupradictum remanet à Gloſ. inter cætera argumenta, quæ ponit pro parte aſſerentium, pœnas inferni non eſſe æternas; ait,* At, inquiunt: ſine fine puniri non debet culpa cum fine. Iuſtus nimirum eſt omnipotens Deus, & quod non æterno peccato commiſſum eſt, æterno non debet puniri tormento. Quibus citiùs reſpondemus, quod rectè dicerent, ſi Iudex iuſtus, diſtrictuſq; veniens, non corda hominum, ſed facta penſaret. Iniqui enim ideò tunc cum fine deliquerunt: quia cum fine vixerunt. Voluiſſent quippe ſine fine viuere, vt ſine fine potuiſſent in iniquitatibus permanere. Nam magis appetunt peccare, quam viuere; & ideò hic ſemper viuere cupiunt, vt nunquam deſinant peccare, cum viuunt. Ad diſtricti ergò Iudicis iuſtitiam pertinet, ut nunquam careant ſupplicio, quorum mens in hac vita nunquam uoluit carere peccato, & nullus detur iniquo terminus ultionis, q quandiù ualuit, & habere noluit terminum criminis. *Vbi apparet, quod dānati reuerti cupiunt ad vitam, non vt emendentur, ſed vt peccata proſequātur: & Prælati habent documentum, nè terminatis ſupplicijs puniant illos, qui magis neceſſitate, quam animo, & voluntate à criminum proſequtione ceſſare conuincuntur.*

LXVIII.

I*Dem ibid. ex alio capite arguendo ſupradictam reprobat impietatem: ait enim:* Sunt enim nūc etiam, qui idcircò peccatis ſuis ponere finē negligunt: quia habere quandoq; finem futura ſuper ſe iudicia ſuſpicantur. Quibus breuiter reſpondemus, ſi quandoq; finienda ſunt ſupplicia reproborum, quādoq; finienda ſunt ergo & gaudia beatorum. Per ſemetipſum namq; veritas: dicit: Ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam. Matt. 25. Si igitur hoc verum non eſt quod minatus eſt, neq; illud verum eſt, q promiſit. At, inquiunt, ideo æternam pœnā peccantibus minatus eſt, vt eos à peccatorum perpetratione cōpeſceret: quia creaturæ ſuæ æterna ſupplicia minari debuit, nō conferre. Quibus citius reſpondemus: Si falſa minatus eſt, vt ab iniuſtitia corrigeret; etiam falſa pollicitus eſt, vt ad iuſtitiam prouocaret. Et quis hanc eorum veſaniam toleret, qui dum ꝓmiſſionibus ſuis reproborum ſupplicia finiri aſſerunt, aſſertione ſua etiam electorum premia, remunerationeſq; cōfundunt. *Vbi Principes aduertant, ne de minatis impij pœnis deficiant, ſi volunt quod pij de ſibi promiſſis premijs confidant.*

LXIX.

G*LOS. Moraliter innixa ſup. poſitis doctrinis excellenter aſsignat formalitatem termini, ſeneſcentem, quo vtitur Deus ad deſignandam ſecuritatem, qua impij peccant de diuino ſupplicio ſibi pro culpis infligendo; ait enim;* Nam facto videtur contemnere abyſſum diuinæ ſapientiæ tanquā ſuas nequitias ignorantem, & ad puniendam impotentem. *Vbi apparet, nunquam ſenes eſſe eligendos Iudices contra impios, etiam ſi abyſſi ſint ſapienti: Nam ſemper reputantur ignorantes, & impotentes: ſunt enim duæ infirmitates concomitantes ſenectutem.*

LXX.

E*VAGRIVS, vt in Cat. Grę. vbi ſic legitur:* Tartarum autem abyſſi ſicut captiuum reputauit: Abyſſum ſicut ambulationem: *ait:* Inſolēter ſe iactans, hęc omnia putauit ſe poſſe, & maria debere, & tartari imperij tenere. Id quod per eius perſonam Eſai. 10. edit. 70. his verbis ſignificauit. Orbem terrarum vniuerſum manu comprehendam, ſicut nidum. Sed nimirum ex omnibus eſt locis eiectus: quæ ſtultus ſe occupaturum putauit. Et è cœlo quidem ab initio, è terra verò, atq; ex inferno per ipſam Domini Incarnationem. Itaq; propter tenebras, quæ illi

pa-

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

paratæ ſunt, nullus eſt ipſi locus præterea relictus. *Quod multotiès videmus factũ in impijs ambitioſis, qui omnia ſibi nitentes occupare, ab omnibus infamè proiectos conſpicimus.*

L X X I.

DIONYS. *Cart. Enar. ibi ſic:* Ideſt tam auidè, & abundè piſces maris vorabit, & aquam ipſius potabit, quaſi putaret mare citò ſiccandũ, ac finiendum, quemadmodum eſuriens, qui opinatur ſibi eſcam defuturam, comedit multum, contra futuram ſe præparans famem: propter q̃ inſinuatur, quod diabolus velut inſatiabilis homicida, tam affectuosè, inceſſanter, & indefeſsè decipit animas, quaſi Mundus eſſet mox terminandus. Quod enim ſeneſcit propè interitum eſt ſecundum Apoſt. ad Hæbr. 8. *Vbi mihi venit in mentem quædam doctiſſima aduertentia, quam audiui à quodam Illuſtriſſimo, ſatiſq; notiſſimo Patre Magiſtro noſtræ Religionis, & Patriæ, digniſſimo nominatione in hoc Catalogo, Fratre, inquam, Antonio de Souſa ex primis familijs illius Regni, necnon totius Hiſpaniæ S. Inquiſitionis ſupremi (vt vocant generalis Conſilij, ac Regij) deputata Iudice, qui doctiſſimè ſcripſit Librum vnum de Bul. Cœnæ Domini, Alium de Explicatione Breuis contra ſollicitantes, alium de Regimine Tribunalis S. Inquiſitionis: alia quãplurima doctiſſima opera manuſcripta relinquens morte immatura præuentus, magna ſui, omnibus relicto deſiderio. Qui vt dicebam, combinans illud Eſai.* 22. Et ecce gaudium, & lætitia, occidite vitulos, & iugulate arietes, comedite carnes, & bibite vinum: Comedamus, & bibamus; cras enim moriemur; *cum illis Apoſtoli* 1. *Cor.* 7. Tempus breue eſt: reliquum eſt, vt qui habẽt vxores, tanquam non habentes ſint, &c. Et qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur præterit enim figura huius mundi. *notauit; quam diuerſa inferunt pij, & impij ex vno, eodemmet principio, nempè fine, breuitateq; mundi, rerumq; huius ſæculi. Pij vt deinceps non vtantur, deſpiciant, à ſe abdicent; impij verò vt auidius fruantur: Quia nimirum, pij finito hoc ſæculo æternaliter ſine comparatione; melius accipere, & frui ſperant: impij verò nihil ſibi poſtea remanendũ, credentes; hic ſatiari appetunt, inaniter tamen ad futuram æternam, miſeramq; famem ſe præparare putantes.*

L X X I I.

STEVCHVS: *Enar. ibi ſic:* Quod verò dicit. Quaſi ſeneſcentem. Probatur mihi maximè ſenſus Hebræorum. Tanta eſt vndarum concitatio, belua ſecante mare, vt tum veſtigia, ſemitaq; exprimatur, tùm ſit tanta ſpuma, tanta canicies vndarum, vt qui reſpiciat, exiſtimat mare canum, velut ſenes, quibus canicies in compta iacet. Referunt igitur Hebræi, æſtimabũt abyſſi, quaſi ſeneſcentem: Non ad ipſam beluam, ſed eum qui viderit, aſpexeritq; mare. Cuius vndę propè ingentem beluæ motum caneſcent velut canicies ſenis. Is verus ſẽſus, ac propriè Hebraicè æſtimabit, debet eſſe imperſonale, iuxta morũ Hebraicæ dialecti, vt dicat æſtimabitur, reputabitur, abyſſus velut ſenilis canicies.

L X X I I I.

S. HIER. *Com. ibi, intelligens de diabolo antè aduentum Chriſti ſibi in perpetuum dominium in vniuerſum mundam promittenti: ait:* Aeſtimabit abyſſum, quaſi ſeneſcentem: ſiuè vt alij dixerũt, quaſi deambulacrum. Abyſſum diximus ſuperius iſtum mundum, quem ſeneſcentem, & inueteratum in peccatis vtiq; permanentem diabolus arbitratur, neſciens aduentu Domini à peccatis veteribus liberandum. *Vbi apparet, per nullum ita diabolum æternum in anima, ſeù Republica aliqua dominium ſibi promittere, quam per veterem permanentem, ac ſeneſcententem peccandi conſuetudinem: à qua neſcit quomodo Deus talem liberare poſſit.*

L X X I V.

CAET. *Com. ibi ſic:* Iuxta Hebræ. habetur: Aeſtimabit voraginem in decrepitum. Deſcriptis membris, & potentijs Leuiathan deſcribit conſequenter gratiam eius, per antiphraſim: inchoando à miſeria pœnæ eius ſignificatæ per voraginem æternæ damnationis. Et tam infelix deſcribitur, quod reputat ſuam æternam miſeriam ſicut homo reputat ætatem decrepitum, tanquam imbecillitatem naturaliter ſubeundã; quod eſt dictu, quod parum, aut nihil æſtimat eam, attendens ad malefaciẽdum quantum poteſt. *Vbi apparet, per nullum miſerè tamen inſoleſcere peccatores, in ipſis medijs ſupplicijs, quam opinando diuina ſupplicia ab ordine naturali pendere, ac ſe non poſſe durare, niſi ad tempus.*

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

LXXV.

HVGO Card. Poſtil. in Iob, ad illud cap. 24. Sic in tenebris quaſi in luce ambulant. Leuis eſt ſuper faciem aquæ: *myſticè exponens de Hæreticis aſſignans rationem, quare dicantur ſuper faciē aquæ ambulare, magis quam intra ipſam aquam, ſic ait*; Leuis eſt .ſ. Hæreticus .i. inſtabilis. Ita Iacob 1. Vir duplex animo, inconſtans eſt omnibus vijs ſuis. Eccleſiaſti. 2. Væ duplici corde, & labijs ſceleſti, & manibus malefacientibus, & peccatori ingredienti terram duabus vijs. Vlt. Iniquus quilibet leuis eſt. Super faciem aquæ. Ideſt plus quam aqua in ſuperficie: quia ad omne flatum tentationis ſtatim deijcitur. Sap. 5. Spes impij tanquam lanugo, quæ à vento tollitur: & tanquam ſpuma gracilis, quæ à procella diſpergitur, & tanquam fumus, qui à vento diffuſus eſt.

LXXVI.

S. GREG. Papa Moral. 19. cap. 25. *Ad illa verba Iob cap. 24.* Leuis eſt ſuper faciem aquæ: *poſtquam notauit Iob hucuſq; in plurali de impijs loquutum fuiſſe, nunc vergi verbum, ſeu ſermonem ſuum ad ſingulare, dicens ſic:* A plurali numero ad ſingularem reddit, quia plerunq; vnus malus inchoat, & imitando multi ſubſequuntur. Sed eius principaliter culpa, eſt, qui peruerſis ſubſequentibus exempla præbuit iniquitatis. Vndè ad illum redit crebrò ſententia, qui auctor extitit in culpa: *ait ſic:* Aquę autem ſuperficies huc, illucq; aura impellitur, & nulla ſtabilitate ſolidata, paſſim mouetur. Iniqui igitur mens pluſquam aquę ſuperficies leuis eſt: quia quælibet hunc aura tentationis attingerit, ſine tarditate aliqua retractationis trahit. Si enim cot fluxum cuiuslibet peruerſi cogitamus, quid aliud quam in vēto poſitam aquæ ſuperficiem cernimus? Nunc namq; illum aura ſuperbiæ impellit, nunc aura luxuriæ, nunc aura inuidię, nunc aura fallaciæ pertrahit. Super faciem ergò aquæ leuis eſt is, quem quilibet erroris ventus cum venerit impellit. Vndè benè quoq; ꝑ Pſ. 83. dicitur: Deus meus pone illos, vt rotam, & ſicut ſtipulam antè faciem venti. Vt rota quippè ponũtur iniqui, quia in circuitu laboris miſſi, dùm ea, quæ antè ſunt negligunt, & ea, quæ deſerenda ſunt ſequũtur, ex poſterioribus eleuantur, & ex anterioribus cadunt. Qui rectè quoq; ſtipulæ ante faciem venti comparantur, quia irruente aura tentationis, dum nulla ſubnixi ſunt ratione grauitatis, eleuantur, vt corruāt, & ſæpè eò ſe alicuius meriti exiſtere æſtimant, quia eos in alta flatus erroris portat.

LXXVII.

LYRA Poſtil. ibi ſic: Superficies .n. aquæ impulſum cuiuslibet venti ſequitur, & ſimiliter adulter impetum ſuæ paſſionis. *Vbi apparet, non eſſe mirum, ſi videmus aliquos, qui pro fidei veritatis acerrimè pugnantes, vbi ſpiritu, & vitio adulterij ſubiecti fuerunt, contra ipſam, quam defenderāt veritatem ex diametro inſurrexerunt, vt viſum fuit in Enriquo VIII. Rege Angliæ, qui cùm paulò antea contra Lutherum pro defenſione Fidei Catholicæ illud celebrè ſcripſiſſet volumen, ab ſpiritu luxuriæ, & adulterij repudiata Sancta Regina Catharina legitima, & vera vxore exardeſcens amore illius infamiſſimæ Annæ; annuit toto conatu doctrinæ illius hereſiarchæ, ſanctamq; ac catholicam doctrinam de ſuo Regno omninò releganit.*

LXXVIII.

CATEN. *Græca ibi ſic:* Symmacus, Innatans aquæ. Quemadmodum, inquit, ea, quæ leuia ſunt, cùm aquæ inſederint extimę, facilè aquarum impetu hac illac iactantur; ſic quiuis improbus tentationibus rapitur, nulloq; negotio deletur. Neq; enim improba calliditas, atq; iniuſtitia, eum qui illius eſt cupidus ſeruabit.

LXXIX.

S. THO. *Comm. ibi ſic:* Refertur ſpecialiter ad adulterum cui propter impetum concupiſcentiæ, quod etiam ſuper aquam, & ſuper quācunq; difficultatem, vel aduerſitatem leuiter pertranſire poteſt ad hoc, quod perueniat ad fruitionem rei concupitæ. *Vbi apparet, nulli vitio ſic facilitari omnia in contrarium, ſicut vitio luxuriæ: vndè audaciſſimi ſemper ſunt luxrioſi, nullam non intentantes difficultatem.*

LXXX.

CAET. *Com. ibi coniungens vltimam partem præcedentis ſententiæ, nempè:* In tenebris, quaſi in luce ambulant: leuis eſt ſuper faciem aquæ: *ait:* Iuxta Hebræum habetur: Quia cognoſcet terrorem vmbræ mortis: leuis eſt ipſe ſuper facies aquarum. Deſcribitur adulter manēs cum adultera, quando ſentit terrores vmbræ mortis, hoc eſt quando ſentit aliquem motum, vel vocem in

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

in domo adulteræ, & terretur nè occidatur, & de eo dicitur, quod eſt tam agilis fugiendo tanquam ambulans ſuper aquas. Hoc ſignificatur, dicendo, quia cognoſcet terrores vmbræ mortis, ideò leuis ipſe ſuper facies aquarum. Qui .n. ſuper ſuperficiem aquarum iturus eſt, oportet, quod ſit tam agilis eundo, vt velocitas motus eius vincat grauitatem corporis ſui, & ſic tanquam leuior aquis, eat ſuper ſuperficiem aquæ. Hyperbolico .n. ſermone deſcribitur magna agilitas adulteri timentis, & fugientis per vias aliquas tenuiſſimas immeabiles, ſicut incredibile videatur, quod vir tranſeat per eas. *Addatur illud Steuch. Enarr. ibi:* Comparatq; eum aquis, quas ille velocitate præuertat, velociùs rapidiſſimo fluuio, & præcipiti torrenti diffugiens. Pedibus timor addidit alas. Fugit ocyus euro Citior aqua diffugit, aut ea re, quæ ſuper aquam ibitur.

LXXXI.

BEDA *Expoſit. ibi ſic:* Hinc vſq; ad finem ſermonis huius de illis, de quibus ſupra dixi, mus, à Beato Iob ſimul dici intelligamus, quorũ & Sanct. Dauid Pſ. 1. ita meminit dicens, Non ſic impij, non ſic, ſed tanquam puluis, quem proijcit ventus à facie terræ, & ideò nõ ſunt de Eccleſia magna .i. populo graui, & ſancto, qui grauis ſecundi, & optimi tritici comparatur, & qui in horreo æternarum manſionum condendus eſt, leues vt paleæ, nihilq; eius ponderis habentes, quod ad prægrauidos virtutum pertinet fructus, aquæ elemento ſupernatabunt, vt auræ flatu tenui rapiantur. *Vbi apparet, grauitatem morum eſſe indicium prædeſtinationis, ad Eccleſiamq; magnam minimè leues, ſed graues pertinere.*

LXXXII.

DIONYS. *Cart. Enar. ibi, ſic commentatur:* Leuis eſt adulter .i. mente vagus, leuis inſtabilis, ſuper faciem aquæ .i. magis quam ſuperficies aquæ, quæ modico vento mouetur. Mens nanq; adulteri varijs concupiſcentijs agitatur, omni tentationi concutitur, innumerabilibus paſſionibus, virijſq; mouetur, ac vincitur. Paſſiones quippè, & vitia hanc mentis pariunt ſtabilitatem, debilitatem, & læuitatem. *Et ſic apparet, nullum vitioſum, præcipuè vitio deditum luxuriæ, grauem, conſtantem, fortemq; eſſe poſſe.*

LXXXIII.

S. *HIER. Com. ibi. ſic:* Aquæ iſtę hominum amãtium hoc ſæculum habent figuram: eo qđ ſemper ad inferiora ſint procliues, multum ſecũ humi trahentes: qui in chaos inferorum, turbido pondere deponatur. *Addatur illud Titelman. Elucid. ibi ſic:* Sic ad omne malum proni, & faciles ſunt hi impij, ſemel Dei abiecto timore, vt ẽt aquarum ſuperficiem fluidam ſuperent. Non poteſt eſſe aquarum ſuperficies tàm fluida, & tàm leuis, & influxum pronam, quam ſunt iſti leues, & faciles ad defluendum in omnis generis vitia.

LXXXIV.

S. *GREG. 14. mor. 30. ad illud Iob cap. 19.* Fugite ergò à facie gladij: quia vltor iniquitatum gladius eſt, & ſcitote eſſe iudicium: *poſtquam ait ſic:* Nam ſunt pleriq; qui extremum eſſe iudiciũ verbotenus ſciunt: ſed peruersè agendo teſtantur, quia neſciũt: *proſequitur ſic:* Et faciem quoq; gladij fugere eſt animaduerſionis diſtrictæ ſententiam, prius quam appareat placarę. Vitari nanq; terror Iudicis, nonniſi ante iudicium põt. Modo non cernitur, ſed precibus placatur Cùm verò in ille tremendo examine ſederit, & videri poteſt quia facta prauorum, quæ Deus ſuſtinuit tacitus, ſimul omnia reddet iratus. Vndè neceſſè eſt nunc timere Iudicem, cùm nec dum iudicium exercet, cùm diù mala ſuſtinet, cum mala adhùc tolerat, quæ videt: nè ſemel cum, manum in retributione vltionis excuſſerit tantò in iudicio diſtrictiùs feriat, quantò antè iudicium diutiùs expectat.

LXXXV.

HVGO *Card. Poſtil. ibi. ſic commentatur:* Fugite ergò: Quaſi diceret: Ex quo non dubitatur iudicium futurum: Fugite ceſſando à malo. A facie gladij .i. à ſententia iudiciaria. De hoc gladio dicitur Ezech. 21. Hic eſt gladius occiſionis magnæ, qui ſtupeſcere eos faciet, & corde tabeſcere. *Vbi apparet, diuinam vltionem minimè, niſi per peccati ceſſationem effugi poſſe.*

LXXXVI.

BEDA *Expoſit. ibi notans hæc dicta à Beato Iob amicis ſuis eum opprimentibus, ſic commentat.* Si receſſeritis ab oppreſſione mea, gladium iuſtæ ſententiæ Dei poteritis euadere. *Vbi miſerorũ oppreſſores attendãt minimè effugere poſſe gladiũ diuinæ vindictæ, niſi ab oppreſſione ceſſauerint.*

S. GRE.

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

LXXXVII.

S. GREG. Pap. Moral. 15. cap. 30. ad illa verba Iob cap. 21. Et erunt ſicut paleæ ante faciē venti: & ſicut fauilla quam turbo diſpergit: *ait ſic*: Iniquus cùm in poteſtate conſpicitur, cùm valdè in oppreſſionibus, & violentijs effrenatur, ab infirmorum cogitationibus grauis nimirū, & quaſi in hoc mundo radicatus æſtimatur. Sed cùm diſtricti iudicis ſententia venerit, omnes iniqui, quaſi paleæ ante ventum erunt: quia vt ita dicam, quos hìc in ſuis quondam præiudicijs, quaſi duri ponderis ſuper iacentem molem indigentium lachrymæ mouere non poterant. Et ad rapientis iudicij manus leues ſunt, q per iniuſtitiam populis graues fuerant.

LXXXVIII.

GLO. *Moraliter ibi ſic*: Erūt ſicut palleæ: Igni gehennæ paratæ. Mat. 3. Paleas autem comburet. *Addatur qui Interlimal. ibi ſic*: Leues, qui hìc radicati, & graues proximis, & immobiles. Quia etſi viridis videtur iam in iudicio Dei conſumptus cernitur. *Quæ verba Hugo Card. legit etiam in plurali.*

LXXXIX.

BEDA *Expoſit. ibi ſic*: Hoc eſt, quod in Pſal. 1. dictum eſt: Non ſic impij, non ſic: ſed tanquam puluis quem proijcit ventus à facie terrę. Quod autem dicit, & ſicut fauilla, quam turbo diſpergit: hoc ait, quia peccatores, & impij perituri ſunt, vt omninò reparari non poſſint.

XC.

S. GREG. *Papa Moral.* 33. *cap.* 22. *Ad illa verba Dei Iob* 41. Quis reuelabit faciem indumēti eius? *ait ſic*: Leuiathā iſte aliter religioſas hominum mentes, aliter huic mundo dediras tentat: nā prauis mala, quæ deſiderant apertè obijcit: bonis autem latenter inſidians, ſub ſpecie ſanctitatis illudit. Illis velut familiaribus ſuis ini quū ſe manifeſtiùs inſinuat. Iſtis verò velut extraneis cuiuſdam, quaſi honeſtatis prætextu ſe palliat, vt mala, quæ eis publicè non valet; tectæ bonæ actionis velamine ſubintromittat. Vndè & membra eius, ſæpè cum aperta nequitia nocere nō poſſūt, bonæ actionis velamē ſumūt: & praua quidē ſe opere exhibēt, ſed ſancta ſpecie mentiuntur. Iniqui .n. ſi apertè mali eſſent, à bonis recipi omninò non poſſent: ſed ſumunt aliquid de viſione bonorum, vt dum boni viri in cis reſpiciunt ſpeciem quam amant, permixtū etiam ſumant virus, quod vitant: *Concludit autē ſic*: Quia ergò Leuiathan iſte in eo, quod iniquitatis opus molitur ſæpè ſpecie ſanctitatis induitur: & quia niſi per diuinam gratiam ſimulationis eius detegi indumenta non poſſunt, benedicitur. Quis reuelabit, &c. Subaudis. Niſi ego, qui ſeruorum meorum mentibus gratiam ſubtiliſſimæ diſcretionis inſpiro, vt reuelata malitia faciē eius nudam videant, quam coopertam ille ſub habitu ſanctitatis occultat.

XCI.

S. NILVS, *vt in Caten. Græca ſic*: Tanta eum, qui Magiſter, & Doctor eſt, ſcientia præſtare oportet, vt occultas luctandi rationes, quibus aduerſarius vtitur, ijs, qui in ipſius fide ſunt, ac tutela, poſſit oſtendere, atq; etiam vt eiuſdem aduerſarij prædicet inſidias: quo ſine labore diſciplinæ ſuæ, alumnis victoriam cōparet, atq; è certamine corona ornatos ſuos deducat: ſcilicet rarus ſit hìc doctor, nec facilè reperiatur. Hoc demum magnus de ſeipſo his verbis teſtatur Paulus 1. Cor. 2. Non .n. ipſius cogitationes ignoramus. Et hic quidem ſcriptū eſt: Quis reuelabit faciem indumenti eius? Quibus verbis eiuſmodi eſt expreſſa ſententia. Non ea, inquir, quæ apparet, illius eſt perſona. Etenim multiplici amictu ſuam tegit improbitatem: quandoquidē ea, quæ eſt in conſpectu perſona, captioſè alliciat, illa verò, quæ eſt in operto, interitū, exitiumq; inſidioſè machinetur.

XCII.

ORIG. *vt ibid. ſic*: Quamohrem non dixit: Quis reuelabit faciem eius? ſed addidit? indumenti. Quid hoc lòco vox ſonat (indumēti?) Vt id, quod dicitur, planius percipi poſſit, à laruis, & perſonis, quæ imponi ſoleat hominibus exemplum petemus. Sumunt igitut ij, qui in ſcenis verſantur hiſtriones, perſonas nonnunquam perfectorum, interdum Regum, aliquando etiā mulierum. Et quidem, quæ illorum eſt propria perſona, latet, & quod ſunt, id non videntur: exiſtimantium enim iudicium fallunt. Talis eſt dtaco: nunquam perſonam ſuam palam oſtēdit: verùm eiuſmodi perſonā gerit, qua fallere queat homines. Et hic quidem hoſtis varias tuetur, ſuſtinetq; perſonas, & ad ſingula vitia aptas ſingulas. Ergò quis demonſtrate, quis retegere, quis

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

quis in lucem, adſpectumq; proferre poſſit intus latitantem draconem. *Addatur illud Olympiod. vt ibi ſic*, Ideſt, nemo me vno excepto. Faciem aũt indumẽti dicit diuerſas; quas viciſſim perſonas, quaſi hiſtrio ſuſcipit. Ouis enim naturam, fingẽdo imitatur, cum lupus exiſtat. Necnon in Angelum lucis transfiguratur, cum ſit tenebræ.

XCIII.

INTERL. *ibi ſic*. Quanto magis frangitur, tanto tentat ſubtilius, ſed Dñs reuelat.

XCIV.

GLOS. *moraliter ſic*. Quis reuelabit faciem indumenti eius .i. fraudulentiã ipſius: Quaſi dicat: Ego in fine tentationis ſuæ dicendo: Vade ſatana. Matth. 4. *Vnde bene infertur, diabolum habitu ficta tentaſſe Dominum Ieſum Chriſtum*.

X C V.

CAET. *comm. ibi ſic*. Itaq; Deus incipit deſcribere faciem Leuiathan, vtpote primum illius membrum occurrens. Deſcribit autem eã indutam, quia occurrit ſemper homini ſub ſpecie boni, ideo dicitur: Quis detexit faciem indumenri eius, hoc eſt indutam: quis detexit faciem malam apparenrem bonam, bonitate vtili, honeſta, vel delectabili? *Addatur illud S. Hiero. comm. ibi*. Reuelatur facies à Domino cum artes iniquitatum illius deteguntur.

X C V I.

HVGO *Card. Poſtil. ibi ſic commentatur*. Quis reuelabit faciem indumenti eius .i. voluntatem decipiẽdi ſub ſpecie ſanctitatis occultatã.

Ex Pſal.

XCVII.

S. THOM. *Comm. in Pſal. 34. Ad illum verſum*. Fiant viæ illorum renebræ, & lubricum: & Angelus Domini perſequens eos: *ait*. Tria impedimenta ponit in via. Primum eſt: (tenebræ) quia tunc de facili quis impingit: Fiant ergo viæ illorum .i. proceſſus (tenebræ.) Secundum eſt, quod ſit lubrica, & diſpoſita ad caſum. Tren. 4. Lubricauerunt veſtigia veſtra in itinere viarum veſtrarum Et tertium eſt, quod ſit aliquis perſequens, & cogens, vt magis corruat. Et Angelus Domini, &c. Prouerb. 17. Angelus crudelis cõtra eum mittetur. Dicit ergo: Fiant viæ illorum tenebræ: (ignorantiæ) Pſ. 81. Neſcierunt neq; intellexerunt, in tenebris ambulant. Et lubricũ, .i. vitia carnalia, in quibus de facili cadant. Et Angelus Domini perſequens eos: Ipſe dæmon tentans ad peccandum, vel Angelus bonus permittens cadere, vt humiliari fortiores reſurgãt. *Vbi apparet, ſummam miſeriæ eſſe cum ignorantia, eſſe luxurioſum inſuper habere dæmonium tentantẽ, vel Angelum permittentem cadere: tunc enim infallibilis eſt caſus: etiam ſi aliquando detur in melius ſurrectio*.

XCVIII.

LVDOLPH. *Cart. Com. ibi ſic*: Fiat via illorũ tenebræ .i. obſcura, & tenebroſa per ignorantiam: & cæcitatem cordis, vt non videant, quo ire debeant: & nociua vitare non valeant: Et lubricum .i. inconſtans, & ruinoſa per fragilitatem, & præcipitationem operis, vt ſtare non poſſint, quinimò de peccato in peccato ruant: nec iam poſſunt retrorſum conuerti. Vndè ſequitur. Et Angelus Domini .ſ. malus ſit perſequens eos, qui impellet eos ad lapſum, vt de malo ad peius cadant. *Vbi qui ſe viderint in hoc miſerabili ſtatu, attendant eſſe hoc illis inflictum in pœnam præcedentium enormium delictorũ, & quod vbi conueniunt, cæcitas ignorantiæ, & fragilitas naturæ, caſus non excuſatur, & pernicioſa præcipitatio*.

X C I X.

RVFIN. *Com. ibi ſic*: Tenebroſum ſolum quis non horreat, lubricum ſolum quis non caueat? In tenebris, & lubrico vbi pedem figis? Sunt iſta duo mala magnæ pœnæ humani generis, quæ proeedunt de tentatione Angeli coarctantis. Per viam deſignatur actio. Per tenebras cæciras cordis. Per lubricum præcipitatio operis. Quando reprobi tenrati, & confuſi ab Angelo malo coarctantur: primùm eſt, vt menris cæcitate tenebrentur. Deindè in lubricum malorum dilabuntur. Nec iam poſſunr conuerti, quia tentator Angelus eos perſequitur, vt impinguat dè malo in peius, donec incidãt in foueam iniquitatis, & mergantur in profundum deſperationis, & mortis. *Vbi aduertatur illud*: Iam non poſſunt conuerti: *debere intelligi moraliter loquendo; non autem abſolutè*.

C.

APOLINARIVS *vt in Cate. Dan. Barba. ibi ſic*: Viæ illorum renebræ ſunt, neſciunt enim quomodo impingunt. Hoc autem petit vt fiat, .ſ. vt

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

.ſ. vt impiorum actiones tenebris obducantur, vtpotè,quæ cum tenebris conueniāt: atq; vt illic corruentes cadant,ſiquidem per viam lubricam incedunt. Quoniam nihil in malitia ſolidū, ac firmum eſt, vtq; ab vrgentibus Angelis acriter iactati deleantur, quod ipſi aduerſus iuſtos facere ſolent. *Vbi apparet, pios impijs nulla malapeccari à Deo,quorum occaſiones ipſi primum non elegerint, & quæ ipſi primum alijs pijs non intuliſſent.*

C I.

HVGO Card. Poſt. in Pſ. Ad eundem verſ. ait ſic; Gregorius in moralibus. Via peccatoris tenebroſa eſt & lubrica, vt ſcilicet per tenebras, quo ire debeant non videant: & ſi viderint, in via propter lubricum ſtare non valeant.

C I I.

INCOGN. Expoſit. ibi. quandam profert expoſitionem, ex qua alia bene poteſt colligi ratio, quare cùm tenebræ omnia cooperirent elementa, quæ ſimul cogerata erant (nulla adhùc facta eorum diſtinctione) ſolum dicantur eſſe ſuper aquas? moraliter: quia luxuriæ vitio (non ſemel per labentes aquas deſignato) proprius, & periculoſius ignorantia nectitur. Ait enim ſic: Quamuis omne peccatum obſcuret intellectum, maximè tamen lubricum luxuriæ, qa in illo actu abſorbetur actus rationis, & hominē in beſtiam verrit. Vnde & Sene. 1. lib. de clama. dicit, quod nihil tam mortiferum ingenijs, vt eſt luxuria. Et Ariſt. dicit, quod Venus furatur intellectum ſpiſſæ ſapientis. *Et poſtea ſic:* Et Angelus Domini perſequēs eos. Hoc dicit à ſimili illius, qui cùm in lubrico, & in tenebris eſt faciliter impellitur, cùm non videat vbi pedem figere poſſit. Angelus .n. Domini .ſ. malus illos perſequitur, quia tales Diabolus faciliter de peccato in peccatum ruere facit. Sicut Dauid, qui faciliter poſt peccatum adulterij, ad peccatum homicidij, hypocriſis, & furti ruit. *Hugo Cardin. tenens idem; addit ſic:* Viator, cui occurrunt, & pariter concurrunt iſta tria, non poteſt nō corruere: qui .n. incedit per noctem tenebroſam, per viam lubricam, & adhùc impellitur: non poteſt ſuſtineri. Hæc tria comminatur Dominus Prophetis, & Sacerdotibus, & hodiè videntur impleta in Eccleſia. Hierem. 18. Vbi ſic dicit: Prophetę, & Sacerdotes polluti ſunt, & in domo mea inueni malum eorum ait Dominus. Idcircò via eorum erit quaſi lubricum in tenebris impellentur, & corruent in ea.

C I I I.

CARD. Thom. Anglicus Com. ibi ſic: Hic tangit ſecundè cauſam impoſſibilitatis euadēdi, & eſt difficultas itineris. Et quantum ad hoc dicit: Fiat, &c. Vel ſecundum aliam litteram: Fiat via illorum tenebroſa .ſ. quo ad adſpectum, & lubrica quo ad affectum. Eſt autem hæc via iter huius mundi, in quo excecatur aſpectus, & lubricatur affectus, vt pes amoris nullam ſtabilitatem habeat. Mala via, & lubrica eſt, quę eſt ſuper glaciem. Mundus autē, ſeu proſperitas eius eſt ſuper glacies, quia licet quandam firmitatē, & claritatem habere videatur: tamen per calorem venturum ſubitò liqueſcit. Pſ. 74. Liquefacta eſt terra, & omnes, qui habitāt in ea. Et ideò ambulanti iter iſtud, eſt vnum tantum remediū: vt .ſ. in pedibus ſuis, vel calceis, habeat clauos acutos. Hoc eſt enim remedium ambulantium ſuper glaciē. Sic verò ſpiritualiter munitus eſt, qui clauos paſſionis Chriſti ſibi imprimit, vel q operibus pœnitentiæ tanquam clauis acutiſſimis animam ſuam munit nè labatur. Iſtud remedium horrent mali. Ideò verificatur de illis, illud Hier. 23. Erit via illorum quaſi lubricum in tenebris, impellentur .n. & corruent in ea. *Vbi apparet, ibi eſſe certum caſum, vbi dantur & tenebræ in aſpectu .ſ. in intellectu, & lubricum in affectu, ſcilicet in voluntate: & quod iter huius mundi non ſecurè ſine paſſionis Domini memoria, neq; ſine pœnitentia, conficitur.*

C I V.

IDem ibi ſic: Alio modo poſſumus diſtinguere inter tenebram, & lubricum vię, ſic, &c. tenebra referatur ad peccatū ſuperbiæ: quia nullum peccatum ita obſcurat intellectum ſicut ſuperbia, Bernard. De gradibus humilitatis. Trabus in oculo tuo grandis, & groſſa, eſt ſuperbia in monte, quæ quaſi quadam corpulentia ſui vana, non ſana, tumida, non ſolida, oculum mentis obſcurat, ita etſi tuam occupauerit mentem, vt cùm iam in te videre talem qualis es, vel qualis eſſe potes, nō poſſis ſentire, ſed qualem te amas, talem te puras eſſe, vel ſperes fore. Per lubricum verò, poteſt intelligi peccatum luxuriæ, quia per ipſum plures labuntur. Hiero. in quodam Epiſtola ſubijcio, inquit Apoſtolus,

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

cor meum,&c.Si Apoſtolus timet,quis noſtrum poteſt eſſe ſecurus? ſi Dauid amicus Dei, & Salamon amabilis Domino victi ſunt quaſi homines,&c. Quis in lubrica via lapſus non timeat? Hæc ille.Patet ergò, quod periculoſa eſt via, qua peccatores incedunt. Propter quod dicit hic Auguſtinus:Horrenda eſt hæc via.Quis non horreat lubricum,& tenebras, quis non caueat inſigere fraudem? iſta ſunt duo magna mala, & pœnæ hominum. *Vbi apparet, irrefragabiliter cadere ſuperbum,& luxurioſum: quæ duo vitia ſimul non incurrit homo, niſi in pœnam enormium delictorum.*

C V.

CAET.*Com. ibi ſequens lectionem Hebr.*Erit via illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini ſequens eos,*ait,*Triplex malum in via deſcribitur.Tenebræ quò ad oculos, lubricum, quò ad pedes:& perſecutio Angeli Domini,nō permittens eos paſſim ambulare. Per quæ intellige omnes incommoditates fugę.

C V I.

DHATM.*Com.ibi ſic comment.*Et fiat via illorum,ideſt mala opera eorū,quæ eis prius lucida videbantur,videantur:Tenebræ .i. tenebroſa, vt vlterius timeant incedere per eā ſicut per tenebras, & eadem in qua ſe prius firmiter ſtare putabant fiat eis lubricum .i. lubricoſa, vt intelligant neminem firmiter poſſe ſtare. Si hoc nolunt cognoſcere:Angelus Domini: ſit perſequens eos: quacunq; compulſione. Hic quoq; notantur duo genera correctionis.

C V I I.

INCOGNIT.*Expoſi.Pſ.*54.*Ad illum verſ.*Timor & tremor venerunt ſuper me,& contexerunt me tenebræ:*tenens illam particulam, Et, eſſe cauſalem,myſticè illam exponens tenebras : ait ſic :* Ex quibus patet, quod quilibet quantumcunq; iuſtus in præſenti vita ſemper debet timere,quod ſuum finem ignorat.Et hoc eſt, quod dicit pſal. Timor,& tremor venerunt ſuper me, & rationē ſubdit:quia contexerunt, .i. vndiq; operuerunt me tenebræ .ſ. ignorantia,contempſerunt,ideſt contemptibilem fecerunt. Et nota,quod differentia eſt inter timorem, & tremorem, & timiditatem.Quia tremor eſt corporis, ſed timor,& timiditas mentis. Timor autem eſt ad tempus, ſcilicet, quando quis ex aliqua cauſa timet ad tempus, & ſic timor eſt animi vitium ad tēpus; ſed timiditas eſt animi vitium ſempiternum,qđ eſt etiam timor non ſit.Vnde Homerus ait.In Achille fuit aliquando timor,ſed timiditas nunquam.

C V I I I.

HVGO Card.*Poſtil.in ſupradict.Pſal.ſic expoꝰnit;* Timor & tremor venerunt ſuper me; timor animę cui timeo a gehena:& tremor corporis cui timeo à flagellis timore naturali (&) pro quia(contexerunt me)ideſt circundederūt, & oppreſſerunt me (tenebræ) ideſt,mali homines, qui emphaticæ dicuntur tenebræ propter fraternum odium 1. Io.3. Qui odit fratrem ſuū in tenebris eſt, & in tenebris ambulant, &c. *Et moraliter explanans quinam ſint illi, qui de huiuſmodi an quæruntur tenebris; ait eſſe Prælatos Eccleſiæ,qui à talibus videntes circundatos religioſos, timet nè ab illis oppreſſi Religiones, tota ipſa ruat Eccleſia: Ait enim ſic:* Moraliter Eccleſia in ſua perſona poteſt hæc dicere (cor meum conturbatū eſt in me)caput in Eccleſia eſt Prælatus,cor Religioſus, quia celatur vt cor & abſcōditur. Eſ.1. Omne caput languidum, & omne cor mærens à planta pedis vſq; ad verticem capiris non eſt in eo ſanitas:quaſi dicat: ſi Prælati languent, & Religioſi dolent,totum corpus infirmatur:vndè hic cōquæritur Eccleſia de corde, & habet alia littera (cor meum doluit in vitalibus meis) & ideò dicit formido mortis cecidit ſuper me (quaſi diceret) propter dolorem, & infirmitatē cordis timeo de morte corporis,ex corde enim vita corporis procedit. *Hieron.vt in glo.ſic :* Tenebrę ſunt mali homines,qui perſequuntur Eccleſiam,& qui contegunt ipſam.

C I X.

TEODORET.*Com.ibi ſic:*Has illorum inimicitias,inſidiarumq;machinationes vidēs, & perhorreſco,& timeo,& mortem expecto. Et mirum nōn eſt, ſi Dauid fugitans,à multiſq;hoſtibus perſecutionem patiens,mortem timuerit, cum homo eſſet,& ſub lege viueret,& Euangelicam perfectionem à lōgè præuideret. Etenim ipſe Dominus Chriſtus,licet ſæpiùs ſacris Apoſtolis prædixiſſet,crucemq;ſignificaret,& cum vehementiùs obiurgaſſet Diu. Petrum, qui nè hoc accideret præcabatur, Crucis tempore exclamat, Nunc anima mea turbata eſt. Et tanto

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

merore diuina natura permiſit,vt humanitas acciperet, vt ſanguinis quidem ſtillicidio ſudaret, & ab Angelo confirmaretur, & timorem vinceret:oportebat enim in hoc,vt natura demõſtraretur,quæ cruciatus ſuſciperet.

C X.

BEDA *Expoſit.ibi ſic*: Timor inquã, & tremor venerunt ſuper me, & hoc ideò, quia tenebræ odij quaſi contexerunt, .i. oppreſſerunt me. Non .n. verè contexerunt eum,ſed in tanto metu erat,nè dilectionem perderet, vt videretur ei quaſi odium ipſum iam in eo eſſe. Odiũ .n. vocat tenebras,quia vt Ioan.Euangeliſta ait: Qui odit fratrem ſuum in tenebris eſt. *Vbi apparet, Sanctos, & pios non timere perſecutiones iniquorum,niſi in quantum timent, nè per eas charitatem perdant,& odium concipiant proximorum.*

C X I.

RVFINVS *Comm.ibi ſic*: In eo quod ait: Cor meum conturbatum eſt intra me, poteſt ita intelligi,de qua dicitur alibi Pſ.6. Turbatus eſt præ ira oculus meus, Et ſi oculus turbatus eſt,quid ſequitur, Et formido mortis cecidi ſuper me.Vita noſtra dilectio,mors odium eſt.Cũ cœperit homo timere nè oderit quẽ diligebat, mortem timet, & acriorem mortem, & interiorem,qua occiditur anima,non corpus. Indè timor,& tremor venerunt ſuper me, & contexerunt me tenebræ, Quoniã,qui odi fratrem ſuũ, in tenebris eſt *1*.Ioan.*2*.

C X I I.

CATEN.*Aur.in Pſ.138.Ad illud:*Et dixi forſitan tenebræ conculcabunt me:& nox illuminatio mea in delitijs meis,&c.*ex Aug.& Gloſ. ait*;Non eſt ſæculi aduerſitas, dies eiuſdem proſperitas, Sed ſi Deus habitat in anima promittens aliam lucem,& docens, non lætari proſperis,vel frangi aduerſis:incipit homo his indifferenter vti;& ſic eſt ei nox huius nox huius noctis, vt dies eius, & in omni tempore benedicit vt Iob. Et ſic hoc eſt, tenebræ non conculcabunt, quem lumen non extollit. *Addatur illud S.Aug.ibi:*Non me cõculcant tenebræ eius:quia non me extollit lumen eius.*Vbi apparet, minimè conculcari ab aduerſitatibus, qui non extollitur in proſperitatibus.*

C X I I I.

LVDOLPH. *Cart.Com. ibi deducens expoſitionem huius verſu ab illo antecedenti:* Si ſumpſero pœnas meas diluculo,&c.*ait:* Et ita deliberans, & volare cogitans:dixi:in corde meo:Forſitan tenebræ .ſ. tot mala ſæculi,tot ſcandala,tot turbæ tentationum, conculcabunt me .i. impediet volatum meum:abundat enim iniquitas ſæculi, qua refrigeſcere poſſunt pœnæ charitatis. *Vbi apparet, nõ multum volere ad cæleſtem contemplationem,qui in medio ſæculi viuunt.*

C X I V.

INCOGNITVS *Expoſ. Pſ. 79. Ad illud verſ.* Viderunt aquæ Deus,viderunt te aquæ, & timuerunt,& turbati ſunt abyſſi:*ſic ait:*Quid enim abyſſi nomine,niſi profunditas peccati deſignatur? Nam abyſſus dicitur aquarum profunditas, qua faciliter ſubmerguntur intrantes. Et quid faciliùs ſubmergit hominem quam culpa? Exodi 15.Abyſſi operuerunt eos,deſcenderunt in profundum quaſi lapis. Per abyſſum ergò accipe peccatores, in abyſſo peccatorũ ſubmerſos, de quibus nunc ait. Et turbati ſunt abyſſi turbatione,ſcilicet,contritionis,& pœnitentiæ,quia ad Chriſti præſentiam,vel ad Apoſtolorum prędicationem tàm Iudæi, quàm Gentiles timuerunt,& de ſuis peccatis pœnitentes turbati fuerunt. De Iudæis nanq; dicitur Act. 2. quod ad prædicationem Petri compuncti ſunt corde, & dixerunt ad Petrum,& ad reliquos Apoſtolos. Quid faciemus fratres,&c. De gẽtibus verò dicitur Pſ.*63*.Conturbati ſunt omnes,qui videbãt eos,& timuit omnis homo.

C X V.

HVGO *Card.Poſtil. in Pſal. ad eundem Pſal. & verſ. in eodem ſenſu Ethymologiam nominis abyſſi aſſignans,ait ſic:* Abyſſi, infideles,qui erant ſine baſe, ſine fundamento fidei, & ſine byſſo bonæ,& mundæ conuerſationis.

C X V I.

LVDOLPHVS *Cart.Enar.in Pſal.106. ad illum verſum:* Aſcendunt vſq;ad cœlos,& deſcendunt vſq; ad Abyſſos: *ait ſic:* Myſticè: Aſcendunt perſecutores audendo vſq; ad cœlos:quoniam ſuperbia,& ſæculi elationibus eriguntur contra Deum: & deſcendunt timendo vſq;ad abyſſos,ideſt vſq;ad gehennam, cùm in deſperationem,& metum veniunt. *Vbi apparet, quod videmus ſæpè ſæpiùs, nempè ſupremo mortis articulo illos meticuloſiores eſſe, & de ſalute æterna ma-*

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

magis deſperatos, qui viuentes ſuperbiores fuerunt, & magis inſolentes.

CXVII.

S. *ISIDOR.Hiſpal.lib.2.ſent.26.Ad illud Pſ.39.* Abyſſus abyſſum inuocat;*ait:* Quamuis humana iudicia ſubterfugiat omnis,qui malè agit: iudicium tamen conſcientiæ ſuæ effugere non poteſt. Nam etſi cælat, quod egit, ſibi tamen cælare non poteſt, qui plenè nouit malum eſſe, quod geſſit. Duplex fit ergò in eo iudiciũ, quia & hic ſuæ cõſcientiæ reatu punitur,& illic perpetuali pœna dãnatur.Hoc .n. ſignificat. Abyſſus abyſſum inuocat,&c. Abyſſum .n. abyſſum inuocare eſt,de iudicio ſuæ conſcientiæ, ire ad iudicium condemnationis perpetuæ. In voce cataractarum tuarum, ideſt in prædicatione Sanctorum.

CXVIII.

S. *BERN.ſerm.4.de feſto Aſſumpt.B.Mariæ.Afferens per occaſionem illum verſum Pſalm.* 48. Abyſſus abyſſum inuocat:*combinanſq; illud Ioan. 11.*Lazare exi foras:*per Lazarum intelligens peccatorem obſtinatum:ait:* Abyſſus abyſſum inuocat Abyſſus Chriſti miſericordiæ,abyſſum miſeriæ, & tenebrarum. Maior illius bonitas, quam iniquitas tua:& vbi peccatum abundat, ſuperabũdare gratiam facit.

CXIX.

INCOGNIT.*Expoſ.Pſal.32.ad illud:* Ponẽs in theſauris abyſſos:*ſic ait:* Aquæ .n. maris ratione ſuæ profunditatis Abyſſus dicuntur. Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi,&c.Gen.1.Qđ ideò ſic dicit, quia ſicut theſauri in loco abſcõditõ clauduntur, ſic & abyſſum aquarum à nobis abſcondit. *Vbi cum non plus vltra progrediatur, benè addere iudicamus illud Hugonis Card. Poſtil in Pſal.ad eundem locum myſticè ſic:*Ponẽs in theſauris abyſſos;ideſt peccatores faciens lapides pretioſos per pœnitentiam:Mat.3.Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.Iob 28.Ferrum de terra tollitur, & lapis calore ſolutus in æs vertitur.

CXX.

S. *AMBR.Enar.in Pſal.35.ad illum verſum:* Iudicia Dei abyſſus multa:*afferens per occaſionem illum verſ. Pſ.41.* Abyſſus abyſſum inuocat in voce cataractarum tuarum: *ait ſic:* Ideſt ſcriptura veteris teſtamenti, noui aduocat ſeriem teſtamenti, ad conſumationem ſanctificationis; & plenitudinem gratiæ, ſonitu quodam, atq; profluuio redundantiæ ſpiritalis.

CXXI.

S. *AVG.Enar.in Pſ.41. Ad illum verſ.* Abyſſus abyſſum inuocat:*intelligens per abyſſum ipſũmet vniuſcuiuſq; interius, quod neq; ipſe intuetur homo ſecundum illud Apoſt. 1.Cor.4.* Minimum eſt,vt à vobis iudicer, aut ab humano die: neq; enim me ipſum iudico:*addit ſic:*Quanta profunditas infirmitatis latebat in Petro, quando quid in ſe ageretur intus neſciebat,& ſe moriturum cum Domino pro Domino temerè promittebat? Quanta abyſſus erat? Quæ tamen abyſſus nuda erat oculis Dei:nam hoc illi Chriſtus pronuntiabat;quod in ſe ipſe ignorabat.

CXXII.

ELIAS *Cretenſ.Com.in Orat.*44. D.*Greg.Nazianz.intelligens per abyſſum, iudicia Dei inſcrutabilia;iuxta illud Pſal.31.* Iudicia tua abyſſus multa:*cùm prædictus Sanctus quamplurima de futuris ibi pronuntiaret:ait ſic:* Si Dei iudicia percipi nequeunt, qui fit vt Theologus, velut eorum cognitionem aſſequutus, procraſtinationis Dei cauſam proferat?Reſponderi poteſt, qđ per coniecturam eam protulit:ob id enim addidit,fortaſsè. Tùm quia Dei filius communiores rerum cauſas,ac rationes,etſi non omnes, ſæpè numero nobis patefecit,particulares autem, & ſingulares imperceptibiles ſeruat,*Vbi patet,quod abſq; temeritatis nota loquuntur Sancti de futuris, rationemq; reddunt de occultis Dei operibus.*

CXXIII.

INCOGNIT.*Expoſ.in Pſ.34.Ad illum verſum:* Fiant tanquam puluis antè faciem venti: *ait ſic:* Ideſt facilè cedent omni tentationi, vel ſuggeſtioni, etiam minimæ:quaſi diceret. Tales nõ expectant faciem venti, ideſt, præſentiam grauioris tentationis,ſed antecedunt,cadentes minori.

CXXIV.

HVGO *Card. Poſtil.ibid.coniungens ſupradictis verbis ea,quæ ſequuntur:* Et Angelus Domini coarctans eos: *ait ſic:* Hic enumerat mala, quæ imprecatur Chriſtus, vel vir iuſtus malis hominibus habẽda in præſenti. Primum eſt imbecillitas,& inconſtantia in tentationibus, &c. Secundum eſt perplexitas in dubijs.Vndè benè

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

ſequitur: Et Angelus Domini, ideſt, diabolus coarctans eos (imperplexitatibus. *Vbi apparet, ſcrupula fragilibus eſſe ſuæ eorum perditionis complementum: nam in dubijs ſemper inclinat illi parti vbi declinat fragilitas.*

CXXV.

INCOGNIT. *Expoſit. in Pſ. 17. Ad illum verſum:* Et comminuam eos, vt puluerem ante faciẽ venti: *ait ſic:* Hoc enim de Iudæis ad litteram fuit adimpletum. Quoniam ſicut puluis nulla ſoliditate ſtabilitur, ſed à vento vndequaq; diſpergitur, ſic & Iudæi in uindictam Chriſti paſſionis, ſunt per Orbem diſperſi. Quod ideò ſe feciſſe Chriſtus dicit, quia hoc fecit per Romanos. Qui enim aliquid per alium facit, hoc per ſeipſum feciſſe videtur.

CXXVI.

S. HIER. *Com. in Pſ. ad eundem verſum: ait ſic:* Quia aridi, & ſine imbre miſericordiæ fuerunt proiecti, & comminuti ſunt in ſuperbia ſua, & quaſi puluis campi diſperſi. *Vbi patet, quod per miſericordiam conſolidantur homines, nè comminuti ſuperbia à vento vanitatis diſpertiantur.*

CXXVII.

HVGO *Card. Poſtil. in Pſ. 37. Ad illum verſum:* Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ: à facie inſipientiæ meę: *ait ſic:* Ideſt, per inſipientiam meam: quia .ſ. non ſentiebam amaritudinem peccati, & dolorum vulnerum meorũ: quia ſi ſapiens fuiſſem, & ſoporaſſem amaritudinem peccatorum, nõ ita dimiſiſſem vulnera putreſieri: ſed medico oſtendiſſem, & medicinã recepiſſem. Ambroſ. Periculoſiſſimè ægrotat, qui ſe ægrotare ignorat. *Vbi apparet, cauſam corruptionis ſpiritualis eſſe ſaporem non accipere peccatorum: ſunt aliqui ſicut accipitres, quæ aues ferrum, & etiam prunas deglutiunt, & in nullo aduertunt, quia lingua carent, & guſtum non habent: ſolæq; ſatietati, & adimpletioni ventris ſtudent. de iſtis dicitur Deuteron.* Vtinam ſaperent, & nouiſſima prouiderent.

CXXVIII.

CAET. *Comm. ibid. ſupradicta verba ſic legens:* Fetuerunt & corruptruerunt liuores mei, faciebus inſipientiæ meæ: *ait ſic:* Ordo præpoſterus. Prius putruerunt, & deindè fætuerunt: Proſequendo parabolam ſagittarum refert liuores vulnerum ex ſagittis potruiſſe, & fætuiſſe: & hoc à faciæ inſipientiæ. Non retorquet in ſagittantem, non retorquet in medicum tanquã minus bonam curam egerit plagæ: ſed in ſeipsũ culpam reijcit inſipientiam ſuam accuſans: *Et exponens, quid per fœtorem, & putredinem intelligi debeatur, ait:* Putredo autem & fœtor, infamiam videntur ſignificare publicam, quam incurrit Dauid propter hæc crimina. *Vbi notetur, quod cũ Dauid peccatum ſuum diuinæ iræ, & antecedentibus alijs peccatis attribuiſſet: dixit enim:* Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum. *(Nam & iuſta ira Dei propter peccata præcedentia incidit homo in peccata grauiora:) ſolam infamiam ſuæ attribuit inſipientiæ. Nam ſolum inſipientes, & qui cautelam in peccatis ſuis (ab ipſamet naturali ratione dictatam) non ſeruant, incurrunt infamiam.*

CXXIX.

INCOGNIT. *vbi ſup. ad eundem verſum: Aliter aſſignat rationem, quare hanc cicatricum corruptionem ſuæ potiùs attribuat inſipientiæ: ait .n. ſic:* Cicatrices quippè computreſcere, eſt ſanata iã peccatorum vulnera rurſus in tentarionem ſerpere, atq; in eorum ſuggeſtionibus poſt ſuperductam cutem pœnitentiæ fœtorem culpæ iterũ, doloremq; ſentire. *quibus verbis (quæ D. Greg. moral. 9. cap. 36. ſunt) addens proſequitur ſic:* Et aduerte, quod ſicut recidiuatio corporalis infirmitatis perioloſior eſt, quam ipſa prima infirmitas: ſic ẽt recidiuatio peccati: propter quod dicit Petr. 2. cap. 2. Melius erat illis uiam iuſtitiæ non cognoſcere, quam poſt cognitam retroire.

CXXX.

LVDOLPH. *Cart. Com. in Pſ. 32. Ad illud:* Ponens in theſauris abyſſos; *ait:* Ideſt, recondens in abſconditis, & in ſecreto ſuo abyſſos .i. reprobos, & valdè malos, vt tempore ſuo proferat vndè bonos erudiat. *Vbi non mirum, ſi quãplurimos impios ſaluos, & incolumes ſeruari videmus: ſeruantur enim in diuinis theſauris ad eruditionem bonorum. Addatur illud Ruſini Com. ibi ad ſupradicta verba, addendo quod ſequitur:* Timeat Dominum omnis terra: *ſic ait:* Neſcis vndè proferat, quod opus eſt ad flagellandum te, pater tuus: quidem ad diſciplinam tuam habet abyſſi theſauros, quibus erudiet te ad theſauros cœlorum.

S. PRO-

Digitized by Google

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

CXXXI.

S. *PROSP. Expoſit. in Pſ. 147. Ad illum verſum*: Mittit chryſtallum ſuum ſicut buccellas: ante faciem frigoris quis ſuſtinebit: *quem ille ſic legit*: Qui mittit chryſtallum ſuum ſicut fruſtrà panis: antè faciem frigoris eius quis ſubſiſtet? *ait*: Niues antiquiùs obduratæ conuertuntur in chryſtallum: quo ſignificantur lapidea corda infidelium, quæ gelu nimiæ vetuſtatis obſtricta nullum calorem S. ſpiritus receperunt: ſed tam potens eſt gratia Dei, vt tam annoſam glaciem faciat ſuperno igne ferueſcere: & eos, qui chryſtallino frigore fuerant obdurati, afflatu ſuo faciat conualeſcere, vt etiam ipſi, qui vitæ cibum neſciebant, panem Verbi incipiant miniſtrare, ſicut in B. Paulo factum eſt: qui cùm eſſet credentium perſecutor, factus eſt Euangelij prædicator. Quis autem poteris ſubſiſtere, quem ab hoc frigore non liberauit Chriſtus? qui venit ignem mittere in terram, & ad feruorem fidei, quod gelu infidelitatis obtorpuerat, excitare. *Vbi apparet, non eſſe mirum ſi tot infidelium regna quibus quamplurimi mittuntur Prædicatores minimè conuertantur: neq; alios iam deſperatos conuerti, quaſi repentè, inſuper ex ipſis dictos Prædicatores cõſurgere, vt videmus in India Orientali, quia nimirũ quando ei placet* mittit chryſtallũ ſuum, ſicut fruſtra panis, *Et* Antè faciem frigoris eius nemo ſubſiſtere poteſt, ideſt liberari, niſi ipſe feruorẽ gratiæ ſuæ infunderit, Ad exemplum D. Pauli. *Addatur, quod Incognit. Expoſ. ibi ſic ex D. Aug. ait*; Quia ergò Paulus chryſtallus erat, nitidus videbatur, & candidus, ſed durus, & nimium gelidus. Quomodo candidus, & nitidus? Hebræus ex Hebræis, ſecundum legem Phariſæus. Sed audi duritiam chryſtalli, ſecundum æmulationẽ perſequens Eccleſiam. Inter lapidatores ſcilicet S. Stephani hic erat durus, & fortè cœteris durior, omnium .n. lapidantium veſtimenta ſeruabat, vt omnium manibus lapidaſſet.

CXXXII.

S. *AVGVST. Enar. ibi ſic*: Quomodo Dei dicitur frigus? Ecce deſerit Deus peccatorem, & non vocat, non aperit ſenſum, non infundit gratiam. Soluatur homo à glacię ſtultitiæ, ſi poteſt, non poteſt. Niſi ergò Deus ſoluat, quis ſuſtinebit? Et hoc eſt, quod dicit Apoſt. Rom. 7. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuatem me in lege peccati & mortis. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Ac ſi diceret: Frigeſco & miſer ſum nullus me ſoluit ab huius frigoris miſeria, niſi gratia Dei per Ieſum Chriſtum.

CXXXIII.

INTERLIN. *annuens ſup. poſitis doctrinis: ſic litteræ correſpondet*: Mittit chryſtallum ſuũ ſicut buccellas (Obſtinatos, de quibus tamen & alios paſcit) Caſſiod (Aggerat periculum, vt maior ſit gratia liberationis,) ante faciem frigoris eius: Non quod facit, ſed quod fieri ſinit.) Quis ſuſtinebit. (Quidam ſunt nix, nebula, chryſtallus. Aug. Hæc autẽ Deus ſoluit: ſed niſi ſoluat quis ſuſtinebit antè faciem frigoris eius? Ideſt, vitiorum, & obſtinationis. Etſi nullus poſſit per ſe ſubſiſtere ante faciem frigoris. Auguſt. Non tamen deſperandum. Emittet Verbum ſuum (carne aſſumpta) & liquefaciet eam: (Niuem, nebulam, & chryſtallum. Flauit ſpiritus eius: (calidus auſter,) Et fluent aquæ. (Vt inde bibant alij.)

CXXXIV.

THEODORET. *Com. in Pſ. 148. Ad illud*: Laudate Dominum de terra: dracones, & omnes abyſſi. *poſtquam præſupponit illam communem doctrinam, nempè, hæc tàm bruta, quam inſenſibilia nõ incitari ad diuinas laudes, quaſi capacia ſint rationis, ſed idem eſſe, ac ſi diceret hominibus, vt creatione, ordineq; illorum inſurgãt in Creatoris præconia: aſſignans quænam ſit materia, quam hæc nominata nobis, vt Deum laudemus ſubminiſtrant; ait*: Pars Terræ eſt mare, & in hoc ſunt Cete, At qui hæc prouidentia opificis admiratione digna eſt, cum maxima & ſuperba animalia ab ipſo effecta in maribus, quæ minimè nauigari poſſint concluſerit, ſtupefaciens opificio homines, & horum commemoratione territans, Deiq; bonitatem prædicans, cum hinc detrimentum, quod hinc oriri poſſet, impediuerit. *Vbi apparet inter alia, quæ nobis materiam laudandi Deum præbent, eſſe videre impios, ſuperbos, horrendoſq; à diuina potẽtia ita incluſos, deiectos, & impeditos, quod alijs minimè nocere poſſint. Addatur ad maiorem litteræ intelligentiam illud Lyræ Poſtil. ibi*: Dicuntur autẽ hic abyſſi loca profunda Oceani, vbi habitant Cete grandia, quæ dicuntur hic dracones. Vndè Gene. 1. vbi nos habemus: Creauit Deus cete grandia: in Hebr. habetur: Creauit Deus dracones magnos.

GLO.

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

CXXXV.

GLOSA *ibid. aliam aſſignat materiam quam nobis ſupradicta miniſtrant laudandi Deũ: ait .n. ſic*: Hæc autem omnia etſi mutabilia, & turbata, habent locum, & ordinem ſuum, & pro modo ſuo implent decorem Vniuerſitatis, & ſic laudant Deum. Ipſa ergò .i. nos conſideratione ipſorum hortãtur laudare. *Vbi apparet, excellentia ordinis, quę etiam in difformibus creaturis adauget Vniuerſi pulchrtudinem. Vndè qui non Sancti, fuerint in Religionibus, ſaltem exturbare ordinem non præſumant.*

Ex Lib. Salom.

CXXXVI.

HVGO *Card. Poſtil. in Eccleſ. ad illud cap. 11.* Error & tenebrę peccatoribus concreata ſunt: *ait:* Ideſt ſimul facta: non à Deo creatore omnium, ſed à libero arbitrio peccatoris. Quaſi diceret: Sapientia, & diſciplina, & ſcientia, dilectio, & via continendi ad Deum, eſt in hominibus non ab ipſis, ſed à Deo: error circa viam: tenebræ dicit contra ſapientiam. Hoc ideò dicit author vt oſtendat, quia aliter, & aliter sũt à Deo bona, & mala. Bona quidem ſunt à Deo ſolo ſimpliciter .i. ex mera gratia eius: mala verò .i. ſupplicia ab eo irato, & prouocato peccatis noſtris. Vndè Thre. 3. Se abiecit & miſerebitur: ſecundum multitudinem miſericordiarum ſuarum: Non enim humiliauit ex corde ſuo: & abiecit filios hominum.

CXXXVII.

IANSEN. *Com. ibi ſic:* Non enim mala hæc eſſe dicit à Deo, vel apud Deum: nec dicit ea hominibus quibuſdam cõcreata, ſed peccatoribus, ſignificans eorum malorum illos eſſe cauſam: qui ſunt cauſa vt ſint peccatores. Non creatur autem à Deo homo peccator, ſed talis fit à malitia ſua, vel primi parentis voluntate. Deus .n. creauit hominem rectũ, ſed ipſe ſe infinitis immiſcuit quæſtionibus. Non ergò error, & tenebræ à Deo concreata ſunt peccatoribus, ſed ab his, qui ſe peccatores faciunt. Mox .n. vt fiunt peccatores, multis inuoluuntur, & erroribus, & ignorantijs. Iſtud autem Authorem ſenſiſſe, etiã ſequens pars declarat (qui autem exultant in malis, conſeneſcunt in malo, vel vt elegantiùs habet Græca, Malitia ſeneſcit cũ eis. Quo manifeſtè ſignificatur, homines ſibi ipſis cauſas eſſe vt malitia eis firmiter adhæreat, & conſeneſcat, nec antè mortem ab eis recedat: nempè quia de malo, quod commiſerant non pœnitent, ſed etiam in malis, quæ vel ipſi, vel alij committunt exultant: lætantur, & gloriantur, innuens malitiã ab eis poſſe recedere, & pelli, ſi de amiſſis vellent pœnitere, & reſipiſcere. Qui ergò cauſa ſibi ſunt vt firmiter malitia adhæreat, ijdem cauſa ſibi ſunt, vt in errore ſint, & tenebris. Notandum autem, quod dicit malitiam conſeneſcere, cùm his qui in malis exultant, ſignificans non cum omnibus conſeneſcere peccatoribus, ſicut omnibus concreatur error, & tenebræ, vt non his, qui ex infirmitate peccant, ſed his, qui in peccatis gloriantur, ſe ſeq; iactant, ex deſtinata malitia peccantes ſine magno conſcientię remorſu, quales rarò emendari contingit. Peccant enim in S.S. ideòq; eorum nec hìc, nec in futuro ſæculo remittitur peccatum.

CXXXVIII.

PAVL. *de Palatio Com. in Eccl. ad illud c. 21.* Via peccantium complanata lapidibus, & in fine illorum inferi, & tenebrę, & pœnę: *ait:* Ibi sũt tenebræ, videlicet vbi non eſt Sol, aut Luna: ſed quantum ignis, damnatos comburentis, lux maligna, eorum oculos (vt pœnas videant) illuminat.

CXXXIX.

HVGO *Card. Poſtil. ibi ſic, totum verſ. comment.* Via peccantium complantata lapidibus. Ideſt, via malorum dura & aſpera: plena doloribus, & peccãtiũ duris operibus. Vndè Baruch 4. Delicati mei ambulauerunt vias aſperas: ducti ſunt vt grex direptus ab inimicis. Sap. 5. Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis: & ambulauimus vias difficiles. Prouerb. 15. Iter pigrorũ quaſi ſæpes ſpinarum. Et in fine illorum, inferi, tenebræ, & pœnæ. Inferi ſuperbis: qui malè petierunt ſublimitatem. Tenebræ auaris, & ambitioſis, qui malè petierunt mundi claritatem. Pœnè luxurioſis: qui malè dilexerunt carnis voluptatem. *Addatur illud Dion. Cart. Enarr. ibi ſic:* Et Eccleſ. 2. dicit Homini bono dedit Deus ſapientiam & ſcientiam, & lætitiam, peccatori aũt afflictionem, & curam ſuperfluam. Vndè & Auguſt. fatetur, quod malis, ſuauitatibus ipſorum Deus multas aſperitates admiſcuit.

PAVL.

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

CXL.

PAVL. *de Palatio Com. in Eccl. Ad illud cap.* 23. Omnis homo, qui tranſgreditur lectum ſuū, contemnens in animam ſuam, & dicens: Quis me videt? tenebræ circundant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circunſpicit me: quem vereor? *poſtquam deſcribit nimium timorem, quo adulter cruciatur, nè à viro adulteræ occidatur: cōſiderans ſecuritatem quam de Deo concipit; ait;* Ah, ſolos homines timere, & eorum ſolum periculū vereri, timorem Dei expellit. *Vbi apparet, homines nimiū verētes homines ſemper eſſe parum timētes Deum. Addatur illud Ianſen. Com. ibi ſic:* Talium mores, & ingenium hic prolixè depingit ſapiēs, & inſectatur, oſtendens eorum peccatum eò eſſe grauiùs, quod nihil præter hominum oculos metuentes Deum non vereantur, nec formidēt à quo res humanas negligi impij arbitrantur. Itaq; inducit eos dicentes: Quis me videt, &c.

CXLI.

CAET. *Com. in Prouerb. ad illud cap.* 3. Sapientia illius erumperunt abyſſi: *ait:* Iuxta Hebræ. habetur: In ſcire illius abyſſi ſciſſæ ſunt. Tertium opus vniuerſale diluuium introducitur, commemorando, quod ſcriptum eſt Geneſ. videlicet, fuiſſe fontes abyſſi ruptos ad faciendum diluuium. Et hoc attribuitur vt cauſæ, ſcientiæ diuinæ, nè putares naturale fuiſſe opus illud. *Vbi apparet, erroneum eſſe communia ſupplicia naturali ordini, curſuiq; attribuere, cùm à diuina promanent ſapientia; neq; enim ſupplicia indignationi, ſed ſapiētiæ attribuit, vt doceat Principes, non quia indignātur punire debere, ſed quia ſic expedire iūdicant.*

CXLII.

HVGO *Card. Poſtil. in Prouer.* 3. *Ad illa verba:* Sapientia illius eruperunt abyſſi: *ait ſic:* Myſticè, ideſt ſecreta ſcripturarū reuelata ſunt p̄ illum. Ipſe eſt Agnus, qui aperuit librum, quem nemo poterat aperire. Apocal. 5. *Vbi apparet, cognitionem ſcripturarum eſſe opus magis ſapientiæ diuinæ, quam induſtriæ, & laboris humani.*

CXLIII.

IDem *ibid. in Ecclūm, Ad illa verba cap.* 43. Cogitatione ſua placauit abyſſum; *intelligens dictum de Chriſto Domino: ait ſic:* Paſſiuè. Cogitatione ſua, ideſt, quæ de ipſo cogitantur placabit abyſſum humani cordis. Cogitatio enim paupertatis, & paſſionis Chriſti, placat abyſſum cupiditatis, & ambitionis humanæ. Iob 28. abyſſus dicit: non eſt in me, & mare loquitur: non eſt mecum.

CXLIV.

IDem *ibid. in Ecclūm. Ad illa verba cap.* 24. Et profundum abyſſi penetraui: *quæ verba etſi ad litteram dicantur de diuina ſapientia; tamen iuxta communem Eccleſiæ applicationem Beatiſſimæ Virgini accommodantur: ait ſic:* Et profundum abyſſi penetraui, ideſt profunditatem ſcripturæ Gene. 1. Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, .i. in errore ſcripturæ, vel litteræ, non in profundo myſteriorum, vbi lux eſt per maxima: vbi Beata Virgo ſuper omnes profundiùs vidit. Item profundum abyſſi, eſt cor peccatoris obſcurum, profundum, inueſtigabile. Hiere. 17. Profundum eſt cor hominis, & inſcrutabile. Huius abyſſi profundum penetrauit Beata Virgo gladio amoris, cùm pro peccatoribus exorauit.

CXLV.

IDem *ibid. in Prou.* 8. *Ad illa verba*; Nondum erant abyſſi, & ego iam Concepta eram: *ait ſic*, Nondū erant abyſſi: ideſt: profunda corda hominum, vel duo teſtamenta. *Quæ verba etſi de æterna Verbi generatione ad litteram intelligantur: cum Eccleſia accommodet illa Conceptioni Beatiſſimæ Virginis; non eſt mirum, quod ac illa non poſſit, neq; à profundiſſimæ ſapientiæ viris: nec clarè colligi ex vlla parte ſacræ paginæ: Nam multò longiùs tales abyſſus ab æterno præceſſit.*

CXLVI.

DIONYS. *Cart. Enar. in Ecclūm, Ad illa verba cap.* 1. Altitudinem cœli, & latitudinē terræ, & profundum abyſſi quis dimēſus eſt? *ait ſic:* Quaſi dicat: nemo hæc menſurauit. Veruntamē quidam aſtronomi de horum præſcrutatione, & determinatiuè ſe intromiſerunt, quemadmodū Rabbi Moſes ſcripſit de diſtantia orbis orbis ab orbe, & de latitudine habitabilis terræ: ſed determinatio eius certū nihil intuetur. Deniq; etſi profunditas Oceani à nautis aliquando menſuretur, in locis maris terræ vicinis, tamen in locis, vbi aqua Oceani magis abundat, & magis propriè aqua elementaris exiſtit, menſurari nō poteſt. *Et coniungens ſequentia S.S. verba:* Sapientiam Dei præcedentem omnia, quis inueſtigauit? *ait ſic*, Tanquam dicat: Cùm corporales, ac viſibiles creaturæ nequeant plenè à nobis cogno-

gno-

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

gnoſci, multò minus creatrix ſapientia, quæ dignitate, æternitate, cauſalitate, omnia præcedit, poterit plenariè inueſtigari. *Vbi inter cœtera apparet, non poſſe dici profunditatem alicuius materiæ, vel ſcientiæ penetrare, qui ſola facilia, & propè terram exiſtentia attingit.*

CXLVII.

HVGO Card. *Poſtil. ibi: Ad ead. verba, ait ſic:* Per altitudinem cœli, intelligitur ſublimitas præmiorum. Per latitudinem terræ, intelligitur tenuitas temporalium gaudiorum. Per profundum abyſſi, intelligitur profunditas ſuppliciorum. Et huiuſmodi nemo metitur. Premia cœli, contemnuntur: gaudia mundi diliguntur; ſupplicia inferni non metuuntur.

CXLVIII.

IDem *ibid. Ad illa verba cap.16.* Ecce cœli, & cœli cœlorum: abyſſus, & vniuerſa terra, & quæ in eis ſunt in conſpectu illius commouebuntur: montes ſimul & colles, & fundamenta terræ: *ait ſic:* Cœlum, Prædicatores. Pſ. 18. Cœli enarrant, &c. Cœli cœlorum: ſunt Prælati, qui præſunt eis. Montes & colles, ideſt Principes maiores, & minores: Abyſſus: peccatores ſine candore gratiæ. Et fundamenta terræ: ideſt Cardinales ſuper quos fundata eſt terra, .i. Eccleſia; ſicut dicitur 1. Reg. 2. Domini enim ſunt cardines terræ: & poſuit ſuper eis orbem. Oēs iſti commouebuntur in die iudicij; nimio terrore perterriti.

CXLIX.

HVGO *idem ibi. ad illa verba cap.23.* Oculi Domini multò plus lucidiores ſunt ſuper Solem: circunſpicientes omnes vias hominum, & profundum abyſſi: *ait ſic:* Omnes vias hominū: ideſt cogitationes, & affectiones, & opera. Et profundum abyſſi, ideſt cor peccatoris ſine byſſo, vel ſine baſe. *Vbi apparet ratio incōſtantiæ cordis peccatoris, nam quia baſe caret, nō poteſt firmari.*

CL.

HVGO *idem ibi. ad illa verba cap.24.* Et conſilium illius in abyſſo magna: *ait ſic;* Ideſt profundum eſt, & de profundo charitatis proueniēs conſilium eius: Hier. 23. In nouiſſimis diebus intelligetis conſilium meum: quod modo deſpicitis. *Vbi facilè venit in mentem illud Domini Petro recuſanti ſibi lauari pedes, in illa profundiſſima aqua Ioan.13.* Quod ego facio tu neſcis modo: ſcies autem poſtea.

CLI.

NICOL: *de Lyr. Poſtil. ibi. ad illa verba cap.42.* Abyſſum & cor hominis inueſtigauit, & in aſtutia eorum excogitauit: *ait ſic:* Abyſſum, ideſt diabolum: Et cor hominum, quod alijs eſt ignotum: Inueſtigauit, ideſt perfectè cognouit. Et in aſtutia eorū, ideſt malitia, fraude, & voluntate iniqua. Excogitauit, ex illis eliciendo bona. *Vbi apparet, diuina bonitas, & aſtutia malignorū ſiquidem ex omnibus à malignis præcogitatis in malum, diuina bonitas, in bonum conuerti excogitat.*

CLII.

DIONY. *Cart. Enarr. ibi. Ad eadem verba, tenens idem inſuper ait ſic:* Excogitauit, ideſt diſpoſuit, quid vnicuiq; pro ſuis verſutijs, dolis, & calliditatibus ſit reddendum, quid etiam boni ex ipſorum malis elicere velit. *Vbi impij callidi, qui ſemper contra pios machinant; aduertant deſuper eorum impias verſutias pari paſſu pergere diuinam bonitatem, & ipſis ſupplicia diſponendo, & ex ſuis nequiſſimis verſutijs bona eliciendo. Addatur, quod Poſtil. ibi ait Hugo Card.* Excogitauit, ideſt aſtutias eorum ita cognoſcet quaſi excogitaſſet, Iob. 5. Qui apprehendit ſapientes in aſtutia eorum, & conſilium prauorum diſſipat.

CLIII.

HVGO *in Eccliſ. cap.2: ad illa verba:* Quaſi à facie colubri fuge peccata: *intelligens de peccato luxuriæ ait ſic:* Quia melius eſt ea fugiendo vitare, quam reſiſtendo vinci. Sunt autem quædam peccata, quæ tantum fugiendo vincuntur: vt peccata carnis, Vndè 1. Cor. 6. Fugite fornicationem. Et Loth dixerunt Angeli, qui venerunt Sodomam. Salua animam tuam: noli reſpicere poſt tergum tuum: nec ſtes in omnem circa regionem: ſed in monte ſaluum te fac. Gene. 19. Vndè multò magis fuge peccatum quam colubrum. Si tibi charior eſt vita animæ, quam corporis. Fuge non ſolum morſum; ſed tantum, imò acceſſum; parum eſt ſerpentem non ſentire, periculoſum eſt vel habere vicarium.

CLIV.

HVGO *idem ibidem ad illa verba cap. 22.* Sicut paleæ in excelſis, & cementa ſine impenſa poſita contra faciem venti nōn permanebunt; *ait ſic,* Palea omni vento agitatur; ſic mali omni vento circunferuntur. Ab Oriente, vento adulationis. Sol .n. oriens: ideſt proſperitas

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

tas adulatores adducit. Exod. 10. Mane facto ventus vrens leuauit locuſtas, quæ aſcenderunt ſuper vniuerſam terram Aegypti. Item ab Occidente à vento detractionis. Aduerſitas enim adulatores expellit: ſed detractores adducit. Exod. 10. Orauit Moyſes Dominum, qui flare fecit ventum vehementiſſimum ab Occidente: & acceptam locuſtam proiecit in mare rubrum. Item à meridie vento elationis: Item à Septentrione, vento deſperationis.

CLV.

HVGO *Card. Poſtil. in Eccl. cap. 19. Ad illa verb.* A facie verbi parturit fatuus tanquam gemitus partus infantis: *ait ſic:* Ideſt ab auditione, vel cogitatione alicuius nouelli. Parturit fatuus tanquam gemitus partus infantis; ideſt, ſicut mulier parturiens cum dolore emittit partum: ita detractor dicit ſe cum dolore referre, quod audiuit Ait .n. Doleo quod dico: ſed non poſſum continere.

CLVI.

LYRA *Poſtil. ibidem ad eadem verba ait ſic:* Quia non poteſt illud celare, & ſi ad horam celet, hoc eſt cum maximo dolore: ideo ſubditur: Sagitta infixa fœmori carnis: Quam nititur extrahere. Sic verbum in corde ſtulti. Quia non requieſcet donec propalauerit.

CLVII.

DIONYS. *Cart. enar. ibidem ad eadem verba ait ſic:* Ideſt ex verbo audito procedit ad imaginandum, & fabulandum de illo, nec valet illud celare. Parturit, inquam, gemitus partus infantis: ideſt ſicut erumpit gemitus ab infantulo nato. Sagitta infixa fæmori carnis, ſic verbum in corde ſtulti: ideſt ſicut canis impatienter ſuſtinet iaculum ſibi infixum, & ex carne extrahere illud molitur: ſic homo loquax, &c.

Ex Prophetis.

CLVIII.

OLEAST. *Com. in Eſai. ad illa verba cap.* 8. Et ad terram intuebitur, & ecce tribulatio, & tenebræ: *quæ verba ille ſic legit.* Reſpiciet ſurſum, & terram intuebitur, & ecce tribulatio, & tenebræ. *Ad mores ſic ait:* Horrendum eſt illum offendiſſe, cui omnia parent, & ſine cuius imperio nihil nobis adminiſtrant: ſed eius iniurias vendicare volunt eo modo, quo poſſunt, negando .ſ. nobis munera ſua. Cœlum lucem, alimenta, terra, & mare, quod ſui iuris eſt. In Mat. 24. habes, quod antè Iudicium, Sol obſcurabitur, &c. Stringit ſemper Dominus impiorum ligamẽta, qui nolunt à malis reſipiſcere. Viderant iſti mala, quæ paſſus fuerat Iſrael, & tamen noluerunt conuerti: ideò deteriora paſſi ſunt. Vidit, inquit, Hiere. 3. præuaricatrix ſoror eius Iuda, & non timuit, ſed abijt, & fornicata eſt etiam ipſa.

CLIX.

HVGO *Card. Poſtil. in Eſai. ad illa verba cap.* 5. Aſpiciemus in terram: & ecce tenebræ tribulationis: & lux obtenebrata eſt in caligine eius: *ait ſic:* Aſpiciemus in terram: quaſi victi, & confuſi, non auſi aſpicere in cœlum: cuius habitatorem, ideſt, Deum offendimus. Et annumerat ſe Propheta eis, quaſi compatiendo eis, vt licentiùs arguat, & pronuntiet mala futura: & vt nobis exemplum daret. Et ecce tenebræ tribulationis, ideſt deſperationis. Et lux: ſpei quam in Domino antè habuimus. Obtenebrata eſt in caligine eius: tribulationis. Aſpiciamus & nos in terram: ideſt, incolatum terrenum: & non eſt in eo, niſi tenebræ tribulationis, & miſeriæ, & culpæ: & lucerna Religionis obtenebrata eſt, vel verè extincta. Hierem. 4. Aſpexi terram, & ecce vacua erat, & nihil: & cœlos, ideſt, Religioſos, & non erat lux in eis. Apoc. 6. Ecce terræmotus factus eſt magnus, & Sol factus eſt niger tanquã ſaccus cilicinus; & Luna, ideſt Eccleſia, tota facta eſt vt ſanguis; & Stellæ cœli, ideſt viri Religioſi, vel Doctores Eccleſiæ ceciderunt de cœlo ſuper terram per cupiditatem, & amorem terrenum.

CLX.

GLO. *vt inquit, ex Diuo Gregorio Papa; Ad illa verba Hierem. cap.* 25. Facta eſt terra in deſolationem à facie iræ columbæ; *intelligens per columbam, Deum, aſſignans rationem, quare cùm tã iratus deſcribatur columbaque nominetur, quæ cũ felle careat iraſci neſcit: ait ſic:* Quia in Deo nulla furoris inequalitas reperitur, furorem Domini iram columbæ nominauit: Vt enim vim diuinæ diſtrictionis imperturbabilem demonſtraret, & iram dixit columbæ: quaſi dicat; & diſtrictum iudicium inconcuſſus exerit, qui permanens manſuetus punit. Vndè in extremo iudicio in-

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

ſemetipſo incommutabilis manens, nulla viciſſitudine, ac mutabilitate variatur: ſed tamen in electis, & reprobis nequaquam ſub ſpecie eiuſdem incommutabilitatis oſtenditur. Quia & tranquillus iuſtis, & iratus apparebit iniuſtis, Teſte enim conſcientia intra ſemetipſos deſecerunt: vndè eorum mentes æquè vnum reſpiciant, ſed non æqualiter modificentur: quia iuſtis eum benignum oſtendit antè acta iuſtitia: illis terribilem, culpa.

CLXI.

S. *HIER. Com. in Habacuc, ad illa verba cap. 3.* Dedit abyſſum vocem ſuam: *ait ſic:* Abyſſus ſæpè in bonam partem, ſæpè in malam, interdũ indifferenter accipitur: Iudicia Dei abyſſus multa. Et abyſſus abyſſum inuocat, & reliqua. In malam: viderunt te aquæ Deus, & reliqua. Sed & dæmones deprecantur, nè mittantur in abyſſos. Et in Gene. abyſſos ſuper quam tenebræ erant, neſcio an in bonam partem poſſit accipi. *Vbi duo patent: Primum maximè obſtare opinioni malæ, quæ ex aliqua parte habetur de aliquo: videre ex alia quod impij repugnant mitti ibi, Si enim abyſſi, vt ex illo:* Viderunt te aquæ, &c. *Coniecturatur, in malam partem accipiendi eſſent: non repugnarent Dæmones, neq; formidaſſent mitti in abyſſum. Secundum quod durè poteſt concipi bonus conceptus de homine, vbi ignorantiæ tenebræ ſuperferri cognoſcuntur.*

CLXII.

S. *Idem Hieronym. vbi ſupra preſequens, ait;* Indifferenter autem ibi ponitur: Rupti ſuntt fontes abyſſi, & cataractæ cœli apertæ ſunt: Et illud in 148. pſalm. Dracones, & omnes abyſſi ignis, & grando, & ſpiritus procellarum: ni forte ex eo, quod inter dracones, & ignem, & grãdinem ponitur, in malam partem trahẽdum ſit: quod neſcio vtrum poſſit dicere, qui eam viderit, cùm cœteris in laudem domini concrepare. *Vbi tria notanda ſunt. Primum, indifferentiæ aſcribi aquas Diluuij immiſſas à Deo in tam iuſtam vindictam, Non n. enim ſemper arguit bonitatem in miniſtris iuſtam Dei vindictam exeecere, cùm ſimilia etiam ſciamus emitti per Angelos malos. Secundum, quod in indifferentijs ſocietas, cui tale, quid aſcribitur iudicium rapit, vt ſic, vel ſic iudicet. Maximè enim flectit iudicium, vt in malam partem accipiat abyſſum, videre illam poni inter ignem, grandinem, &c. Vndè Iudæi, vt omnem indifferentem iudicium de Chriſto Domino tollerent de populo, Eũ inter latrones crucifigi fecerunt. Tertium, durum eſſe malè iudicare de viris diuino cultui mancipatis, & diuinis laudibus intromiſſis: ſiquidem tam vehemẽte ratione in oppoſitum extante, vt eſt poſitam eſſe abyſſum inter ignem, &c. aſperum iudicat Sanctus Doctor abyſſum in malam accipi partem: quia illam inter Deum laudãtes Angelos, ſeu ad diuinas laudes inuitata, creaturas ponitur, vt patet:* Laudate Dominum de cœlis, &c.

CLXIII.

S. *HIER.* Com. in *Habacuc, Ad illla verba,* Dedit abyſſus vocem ſuam; *intelligit per abyſſum Hæreticos, qui contra Eccleſiaſticam doctrinam, ſcripturarum etiam teſtimonijs tumultuantur, & fluctuant, cum ſe conuictos, & ſtirpatos vident. Nã ſupra poſitum antecedentem verſum .ſ.* Gurges aquarum tranſijt: *quem ille ſic legit,* Diſperges aquas itineris; *ait ſic:* Deus ergò omnes aquas, quæ aperuerſis dogmatibus conculcatæ ſunt diſperget: cùm diſſipauerit conſilia Principum, & ſapientiam mundi huius. Si quando videris ad breuè aliquam hæreſim floruiſſe, & poſtea Dei gratia diſſipatam dicito eſſe completum. Diſperges aquas itineris. *Poſtea verò ad noſtrum propoſitum ait, quod vbi nos legimus vt ſupra, legunt* 70. Dedit abyſſus vocem ſuam, altitudinem phantaſiæ ſuæ; *& ait ſic:* Certe, quod non dixerit altitudinem ſuam, ſed altitudinem phantaſiæ ſuæ, ideſt vmbræ, & imaginis: Vidẽtur enim habere altitudinem, & ſcientiam ſcripturarum: ſed omnis eorum altitudo veritati comparata, phantaſia eſt, & fruſtrà extollit vocẽ, quia aquæ itineris iam diſperſæ ſunt.

CLXIV.

HVGO *Card. Poſtil. in Hier. ad illa verba cap. 25.* Bibite, & inebriamini, & vomite, & cadite: & nolite ſurgere à facie gladij, quem ego mittam inter vos: *intelligens per iſtum gladium diuinam vltionem. quando in pœnam præcedentium criminum in vltimam peccati deſperationem permittit aliquem cadere; notat gradus ſic:* Bibite per peccati perpetrationem. Inebriamini, per eius repetitionem. Vomite per eius manifeſtationẽ. Cadite, per deſperationem. Nolite ſurgere per præſumptionem. De primo Iohel. 1. Vlulate, & flete, qui bibitis vinum in dulcedine, ideſt, pecca-

ca-

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

catum facitis ex libidine. De ſecundo: ſupra 11. Quam vilis facta es nimis: iterans vias tuas. De tertio, Eſai. 3. Peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt, nec abſconderunt. De quarto, Prouerb. 18. Impius cùm in profundum venerit peccatorum contemnit. De quinto, Eccl. 5. Nè dicas miſeratio Dei magna eſt multitudinis peccatorum meorum miſerebitur. Miſericordia .n. & ira ab illo citò proximãt: & in peccatorer reſpicit ira illius.

C L X V.

OLEAST. *Com. in Eſai. Ad illa verba, quæ Eſai. cap. 37. reſpondit ſeruis Exechiæ conquerentibus ex parte Regis de blaſphemijs, quas Rex Aſſur protulerat contra Dominum: nempè*: Hæc dicit Dominus nè timeas à facie verborum, quæ audiſti, quibus blaſphemauerunt pueri Regis Aſſyriorũ me. Ecce dabo ei ſpititum, & audiet nuntium, & reuertetur ad terram ſuam. *ad mores ait ſic*: Admiranda eſt patientia tua Domine, ſperabat fortè Rex, Aſſyrium ſtatim ob blaſphemiam Deo illatam in nihilum redigendum: ſed Dominus longanimitate ſua, tempus pœnitentiæ illi ad triennium dedit, Ego dabo in eo ſpiritum. Liberabo, inquit, vos, ſed non ſtatim illum deiiciã. *Vbi apparet, ineffabilis modus, quem Deus obſeruat in liberandis ſuis ab impijs: illos ſ. liberando: hos ad pœnitentiam commouendo, & expectando: illos ita de opprimendo, quos iſtos non perdat.*

C L X V I.

HVGO *Card. Poſtil. in Habacuc. Ad illa verba cap. 3.* Dedit abyſſus vocem ſuam; altitudo manus ſuas leuauit, *ſic ait*: Abyſſus, peccatores profundi, obſcuri, amari, ſine byſſo iuſtitiæ, ſine byſſo fidei. Dedit vocem ſuam, confeſſionis, & laudis. Et ideò. Altitudo: curia cœleſtis, ordines Angelorum: Manus ſuas leuauit: ad modum laudantis, & gaudentis ſe habuerunt. Luc. 15. Gaudium eſt Angelis ſuper vno peccatore, &c.

C L X V I I.

LYRA *Poſtil. Ad eadem verba, ſic*: Per altitudinem, intelligitur Conſtantinus, cui totus orbis erat ſubiectus; ipſe verò manum ſuam leauit ad protegendum Chriſtianitatem: & tunc abyſſus dedit vocem ſuam: quia Chriſtiani in abyſſo tribulationis poſiti eruperunt ſolemniter in diuinam laudem. *Vbi apparet, ſæcularem protectionem neceſſariã eſſe ad ſolemnitatẽ diuini cultus exercendam.*

C L X V I I I.

S. HIER. *Comm. in Hierem. Ad illa verba cap. 1.* Ollam ſuccenſam ego video: & faciem eius à facie Aquilonis: *ait ſic*: Quibuſdam gradibus peccantibus tormenta tribuuntur, vt paulatim veniant ad ſalutem. Qui noluerint percutienti virga emendari, mittuntur in ollam æneam, atq; ſuccenſam, de qua pleniùs ſcribit Ezechiel, quę à facie Aquilonis accenditur, Babylonium Regem ſignificans, & vrbem Hieruſalem.

C L X I X.

S. *Idem Hieron. vbi ſupra ad illa verba cap. 25.* Bibite, & inebriamini, & vomite, & cadite, & nolite conſurgere à facie gladij: *poſtquam refutauit quandam aſſertionem, quæ fundata in illo verbo*: Vomite, *in bonam partem explanãs hoc ſupplicium Domini dicebat ad hoc proficere, vt inſtar Catharicæ euomere faceret peccatorem omnia vitia, & eorum affectus; fundatus in illo verbo*, Et nolite conſurgere: *ait ſic*: Si bibere, & inebriari, vomere, & cadere ſalutis indicium eſt, vt inſtar catharicæ potionis noxia quæq; pellantur; quomodo ſequitur: & nolite ſurgere? Quæ autem ſit potio, quæ eos cadere faciat in æternum, ponit manifeſtiùs, ideſt, à facie gladij, quem ego mittam inter vos. *Vbi apparet, ex eo poſſe cognoſci, an diuina ſupplicia, & labores ſint, vel ad emendationem, vel ad exterminium, ſi à peccatis reſurgat peccator, vel punitus, in eis obſtinatus perſeueret.*

C L X X.

HVGO *Card. Poſtil. in Habac. c. 3. ad illa verba*: Abyſſus dedit vocem ſuam: altitudo manus ſuas leuauit: *ait ſic*, Abyſſus, doctrina noui teſtamenti. Dedit vocem ſuam: per Apoſtolos. Et per hoc. Altitudo: ideſt poteſtas mundi. Manus ſuas leuauit: in perſecutionem Apoſtolorũ, & Martyrum. *Vbi Euangelici Prædicatores admoniti remanent, quod eo ipſo quo os aperuerint, vt ſuam proferant doctrinam: debent expectare ſuper ſe venientem manum poteſtatum veritati renitentium. Non enim datur abyſſum vocem ſuam dare, quin ſequatur*: Altitudo manus ſuas leuauit.

C L X X I.

IDem ibi. *In ſenſu, & lectione ſupra à Diuo Hieronymo tradito ſubtiliter in bonam partem exponit illud*: Dedit abyſſus vocem ſuam altitudinem phantaſiæ ſuæ. *Nempè, quod diſperſi & ſtirpatis per Euangelicam prædicationem, & ſtirpatis* ha-

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

hæreſibus:ſapientes,& principes hæreticorum,magiſtriq; errorum omnem ſuam phantaſticam ſcientiā dederunt,& conuerterunt in fidei obſequium. Sic .n. (ſolita breuitate) ait.Septuaginta ſic: Dedit abyſſus vocem ſuam altitudinem phantaſiæ ſuæ, ideſt ſapientes mundi,altitudinem ſcientię ſuæ deducunt in obſequium Chriſti. *Vbi apparet,quod vidimus in Auguſtino,Hylario, Cypriano, & Iuſtino, cæteriſq; qui viſa fortitudine Euangelicæ prædicationis:omnem ſuam humanam ſcientiam, qua pollebant,in obſequium Chriſti deduxerunt.*

CLXXII.

L*YRA Poſtil.in Hierem. ad illa verba cap. 46.* Surge & reuertamur ad populum noſtrum, &c.à facie gladij colūbæ *: vbi deſcribit Propheta verba,quibus milites Iſraelitæ ſe ad inuicē hortabātur ad fugam expauentes aduenientem potentiam Nabuchodonoſor : reſpondet excellenter dubio hinc inſurgenti, nempè, quare in hoc caſu eum à nomine columbæ denominabant:ait enim ſic:* In Hebr.A facie vinoſi:quia dictio hebraica hic poſita æquiuoca eſt ad vinoſitatem, & columbam. *Vbi apparet,non eſſe mirum, ſi aliquando fugiamus homines,qui natura ſunt columbæ, ſi accidat ſimul eſſe vinoſi : quia crudelitatem quam non facit columbæ natura,prouocat vini furor.*

CLXXIII.

H*VGO Card. Poſtil.in Hierem. ad illa verba cap.23.* Quia à facie maledictionis luxit Terra:*ad litteram ſic ait:* ideſt propter maledicta eorum, quibus blaſphemabant Deum, & veros Prophetas, vel quibus ſuperflua iurabant, vel quibus prędicabant falſa. Et ideò; Luxit Terra, ideſt ſterilis facta eſt, ſicut pratum dicitur ridere quando floret. *Vbi apparet,quod quatuor genera hominum ſterilizant terram:blaſphemi,detractores Religioſorum; iuratores ſeù periuri,& Prædicatores adulatores.*

CLXXIV.

I*Dem,in Hierem. Ad illa verba cap.10.* Et cādet morticinium hominis,quaſi ſtercus ſuper faciem regionis:& quaſi fœnum poſt tergum metentis,& non eſt,qui colligat:*ait ſic,* Moraliter. Peccator comparatur ſtercori propter fœditatem; & ſtipulæ propter ſterilitatem, & inutilitatem. Pſ.128.Fiant ſicut fœnum tectorum: quod prius quam euellatur exaruit, de quo non implebit manum ſuam, qui manipulos colliget. Quia Dominus malos,qui ſunt paleæ non colliget,ſcilicet,in horreum ſuum cœleſte eos reponendo:ſed magis in igne inextinguibile,vt dicitur. Mat.3. Sed de granis, ideſt,Sanctis,implebit manum ſuam. Iuſtorum enim animæ in manu Dei ſunt,vt dicitur Sap.3.Et eos reponet in horreum ſuum,ideſt,cœlum. Licet autem mali fœtidi ſint,& deteſtabiles in ſe ſicut ſtercus,habet tamen vim fœcundandi iuſtos. Prouerb.21. Multato peſtilente,ſapientior erit paruulus.Eccli.9.Et omnis mulier,quæ eſt fornicaria, quaſi ſtercus in via cōculcabitur.Et ideò tāta eſt mortalitas in Eccleſia Dei ſicut in locis corruptis propter cadauera inſepulta ſolet accidere mortalitas magna.

CLXXV.

S. *HIER.Com.in Hier. ad illa verba cap. 4.* Intuitus ſum,& non erat homo:& omne volatile cœli receſſit.Aſpexi,& ecce carmelus deſertus,& omnes vrbes eius deſtructę ſunt à facie Domini,& à facie iræ furoris eius; *ait ſic:* Intuitus eſt,& huc,illuſq;circumſpexit,& nè auis quidem potuit inuenire.Iram .n. Dei, & muta ſentiunt elementa, & irrationabilia pertimeſcunt animantia.Hoc verum eſſe, nūc totus orbis demonſtrat, vt cœſa hominum multitudine, volatilia quoq; quæ ſolent habitatores ſequi, abierint,& perierint.Ipſe quoq; Carmelus,qui mari imminet magno,oleis conſitus, & arbuſtis, vineiſq; condenſus ad tantam veniet ſolitudinē, vt eremi habeat vaſtitatem.

CLXXVI.

S. *Idem ibidem cap.16.* Non ſedi in conſilio ludētium,& gloriatus ſum à facie manus tuæ ſolus ſedebam,quoniā amaritudine repleſti me. *ait ſic:* Dum te timeo,dum impendentem mihi manum tuam ſemper expecto.In conſilio ludētium,ſedere nolui: ſed meam amaritudinē deuorabam,vt in futuro mihi gaudium præpararē. Nec habui interualla doloris mei,ſed iugi miſeria deprimebar,vt nulla expectarem remedia. *Vbi apparet, quantum redarguendi ſunt Chriſtiani, qui (vt communiter fit) attriti ſupplicijs à diuina iuſtitia inflictis in rebus temporalibus, adhuc illa patientes,& diuina ſuper eos impendenti manu confugiunt ad ludos, & choreas,vt interualla ſuæ mœſtitiæ alleuiationis quærant. Audiant Cardinalem* Hug. *Poſtl.ibidem ſic:*Dum conſidero amaritu-

tu-

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

tudinem tribulationis,quam nunc patior à præſentia manus tuæ extenſæ ſuper me: tamen adhùc ſolus ſedeo, ideſt tum vultu vanorum operum,& affectuum, tremens abſtineo:quia magis timeo futura ſupplicia æterna,quæ incurrerem, ſi non ab his abſtinerem. Et ideò præſentia patiar in mei conſideratione. Hic inſtruuntur quidam,qui quando in tribulatione ſunt volunt recipere conſolationes colloquiorum. Imò dicit Hieremias. Solus ſedebam,quoniam amaritudine repleſti me. Talibus enim dat Dominus conſolationẽ. Intus enim inuenitur Ieſus,non extra: quia Dominus in Templo ſancto ſuo. Loquetur enim pacem in plebem ſuam,& in eos,qui conuertuntur ad cor. *Vbi apparet,quod in talibus ſucceſſibus aduerſis debet Chriſtianus confugere ad cor ſuum,& ad templa;minimè autem ad ludos,vel colli quia,quæ mundani falsò,refrigeria vocant.*

CLXXVII.

HVGO Card. *Poſtil. in Ezech. Ad illa verba cap. 1. de illis animalibus:* Et quatuor facies vni,&c. *intelligens myſticè de Prælato;ait,* Informatur,vt habeat quatuor facies. Faciem hominis per manſuetudinem; Faciem Leonis per audaciam ſeueritatis: Faciem bouis,per laborẽ aſſiduæ orationis,ideſt prædicationis; Faciem Aquilę per arduitatem contemplationis. *Et proſequens de ſingulorum diſpoſitione prout Propheta deſcribit,de prima,ait ſic;* Facies hominis,& manſuetudo. Iſta facies debet eſſe ante: quia manſuetudo maximè habenda eſt ergà bonos,qui in anteriora ſe extendunt:vt dicitur Phil. 3. Facies autem Leonis eſt audacia ſeueritatis: vt Prælatus ſit quaſi fortiſſimus,& ad nullius pauens incurſum,&c. Iſta facies debet eſſe à dextris,non à ſiniſtris:vt humilibus parcens,& infirmis: rebellibus,& ſuperbis,qui ſunt in dextera proſperitatis,fortiter reſiſtat, & illos aſpere corripiat: ſecundum illud 1. Tim. 6. Diuitibus huius ſæculi præcipe non ſublime ſapere. Facies aut bouis eſt labor in aratro prædicationis, &c. Iſta facies bouis eſt ad ſiniſtris, vt aſpiciat aduerſa, non proſpera. Facies Aquilæ, & contemplatio ſupernorum,&c. Iſta debet eſſe deſuper:quia cõtemplatio debet cœteras operationes,& prædicationes excellere.

CLXXVIII.

S. GREG. *Papa li. 1. in Ezech. Hom. 3. Ad illa verba cap. 1.* Quatuor facies vni,& quatuor pēnæ vni: *intelligens per iſta animalia quatuor Euãgeliſtas:notanſq;quomodo vnicuiq; ſint omnes quatuor facies,& pennæ: ait ſic:* Quatuor ergò facies vni ſunt,quia ſi quæras, quid Mattheus de Incarnatione Domini ſentiat: hoc nimirum ſentit quod Marcus,Lucas,& Ioannes. Si quæras,qđ Ioannes ſentiat:hoc proculdubio, quod Lucas, &c. Quid enim in vno inueneris, hoc in omnibus ſimul quatuor cognoſces. Et quatuor pennæ vni,quia, Dei Omnipotentis Filium Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſimul omnes cõcorditer prędicant,& ad diuinitatem eius mentis oculos leuantes,penna contemplationis volant. Euangeliſtarum ergò facies ad humanitatẽ Domini pertinet,penna ad diuinitatem, quia in eum quem corporeum aſpiciunt, quaſi facies intendunt. Sed dum hunc eſſe in circunſcriptũ, atq; incorporeum ex diuinitate annuntiant, per contemplationis pennam, quaſi in aere leuantur. Quia itaq; vna eſt fides Incarnationis eius in omnibus, & par cõtemplatio diuinitatis eius in ſingulis, rectè nunc dicitur: Quatuor facies vni,& quatuor pennæ vni. *Vbi apparet, myſteria humanitatis Chriſti Domini,ita oculis corporalibus & facie debere intendi: quodquod ſimul penna contemplationis aſcendat ad diuinitatis conſiderationem.*

CLXXIX.

RVPERT. *Abb. Com. in Oſe. Ad illa verba c. 10.* Tranſire fecit Samaria Regem ſuum,quaſi ſpumam ſuper faciem aquæ: *ait ſic,* Sicut enim olla feruente ſuperiores aquæ in ſpumam, bullaſq;ſurgentes irrumpunt,ipſæq;bullæ ſubſilientes colliduntur,& alijs emergentibus, aliæ crepant,& diſſiliunt,ita Samaria,vel decem tribus, iugi feruentes igne diſcordiæ,Reges alios ſuper alios creauerunt, & vſq; ad decem vices (ſicut ex ipſa Regum lectione colligi promptum eſt) percuſſis Regibus,alij Reges ſuperſederant. *Vbi qui tempore diſcordiæ popularis ad regimen eriguntur attendant poſt ſe alios ebulliendo aſcendere quatenus ipſi crepent, & diſſiliant.*

CLXXX.

HVGO Card. *Poſtil. in Hierem. ad illa verba cap. 46.* Surge,& reuertamur ad populum noſtrum

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

ſtrum,&c.à facie gladij columbæ: *ait ſic*: Ideſt Nabuchodonoſor, qui dicitur columba, non propter ſimplicitatem, ſed ſtultitiam: quia non Deo,cuius fortitudine omnia faciebat attribuebat victoriam,ſed potentiæ ſuæ,vel falſis dijs,& ideò ſapientia rationis carebat,vt columba.

CLXXXI.

RVPER. *Abb. Com. in Iobel. ad illa verba cap.* 2. Et Dominus dedit vocem ſuam ante faciem exercitus ſui: *ait ſic*: Notandum,quod cùm dixiſſet hìc,terra contremuit,Sol,& Luna obtenebrati ſunt, & Stellæ retraxerunt ſplendorem ſuum, continuò per coniunctionem celerrimã, & Dominus (inquit) dedit vocem ſuam ante faciem exercitus ſui. Per hoc namq; animaduertere licet quod cum illo terremotu, & tenebris illis Dominus noſter,dum tradens ſpiritum,voce magna clamauit hæc ſignificauit, quod iuſtitia eius illum exercitum ſuum exercitum Romani imperij vocaret ad vindictã ſanguinis ſui, & quod ſanguis eius de terra non antè clamare deſineret, donec idem exercitus adueniret.

CLXXXII.

RVPER. *idem Com. in Amos: Ad illa verba c.* 5. Quomodo ſi fugiat vir à facie Leonis, & occurrat ei Vrſus: *quæ ille intelligit de Iudæis, qui Chriſtum in primo aduentu recipere noluerunt, imò putauerunt rigorem increpationum ipſius effugiſſe: ait ſic*: A facie Leonis huius tunc quidem fugerunt: ſed non effugerunt. Nam fugere volẽtibus occurrit, ſiuè occurret Vrſus, ideſt ineuitabilis terror ſecundi aduentus. Et meritò talis Vrſus illis occurrit, quoniam fugerunt à facie Leonis. Debuerant namq; potius coram illo Leone proſterni, ideſt agere pœnitentiam ad prædicationem Chriſti Euangelij. Sicut enim Leo proſtrato parcere dicitur homini: ſic parcit Chriſtus peccatori pœnitentiam agenti.

CLXXXIII.

OLEAST. *Com. in Eſai. Ad illa verba cap.* 2. Ingredere in petram, & abſcondere in foſſa humo à facie timoris Domini. *ad mores ait ſic*: Aduerte, quod licet iuſti ſe opponere debeant iræ Dei,peccatores tamen debent fugere à facie arcus: quoniam ſolet Dominus, ſtatim à furore quieſcere,& cupit te fugere, & timere irã ſuam.

CLXXXIV.

S. HIER. *Com. in Hiere. Ad illa verba cap.* 1. Ollam ſuccenſam ego video: & faciem eius à facie Aquilonis: *intelligens per Aquilonem,diabolũ ſecundum illud Salom. Prou.* 24. Aquilo durus vẽtus & frigidus; *opponit,quod ſecundum Septuaginta vertatur ſic*, Aquilo vẽtus dexter: *& ait ſic*: Dexter vocatur ab his videlicet, qui eius obriguere frigore,& calorem fidei perdiderunt. *Vbi apparet, ſolos illos,res mundanas proſperas appellare, & dextras, qui ab amore illarum obriguerati calorem fidei nõ habent,quo dijudicent inter frigidum, & calidum.*

CLXXXV.

HVGO *Card. Poſtil. in Hiere. ad illa verba c.* 1. Ollam ſuccenſam ego video à facie Aquilonis: *ait ſic*: Ideſt diaboli. Vndè Iob 12. Halitus eius prunas huius ollæ ardere facit: ideſt,fideles Eccleſiæ diuerſis turpidinibus inſtigat. Diabolus enim in hac olla coquit peccata ſua, quaſi carnes ſuas. Oſe. 7. Omnes adulterantes, quaſi clibanus ſuccenſus à coquente. Coquus non intra ollam, ſed exteriùs miniſtrat ligna ad ſuccendendum ignem. Sic diabolus temptans non illabitur animæ, ſed ſuggeſtiones malas immittit. Iob 12. Denaribus eius procedit fumus ſicut ollæ ſuccenſæ,atq; feruentis. Greg. Olla ſuccenditur cum mens humana maligni hoſtis ſuaſionibus inſtigatur. Olla feruet: cùm iam per conſenſum in deſiderijs prauæ ſuaſionis accenditur: & tot vndas quaſi feruendo proijcit; per quot nequitias ſe vſq; ad opera exteriora extẽdit.

CLXXXVI.

S. HIER. *Com. in Hier. ad illa verba cap.* 32. Ecce munitiones extructæ ſunt aduerſus Ciuitatem,vt capiatur, & vrbs data eſt in manu Chaldæorum,qui præliantur aduerſus eam à facie gladij,& famis,& peſtilentiæ, &c. Et tu dicis mihi (Domine Deus:) Eme agrum. *Aſſignans rationem, quare S. Propheta conquæreretur ex eò, quod in tali anguſtia exiſtente Ciuitate Deus illi iuberet emere agrum. ait ſic*: Non reprehendit, ſed interrogat,nec tàm ſibi, quàm alijs vult diſcere,qui ſedebant in atrio carceris, & forſan tacitè reprehẽdebant, quomodo idem Propheta,quem verum nuntiare credebant,& vrbem dicat capiẽdam, & agrũ emat: quaſi poſſeſſurus.

Vbi

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

Vbi Prædicatores, qui finem mundi prædicant, & iudicium finale in breui futurum: videant nè ſe mũdanis poſſe poſſeſſionibus implicent: contraria .n. hæc videntur, ſcilicet mundi finem prædicare, & terrenas poſſeſſiones nimio ambitu, acquirere.

CLXXXVII.

G*LO.ibid.ad ſupradicta verba ſic ait*; Idæi, & ſedentes in atrio carceris reprehendebant tacitè quomodo Propheta, quem verum nuntiare credebant, & vrbem dicat capiendam: & agrum emat, quem non poſſideat. *Vbi apparet, nihil dignius reprehenſione, quam emere, & acquirere poſſeſſiones, quas ſcitur non eſſe poſſidendas.*

CLXXXVIII.

H*VGO Card.Poſtil.in Hierem.Ad illa verba cap.25.* Facta eſt terra in deſolationem à facie columbæ: *intelligens dictum de Nabuchodonoſor, & exercitu eius: aſſignans rationem, quare Rex tyrannus columba manſueta vocetur: ait ſic:* Ideò fortè: quia in vexillis Nabuchonoſor, & exercitus eius erat ſignum columbæ depictum. Vel per antiphraſim, quia crudelis erat: vt ſup. cap.6.Crudelis eſt, & non miſerebitur. Columba autem manſuetiſſima, & ideò felle caret. Sic & lucus dicitur nemus per antiphraſim: *Vbi apparet, inſignia, ſtegmataq; nobilium multoties ab eorum moribus longè valdè abeſſe, de pluribus enim dicuntur per antiphraſim: & etiã quod in domo Dei nullus impius bono cognominatus titulo debet intelligi, niſi ſupradicto modo, & figura.*

CLXXXIX.

L*YRA Poſtil.in Eſai.Ad illa verba cap.2.* Ingredere in petram, & abſcondere in foſſa humo à facie timoris Domini, & à gloria maieſtatis eius: *moraliter ſic ait:* Ingredere in petram, .i. Chriſtum per pœnitentiam recurrendo ad ipſum: Et abſcondere in foſſa humo: ideſt, in carne Chriſti confoſſa clauis, & lancea: A facie timoris Domini, &c. ſcilicet in iudicio finali, im quo Chriſtus apparebit in maieſtate.

CXC.

I*NTERLIN. Supradicta verba ſic exponit:* A facie timoris Domini, & à gloria maieſtatis eius, ideſt Babyloniorum, vel Romanorum, per quos Deus probauit ſe timendum, & glorificandum. *Vbi apparet, miſerabilis ſtatus fidelium, quando Deus illam ſuam ſuauem, omniq; pulchritudine plenã faciẽ eis velatam oſtendit turcis, & hæreticis exercitibus, quibus non ſolum ſe timendum, ſed glorificandum oſtendere ait.*

CXCI.

O*LEAST.Com.in Eſai. Ad illa verba cap. 9.* Et erit in die illa: Auferetur onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo, & computreſcet iugum à facie olei, *poſtquam ad litterã ait ſic,* A facie olei, ideſt à facie Chriſti Regis vncti: *ad mores dicit:* Perfectè ſolet Dominus liberare ſuos. Non remouet onus ab humero, & relinquit iugum in collo: ſed omnia, quæ onerant, & præmunt, aufert, vt omninò liber remaneas.

CXCII.

H*VGO Card.Poſtil.ibid.ad eadem verba: ait ſic:* Moraliter. Onus, & iugũ diaboli, ideſt peccatum (quod collum peccatoris onerat, & inclinat) computreſcet à facie olei, ideſt eleemoſynæ.

CXCIII.

I*Dem Poſtil.in Hier. ad illa verba cap.3.* A voce equitis, & mittentis ſagittam, fugit omnis Ciuitas: *quæ verba alij ſic legunt,* A facie equitis, &c. *ait ſic:* Eques eſt diabolus, ſicut & equus dicitur peccator. Vndè dicitur Exod.15. Equum, & aſcenſorem proiecit in mare: Iſte eques emittit ſagittam detractionis per hominem, quaſi per arcum ſuum, ſup. cap. 9. Sagitta vulnerãs lingua eorum dolum locuta eſt. Fugit omnis Ciuitas: quia multi propter detractiones bonum, quod inceperant dimittunt.

CXCIV.

H*VGO Card.Poſtil. in Hier. Ad illa verba o.25.* Facta eſt terra eorum in deſolationem à facie iræ columbæ: *intelligens per columbam Nabuchodonoſorem: aſſignans rationem, quare Tyrannus ille vocetur columba: ait ſic,* Sicut columba non habet poteſtatem nocendi alijs auibus: ſic Nabuchodonoſor à ſe non habuit poteſtatem nocendi Iudæis. Item in Paleſtina in domibus nobilium nutriuntur columbæ, quando autem debent longiùs recedere, & ſi fortè non poſſunt propter aliquod impedimentum ad ſuas Ciuitates reuerti illi nobiles, vel nuntios mittere: ligant litteras collo columbæ, quæ dimiſſa reddit ad locum vbi nutrita fuerat: & ſic Domini ſui neſciens fecit mandatum. Sic Nabuchodonoſor quaſi neſcius fecit imperium Domini. *Vbi apparet, inimicos noſtros non potentiã, neq; ex pro-*

feſſo;

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

feſſo; ſed ex Dei imperio nobis bella facere. Vndè, Deum placare contra illos arma tollentes primo debemus: & poſteà ſecurè contra columbas dimicare.

CXCV.

OLEAST. *Comm. in Eſai. Ad illa verba cap. 57.* A facie mali colligetur Iuſtus: *ſic enim illc vertit noſtram vulgatam, quæ habet.* A facie enim malitiæ collectus eſt iuſtus: *ad litteram ait ſic:* Sic .n. Dominus iuſtos diligit, vt eos è terra tollat, nè malum, quod imminet videant, & doleant. Licet enim huiuſmodi mala, ad eos non pertineant: ſunt autem amici, & conſanguinei, quorũ interitum ægrè ferunt, etiam iuſti: *& ad mores ſic:* Aduertè etiam Dei erga eos affectum, qui nõ ſolum non ſinit eos mala experiri, ſed neq; in alijs videre, quoniam nouit eos veluti pios, aliorum mala ægre laturos quaſi ſua. *Et ad litteram ad probationem affert illud à Domino dictum per Prophetam ſancto Regi Ioſiæ 4. Reg. 24.* Pro eo, qđ mollitum eſt cor tuum, & humiliatus es à facie Domini, &c. Idcircò ecce colligam te ad patres tuos, & colligeris ad ſepulchra tua in pace, & non videbunt oculi tui, omne malum, quod induco ſuper locum iſtum.

CXCVI.

S. CYRIL. *Alex. Com. in Eſai. Ad illa verba c. 51. quæ Deus loquens cum Iudæa: ait:* Conſurge conſurge induere fortitudinem brachium Dñi. Conſurge ſicut in diebus antiquis, &c. Nunquid non tu ſiccaſti mare, & aquam abyſſi vehementis? *Aduertens, Deum eſſe, qui in tranſitu maris rubri, mare diuiſit, vt Iudæi tranſirent, nunc dicit Iudæam fuiſſe, quæ illud ſcindit: ait:* Deus erat, qui humidam illis peruiam reddidit. Veruntamen .n. perindè quaſi ipſius Hieruſalem opera fuiſſent ab illa facta eſſe dicit. *Vbi apparet, Deum nos authores facere illorum mirabilium, quæ ipſemet in noſtrum commodum operatur.*

CXCVII.

IDem ibidem, *aliam aſſignat rationem, quare Deus beneficia præterita hic cõmemorauerit: ait nanq;* Et veriſimile eſt, ex his iam factis exemplum ab illis capi, vt fide inconcuſſa his, quæ deinceps futura ſunt credant. Nam, qui per medium mare eos traduxit, omninò etiam huius vitæ fluctus diſſipauit, & rerum mundanarum vanam, & diſcordem turbationem, frigidam, & fruſtraneam reddet, vt nullo modo animæ vocatorum mundanis curis perfocentur: ſed inſuper etiam ex omni tentatione educet, ita vt ſeruati, & redẽpti, prædicent eum, & dicant: Cantate Dominũ canticum nouum, quia mirabilia fecit Dominus,

CXCVIII.

HVGO *Card. Poſtil. in Eſai. Ad illud cap. 60.* Surge illuminare Hieruſalem, &c. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos: *ait,* Tenebræ operiũt terram, id eſt terrenos. Quaſi diceret: ideò ſurge Hieruſalem de terra, quia tenebræ ignorantiæ, & infidelitatis operient terram .i. illos, qui ſtatuerunt oculos ſuos declinare in terram. *Addatur illud Procop. Com. ibi:* Terram: Iudæos terrena amantes, quibus, Bona terræ comedetis. *Et illud ipſius Hugo. Cardin. ibi;* Exod. 10. Factæ ſunt tenebræ horribiles in vniuerſa terra Aegypti, tribus diebus. Nemo vidit fratrem ſuum, nec mouit ſe de loco. Tenebræ malorum ſunt triduanæ: quia obſcuri ſunt in corde, & in locutione, & in opere. *Vbi apparet, lucem diuinam, fidemq; minimè lucere illis, qui terreni ſunt, terrenaq; aſpiciunt.*

CXCIX.

S. HIER. *Com. in Ezech. ad illud c. 26. vbi Deus minans Babyloniam: ait:* Cùm dedero te vrbem deſolatam, ſicut Ciuitates, quæ non habitantur, & adduxero ſuper te abyſſum, &c. In nihilum redigã te, & non eris: *intelligens per abyſſum, infernum, ad dubium, quod indè inſurgit: ait,* Tunc redigeris in nihilum, ſiuè peribis in æternum, & vltra non eris, ſecundum illud, quod in alio Pſ. ſcriptum eſt: Dimitte mihi, vt refrigeret prius quam abeam, & amplius non ero. Non quod eſſe deſiſtat, qui in pœnis eſt ſempiternis, ſed quod qui Deo non viuit in ſcripturis ſanctis dicatur non ſubſiſtere. Vndè & Heſter contra idola loquens. Nè tradas, inqnit, ſceptrum tuũ his, qui non ſunt. Vtiq; erant quibus obſecrat nè tradatur, ſed Deo non erant, qui virtutibus, & viuenti Deo eſſe ceſſarent.

CC.

THEODORET. *Com. ibi. ſect. 11. ad eadem verba ſic:* Quod ſi quis hunc locum magis ſecundum ſpiritum velit intelligere, ſic quoq; verã comperiet prophetiam, ſi quis enim quæſierit Tyrum, non inueniet illam priorẽ, illo enim impia fecit, quæ verò poſt illam deſerta floruit

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

ruit,ac pullulauit,pia conſpicitur,diuinæ cognitiocis lumine illuſtrata.

C C I.

HECTOR *Pintus Com.ibi ſic:* Eſt igitur abyſſus aduerſitas acerbiſſima, periculis pleniſſima,& penè ferè intoleranda. In hanc ſignificationem accipitur à Regio Vate in Pſ.41. dicente: Abyſſus abyſſum inuocat in voce cataractarum tuarum,Hoc eſt,calamitas magna alterã ſecundam duxit non minus ingentem calamitatem,in vocem nubium pluuiam vehementem effundentium. Vna afflictio aliam ſecum trahit, te Domino pluente ſuper me calamitates, finis vnius,eſt principium alterius.

C C I I.

THEODORET.*Com.in Ezech. ad illud cap.31.* Ecce Aſſur,quaſi cedrus è libano pulcher, &c. Aquæ nutrierunt illum flumina eius manabant in circuitu radicum eius,& riuos ſuos emiſit ad ligna regionis. *ait:* Aquam,& abyſſum,infinitas gentes ab eo in ſeruitutem radactas appellauit,quas vectigal,& tributum, quaſi quandam irrigationem exercuitui afferentes, veluti arbores quaſdam enutriuit,effecitq; vt eius cœtus .i. ordines militares ad omnia ligna campi mitterētur,hoc eſt ad eos, qui nec dum ſubacti, neq; in ſeruitutem redacti eſſent, vt illi etiam ſubijcerentur. Hoc,inquit ipſi arrogantiæ, & ſuperbiæ cauſa fuit:ab infinitis enim gentibus excipiens irrigationem compropaginibus auctus eſt. *Vbi apparet,tributa, & vectigalia eſſe aquas, quibus exercitus irrigentur, & Reges creſcunt, & magni efficiuntur.*

C C I I I.

HVGO *Card.Poſtil.ibi ſic:* Aquæ nutrierunt illum .i. diuitiæ, ſiuè temporales abundantiæ,quæ nutriunt homines in delitijs, & exaltāt in honoribus. Vndè ſubdit abyſſus exaltauit illum .i. theſaurus multus,quem habuit. Eſai.11. Non eſt finis theſaurorum eius.

C C I V.

HECTOB *Pinto Com.ibi ſic:* Abyſſus eſt aquarū altitudo,& profunditas.Per aquas,& abyſſum intelligit diuitias,& potentiā.Hæ ſunt aquę quibus Aſſur irrigatus creuit, & mirum in modum dilatatus eſt. Hæ duæ res eum extulerunt, & ex ſublimitate in imam profunditatem præcipitarunt,nimirum opum abundantia, & potētia .Solent enim hæc duo intellectum tenebris circunfundere,& errorum, ac vitiorum caligine operire.Eam ob cauſam appellauit ea Ezechiel hoc loco aquas, & abyſſum, ad abyſſum illam alludens,de qua in Gene.ſcriptum legimus.Tenebrę erant ſuper faciem abyſſi. Ac ſi diceret. Tenebræ tegebant immenſam aquarum profunditatem.

C C V.

DIONYS.*Cart.Enar.ibi ſic commentatur:* Deſcribit inſuper magnificentiam Regis Aſſyriorum, ſub metaphora cedri pulcherrimæ. Propter quod ſubditur: Pulcher ramis, & frondibus numeroſus .i. filiorum propagine, atq; exercitus magnitudine decoratus, ſicut cedrus frondibus,ramiſq; ornatur. Excelſuſq; altitudine, .i. regia dignitate. Et inter condenſas frondes .i. bellatorum, & militum exuberante cohortes.Eleuatum eſt cacumen .i.imperium eius ſuper plurimos Reges terræ, quos ſuo ſubiecit dominio. Aquę nutrierūt illum,& abyſſus exaltauit illum .i. diuitiarum abundantia per aquas allata,vel aucta,ſublimauit,ac aluit Principem iſtum.Flumina eius emanabant in circuitu radicum eius .i. opulentia eius, vndiq; circundidit eum,itaq; germinauit, & floruit inſtar arboris, quæ copioſiſſimè irrigatur: Et riuos ſuos miſit ad vniuerſa ligna: .i. de ſua opulentia multos ditauit.*Vbi apparet,Reges non ſolum per Regna, filiorumq; propagatione ſublimari: ſed per diuitias (præcipuè per mare allatas) irrigari; debereq; curare,vt ex ipſis ad alios ditandos promanent.*

Ex Epiſt.Apoſt.

C C V I.

S. IOAN.*Chryſ.homil.18.in Epiſt.Epheſ.5. Ad illud:* Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino: *ait:* Reuocat illis quoq; in memoriam priorem malitiam, quaſi dicat: Cogitate, quod aliquando fueritis vos, & quid facti ſitis. Nè recurratis ergò ad priorem malitiam, neq; contumelia gratiam Dei efficiatis. *Vbi apparet,pœniientibus obijci priorem ſtatum,non eſſe exprobationem ad iniuriam,ſed ad cautelam.*

CCVII.

S. ANSEL.*Com.ibid. reſpondet duobus dubijs hinc inſurgentibus, nimirum, quare eos tenebroſos*

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

antea,& lucidos poſtea: ſed tenebras, & lux dixit eſſe: & quare cùm tenebras dixiſſe abſolutè: (lux) tamen dixit in Domino; Sic enim commentatur: Antè conuerſionem eratis tenebræ, .i. obſcuritas nigredinis peccatorum, & in vobis ipſis, & in alijs prauo exemplo illos excæcando, & in errorem præcipitando. Sed nunc .i. poſtquam ad gratiam acceſſiſtis, facti eſtis lux, ſecundum fidem, & iuſtitiam, & puritatem vitæ, quia lumine, & exemplo veſtræ operationis, & ſcientiæ alios illuminatis. Et hoc non in vobis, ſed in Domino, quia tenebræ fuiſtis in vobis, ſed nunc eſtis lux in Domino, vt qui glorietur, in Domino glorietur. Lux eſtis, ſed lux illuminata, ſicut & oculi noſtri dicuntur lux, ſed illuminata, quia videre non poſſunt, niſi, vel in die Sol luceat, vel in nocte aliquod luminare fulgeat. *Vbi apparet, publicas perſonas ſua mala conuerſatione, & ſibi, & alij eſſe tenebras, & è contrario bona vita: & quod Prælati attendant, tandiù & ſibi, & alijs luces Mūdi eſſe poſſe, quandiù in Domino illuxerint. Et quod malum habemus à nobis, bonum autem à Deo.*

CCVIII.

S. *AVGVSTINVS: ſer. de vigilia Paſch. prout in Compendio Bedæ: ibi ſic:* Et vidit Deus lucem quia bona eſt, & diuiſit Deus inter lucem, & tenebrs, & vocauit Deus lucem diem, & tenebras vocauit noctem. Si ergò Deus vocauit lucem diem, ſine dubio illi, quibus dicit Apoſtolus Paulus: Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, dies erant, quoniam ille, qui iuſſit de tenebris lumē clareſcere, illuminauit eos. Infantes iſti quos cernitis exterius dealbatos, interiuſq; mundatos, qui candore veſtium ſplēdorem mentium præfigurant, cùm peccatorum ſuorum nocte præmerentur, tenebræ fuerunt. Nunc autem, quia mundati ſunt lauacro ſancto indulgentiæ, quia irrigati fonte ſapientiæ, quia perfuſi luce iuſtitiæ, lux ſunt in Dño. Hic eſt dies quem fecit Dñs, exultemus, & lætemur in eo.

CCIX.

N*ICOL. de Gorran. Com. ibi ſic:* Ideſt tenebroſi, per ignorantiam. Sine luce fidei in intellectus. Sine calore charitatis in affectu, ſine colore exempli boni in effectu. Prouerb. 4. Via impiorum tenebroſa.

CCX.

S. *THOM. Com ibi ſic:* Sed notandum eſt, qđ indeterminatè non dicit tenebroſi, ſed tenebræ: quia ſicut quilibet videtur eſſe id, quod principaliter in eo eſt, ſicut tota Ciuitas videtur eſſe Rex: & quod Rex facit, Ciuitas dicitur facere, ita quando peccatum regnat in homine, tunc totus homo dicitur peccatum, & tenebrę. *Vbi apparet, totum hominem denominari à virtute, ſeu vitio, quod committit.*

CCXI.

L*YRA Poſtil. ibi ſic:* Ideſt inuoluti ignorantia tempore Gentilitatis. Et dicit tenebrę in abſtracto, ad deſignandum magnitudinem erroris, ſicut de homine multum largò dicitur, quod eſt ipſa largitas. Quaſi diceret Apoſtol. Non eſt mirum, ſi tunc eratis inuoluti enormibus peccatis. *Vbi apparet, per prædicationē maximæ ignorantiæ tolli admirationem enormium peccatorum.*

CCXII.

D*IDYMVS, prout in glo. ad illud 1. Ioann. 1.* Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ; *ait,* Qui ergò vult habere ſocietatem cum luce, pellat tenebras peccatorum, quia tenebræ cum luce ſocietatem habere non poſſunt.

CCXIII.

B*EDA Com. ibi ſic:* Hac ſententia Beatus Ioan. & diuinæ puritatis excellentiam monſtrat, quam nos quoq; imitare iubemur dicente ipſo: Sancti eſtote quoniam ego Sanctus ſum Dominus Deus veſter: & Manichæorum dogma conuincit inſanum, qui Dei naturam à Principe tenebrarum bello victam, & eſſe vitiatam dicebant. *Vbi Prælati & Prædicatores, qui luces mundi appellantur à Domino, attendant per hoc ad innocētiam vitæ obligari, minimèq; vnquam inſinuari, à Diabolo, peccatiſq; victos ac vitiatos.*

CCXIV.

C*AIET. Com. ibi ſic:* In Euangelio Ioann. Chriſtus hoc docuit, & eſt ſermo de luce non ſenſibilis, ſed intelligibilis ordinis. Ipſe quidem ſolus eſt lux inter omnes ſubſtātias intellectualis ordinis; reliquæ namq; intellectuales ſubſtātiæ ſūt participationes quædā illius lucis. Et ad hanc differentiā ſignificādā, & tenebræ, inquit, in eo nō ſunt vllæ. In reliquis enim intellectualibus ſubſtantijs tenebræ aliquæ ſunt, ſaltem potentialitatis, vt etiam Philoſophi confitentur,

Nos

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

Nos autem propter has tenebras dicimus in eis eſſe tenebras peccatorum, aut ſaltem potentiæ peccandi. In Deo autem, nec peccatorum, nec potentiæ peccandi, nec potentialitatis alicuius tàm in intellectu, quã in natura tenebræ aliquæ ſunt. *Vbi apparet non eſſe mirum, ſi aliquos (qui lucis, & officio & vita ſanctimonia erant) videmus aliquãdo tenebras peccatorum eclypſatas: ſolus enim Deus eſt lux, vbi tenebræ, nec potentialiter eſſe poſſunt. Vndè cæteri ſemper:* Videant nè cadant.

C C X V.

DIONYS. *Cart. Enarr. ibi ſic:* Poteſt illud ſubtiliùs explanari, vt per tenebras intelligatur quæcunq; defectuoſitas, aut imperfectio, à qua nulla creatura inuenitur immunis. Propter quod in Ecclẽs aſſeritur: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. In omni etenim creatura eſt dependentia, qua indeſinenter pendet à creatore, eiuſq; conſeruatione tàm inceſſabiliter eget, qđ nec ad momentum ſine illius manutenentia quæat ſubſiſtere, aut durare, ſed protinus redigeretur in nihilum, ſi relinqueretur à Deo altiſſimo per momentum. Hæc itaq; dependentia eſt defectuoſitas quædam. *Vbi apparet à fortiori, quam vana ſit, & obſcura omnis perfectio, quæ ab homine aliquo habet dependentiam.*

C C X V I.

IVNILIVS *vt in glo. in 1. Ioan. 2. ad illud:* Tenebræ tranſierunt, & verum lumen iam lucet: *ait;* Ideſt corpus poſſibile, & miſeriæ carnis in Chriſto tranſierunt, & verum lumen immortalitatis iam lucet in eo, quo illuminat etiam alios, qui fuerunt vetus homo, & tenebræ, nunc autẽ lux in Domino.

CCXVII.

LYRA *Poſtil. ibi ſic commentatur:* Quia tenebræ .i. figura, & vmbra veteris teſtamenti. Trãſierunt: In paſſione Domini, in cuius ſignum velum templi tunc fuit ſciſſum. Lucæ 23.

CCXVIII.

S. AVGVST. *Lib. 15. de Trinit. Afferens per occaſionem illa verba Apoſt. 1. Cor. 13.* Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: *ait:* Mirificata eſt ſcientia tua ex me. Inualuit, & non potero ad illã. Ex me, quippè intelligo, quam ſit mirabilis, & incomprehẽbilis ſcientia tua, qua me feciſti, quando nec me ipſum comprehendere valeo quem feciſti. Et tamẽ in meditatione mea exardeſcet ignis, vt quæram faciem tuam ſemper. Incorporalem ſubſtantiam ſcio eſſe ſapientiam, & lumen eſſe, in quo videntur, quæ oculis carnalibus non videntur, & tamen vir tantus, tamq; ſpiritalis, videmus nunc, inquit, per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Quale ſit, & quod ſit hoc ſpeculũ, ſi quæramus, profectò illud occurrit, quod in ſpeculo, niſi imago non cernitur. Hoc ergò facere conati ſumus, vt per hãc imaginem, quod nos ſumus quæreremus, & videremus vtcunq; à qua facti ſumus tanquam per ſpeculum. *Vbi apparet, animàm vniuſcuiuſq; noſtrum eſſe ſpeculum, in quo in hac vita Deum videre nobis permittitur.*

C C X I X.

CAET. *Com. ibi ſic:* Et quoniam Paulus vtitur hac viſione, vt opponitur ad viſionem per ſimilitudinem in ænigmate, euidenter conſtat, quod in alio ſenſu vſus eſt Iacob hac viſione, quando dixit; Gene. 32. Vidi Dominum facie ad faciem. Nam conſtat, quod per ſimilitudinẽ viri luctantis cum eo, & cum ignorantia nominis illius vidit Dominum, quod eſt videre per ſpeculum in ænigmate apud Paulũ. Sed Iacob ad ſignificandam excellentiam illius apparationis vſus eſt tali modo loquendi: intendens per Dominum non Deum in ſeipſo, ſed Deum in illo apparente viro, quem virum vidit facie ad faciem. *Vbi apparet, ænigmata aliqua in hac vita viſionis Dei eſſe tam excellentia, quod benè poſſunt dicere, qui illa vident Deum videre iam quaſi in patria facie ad faciem.*

C C X X.

THEODORET. *Com. in Rom. 10. Ad illud;* Nè dixeris in corde tuo, quis aſcendet in cœlum? Ideſt Chriſtum deducere, aut quis deſcendet in abyſſum, hoc eſt Chriſtum à mortuis reuocare? Sed quid dicit Scriptura? Propè eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo: *ait:* Hæc quidẽ de lege dixit Deus vniuerſorũ, docens Iudæos, quod ſine laboribus, eorumq; agenda erant doctrinam ſuſceperunt, & neq; aſcenſu in cœlos, nec deſcenſu ad inferos indigẽt. Propè te enim verbum Dei eſt. Data eſt enim tibi cognitio eorum, quæ ſunt agenda. Diuus autem Apoſtolus ea aſſumpſit ad id, quod de fide tractat, dicens, non oportere de dominica diſpenſatione nimis

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

curioſè inquirere, vel dubitare, quia vnigenitus Dei filius homo factus ſit, & paſſione ſuſcepta Reſurrectionem procurauerit: ſed fructum ſalutis colligere. Propè te enim verbum eſt in corde tuo. *Vbi non parum redarguitur fatuitas illorum, qui cum fides ſit facilis laborent nimia curioſitate ad altiſſimorum myſteriorum ſcrutandas rationes aſcendere, & profunditatem inueſtigãdam ad abyſſus deſcendere. Cælum enim, & abyſſum curioſis sũt, quæ credentibus propè in ore.*

Ex Apocal.

CCXXI.

D. *HAYMON. Com. in Apocal. Ad illa verba c. 6.* Et dicunt montibus, & petris: cadite ſuper nos, & abſcondite nos à facie ſedentis ſuper tronum: *Intelligens de vltimo Iudicio, vel Antichriſti perſecutionibus: ait*: Petent, vel ſuffragia Angelorum, qui ſunt montes eminentiores, & petræ firmitate: vt eorum precibus miſericordiam Iudicis impetrent. *Vbi apparet, Angelos ſanctos montes, & petras eſſe.*

CCXXII.

GLO. *ibid. iterum ſic*: Rogant boni Sanctorum interceſſionibus ſe protegi à facie Dei irati. Iratus dicitur, quando ſuos ſic affligi permittit. Et illá talis tribulatio à Deo permiſſa, quaſi facies irati dicitur. Vel rogant mali dæmones, quos imitati ſunt, vt eos defendant ab ira Iudicis. *Vbi apparet, miſeria impiorum, qui in ſuis tribulationibus, præcipuè vltimis vltimi iudicij, non ad Sanctos, ſicut pij, ſed ad dæmonum auxilium implorandum recurrent.*

CCXXIII.

LYRA *Poſtil. ibi ſic*: Aliter autem exponitur ab aliquibus illud: Et dicunt montibus, &c. Quod per montes, & petras intelligunrur Sancti, qui iam erant in patria, qui dicuntur montes propter ſuam exaltationem ad cœleſtia, & petrę proprer confirmationem in bono, quorum ſuffragia poſtulabant fideles in perſecurione poſiti. Et ſic eſt ſenſus: Et dicunt montibus .i. Sanctis: cadite ſuper nos .i. condeſcendite nobis. Er abſcondite nos .i. protegite nos orationibus veſtris ergà Deum, & Agnum, vt ceſſet à nobis rabies huius perſecutionis. *Vbi apparet, excellentia interceſſionum Sanctorum, quam non ineptè dicimus recommendatam nobis à Chriſto* Domino *in itinere ſuæ ſacratiſſimæ Paſſionis, cum mulieribus ſe plangentibus dixit, tribulationes futuras prædicẽs: Lucæ 3.* Tunc incipient dicere montibus: cadite ſuper nos, & collibus: Operite nos.

CCXXIV.

I*Dem ibid. ſic*: Licet in Deo non cadat ira propriè, dicitur tamen metaphoricè contra aliquos, quando flagellat eos, quia ad modum irati ſe habet. Tamen, quando flagellat electos, hoc facit magis ex ſua benignitate ad augmentum meriti ipſorum, ac premij.

CCXXV.

C*OELIVS Pannon. Collect. ibi ſic*: Erit quidem terribiliſſima dies iudicij pereuntibus, ſed non minus Antichriſti perſecutio amara bonis, quando & Reges, & quiq; Principes, & omnis ordo turbabuntur: ita ut minus, minuſq; ſibi fidentes præſidium quærant fortiorum. Nec tunc deerunt viri, qui inſtar montium, petrarumq; incuſſi permaneant, quorum præſidia inſtanter requirant. Præſidia autem illa non alia, quam conſolationes ſcripturarum in verbo Dei fore ſuſpicor: quandoquidem id ſolum permanebit, dum omne robur carnis vacillabit. *Vbi apparet, nunquam Deum ita peccatores ira ſua infringere, quin viros fortes integros virtute, ac doctrina relinquat ad præſidium fragilium, & percuſſorum: & q; non immeritò Eccleſia in communibus tribulationibus ſermonibus a viris doctis factis, cõſueuit confortare populũ diuinarum ſcripturarum explanatione.*

CCXXVI.

I*Dem ibidem proſequens: ait*, Quod autem dicitur: Et abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira agni: eo ſenſu intelligo, quo dixit Apoſtolus: horrendum eſſe incidere in manus Dei viuentis. Heb. 10. Certum eſt enim Deum immittere extremam tribulationem in Mundo: vt expiet ſcelere mundum, concutiens valido terrore, ac metu omnes: & præparans per hoc corda hominum ad futuram pacem, quæ poſt Antichriſtum erit. Timor namq; expellit peccatum, & qui ſine timore eſt, iuſtificari non poteſt, vt ſcriptura ait: Diù enim memoria huius mali ſeruabit innocentiam in cordibus hominũ. *Vbi apparet, maximas tribulationes immiſſas à Deus, eſſe ad præparandum nos ad aliquam magnã, & futuram pacem, & quod tandiù innocentia,*

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

quæ acquiritur per tribulationes, durat in corde: quandiù ipſa tribulatio paſſa, durat in memoria.

CCXXVII.

BEDA *Expoſit. ibi ſic commentatur*; Et dicent montibus, & petris: cadite ſuper nos: Cũ infirmiores quiq; tunc præcelſorum in Eccleſia roborari exemplis, conſilijs muniri, protegi monitis, & precibus quærunt obumbrari, quaſi ipſi ſuper ſe montes per affectum compaſſionis cadere deprecantur. *Vbi apparet, non mirum, ſi in communibus tribulationibus fideles recurrunt ad Prælatos, & Religioſos, eorum exemplo, monitiſq; pœnitentias agendo, & ſacrificijs, orationibuſq; taliũ à facie iræ Dei ſe abſcondere nitentes: Concludit autem ſic:* Et abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronum, & Agni: vt nos .ſ. non reprobos, ſed in fide ſtabiles venturus inueniat, peccatis noſtris Sanctorum interceſſu, & Dei miſeratione contectis. *Addatur illud Abb. Ioachim, expoſit. ibi. par. 2. tex. 15.* Poſſumus tamen per ſpeluncas accipere ſecreta, quæ reſidua erunt, monachorum cubicula: per petras verò montium ſpirituales viros fidei perfectione robuſtos: ad quos confugient multi pœnitentiam accepturi.

CCXXVIII.

I*Dem ibidem deducens expoſitionem huius ſententiæ ab illo verbo vndè incipit:* Et Reges terræ, & Principes, & Tribuni, &c. *ait:* Quod ſi hunc terræmotum iuxta litteram, ad ipſum diem iudicij referas: non eſt mirum, ſi Reges terreni, & Principes Sanctorum tunc montium pauidi refugia quærant. Sicut in diuite purpurato, & paupere Lazaro iam factum legimus. *Vbi apparet, inter alta digna viſu in extremo iudicio eſſe ſingulare videre Reges, & potentes refugia quærere à pauperibus bonis, quos hic dexpexerunt.*

CCXXIX.

A*NDR. Cæſar. Cappad. Com. ibi ſic:* Cœterum Reges terræ ij hoc loco dici videntur, quorum ſtudium, & dominium circa terram præcipuè occupatur: nihilq; commune cum cœlo habent. *Vbi apparet, in diuino iudicio minimè formidare debere Reges, & Principes qui etiam ſi terrena poſſideant, tamen cœlo communicant.*

CCXXX.

R*VPER. Abb. Com. ibi: Intelligens hoc prædictum de Iudeis, & confidentibus in Sanctis antiquis Patribus: quorum zelo nitebantur impugnare Chriſtum, & cooperire eius necem: ait:* Fruſtrà dicebant montibus, & petris, cadite ſuper nos, & abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira Agni. Fruſtrà, inquam, abſcondebantur in montibus, & in cauernis petrarum. Fruſtrà nihilominus ſpem habebant in Abraham, Iſac: & Iacob. Moſe quoq; & cæteris Patribus, atq; Prophetis, montibus vtiq; magnis, & viuẽtibus petris. Nã illi non eos tunc protegebant, imò magis accuſabant. Manifeſtè quippè illis Dominus de Moſe dicit Ioan. 5. Eſt qui vos accuſet Moſes, in quo ſperatis.

CCXXXI.

D*HAYM. Com. ibi: Ad illud cap. 9.* Vidi ſtellã deſcendentem de cœlo, & data eſt illi clauis putei abyſſi: *ait:* Per puteum hæretiti intelliguntur, qui ſua praua doctrina, & profunda, homines in ima terræ demergant. Cuius putei abyſſi, poteſtas intelligitur diaboli, qui dominatur hæreticis, paganis, & cœteris infidelibus. Legimus .n. quod .B. Petro datæ ſunt claues .i. poteſtas ligandi, & ſoluendi, ita ergò hoc loco, clauis, quæ data eſt diabolo, potentia intelligitur, quam exercet in reprobos, quæ illi data eſſe dicitur, propter hoc, quod non eſt ablata, ſicut induratum eſt cor Pharaonis, ideſt non emollitum.

CCXXXII.

I*Dem ibid. ſic:* Per clauem poſſumus intelligere potentiam carnalem, ideſt Reges, & Principes huius ſæculi, quos ſibi coniungebant hæretici, quia non auderent tanta & talia loqui, ni eſſent temporali fulti potentia.

CCXXXIII.

S*AMBR. Com. ibid. ad ſupradicta verba: ſic ait* Per clauem, liberum arbitriũ hęreticorũ, quod habuerunt in malo, deſignatur: per abyſsũ verò, corda eorum: per puteum autem eorum ora deſignantur: Data eſt igitur hæreticis clauis putei abyſſi, quia permiſit Deus hæreſes eſſe, ſicut dicit Apoſtol. Pau. 1. Cor. 11. Oportet hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant inter vos. Et aperuit puteum abyſſi ſtella, quæ de cœlo cecidit, puteum abyſſi aperuit, quia hæretici ad proferenda mala, quæ in cordibus eorũ latebant, ora ſua aperuerunt. *Vbi apparet, hæreſim non poſſe latere vbi datur libertas, quin ad publicũ, &c. Si latet aliquando eſt, quia exire non permittitur.*

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

tur. Vndè non paruum ſignum eſt animi fidelis, in libertate non loqui contra fidem.

CCXXXIV.

COELIVS *Pannonius vbi ſup. ſic:* Quid aliud hoc loco per puteum abyſſi, niſi iniquorũ corda ſignantur? quæ & errorum tenebris plena ſunt, atq; ideò obſcura: ſicut ſcriptum eſt: Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, Gene. 1. & immenſitatibus nequitiarum referta, quaſi quibuſdam fluctuum voluminibus, quæ modo in ſe ſe colligantur: modo diffundantur: modo collidãtur. Hæc abyſſus ſapientiã Dei Patris non agnoſcit, ſicut ſcriptum eſt: Abyſſus dicit, non eſt in me. Iob 28. *Vbi apparet, in cadibus iniquo ſolum ſcientiam ſatanicam inueniri.*

CCXXXV.

IDem *ibidem ſic:* Per puteum abyſſi poſſunt intelligi ipſi Prædicatores errorum, per quos Satanas iniquitatis ſuæ venena diffundit. Si.n. os abyſſi puteus eſt, rectè illi deſignantur per puteum, qui falſa docere probantur, quorum aquæ dogmata falſa ſunt. Porrò quid clauis eſt, niſi poteſtas, qua valeat id malignus ille efficere, quod deſtinauit in corde. Nec ab alio datam putãdum quam ab ipſo Deo, ſic vt permitteret talia exerceri: certùm enim eſt, niſi vellet nullo vnquam modo fierẽt aliqua. *Vbi apparet, ad Deũ eſſe recurrendum in perſecutionibus hæreſum, vt illos cobibeat iniquos, quibus clauem putei abyſſi permittit.*

CCXXXVI.

GLO. *ibi ſic:* Abyſſus .i. tenebroſi. Puteus .i. profundiores hæretici, quia alios mergunt prauis ſententijs. In hos clauem .i. poteſtatem accipere dicitur, quia tunc non ſicut modo à Deo refrenabitur. Vel clauis illa Principes, per quos hæretici operabantur. *Addatur illud Lyra intelligẽns de Valente Imperatore (quem Angelum, & ſtellam cadentem vocari dicit) & ait ſic:* Et data eſt poteſtas releuandi, & exaltandi hæreſim Arrij condemnatam. Nam per poteſtatem imperialem miſit Sacerdotes Arrianos ad inficiẽdum populos multos. *Vbi apparet, gloria illarum Prouinciarum, in quibus viget Sanct. Inquiſitionis Tribunal, per id .n. clauis abyſſi, à diabolo tollitur.*

CCXXXVII.

HVGO *Card. Poſtil. ibi, intelligens per ſtellam cadentem diabolum, cætera ſic exponit:* Per puteum ſignificatur Antichriſtus, qui erit profundus per aſtutiam: tenebroſus per malitiam. Dan. 8. Cùm creuerint iniquitates, cõſurget Rex impudens facie: & intelligens propoſitiones, & roborabitur fortitudo eius: ſed non in viribus ſuis: & ſupra quod credi poteſt vniuerſa vaſtabit, & proſperabitur. Secundũ hoc ſic exponitur. Data eſt ei clauis putei abyſſi, .i. reuelatio Antichriſti. *Vbi apparet, ratio non contemnenda, quare Chriſtus Dominus toties prohibebat dæmonibus prædicare ipſum eſſe Chriſtum, nimirum, quia, vt iniquo, ipſi datum eſt reuelare mundo, & notum facere Antichriſtum.*

CCXXXVIII.

ABB. *Ioachim Expoſit. in Apocal. par. 3. tex 1. Ad illa verba cap. 9.* Et aperuit puteum abyſſi, & aſcẽdit fumus putei, ſicut fumus fornacis magnæ: *intelligens per Cælum ſcripturam ſacram; per abyſſum humanam ſcientiam: ait ſic:* Nimirum vt de cœlo luminaria; ita de abyſſi puteo fumus tenebroſus aſcendit. Si enim (vt iam dixiſſe me recolo) totius ſcripturæ ſacræ volumen: de quo procedit vera ſapientia: quæ eſt lumẽ humanarum mentium: & ſplendor ſpiritualium oculorũ deſignatur in cœlo: quid in puteo abyſſi: niſi profunditas quædam humanæ ſapientiæ: ſi tamen ſapientia, & non ignorantia dicenda eſt: vepotè de qua procedit fumus erroris.

CCXXXIX.

ABB. *Ioachim ibi: Ad eadem verba: ait ſic:* Quis fuerit miſer iſte: aut vndè ſurrexit; qui clauſum quondam abyſſi puteum aperuit: neſcio: Deus ſit: clericum tamen fuiſſe: & imbutũ ſcientia litterarum: ex huius textus lectione apparet. Accepit autem quicunq; fuit ille: clauem ſcientiæ praui dogmatis: haud dubium, quod à patre mendacij poteſtatem .ſ. inueſtignndi profunda ſapientiæ: non Dei: ſed mundi huius: quam perdidit: & perdet Deus in manu patuulorum ſuorum ad euacuandum ſcandalum crucis: quod poſitum eſt in ſignum, & ſalutem credentium. *Vbi apparet, quam iuſtè clericis prohibentur humanę & prophanæ ſcientiæ, nam ſi hæc duo ſimul coniungantur, non poſſunt non oriri in Eccleſia hæreſes, & errores.*

CCXL.

S. AVG. *Hom. 6. in Apoc. ſupradicta verba ſic exponit:* Ergò ſtella cecidit de cœlo, ideſt, populus

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

pulus peccator de Eccleſia. Et accepit clauem putei abyſſi, ideſt poteſtatem cordis ſui, vt aperiat cor ſuum, in quo diabolus delegatus non compeſcatur, vt faciat volũtatem ſuam. Et aperuit puteum abyſſi, ideſt cor ſuum ſine albo pudore peccãdi. *Vbi apparet, hæreſim ſequi, & libertatem peccandi, & inuerecundam peccati iactantiã.*

CCXLI.

BEDA: *Com. ibi. ad eadem verba: ait ſic:* Antiquus quippè hoſtis, quem Dominus vidit, quaſi fulgur de cœlo cadentem, blaſpemo dogmate corda ſuorum aperuit, eoſq; quaſi ſumum alta petere, iniquitatem in excelſum loqui perdocuit: *Et coniungens ſequentia ibi verba:* Et obſcuratus eſt Sol, & aer de fumo putei: *ait ſic:* Hęretica cum feruet inſania, non imbecilliores tãtum, qui aetis inſtar, terrę quodammodo, cœliq; confinia tangunt, ſed excelſorum quoq; lumen obſcurare laborans, non tamen extinguere valens. In errorem inducentur, ſi fieri poteſt etiam electi. *Vbi apparet, quod & ſi hæreſis, vt ſuperba, adusq; electos contendat, eoſq; obſcurare laboret: non tamen extinguet.*

CCXLII.

GLO. *Moraliter ibi comment. ſic:* Et vidi ſtellam, ideſt Epiſcopum malum, qui ſtella dicitur ratione officij, vt habetur ſupra primo capit. Stellæ ſeptem Angeli ſunt Eccleſiarum, ideſt Epiſcopi. De cœlo cecidiſſe: Per terrenorũ cupiditatem. Et data eſt illi clauis abyſſi: quia permittitur ei abuti poteſtate Epiſcopali. Et aperuit puteum abyſſi: aperiendo viam ſimoniæ, quæ eſt abyſſus culpæ. Et aſcendit fumus .ſ. infamiæ. Et obſcuratus eſt Sol .i. Chriſtus, in quẽ quodammodo iſte fumus redundat. Nam homines aliquando murmurant contra eum, eo quod permiſit talem Prælatum promoueri.

CCXLIII.

RVPER. *Abb.* Com. *ibi Ad eadem verba; intelligens dictum non ſolum de hæreſi: ſed etiam de idolatria: ait ſic:* Data eſt illi clauis abyſſi, ideſt permiſſa eſt poteſtas, ſiuè facultas angelo illi, q in veritate non ſtetit, omnis mendacij fundamẽtum nullum habentis, nec enim alicui rei innititur exiſtenti. Idcircò benè mendacium, quod loquitur ex proprijs, & cuius pater eſt, puteus abyſſi dicitur, videlicet infinitæ profunditatis: quia, ſicut iam dictum eſt, rerũ exiſtentium fundamentum non habet, nihilq; ei ſubeſt, loquitur enim, quod non eſt. Hunc talem puteum abyſſi aperuit miſeris loquens hominibus, & dicens, ſe Deum eſſe. Aſcendit, inquam, v. 3. ĉt vſq; ad ſapiẽtes ſæculi, quos obſcutauit. De quibus Apoſtolus Rom. 1. dicit: Sed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. *Et poſt pauca ſic:* Sicut fumus nonniſi ex ſubiacente igne fit, ſic nonniſi ex præcedente cauſa cupiditatis, ſiuè concupiſcentiæ naſcitur cœcitas mẽtis, ſiuè obſcuratio cordis inſipiẽtis.

CCXLIV.

COELIVS *Pannonius, vbi ſup. Ad illud eiuſdem cap. de illis locuſtis:* Et habebant ſuper ſe Regem abyſſi, cui nomen Hebraicè Abadon. Gręcè autem, Apollyon; & Latinè habens nomen exterminans: *ait,* Sed vide, quia Regis huius triplici lingua poſitum eſt nomẽ, & veri Regis noſtri ſimiliter. Sic enim Ioannis in Euangelio de eo legis: Scripſit autem & titulũ Pilatus, & poſuit ſuper Crucem. Erat autem ſcriptum: Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum. Hebraicè, Græcè, & Latinè, Ioann. 19. Qui quam diuerſiſſimi ſint ad inuicem, ipſa nominis prodit interpretatio. Hic enim, vt plenè habes exterminator eſt. At Ieſus Saluator eſt: qui ſaluare nouit, non perdere. *Et poſt pauca ſic:* Quam miſerum eſt habere hunc Regem ſupra ſe, ſeruire ei pro libito, qui in impijs regnat, qui ſunt quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt. Eſa. 57. *Addatur illud Ruper. Abb. Com. ibi:* Angelus iſte abyſſi contrarius eſt Angelo magni conſilij: Rex contrarius Regi, Rex filiotum ſupetbiæ, aduerſus, vel oppoſitus Regi filiorum ſapientiæ. Nam & ſcriptura nominis huius, & ſcriptura nominis illius Hæbraicè, Græcè, Latinè depoſita, illum malum, illum bonum omnibus gentibus agnoſcendum prædicat. *Vbi apparet, non minus neceſſariam ſcientiam mali, quam boni.*

CCXLV.

RICARDVS, *pro vt in Gloſ. ſic;* Angelus abyſſi diabolus eſt, qui eſt rex, & princeps ſuper profunditatem, & obſcuritatem totius peccati, qui propterea ſub triplici littera deſcribitur, & Sancta Eccleſia vbiq; terrarum diffuſa quacunq; littera vtatur, verſutias diaboli in eius fraudulentibus ſatellitibus cauere doceatur. *Addatur illud Andreæ Cæſarij Cap. Com. ibi:* Ab hoc

ca-

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

cauete vobis Hebræi, Græci, & Latini, omnis Eccleſia. Quia Chriſti Euangelium aliqua harũ trium linguarum eſt ſcriptum, & receptum: *Et illud S.Tho.Com.ibi:* Vt in omni lingua verſutia diaboli vitetur, & præcipuè, quia in triplici lingua Euangelica doctrina ſcripta eſt. Mat. enim lingua Hebraica Lucas, & Ioan. in Græca. Marcus verò ſcripſit in Latina. In omni igitur lingua nomen diaboli ſignificat exterminans.

CCXLVI.

L*YRA Poſtil.ibi ſic*: Ad cuius intellectum ſciẽdum, quod ſecundum Dionyſiũ in dæmonibus naturalia remanſerunt integra, & per cõſequens remanſerunt in eis ordines diſtincti, prout ſequuntur diſtinctionem naturæ. Tenetur autem communiter à Doctoribus, quod aliqui ceciderunt de ſingulis ordinibus, & ſic nomina ſingulorum dæmonum remanent in dæmonibus. Primus autem ordo inferioris Hierarchiæ nominatur ordo Principatuum, qui præſunt diuerſis Regnis. Et ſicut Angeli ſancti promouent diuerſa regna ſibi commiſſa ad bonum, ſic per oppoſitum ſunt angeli mali ea impellentes ad malum. Igitur de angelo malo præſidente regna Vandalorum dicitur hic. Et habebant ſuper ſe Regem angelum abyſſi, compellentes eos ad vaſtationem bonorũ. *Vbi apparet, ſignũ, quo poſſumus coniecturari, an Angelus bonus, anvè malus alicui dominetur Regna, nempè ſi boni deuaſtentur, & impij conſeruentur, & è contra; & etiam noto paruũ erga Deum principatus æſtimationem, cæterorumq; bonorum naturalium, quæ etiam in impijs, & dæmonibus remanere permittuntur.*

CCXLVII.

G*LO.ibi, poſtquam expoſuit maximam potentiã, qua locuſtæ illæ, per quas hæretici deſignantur Eccleſiam deuaſtarunt: ait:* Oſtenſo quales in ſe ſint, monſtrat, per quem hæc poſſunt dicens: Et habebant ſuper ſe angelum abyſſi. *Vbi apparet, impios, cum nihil ſint, feroces tamen eſſe poteſtate diaboli, vndè ſuper eos remanet diuina potentia, quæ ſemper eſt imploranda.*

CCXLVIII.

B*EDA Com. ibi ſic:* Deus ſummè bone licet occultis, iuſtis tamen iudicijs, congruum talibus Angelum præeſſe permiſit.

CCXLIX.

A*BB. Ioachim Expoſit. ibi, Ad illud cap. 11.* Et cũ finierint teſtimonium ſuum: beſtia quæ aſcendit de abyſſo faciet contra eos bellum. & vincet illos, & occidet illos: *ait:* Occidentur ergò Sancti ad mandatum ipſius: ſecundum quod ad præceptum Neronis occiſi ſunt Principes Apoſtolorum. Notandum verò, quod ait. Cùm finierint teſtimonium ſuum. Non enim quando vult diabolus poteſtatem accipit ſuper iuſtos: exterminare de terra eos, qui annuntiant verba vitæ: ſed quando vult eos vocare Dominus de præſenti ſeculo, nequam vt reddat illis mercedis premiũ pro laboribus ſuis. *Vbi etiam aduertatur, quod quandiù mali parcunt bonis, non eſt attribuendum impiorum beneuolentiæ, ſed diuinæ diſpoſitioni. Addatur illud Cæl. Pannon. Col. ibi ſic.* Sic Ioan. Baptiſta non potuit extingui ab Hærode, dummodò ſuo teſtimonio perfungeretur. Sic nec Sanctus Sanctorum Dominus Ieſus. Ideò dicebat: Tempus meum nondum venit. Ioan. 7. Et in horto dum caperetur dixit: Quum quotidiè fuerim vobiſcum in templo, non extendiſtis manus in me. Sed hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum, Luc. 22. Et ſic manus iniecerunt in eũ, & tenuerunt eum. Item cùm diceretur ei, à quibuſdam: Exi, & vade hinc, quia Herodes vult te occidere: ait illis: Ite dicite vulpi illi: Ecce eijcio dæmonia, & ſanitates pficio hodie, & cras, & ſequenti die ambulare, quia non capit Prophetam perire extra Hieruſalem, Luc. 13.

CCL.

H*VGO Card. Poſtil. ibi, intelligens hic deſcribi aduentum Antichriſti: commentatur ſic:* Beſtia .i. Antichriſtus. Quæ aſcendit: Apicẽ regni. De abyſſo, .i. de vilitate tribus & generis. Et per hoc notatur, quod de fornicatione naſcetur.

CCLI.

S. *THO.Com. ibi ſic commentatur:* Beſtia .i. Antichriſtus ferox, & malus, & immiſericors, vt beſtia. Quæ aſcendet de Abyſſo. Glo. 1. per tenebroſos exaltabitur ad regnum. *Vbi apparet, inter maximas infamias computari ad Prælaturas exaltari per impios.*

CCLII.

D*IONYS. Cart. Enar. ibi ſic comm.* Beſtia .i. Antichriſtus irrationabiliſſimus blaſphemus, & ferox, de qua in Dan. plurima leguntur: Quæ aſcendet de abyſſo .i. de tenebroſo ſuo latibulo, quo ſe bonum, & iuſtum ſimulabit, vtpotè de

cal-

Et tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.

calliditate ſua,atq; hypocriſi. *Vbi apparet, hypocriſim, eſſe abyſſum*. Qui intueris abyſſos.Dan.3.

CCLIII.

S. *AMBR.Com.in Apocal.ad illud cap.20*. Et vidi Angelum deſcendentem de cœlo, habentem clauem abyſſi, & catenam magnam in manu ſua. Et apprehendit draconem ſerpentem antiquum,qui eſt diabolus,& ſatanas,& ligauit: *ait*:Tres ſunt damnationes diaboli. Damnatus eſt primum,quãdo de cœleſti beatitudine propter iniquitatem ſuam,eſt deiectus. De ſecũda, hic Apoſtolus loqui, incipit, quando per mortẽ Chriſti genus humanum de poteſtate eius eſt ereptum,& in abyſſum eſt ipſe relegatus.Tertia eius damnatio erit, quando in infernum cum omnibus impijs in æternum cruciandus demergetur.Itaq; Angelus iſte Chriſtum ſignificat,cuius deſcenſio de cœlo eſt incarnatio. Clauem abyſſi .i. inferni ipſe poſſidet, quia ab ingreſſu eius,quos vult retrahit, & quos vult in eius dãmnationem cadere iuſtè permittit.

CCLIV.

GLO.*ibi ſic*: Abyſſus tenebroſa corda impiorum,vel ipſe Diabolus,quos Dominus ſęuire permitttit,& refrenat.

CCLV.

LYRA *Poſtil.ibi ſic*: Exponunt aliqui de Calixto Papa,& Henrico Imperatore huius nominis,Quinto,qui cogente eum Papa ſub interiectione anathematis, renunciauit conſuetudini, qua vſi fuerant Imperatores .ſ. inueſtiendi Epiſcopos,& Abbates per baculum,& anulum, per trecentos annos,& amplius .ſ. à tempore Caroli Magni, quæ poteſtas ei conceſſa fuerat ab Adriano Papa, in Concil. Rom. celebrato, vt habetur in Chronic.Sigisberti. Et ſic exponunt hanc litteram.Et vidi Angelum .i. Papam Calixtum.Habentem clauem abyſſi .i. poteſtatem excommunicandi, qua ſegregatur quis à conſortio fidelium.Et catenam magnã in manu ſua .i. multitudinem Cardinalium, & Prælatorum in hoc facto ſibi aſſiſtentium. Et apprehendit draconem .i. Romanum Imperatorem. Et ligauit eum.Per cenſuram Eccleſiaſticam,nè amplius dicto modo vſurparet ſibi Eccleſiaſticã iuriſdictionem.

CCLVI.

BEDA *Expoſit.ibi extendens ſe vſq; ad illud*: Et miſit eum in abyſſum:*ait*: In corda vtique populi perſecutoris.Non quia ibi diabolus antè non erat, ſed quia excluſus à credentibus amplius cœpit impios poſſidere, qui non ſolum alienantur à Deo, verum etiam gratis oderunt ſeruientes Deo. Quod & Dominus viſibiliter oſtendit,cùm eum de hominibus in porcos excluderet.*Vbi apparet,diabolum eò amplius poſſidere impios,quò magis exclud[i]tur à pijs.Addatur illud S.Tho.Com.ibi*: Et miſit in abyſſum .i. in corda infidelium, vbi eiectus à fidelibus atrocius dominatur.

CCLVII.

DIONY.*Cart.tenens idem:ad illud*: Catenam magnam in manu ſua: *ait*: Catena iſta, quam habet in poteſtate ſua Saluator, eſt multitudo electorum ſuorum ſibi inuicem inſtar anſarum per charitatem,ordinem,gradus,atq;officia pulchrè connexa.

CCLVIII.

S. THO.*Com.ibi ſic*: Crux etiam dicitur clauis, quæ aperuit Paradiſum. & clauſit infernum Iſa.22. Dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius,& aperiet paradiſum .ſ.& non erit, qui claudat,& claudet infernum,& non erit,qui aperiat.

CCLIX.

IDem *ibid.ſic*:Et catenam magnam.Glo.1.ineuitabilem potentiam.qua omnia, & omnes conſtringit.In manu ſua,etiam cruci affixa,licet tunc non appareret. Vndè Abach.3. Cornua in manibus eius ibi abſcõdita eſt fortitudo eius ante faciem eius ibit mors .i. diabolus, quem non latuit virtus diuina,quoniam victum religauit eum.

Finis Septimi Textus.

Et

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

I.

SAMBROSIVS *Hexam.lib.1.cap.8.reprobat opinionem multorum aſſerentium per tenebras debere intelligi dæmones, ex eo, quod dicitur S.S ſuprr aquas ambulaſſe:& ait:* Siuè Spiritus Sanctus ferebatur ſuper aquas,tenebræ contrariatum virtutum ſuper eas eſſe non poterant,vbi locum ſibi tanta gratia vēdicabat. *Et poſt pauca ſic:*Vbi igitur tenebrę nequitiarum ſpiritualium locum habere potuerunt, cum Auguſtæ huius decorem figuræ,Mundus indueret.

II.

S.THO. *in 2.ſent. diſtinct.1.in prolog. Reſpondet cuidam dubio hic communiter excitato. Nimirum, quare ſtatim poſt ſupra poſitam in ſumma Mundi creationis narrationem antequā eius diſtinctio,& ornatus deſcriberetur, mentionem fecerit de Spiritu Sancto? Videlicet, vt oſtenderet Deum non ex neceſſitate,ſed ex amore,& voluntatis beneuolētia omnia creauerit. Nam ſcribens Angelic. Doctor contra illos,qui negabant S.S.dicit:*Iſtum Spiritum negauerunt,qui poſueruntDeum produxiſſe res ex neceſſitate naturæ,& non ex liberalitate voluntatis: Contra quos dicit Dionyſius de Diuinis Nominibus cap. 4. quod diuinus amor non permiſit eum,ſine germine eſſe. *Vbi patet,quod magis obligamur Deo per Spiritus Sanct.cognitionē, quam per Patris,& Filij,ſiquidem cum per Patris, & Filij cognitionem,didiſcimus potentiā, qua creatus fuit vniuerſus; per Spiritum Sanctum certi facti ſumus de beneuolentia, & amore, ex quo ipſa opera proceſſerunt. Ad confirmationem ante hæc præmittit Angelicus hæc verba:* Et ideò Auguſt.1. de doctr. Chriſt.cap.32.dicit,quod in quātum bonus eſt, ſumus. *Vbi patet, nos per Spiritum Sanctum præcipuè eſſe.*

III.

RVPER. *Abb.lib.1.de glorificat.Trin.& proceſſ. S.S.cap.1. Reſpondet cuidam dubio hinc inſurgenti. Nimirum,quare cùm opera Patris,& Filij proponantur de præterito,ſcilicet(In principio creauit Deus cœlum,& terram) opus tamen Spiritus Sancti de imperfecto) per quod in diuina ſcriptura deſignatur,æternitas) nempè (ferebatur)nobis inſinuauerit? Reſpondet autem,ideò,quia tàm opera creationis,quę Patri attribuūtur,quā reparationis, quæ per Filium operata ſunt, finem habuerunt. De primo enim dicitur Gene.cap.2.* Requieuit Deus ab omni opere. *De ſecundo,idem Chriſtus Dominus Ioan.16.*Cōſummatum eſt: *opera autem, quæ Spiritui Sancto attribuuntur, ſcilicet iuſtificatio hominum vſq; ad finem ſæculi durabit. Hæc ſunt eius in concluſione verba:* A ſanctificatione verò creaturæ rationalis(quod opus per Spiritum Sanctum fit) nondū Pater,aut Filius requieuit,nondum ceſſauit. *Sed notentur præmiſſa. Facit Sanctus Abbas hanc quæſtionem notans, quod cum Chriſtus dominus loquetur. de ſe dixerit de præterito:* Ego à Patre proceſſi:*de Spiritu Sancto dicens,ſic ait de præſenti:*Paraclitus autem Spiritus,qui à me procedit*: Et in primis dicit hæc verba cap.13.indè enim incipit ſuū diſcurſum*: Vndè ſumptam putas verbi, ſiuè vocabuli huius authoritatem, niſi ex hoc eodem capite libri; quia ſic dictum eſt: Et ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas? Quidnā ferri ſuper aquas,niſi iam procedere erat? *Decurrens deindè ad ſuprapoſitam reſponſionem dicit ſic:* Proceſſio, eſt ſolennis egreſſio perſonarum maximè ſpectabilium, non ſine quadam grauitatis feſtiuitate ſuam præſentiam exhibentium,taliter,vt venerationem quoq;dignè mereantur à conſpectu plebeium, magna(vt ſæpè fit) cum iucunditate occurrentium, magno cum gaudio deducentiū. Et noſtrum quidem procedere, qui locales ſumus,eſt proficiſci de loco ad locum: diuinitatis verò localis non eſt, licet interdum locus illi aſcribatur: exempli gratia, cum dicit quiſpiam Gene.28.Dominus eſt in loco iſto,&c. Eſt autē proceſſio diuinitatis,affectus mirandi operis,vndè ſic perpenditur,ſic mente conſpicitur,maieſtas tantæ dominationis, ſicut ex facie cognoſcitur dignitas hominis reuerendi veneraliter procedentis. *Quæ ſuprapoſita doctrina, poſtquam introducit Patrem procedentem,magnificeq; ſe oſtētantem per opera creationis vſq; ad ſeptimum diem, quo ceſſauit:& Filium ab inſtanti conceptionis, vndè proceſſit,tanquam ſponſus de thalamo ſuo vſq; ad Crucem vbi opus ſuum conſummauit: oſtentat Spiritum Sanctum vſq; ad finem ſæculi iuſtificando, & ſan-*

Digitized by Google

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

ſanctificando: & dicit ſuprapoſita verba. Vbi apparet, Spiritus Sancti proceſſiones, & feſtiuitates eſſe perpetuas, neq; mirum, ſi quotidiè nouos Sanctos in Eccleſia, quaſi feſtiuè, & proceſſionaliter egredi videmus: eſt enim proceſſio Spiritus Sancti, qui ferebatur ſuper aquas, procedit ſine termino homines iuſtificando, & ſanctificando.

I V.

PROCOP. *Abbas Commentar. in Geneſ. Poſtquam per abyſſum totam ſubijcientem, & occupantem terram, ac ei ſuper eminentem dæmones à cœlo in terram cadentes intellexiſſe: dicit fuiſſe aliquos: hic ſpiritum Dei ſuper ipſas aquas abyſſi ſuperlatum eoſdem intelligere dicit, non Spiritum Sanctum, ſed ſpiritualem Angelicam naturam: ſic enim dicit:* Sunt qui intelligant ſub ditione, ſpiritus, ſanctas potentias, & virtutes quemadmodum ſub voce abyſſus capi voluere contraias, quibus præeſt caligo, nempè diabolus. *Vbi apparet, diuina circa nos prouidentia, quæ, ſicut dæmonia tanquam exercitus cum & ſub ſuo duce diabolo in terram cæciderunt, ſuper eos etiam emiſit Angelorum ſuorũ exercitus, virtuteſq; ac poteſtates ſanctas, quæ ſuper ferri ſcribuntur, eoſq; cohibeant, nè nobis noceant præcipuè fideles ſecundum illud Apoc. 1. de Michaele cœleſtis exercitus Principe:* Et clamauit voce magna quatuor Angelis, quibus datum eſt nocere terræ, & mari, dicens, Nolite nocere terræ, & mari, neq; arboribus, &c.

V.

PAVLVS *Burg. Add. glo. in 1. cap. Gene. Reprobat illos, qui dicunt, hunc locum non debere intelligi de Sancto Spiritu tertia Sanct. Trin. perſona; ſed de Aeris Elemento: dicebant enim, quod Moyſes ſtatim à principio voluerit omnia inſinuare Elementa; nam nominatis cœlo, terra, cum dixit: Creauit Deus Cœlum, & terram; & aqua cum dixit: Super faciem abyſſi: & igne, cum præmiſit: Et tenebræ erãt, per oppoſitum (dicunt intellecto) reſtabat vt aer nominaretur. Vndè addit dicens: Spiritus Dei, &c. Quos, inquàm, impugnat inter cætera dicens ſequentia verba:* Secundum hanc poſitionem nulla eſſet ratio propter quam aer, qui dicitur, Spiritus, magis appropriaretur ſic Deo, vt nominaretur ſpiritus Domini, quam elementum terræ, ſeù aquæ vel ignis: quorum nullum in hoc loco tali modo nominatur, vt dicatur; aqua Domini, terra Domini. *Vbi apparet, non eſſe vulgaria, neq; eiuſdem ordinis, quæ peculiari vocabulo Domino appropriãtur. Vndè non parum elucet excellentia Sanctiſſimi Fundatoris Oordinis Prædicatorum. Qui inter omnes Sanctos, Dominicus vocatur.*

V I.

INCOGNITVS *Expoſ. Pſ. 31. Ad illum verſum:* Lætamini in Domino, &c. *Per digreſſionem aſſignat quandam ſpiritualem rationem, quare Spiritus ſanctus ſuper aquas apparuerit: ait enim ſic:* Dicunt naturales, quod quamuis noſter corporalis oculus clarè Solem videre non poſſit propter ſuæ claritatis excellentiam, tamen ſi accipiatur ſpeculum clarum, & ponatur in aqua clara, lucente Sole, tunc videtur Sol triplicatus .ſ. vnus ex cœlo, qui eſt fons luminis, vnus in ſpeculo, qui generatur à primo, & tertius in aqua, qui generatur ab vtroq;. ſic ſpiritualiter debes facere, ſi hic in cognitione Dei vis gloriari. *Et poſt pauca proſequitur ſic:* Si igitur hic Deum vis cognoſcere, pone ſpeculum in aqua, vt .ſ. ſit anima tua in ſtatu gratiæ. Et tũc videre poteris Solem triplicatum, ideſt Deum in tribus perſonis ſuppoſitatum. Tunc enim videbis vnum Solem in cœlo, ideſt perſonam, Patris. Cùm enim cœlum inter omnia ſit maximum habet indicare potentiam ſui creatoris, quæ Patri appropriatur. Cœli enarrant gloriam Dei, &c. Videbis alium Solem in ſpeculo, ideſt perſonam Verbi in humanitate aſſumpta. Conſequenter videbis alium Solem in aqua, ideſt perſonam Spiritus Sancti ab vtroq; procedentem in aqua, ſcilicet ſuarum gratiarum, quibus anima noſtra irrigatur, & fœcundatur. Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas Gen. 1. *Vbi apparet quod licet Pater, & Filius, ſupra dicto modo ab omnibus videri potuerit: perſona Spiritus Sancti, nonniſi in pura conſcientia, & per effectus ſuarum gratiarum poſſe videri.*

V I I.

S. IOANN. *Chryſoſt. Hom. 7. in Epiſt. 1. ad Cor. concinnere videtur illi communiter hic allatæ myſticæ expoſitioni, nempè ideò à principio dici ſpiritum Domini ferri ſuper aquas, ad inſinuamdum ſapientiã humanam debere ſubijci ſpiritui, & non altiora illis, quæ docet ſpiritus velle intelligere. Nã ad illa verba Apoſt. cap. 2.* Quæ loquimur non indoctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in doctrina Spiritus Sancti: *ait ſic:* Oportet igitur hanc

O 2 prius

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

prius ſapientiam eijcere. Quid igitur? Nonnè calumnià afficitur æterna ſapientia? at quę opus Dei eſt, &c. *Reſpondet autem ſic:* Tu enim ipſam calumniaris, cùm malè vteris ad damnũ, & Dei oppugnationem. *Et poſt aliqua ſic:* Bonum robur corporis, ſed cùm non opportunè eo vſus eſt Cain, imbecillem eum Deus, & tremẽrem reddidit. Bonum item vinum, ſed cũ immodicè eo vterentur Iudæi, omninò Sacerdotibus Deus eius vſum prohibuit. Cũ eius & tu in Dei præuaricatione ſapientiæ abuſus ſis, & minus quiddam quam vires ſufficerent, ab ea exageraris, idcircò ab humana ſpe re abducens, eius oſtẽdit imbecillitatem. *V bi apparet, res non prohiberi ſemper, quia malæ: ſed ſæpius propter abuſos.*

VIII.

MAGIST. 2. ſent. diſt. 12. *Notauit ſingulariter, quod cùm eoſuq; nulla eſſet diſtinctio inter Aqua & Terram, ſed ex Aqua & Terra facta vna congeries, iſta tamen magis hic denominatur ab Aqua, quã à Terra, dicẽte ſcriptura:* Et Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas. *Aſsignãs autem rationem dicit ſequẽtia verba:* Et Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas. Hæc autem ideò dicta eſt aqua, quia omnia, quæ in terra naſcuntur, ſiuè animalia, ſiuè arbores, vel herbæ, & ſimilia, ab humore incipiunt formari, atq; nutriri. *V bi figuraliter apparet ratio, quare in ſymbolo Nyſſeno cum cœtera ſacramenta dentur etiam in remiſſionem peccatorum, ſolum hoc de Baptiſmo dicat, ſ. Confiteor vnum Baptiſma in remiſſionem peccatorum. Nimirum, quia per Baptiſma incipimur reformari.*

IX.

S. PETR. *Griſolog. ſerm.* 160. *loquens de* Baptiſmo *Chriſti Domini, afferenſq; illud Pſal.* 44. Dominus ſuper aquas, *quandam expoſitionem præbet, quæ benè noſtro textui conuenit: Ait enim ſic:* Benè ſuper aquas, & non ſubtus aquas: quia Chriſtus baptiſmate ſuo non ſeruit, ſed Imperat ſacramentis.

X.

STELLA *Ordin. Prædicat. Comm. in Gene. ſcol.* 15. *Ad illam communiter altercatam quæſtionem; an, ſcilicet hic pro Spiritu Dei debeatur intelligi, Spiritum Sanctum, reprobans opinionem aſſerentium hic per Spiritum Dei intelligendum eſſe (aerem, ſeù ventum) quod ex multis diuinæ ſcripturæ locis probare conantur, vbi aer, & ventus non ſemel, ſpiritus Dei vocatur: hoc vnico argumẽto cõtra illos concludit: nempè, impoſſibile eſſe non eſſe Spiritum Sanctũ, ſed ventum:* Nondum erant naturales cauſæ, quę & mouere illum ſolent. *V bi patet, per nullum melius comprobari Spiritus Sancti afflatũ, & aſſiſtentiã, quam per defectum coniunctionis terreni afflatus. Difficiliter enim probatur Spiritus Sancti præſẽtia, vbi apparet terreni afflatus coniunctio.*

XI.

S. AVG. *lib.* 22. *cõtra Fauſt. Manich. dicentẽ, S. S. dici in textu ſacro in tenebris habitaſſe, ex eo quod cùm præmitteretur tenebras eſſe ſuper faciem abyſſi, immediatè ſubditur:* Et Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas: *Ex eo arguit Sanctus Doctor tenebras non offuſcare diuinum ſpiritum in tenebris ambulantem, quod non contaminetur à peccatis peccatorum hominum, quibus ſemper aſſiſtit, & dicit. ſequentia verba:* Nec ideò putandus eſt, Deus antequam faceret lucem in tenebris habitaſſe, quia Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas cum prædictum fuiſſet: Tenebræ erant ſuper abyſſum: Abyſſus namq; eſt aquarũ inæſtimabilis profunditas. Vndè poteſt occurrere carnali prudentiæ velut in ijs tenebris, quæ erant ſuper abyſſum habitauerit ſpiritus Dei, de quo dictum eſt: Ferebatur ſuper aquas: non intelligenti quemadmodũ lux luceat in tenebris, & tenebræ eam non comprehendant, niſi per Deum fiat lux, & dicatur eis: Fuiſtis aliquandò tenebræ, nunc autẽ lux in domino: Quòd ſi rationabiles mentes per voluntatem impiam tenebroſę, lucem ſapientiæ Dei, nuſquam abſentẽ comprehendere non poſſunt, quod ab ea longè ſint affectu, nõ loco: quid mirum, ſi ſpiritus Dei, qui ſuperferebatur ſuper aquas, ſuperferebatur etiam ſuper aquarum tenebras incomparabili quidem longitate, ſed ſubſtantiæ, non locorum. *V bi apparet, quam difficilè ſit inter peccatores ambulare, & à peccatis illorum non comprehendi: faciliùs eſt in tenebris ambulare, & nõ obſcurari: ſiquidẽ in Spiritu Sancto de vno ad alterum arguit Auguſtinus.*

XII.

HVGO *Card. Poſtil. hic. Myſticè per terram intelligens carnem, per ſpiritum, animam, per aquas luxuriam, aſſignans rationem, quare dicto, q aquæ operirent terram, ſequatur quod ſpiritus ſuper ſe-*

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

ferebatur: ait, Caro enim per luxuriam, ſpiritus per ſuperbiam, vel malitiam corrumpuntur. *Vbi illi, qui ſecundum illud Apoſt.* Vos autem nõ eſtis in carne: *aquas non timent luxuriæ: cautè ambulēt, ne ſuper aquas ferantur. i. ſuperata luxuria ad infernum deducantur de luxuria triumphantes.*

XIII.

ALCVINVS *quæſt. 29. in Gene. Ad hunc locum dicit ſequentia verba:* Ferebatur Spiritus, nõ per vagationem, ſed poteſtate, & regentis imperio ad formandam, vel viuificandam informem materiam, quæ hoc loco aquæ nomine viuificatur. *Vbi apparet, moraliter Principes, & Prælati, nõ opus habere vagari perſonaliter, vt ſubditos, & populos, qui non ſemel aquæ vocantur in diuinis litteris, informent, & viſitent, & reforment: ſed imperij poteſtate, & regimine.*

XIV.

PROCOPIVS *Abb. Com. in Gene. Tenet, hic non debere intelligi per ſpiritum Dei: Spiritum Sanctum tertiam, nempè perſonam Sanct. Trinit. Sed aeris elementum. Et ad fundamentum aſſerentium cõtrarium, nimirum, non eſſe in cauſa, quare aeris elementum, quã terra, & aqua, ignisq; elementa, magis diceretur eſſe* Dei, *Deoq; peculiari prærogatiua attribueretur: reſpondet ſequentia verba:* At quare, inquit, Spiritus Dei? quaſi verò cætera omnia non Deo attribuantur. Cœterum Aer, vel Ventus Deo magis quam reliqua congruit: ſiquidē reliquis ſubtiliùs, & ſubſtantijs incorporeis eſt propinquiùs iſtud Elementum. *Vbi moraliter apparet, corpulentos, & graſſiores non tantum placere Deo, quantum macilentiores, qui peculiari prærogatiua Deo attribuuntur.*

XV.

TERTVL. *lib. de Baptiſmo cap. 3. Ex iſtis verbis de duobus laudat aquæ elementum. Primum, de antiquitate, nam cùm nullum aliud elementum diſtinctum appareret (omnia enim confuſa in illo priori exiſtentia intelliguntur, & in tenebris) ſola aqua deſuper omnia ſui oſtentationem faciebat. Secũdò, de eo, quod in nullo alio dicitur ambulaſſe Spiritum Sanctum. Hæc ſunt eius verba:* Habes homo in primis ætatem venerare aquarum, quod antiqua ſubſtantia: de hinc dignationem, quod diuini Spiritus ſedes, gratior, ſcilicet, tunc cœteris elementis. *Vbi apparet, digniſſimos eſſe veneratione, qui ſuper antiquitatis præheminentiam per ſanctitatem vitæ habitacula videntur eſſe Spiritus Sancti.*

XVI.

S. HIERON. *ad Oceanum Epiſt. 83. Aſſerens per occaſionem hunc locum dicit ſequentia verba:* Rudis mundus, nec dum Sole rutilante, nec pallente Luna, nec aſtris micantibus, incompoſitã, & inuiſibilem materiam, abyſſorum magnitudine, & difformibus tenebris opprimebat. Solus Spiritus Dei in aurigæ modum ſuper aquas ferebatur, & naſcentem Mundũ in figura Baptiſmi parturiebat. *Vbi patet, quantum huic diuinæ perſonæ obligamur in diuinis, quæ matris vicem gerit, & prima eſt, quæ dicitur noſtras non abhorrere difformitates, præcedereq; ac regere nos ante omnem formam, & tàm naturæ, quàm gratiæ venuſtatem.*

XVII.

HVGO *Card. Poſtil. in Geneſ. Coniungens hanc ſententiam cum præcedentibus, dicit ſequentia verba,* Nota quinq; eſſe neceſſaria ad operandũ: Materia, neceſſitas, potentia, ſapientia, voluntas. Materia oſtenditur, vbi dicit: In principio creauit Deus cœlum, & terram. Neceſſitatem, vbi dicitur, Inanis & vacua. Potentia, vbi dicitur: domini. Sapientia, vbi dicitur: ferebatur. Voluntas vbi dicitur. Spiritus, tanquam voluntas artificis ſuper materiam ædificij faciendi, quid de quo faciens conſiderans.

XVIII.

S. AMBR. *Hexam. 1. cap. 8. ait ſic.* Quem etſi aliqui pro aere accipiant, aliqui pro ſpiritu, quem ſpiramus, & carpimus auræ huius vitalis ſpiritum: nos tamen cum Sanctorum, & fideliũ ſententia congruentes: Spiritum Sanctum accipimus, vt in conſtitutione mundi operatio Trinitatis eluceat. Præmiſſo enim, quia in principio fecit Deus cœlum & terram, ideſt, in Chriſto fecit Deus, vel Filius Dei Deus fecit, vel per filiũ Deus fecit: quia omnia per ipſum facta ſũt, & ſine ipſo, &c. ſupererat plenitudo operationis in ſpiritu. *Vbi apparet, Spiritum Sanctum eſſe plenitudinem operationum diuinarum.*

XIX.

GLOS. *moraliter Coniungens hanc ſententiã cum immediatè præcedentibus: nempe:* Terra autē erat inanis, & vacua: & tenebræ erãt ſuper faciē abyſſi: *intelligens per terrã, hominem in puris naturalibus, dicit ſequentia verba.* Nam anima in ſua crea-

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

creatione caret ſcientiarum luce: vt habetur. 3. de anima. Propter quod benè dicitur de ipſa: Et tenebrę erant ſuper faciem abyſſi. Sed quoniam ſcite naturaliter deſiderat: ideo ſubditur: Et Spir. Domini, ideſt ſpiritus hominis: qui conueniēter dici poteſt Domini ſpiritus (eo quod eſt à Domino creatus) ferebatur ſuper aquas, ideſt: naturaliter deſiderat ſciētias: quæ nomine aquarū deſignantur. Prouerb. 5. In plateis aquas tuas diuide. Docēdo .ſ. publicè. *Vbi apparet ad acquirēdas ſciētias neceſſe eſſe ſpiritu ferri, nō ſolū corpore.*

XX.

RVPER. *Abbas in Gene. lib. 1. cap. 7. Conſiderans ſtatum rerum in prima à manu Patris, & Filij productione, & quem habuerunt poſt Spiritus Sācti aduentum: ſic.* Itaq; ſummatim, breuiterq; tota pſcripta eſt creaturæ informitas, tam inops, & vacua, vt fruſtra eſſe in principio, ideſt, in Filio creata, niſi quia Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas (qui eſt tertia in Trinitate perſona:) ſic enim ptinus ſubiungitur: Et Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas: Deinceps nanq; creaturæ eiuſdē formatio, vel exornatio ſuccedit, tātamq; ex intentione Spiritus Dei meliorationem, & tam inopię ſuæ ſupplementum capit, quantum pro modulo ſuo melioratū ouum in eo, quod calore volucris animatur, & pullum producit. *Vbi apparet, quare Diuinus Spiritus vocetur viuificans: quia nimirum ſine illo omnia Dei opera difformia, & quaſi ſine uita exiſtūt: quod etiam in reparatione viſum eſt in Apoſtolis qui uſq; ad Spiritus Sancti aduētum timidi, & ianuis clauſis latitabant propter metum Iudæorum.*

XXI.

PAVLVS *Burg. Add. Gloſ. 1. cap. Gene. Ad illā queſtionē nimirum, an hic debeatur intelligi Spiritus Sanctus, vel uentus ſeu aer: aſſignans rationem: qua conuincitur debere intelligi de Spiritu Sancto: ſic:* In Hebręo habetur (Merahephet) quod nos appellare poſſumus, incubare in ſimilitudinē volucris oua calore animantis. Ex quo intelligimus non de ſpiritu Mundi dici (vt non nulli arbitrantur) ſed de Spiritu Sācto, qui, & ipſe viuificator omnium à principio dicitur: de quo Pſ. 103. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur. *Vbi apparet maxima differentia ſatis nota inter Spiritum Sanctum, & ſpiritum huius Mundi. Ille namq; viuificat, creat, hic autem vrit, aſſuat, & deſtruit. Ezechiel. 19.* Et ventus vrens ſiccauit fructum eius: marcuerunt & areſactæ ſunt virgæ roboris eius. *Nihilominus tamen homines neglecto diuino Spiritu, qui fouet, & nutrit, creatq; ventum mundi nimia canina fame inſequuntur qui non ſolum creata vrit. Oſe. 12.* Ephrain paſcit ventum, & ſequitur æſtum: tota die mēdacium, & vaſtitatem multiplicat, & fedus cum Aſſyrijs inijt. *Sed etiam deſtruit, & ruinat. Iob. 1.* Repentè ventus vehemens irruit à regione deſerti, & concuſſit quatuor angulos &c.

XXII.

PETRVS *Damian. lib. 6. Epiſt. epiſt. 23. ad Guilielmum monachum. loquens de aqua prærogatiuis & excellentijs, in perſona ipſius aquæ ſic.* Quia cæteris elementis ſum iunior tempore, idcircò omnibus debeo eſſe Inferior dignitate? ſed interroga (obſecro Moyſen) perquire in Mundi principio quod ſibi elementorum ad habitandū Spiritus Sanctus elegerit: nunquid terram? nunquid aerem? nunquid ignem? Planè, niſi mentior ille reſpondebit: Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas. *Vbi apparet, nō ab ætate, ſed a Spiritus Sancti aſſiſtentia debere cōputari dignitatē, & excellentiā.*

XXIII.

RVPERT. *Abb. lib. 1. de glorificat. Trinitat. & proceſſ. Spiritus Sanct. cap. 12. aſſerens per occaſionem noſtrum text. Quærit, quare cum Deus totus ſit Spiritus tamē peculiariter tertia perſona ſāct. Trinit. dicitur Spiritus. Reſpōdet, non ſolū eſſe, quia in diuinis diuinæ eſſentiæ intima cognitio huic attribuatur perſonæ; ſed quia cum cæterarum perſonarum operationes ad omnia promiſcuè dicantur extendi. Spiritus Sancti operatio ſolum electos, animarumque ſalutē attingere deſcribitur. Et ait ſic:* Non vtiq; ſubtilior eſt, neq; enim vlla eſt ſubſtantiæ diſſimilitudo, ſed eſt huius pſonæ ppria qdā valdè ſubtilis operatio. Sic enim ſpiritus iſte intelligitur in Deo, quomodo in anima cōſcientia ſua, ſiue intentio. Deniq; & Apoſtolus cum dixiſſet. 2. Corint. 2. Quis enim ſcit hominum quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt: continuò ſubiūxit: Ita & quæ Dei ſunt, nemo cognouit niſi ſpiritus Dei. *Et poſt pauca concludent dicit ſic.* Virtus altiſſimi eſt, ſicut & Filius fortitudo, vel brachium Domini, hoc ſua operatione propriū habens, quod per brachium quidem domini .i. per filium omnis natura, vel formata eſt omnis creatura ſiue ſubſtantia: per hunc autem viuificata eſt, & viuit Deo omnis electa rationalis crea-

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

tura tàm Angelica, quàm humana. *Vbi conſequẽter apparet, illas religiones inter cæteras proprius dici ſpirituales (quamuis eſſentialiter oẽs tales ſine vlla differentia ſint) in quibus, & maior Dei ſcientia elucet, & quorum exercitia ſolum animarum ſalutẽ attingere videntur.*

XXIV.

S. *AVG. In quæſt. Dulcitij lib. vnico. Aſſignans rationem, quare Spiritus Sanctus peculiariter exprimatur ferri ſuper aquas, ait ſic:* Quoniã egenus, atq; indigens amor ita diligit, vt rebus quas diligit ſubijciatur: propterea cùm commemoraretur Spiritus Dei, in quo ſancta eius beneuolentia, dilectioq; intelliguntur, ſuperferri dictus eſt: nè faciendo opera ſua per indigentiæ neceſſitatem potius quam abundantia beneficentiæ Deus amare putaretur. *Vbi apparet ratio, quare Reges ſuis ſubijciantur intimis, cùm à contrario videatur futurum, nimirum, quod ipſi intimi, quò Regibus obligantur per beneficiorum accumulatam receptionem, eò ſe ſubiectos illis oſtendere deberent. Videlicet, quia cum neminem ament, niſi reſpectu ſui, & per indigentiam, non poſſunt non ſubdi ipſis, quibus benèfaciunt. Benefici enim ſunt, non amore, ſed neceſſitate: quod intimi intelligentes rationabiliter, non ſe ſubdunt, ſed ſuperferri conantur.*

XXV.

S. *THO. 2. diſt. 1. in prolog. Dicit verba noſtri tex. eſſe eadem cum illis Iob. 26.* Spiritus eius ornauit cœlos, & obſtetricãte manu eius eductus, eſt coluber tortuoſus. *Et dicit ſic:* Obſtetricatio pertinet ad prouidentiæ gubernationem, quà creaturas per ſe ſubſiſtere non valentes, ad modum obſtitricis in eſſe conſeruat, neceſſaria in finem miniſtrat, & impedimenta repellit, etiam mala in bonum ordinando. *Et paulò poſt ſic:* Rectè ẽt dicitur coluber tortuoſus manu eius obſtetricante eductus, quoniam in malis relucet etiam diuina potentia, per hoc quod cohibentur, & diuina prouidentia per hoc quod eorum mala ordinantur in bonum.

XXVI.

PETRVS *Damia. lib 6. Epiſtol. epiſtol. 13. ad Gulielmum Monachum: afferens per occaſionem noſtrum textum in laudem ſacroſ. Baptiſmatis (hic primum deſcriptum) dicens, quamplurima, indè in perſona ipſius aquæ huius ſacramẽti (per quod cœlo coniungimur) materia, contra ebrios inſurgens, dicit ſic:* Ego te diuinis facio intereſſe conuiuijs: & tu me ab humanis non erubeſcis proijcere menſis.

XXVII.

HVGO *Card. Poſtil. in Gene. moraliter ſic:* Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas, quia quocunq; fluant homines per peccata: Spiritus ſuperfertur Domini, ſicut auicula ſuper nidum, cum pulli eius rapiuntur clamitans: Hierem. 3. Tu fornicata eſt cum amatoribus multis: nunc ſaltem reuertere, & ego ſuſcipiam te dicit dominus. Ideò dicitur ſup. 5. Inuocate eũ dũ propè eſt. Semper enim circumuolat nos Dominus Math. 23. Hieruſalem: quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina, &c. *Vbi peccator aduertat, cum rapidè fluit in vitia, ſuper ſe, quem deſerere putat, Spiritum Sanctum inſpirantem clamantem, portare ipſum reuocare nitentem. Et quamcunq; inſpirationẽ ſenſerit intelligat eſſe huius diuinæ auiculæ clamore ſuo inſequentis pullos à diabolo raptos, & erubeſcat talibus amabilibus non reſpondere vocibus.*

XXVIII.

EVSEBIVS *Emiſ. Homil. feriæ 2. poſt 4. Domin. Quadrag. Ad illa verba Ioan. 7.* Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de vẽtre eius fluent aquæ viuç. Hoc autem dixit de Spiritu quem accepturi erant credentes in eũ: *dicit ſic:* Viua igitur aqua Spiritus. Hac enim aqua, & lauamur, & viuificamur. Proxima ſibi ſunt ſpiritus, & aqua. Vndè & Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas. Hinc etiã, quod dicitur Io. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto.

XXIX.

RVPER. *Abb. lib. 1. de glorif. Trin. & proceſ. Spiritus Sancti cap. 3. Afferens per occaſionem illud Ioan. 14.* Spiritum veritatis, qui à Patre procedit: *dicit ſic:* Vndè ſumptam putas Verbi, ſiuè vocabuli huius authoritatem, niſi ex hoc eodẽ capite libri, quia ſic dictum eſt: Et ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas? Quidnam ferri ſuper aquas, niſi iam procedere erat? Magna res eſt proceſſio Spiritus Sancti, cuius videlicet proceſſionis illud initium erat, quod ferebatur ſuper aquas. Leuemus oculos noſtros, oculos hominis interioris, oculos fidei diligentis, & intellectus quærentis, & videamus quouſq; in opere ſuo proceſſerit hic Spiritus Dei, & tunc aliquantis per-

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

perpendere poterimus dignitatem, ſiuè pondus dicti huiuſcemodi, Spiritus veritatis, qui à Patre procedit. Certè cùm procedere inciperet, quādo ferebatur ſuper aquas, terra de nihilo facta, inanis erat, & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. Nūc autem qualis eſt terra, & quid in ea factum eſt ex omnipotentia procedentis? *Vbi apparet, in nullo magis oſtendi Spiritus Sancti proceſſionis virtutem, quā in conuerſione cuiuſdam peccatoris ad culmen perfectionis peruenientis: ſicut in proceſſu Terræ, quæ cum antè Spiritus Sancti aduentum eſſet inanis, & vacua, & tenebræ, &c. poſt Spiritus Sancti aduentum, talis qualis hodiè apparet facta eſt.*

XXX.

CYRIL. *Hieroſolym. Catecheſ. 3. in laudem Baptiſmatis dicit ſic:* Quod ſiquis ſcire deſiderat, quare per aquam potius, quā per aliud elementum gratia datur, ſacras ſcripturas relegens inueniet. Magnum enim quidam eſt aqua, & ex quatuor Mundi elementis apparentibus pulcherrimum. Angelorum habitaculum eſt cœlū: atqui ex aquis ſunt cœli; Terra eſt hominum locus: atqui ex aquis etiam terra: Et antè omnem rerum creatarum ſex illis diebus diſtinctionem Spiritus domini ferebatur ſuper aquas. Principium mundi aqua: Principium Euangelij, Iordanis. Liberatio Iſraelis à Pharaone per mare facta eſt: & liberatio à Peccatis Mundi per lauacrum eſt aquæ in verbo Dei. Vbicunq; fœdus aliquod inter Deū, & homines, ibi & aqua. Poſt diluuiū fœdus percuſſum eſt cum Noe. Fœdus cū Iſraele ex monte Sina: verum hæc non ſine aqua, & lana rubea, & hyſopo. Helias aſſumptus eſt, ſed non ſine aqua: prius enim tranſiuit Iordanem, deindè in cęlum raptus eſt: prius abluitur Summus Sacerdos factus. Quomodo .n. ſuſciperetur pro alijs oraturus, qui nondum per aquam purificatus eſſet? Symbolum Baptiſmi erat labrum in tabernaculo poſitum. Veteris teſtamēti finis, & noui eſt principium Baptiſmus. Ioannes erat dux eius, quo maior inter natos mulierum nullus: qui finis erat Prophetarum: omnes enim Prophetæ, & lex vſq; ad Ioannem. Et idē erat rerum Euangelicarum principium. Initium enim Euangelij Ieſu Chriſti, & quæ ſequuntur: Erat Ioannes baptizans baptiſma.

XXXI.

PETRVS *Dam. lib. 6. Epiſtol. epiſtol. 23. ad Gulielmum Monachum. Afferens per occaſionem noſtrum textum, poſtquam ex hac aſſiſtentia Spiritus Sancti ſuper Aquas ſumpſit motiuum laudandi hoc aquaticum Elementum; in perſona prædicti inſurgit contra Aquam deſpicientes, & præcipuè contra ebrios, qui illam maximo odio proſequuntur: & inter cœtera, quæ contra ipſos arguit, dicit ſic:* Ipſæ deniq; vites, quas me contempta, inſani concupiſcentia diligis, niſi meo adiutorio radicitùs coaleſcerent; protinus areſactæ ignem potius paſcerent quam inundantibus poculis bibulorū ventres ingurgitarent. *Vbi apparet, ebriorum erga Aquam ingratitudo.*

XXXII.

HONCALA *Com. in Geneſ. contra negantes Spiritum Sanctum, dicit ſic:* Sunt quoq; pro nobis velint nolint, ipſi Iudæi. Duo authores Hebræi quorū alter inquit: Solium diuinæ maieſtatis ætheri aſtitiſſe, Deumq; ſpiritu oris ſui, ideſt verbi ſui aduolitaſſe ſuper aquas quemadmodum columba ſuper nidum volitans pullos ſuos ſummis pennis leuiter tangit: non percutit: Incumbat, non præmit: Fouet, non affligit. Volitabat, inquit, ſuper aquas inſpirando illis, eas deniq; fouendo. Hoc eſt, quod Pſaltes profitebatur: Verbo domini cœli firmati ſunt: & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. *Vbi patet, quam ſuauis, vtiliſq; ſit ſuperioritas Spiritus Sancti, à contrario humanæ ſuperioritatis: quæ neſcit tangere, niſi percutiendo, neq; ſummis ſed totis pennis incumbat, non fouet ſed affligit illos, ſuper quos fertur, &c. Vndè ſubditi non firmantur, ſed deſtruuntur.*

XXXIII.

S. AVG. *Serm. 134. Tenet, iſtum Spiritum non eſſe Spiritum Sanctum, & ex eo arguit, quod eo adueniente non effugatæ dicantur tenebræ, ait .n.* Si enim faculam in tenebris inferas continuò illuminantur vniuerſa: quantò magis vbi Deus erat tenebræ eſſe non poterāt? Hic ſpiritus quidem res eſt Dei, non tamen ipſe Deus intelligitur eſſe. *Vbi moraliter benè infertur, non habitare Spiritum Sanctum vbi tenebræ ignorantiæ apparent.*

XXXIV.

CYRIL. *Alexandrin. vt in Catena Græca ſic:* Per hoc autem obſcurè innuit tam ab ipſius Mundi exordio ſacris baptiſmatis gratiam.

S. AM-

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

XXXV.

S. *AMBR.Comm.in Luc.lib.10. Ad illud cap.22.* Occurret vobis homo amphorā aquæ portans: *dicitſic*: De aqua quid loquar? Super aquā antè ipſos Mundi natales ſanctus, vt legis, Spiritus ferebatur: O aqua, quæ humano aſperſa ſanguine, vt præſentium lauacrorum figura præcederet, orbem terrarum lauaſti, Gen.4.& 6. O aqua, quæ ſacramentum Chriſti eſſe meruiſti; quæ lauas omnia, nec lauaris. Tu incipis prima, tu comples perfecta myſteria. A te principium, in te finis: vel potius tu facis, vt finem neſciamus. Per te fœtor tabidæ carnis aboletur, & pereuntia, ſitu vlſcera aſperſo ſale in multam ſeruantur ætatem. Per te arentibus æſtu corporibus, dulcis ad gratiam, ſalutaris ad vitam, ſuauis ad voluptatem potus infunditur. Tu nomen Prophetis, & Apoſtolis; tu nomen Saluatori dediſti. Illi, nubes cœli: illi, ſal mundi: iſte fons vitæ eſt. Quæ montibus præſſa non clauderis, quæ ſcopulis illiſa, non frangeris, quæ terris infuſa non deficis, ſed intimis ſcaturiens venis, aut ſpiritum incluſa vitalem inhalas, aut ſuccum diffuſa fertilem præſtas, aut rigatum ſuperfuſa commodum ſubminiſtras, nè ſiccatis exanimata vitalibus, ſolēnes neget terræ prouentus. Omnium elementorum ſubſtantia, cœlum, aer, mare, & terra te reddunt. Te prophetico percuſſa tactu, vt ſitientium rigares corda populorum, vomuit petra: te; cùm de latere Saluatoris irrumperes, percuſſo res viderunt, & crediderunt: & ideò regenerationis noſtræ, de tribus vna es teſtibus. Tres enim teſtes ſunt, aqua, & ſanguis, & ſpiritus. Aqua ad lauacrum, ſanguis ad pretium, ſpiritus ad reſurrectionem.

XXXVI.

ISIDOR. *vt in glo. Ad illam quæſtionem; quare ſcilicet magis dicatur ſuperferri, quam inniti; myſticè ſic*: Corda, ſcilicet fluctuantia, quæ mentis quietem amiſerant: quare eis Spiritus Sanctus non innitebatur, ſed ſuperferebatur, quaſi potens naturam à confuſione in melius reuocare. *Vbi apparet, nullum eſſe peccatum, nec miſerrimum ſtatum, cui non ſuperferatur diuini Spiritus potentia, ideſt non in melius reuocare poſſit. Vndè Dauid mirabiles elationes maris: mirabilis in altis Dominus. Et ſic ſemper peccatores fluctuantes inſequitur, non innitendo, ſed ſua potentiæ ſpe reſouendo.*

XXXVII.

PAVLVS *Burg.Add.glo.1.cap.Gene.ſic*: Idcircò in primordio creationis rerum naturalium de hoc primo motu tanquam de vita rerum naturalium ſit mentio, attribuendo ipſum motum Deo in perſona Spiritus Sancti, cui appropriatum eſt viuificare. Et ex hoc tollitur quædam inconuenientia, quæ quodammodo animū pulſat, ſcilicet, quod inter primo creata ſit mentio de tempore cum dicit: Dies vnus, dies ſecundus, & huiuſcemodi: ſed de motu nulla videtur fieri mentio, cùm tamen motus ſit prinr ipſo tēpore naturaliter. Vndè ſecundum prædictam expoſitionem prædicta tollitur inconuenientia: quia de motu ſit mentio antequam de tempore. *Vbi ſpiritualiter patet, non poſſe dici eſſe Spiritum Sanctum in anima tarda, & quæ ad motum in melius moratur, cum Spiritus Sanctus ita ſit eſſentialiter motus, quod etiam in rebus creatis figuram naturalis motus gerat per ſe in iſta phyſica vniuerſi compoſitione, & deſcriptione.*

XXXVIII.

RVPER. *Abb.Com.in Ioan.lib.3. ad illa verba*: Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto cap.3. *dicit*: Non impoſſibile eſt, quod proponitur volentibus introire in regnum Dei. Poſſibile eſt nanq; aquam homini adhibere, Spiritum Sanctum ſuper aquam inuocare: inuocatus autem ſtatim adeſt, & familiare ſibi elementū ſanctificat, familiare, inquam, nam & in principio ferebatur ſuper aquas. *Vbi apparet, Deum familiarius, & facilius aduenire inuocatus ad illa loca vbi peculiariter viſus fuit, & apparuit, licet ſit in omni loco.*

XXXIX.

S. *AVG.de gene.ad litte.lib.1.cap. Poſtquam dixit hic per aquam, intelligi omnem materiam vndè Deus vniuerſas creaturas formaturus erat: quærit, ad quid dicitur hic Spiritum Sanctum omni huic moli ſuperferri? Reſpondet autem, quod ad inſinuādam obedientialem potentiam, quam illa materia habebat, vt Deus de illa quicquid voluiſſet, formaret.* Quia, ait, ſubiacebat, ſcilicet bonæ voluntati Creatoris, quicquid illud erat, quod formandum, perficiendumq; inchoauerat, vt dicente Deo, in verbo ſuo: Fiat lux in bona voluntate, hoc eſt in beneplacito eius pro modulo ſui ge-

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

neris maneret, quod factum eſt. *Vbi Spiritualiter apparet, primum & precipuum effectum Spiritus Sancti in cordibus, quibus aſſidet eſſe in eis quandam promptam generare obedientiam quatenus in eis fiat, & permaneat quicquid Deus in illis voluerit operare pro ſuo diuino beneplacito.*

XXXX.

S. *AMBROSIVS lib. 2. de Spiritu Sancto cōtra illos qui negabant Spiritum Sanctum ſimul cū Patre & Filio Mundum creaſſe, confitentes tamen Mundum ornaſſe: ex eo ſe mouentes ad hoc delirium, quia non à principio creationis de illo fit mentio: ſed nunc cum Mundi ornatus incipit deſcribi: vnde etiā Spiritum Sanctum minorem faciebant arguit; ex eo quod S. S. ornatū attribuunt eū maiorem facere Patri, & Filio, quas ſolas perſonas Mundum creaſſe cōtendūt:* Cum ſuperferebatur Spiritus, nulla erat gratia creaturæ. Poſtea verò quam operationem Spiritus, etiam creatura Mundi iſtius ſuſcepit, omnem hanc gratiæ meruit venuſtatem, qua mundus illuxit. *Et poſt pauca,* Et quis neget opus eſſe Spiritus Sancti, quod creata eſt terra, cuius opus eſt, quod ornatur? Nam ſi negare cupiunt, quod per Spiritum ſit creata, cùm per Spiritum nouandam negare non poſſint, meliorem ergò operationem Spiritus Sancti, quam Patris, & Filij, qui cupiunt ſeparare, defendūt, quod abhorret à vero. *Vbi apparet, meliorem operationem eſſe creata ornare, quam ex nihilo creare. Vndè, qui Ciuitates ornant, præponendi ſunt fundatoribus.*

X L I.

ABVLENS. *Com. in Gen. cap. 1. q. 9. Quærit, quare cū tota illa moles conſtaret ex oībus elemētis, quæ mixta tūc erant, ſolum dicatur ſuperferri ſuper aquas? Reſpondet autem ſic:* Quia aqua eſt valdè bonæ impreſſionis, & paſſibilitatis, & ſicut erat illud corpus, & ideò multi philoſophi, vt Thales, de quo Auguſt. de Ciu. Dei lib. 8. cap. 2. & Ariſtot. 1. phyſ. Poſuerunt, aquam eſſe rerum principium, quia ex ipſa, quodlibet faciliter fieri poteſt. *Vbi ſpiritualiter apparet, Spiritum Sanctum proprius dici ineſſe cordibus blandis, & ad omnia, quæ Deus voluerit operari facilibus.*

X L I I.

RVPER. *Abb. de glorif. Trinit. & proceſs. Spiritu Sanct. Afferens per occaſionem noſtrum textum vbi in dubium non immeritò verti poteſt, quare hic Spiritus, non ſpiritus Sanctus, ſed ſpiritus* Dei *vocetur: notauit ſingulariter, nunquam in diuinis litteris hanc diuinam perſonam vocari Spiritum Sanctum, niſi in nouo teſtamento. Aſſignans autem rationem, dicit ſic:* Vbi remiſſionem peccatorum cœpit operari, ſcilicet ab aduentu Chriſti Dei, glorioſo vocabulo, Spiritus Sanctus cœpit nuncupari. Deniq; antē aduentum eiuſdem Filij Dei dabatur quidem in diuiſionem gratiarum, ſed non etiam in remiſſionem peccatorum: vndè eſt illud Ioan. 7. Nondum erat Spiritus datus: quia Ieſus non fuerat glorificatus. Quia ergò ipſe eſt omnium peccatorum remiſſio, noſtra eſt ſanctificatio: pulchrè ex ore noſtro tali ornatur vocabulo Spiritus ſanctus. *Vbi Confeſſores, per quos ipſa operatur peccatorum remiſſio, attendant quam Sancti debent eſſe ad exercitium remiſſionis peccatorum, à qua diuinus Spiritus ſolum denominatur Sanctus.*

X L I I I.

S. *GREG. Papa Moral. lib. 21. c. 30. Fauet quandam myſticam ſolutionem, qua non ineptè poteſt ſolui quodam hic inſurgens dubium: Nimirum, quare diuinus Spiritus nō ſuper Cherub. Seraph. &c. aut certè alio nobiliori elemento, vehiculo vſus fuerit ad terram deſcendēs, nempè igne, aut aere; ſed potiùs ſuper aquas? Videlicet, quia ad peccatores obſtinatos, quorum typum gerebat terra abyſſo cooperta, & deſuper tenebris, & verbū,* Ferebatur, *æternitatē deſignat: nō in lumine doctrinæ, neq; aere ſubtilis inſpirationis: ſed in lachrymis veniendos edocuit Prædicatores. Nam explanans Sāctus Doctor illud Iob c. 30.* Verſa eſt in luctum cythara mea, & organum flentium: *dicit ſic:* Sancta Eccleſia extremis perſecutionibus preſſa, cum verba ſua à reprobis contemni conſiderat, amoris ſui gratiam ad ſola lamenta format: quia nimirum deflet, quos exhortando trahere non valet. Ac ſi apertè fateatur dicēs, Pacis quidem meæ tēpore per alios, parua; more cytharæ: per alios, more organi, magna, & ſonora prædicabam: ſed nunc verſa eſt in luctum cythara; & organum in voce flentium verſum eſt: quia dum me contemni conſpicio: eos qui prædicationis cantum non audiunt, deploro. *Et inter alia afferens exemplū de ProtoMar. Stephano, qui relicta tam larga, vt inceperat, prædicatione, ad Iudæos, quos obſtinatos conſpiciebat, ad orationem, & commiſerationem ſe vertit, dicit ſic:* Hæc per quoſdam Sancta Eccleſia in fine factura

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

ctura eſt: hæc per quoſdam in ſuis iam exordijs fecit. Primus quippè Martyr Stephanus, Iudæis perſequentibus prodeſſe prædicando conatus eſt, quos tamen poſt verba prædicationis, dum videret adiacendos lapides conuolaſſe, fixis genibus orabat dicens, Domine Ieſu nè ſtatuas illis hoc peccatũ. Quid ergò huic, qui diù & parua, & magna narrauerat, niſi iã ſuæ citharæ, atq; organi cantus ſilebant, atq; in luctum verſa fuerant: quia eos, quos prædicando non traxerat, amando flebat.

XLIV.

S. *GREG. Nyſſen. Hexam. Reſpondet cuidam dubio hinc inſurgenti: nimirum, quare prima luce non fuerunt illuſtratæ aquæ; quæ in tenebris dictæ ſunt eſſe, vt ſic Spiritusſanctus in lucido potiùs quã in tenebroſo vehiculo ferretur? Dicit enim ſic*: Spiritus autem Dei ſuper quæ fertur, ſimilia facit ijs, quæ in luce ſunt. Quamobrem aqua ſuper quã Dei Spiritus ferebatur in luce erat omninò, & à tenebris ſeparata, & ideò illi non erat opus, cũ in tenebris non eſſet, vt illuſtraretur. *Vbi moraliter apparet, Sanctos non eſſe ignorantes, neq; humana indigere luce, ac ſcientia quantumlibet illa carere dicantur. Illuminantur enim à luce Spiritusſancti, qui omnia quibus aſſidet quantumuis tenebroſa, lucida reddit, & ab humana luce illuſtratis animabus nõ indiget, vt lucidè uehatur, cùm ipſa lucida faciat ea, quibus ſuperfertur; ac ſimilia omnibus ſapientibus.*

XLV.

DIONYS. *Cart. Com. in Gene. Myſticè reſpondet interroganti, quare Spiritusſanctus, & ſuperferri, non autem immiti dicatur? Dicit enim, & ad oſtendendum effectum, quem in cordibus peccantiũ facit ſecundum eorum indigentiam, nempè fluentia conſolidare, & quod hoc facit liberè, & non neceſſariò.* Quemadmodum, inquit, in Apocal. habetur cap. 17. Aquæ multæ Populi multi. Vndè & Salomon Eccleſ. 11. Mitte, inquit, panem tuum ſuper tranſeuntes aquas. Itaq; Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas, quando liberè quoſdam homines conuertit ad ſe, & inſtabilia corda eorum, inſtar aquarum pecccando labentia, ac defluentia ſolidauit per gratiarum chariſmata. Hebr. 13. Optimum quidem eſt gratia ſtabiliri cor. Ideò dicit Apoſt. ibi 2. Abundãtiùs oportet nos obſeruare ea, quæ audiuimus, nè fortè pereffluamus. *Vbi peccatores habent aduertentiam, & quod diuina gratia ſtudeant ſtabiliri, & quod non expectet, neceſſariò illos ſtabiliri debere à Spiritu ſancto. Nõ enim niſi liberè operatur, ſuperfertur; Ideò efflagitandus eſt, non expectandus, ſicut faciunt multi, qui defluentes ad omnia peccata, ſuam ſalutem, quaſi neceſſariò venturam ſine vlla diligentia expectãt. Conſolidat, verum, ſed liberè*: Ferebatur ſuper aquas.

XLVI.

S. *GREG. Nyſſen. Hexam. Tenens hic per (Spiritũ) intelligi Spiritumſanctum, & non aeris elementũ, vt aliqui dixerunt; conſequenter quærit, quare de aere mentio non fiat? & ait ſic*: Cùm in eo verſetur hominum vita, cumq; omnis propè viuendi facultas, & ſenſuum actio in aere vim ſuam obtineat: ſiquidem per ipſum audimus, odoramur, & in animam ducimus, quod vitæ munus maximè proprium, ac neceſſarium eſt: qui enim reſpirandi, idem ſimul fecit etiam viuendi finem: idcircò ſapientiſſimus Moyſes illud, vt cognatum, coniunctumq; nobis elementum, in quo ab ipſo ſtatim ortu nutrimur, tacitè præterijt; ad huius partis declarationem ſatis eſſe reputans, innatã illam, atq; inſitam naturæ noſtræ in aere coniunctionem, atq; habitum. *Vbi hiſtoriatores habent documentum, nè de illis rebus, quæ ſatis notæ, & manuales ſunt illis, quibus hiſtoriantur moroſè diſputent. Superuacaneum eſt enim, & auditoribus valdè faſtidioſum.*

XLVII.

S. *AVG. lib. imperf. de Gen. ad litt.* Non ita, inquit, ſuperferebatur ſicut oleum aquæ, vel aquæ terræ, id eſt, quaſi contineretur. ſed ſi ad hoc de uiſibilibus exempla capienda ſunt, ſicut ſuper fertur lux iſta ſolis aut luna his corporibus, quæ illuminat in terra: non enim continetur illis, ſed cum cœlo contineatur iſtis ſuperfertur. *Vbi moraliter apparet excellentiorem eſſe illam prælationem quæ altius, & remotius à communicatione, & cõmixtione inferiorum exercetur, dummodò gubernanda attingat. Vndè Chriſtus dominus attingentiam vna comparatione ſignificans, Math. 5. nimirũ, Vos eſtis ſal terræ: ſal enim, niſi penetret, neq; ſalit, neq; conſeruat, tribus ſequentibus ab omni ſubditorum communicatione eos eleuauit. Vos eſtis lux, &c. Ciuitas ſupra montem, Lucerna ſuper candelabrum.*

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

XLVIII.

PAVL. *Burg. Add. glo. cap. 1. Geneſ. Reprobat opinionem aliquorum: dicentium noſtrum textum non de Spirituſancto, ſed de elemento aeris loqui. Et ex eo præcipuè impugnat, quod Moyſes, neq; cum hiſtoriæ neceſſitas exigeret, mentionem fecerit de aeris elemento, v.g. infra loquens de auibus, cùm deberet dicere, quod volarent in aere; circumloquens dixit, quod volarent ſuper terram, ſub firmamento cœli: cùm per pauciora dicere poſſet, quod volarent in aere. Aſſignans autem rationem, quare tacuerit de hoc elemento, dicit ſic:* Nullam mẽtionem facit de aere, propter eius inuiſibilitatem, & propter audientium imbecillitatem. *Sed immediatè replicat ſic*; Si contra hoc dicatur, quod ſi hic Spiritus Domini non poteſt intelligi de aere propter eius inuiſibilitatem, eò quod ille populus inuiſibilia non percipiebat: ſequeretur à fortiori, qđ non debet intelligi de Spirituſancto, qui incomparabiliter eſt magis inuiſibilis oculis corporalibus quam aer: cùm ſit penitùs incorporeus, & immaterialis. Ad hoc dicendum, quod quantũcunq; populus ille rudis fuiſſet, & incapax ſpiritualium, nihilominus neceſsè erat, vt eis præponerentur primo, & ſupponerentur quædam pœnitùs inuiſibilia ſicut Deum eſſe: quia ſine hoc in vanum inſtruerentur de fide. Secundum quã accedenti ad Deum: oportet credere, quia eſt, vt ad Hebr. 11. De alijs verò inuiſibilibus, quorum cognitio non eſt explicitè neceſſaria omnibus fidelibus: ſicut eſt natura Angelica: vel aer elementaris, & huiuſmodi prætermittitur mẽtio. *Vbi Prędicatores aduertentiam habent, quod quando prohibentur ſubtilia coram rudibus tractare, non intelligitur de neceſſarijs ad fidem. Hæc enim omnimodè præponenda ſunt, ſiuè capax, ſiuè incapax ſit fidelium auditorium.*

XLIX.

RVPERT. *Abb. lib. 1. de glorific. Trin. & proceſſ. Spirit. Sanct. cap. 19. Aſſerens per occaſionem noſtrum tex. Quærit, quare Deus voluerit iſtam diuinam perſonam per hunc terminum (Spiritus) denotari; cùm per hunc terminum etiam denotentur flatus? Vnde aliqui dixerunt hic non loqui de tertia Sanct. Trinit. perſona, ſed flatu, aut vento flante ſuper aquas. Et afferens illud Ioan. 16. Inſufflauit, & dixit,* Accipite Spiritumſanctum; *præſupponens illud commune, nempè huic diuinæ perſonæ attribui remiſſionem peccatorum: dicit ſic:* Et quidem Spiritusſanctus non eſt flatus corporeus, veruntamen per hoc verbum, quod dictum eſt: Inſufflauit) duo hæc nobis dat intelligi, & qđ ex ipſo procedit iſta paracleſis, & quod per hunc Spiritum Sanctum tàm facilè ſit omnia peccata dimitti, quàm facilè, cùm vult, inſufflare poteſt aliquis.

L.

HVGO *Card. Poſtil. in Ezech. cap. 3. Ad illud eiuſdem Prophetæ:* Et aſſumpſit me ſpiritus, & audiui poſt me vocem commotionis magnæ: *affert quandam doctrinam congruentem cuidam digno notando in noſtro textu. Nimirum, nullam fieri mentionem aquæ, niſi immediatè poſt aduentum Spiritusſancti ad illam informem, tenebroſamq; atq; confuſam, inanem, vacuamq; materiam, per quam vt non ſemel hic inuenietur, myſticè intelligitur deſcriptus ſtatus animæ exiſtentis in peccato.* Ratio *ſpiritualis videtur eſſe, quia primus effectus in anima tali, ex aduentu Spiritusſancti, ſunt lacrymæ. Nõ enim antea ſentit anima quantumuis miſera, quid in ſe deplorandum ſit. Verba Cardinalis ad ſupra poſitum textum ſunt hæc:* Prophetam vox commotionis magnæ ſequitur, quia poſt verbũ prædicationis, conuerſorum, atq; pœnitenium luctus, atq; gemitus audiuntur. Qui .n. prius quieti iacebant in vulnere: tacti poſteà manu medicinæ cum dolore redeunt ad ſalutem. De hac enim commotione pœnitẽtium, per alium Prophetam dicitur: Pedes eius ſteterunt: & mota eſt terra. Quia cùm veritatis veſtigia in corde audientium figuntur, ipſa mens in ſui conſideratione turbata, commouetur. *Et poſt ad illa verba eiuſdem Prophetæ:* Spiritus quoq; leuauit me, & aſſumpſit me: & abij amarus in indignatione Spiritus mei: *dicit ſic:* Qui enim Spiritu Dei repletur, & eleuatur ad ſuperna: in amaritudinem, & indignationem ei conuertuntur omnia huius Mundi delectabilia. *Et affert quædam verba Diui Greg. aſſignantis rationem huius amaritudinis, prætiementis Prophetę ex aſſumptione Spiritus Sancti: & ſic dicentis:* Si quis ore cordis guſtauerit, quæ ſit illa dulcedo cœleſtium præmiorum, qui illi hymnidici Angelorum chori; quę incomprehẽſibilis viſio ſanctæ Trinitatis: huic quantò dulcè fit, quod intus videt, tantò in amaritudinẽ vertitur, quod foris ſuſtinet. Rixatur ſecũ de his, quæ malè geſſiſſe ſe recolit, & ſibimet ipſi diſplicet,

cùm

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

cùm tàm ille placere cœperit, qui omnia creauit. *Addi poteſt illud Diui Leonis Pap. ſerm. de Pentec.* Ab ipſo omnis interceſſio Patris, ab ipſo lacrymæ, ab ipſo omnis ſupplicantium gemitus.

LI.

GREG. *Nyſ. Hexam. ad hunc locum, vt effugiat calumniam dicentium condecens non eſſe S. S. aquis (nondum creata luce) tenebroſis ſuperferri: ait ſic:* Aqua profectò ſuper quam ferebatur Spiritus Dei, diuerſa erat ab iſtarum aquarum natura, quæ deorſum fluunt, & firmamento ab aqua graui, & ad inferiora tendente, ſeiungitur, qua ſublimiori contemplatione diuinorum plenitudo ſignificatur. *Vbi apparet, Spirtum Sanctum ſolis cœleſtibus, contemplatiuiſq; animabus vehiculi miniſterio vti, minimè autem grauibus, & ad terrena, imaq; tendentibus.*

LII.

PHILO. *Hab. lib. de Mundi opificio: ſingulariter reſpondet cuidam dubio hic communiter excitato: nimirum, quomodo cùm terra proximè tàm inanis, & vacua, tenebroſaq; & confuſa deſcriberetur: immediatè introducatur Spiritus ſanctus ſuper illã. Reſpondet autem ſic:* Erat enim ex ſe ipſa expers omnis qualitatis indigeſta inanis, plena ruditate, confuſione, atq; diſcordia, ſed capax alterationis, & mutationis in contrarium ſtatum optimum videlicet ordinem, qualitatem, animationem, identitatem, coaptionem, atq; conſonantiam cœteraq; quæ ad potiorem ideam attinēt. Tum Deus nemine cogente (quis enim erat alius?) ſuoptè conſilio decreuit diuitias gratiæ ſuæ copioſè, largiterq; perfundere. *Vbi apparet, Deum maximè reſpicere in peccatoribus capacitatē, & motus alterationis in melius immutandi priſtinū ſtatum, vt ſuum impertiatur Spiritum. Vndè valdè deplorandi ſunt illi, qui ità immobiliter vitijs adhærent, quod nullus in eis videatur motus, ad emendationem, neq; capacitas ad correctionem.*

LIII.

OLEAST. *Com. in Gene. Ad litterã hunc illuſtrãs locum, ait ſic:* Aduertendum eſt etiam verbū (Racaph) à quo (Meracepet) ſignificare propriè (moueri) aut (mouere ſe) vt patet Hier. 23. Quia Rachaphu, ideſt, mota ſunt, ſeù mouerunt ſe omnia oſſa mea. Idem Deut. 32. Sicut Aquila ſuſcitabit nidum ſuum, ideſt pullos, ſuper pullos ſuos ierocheph, ideſt mouebit ſe. Solent enim aues cum pullos ſuos volare docent, prouocare eos, vt nidum exeant volantes, & mouentes ſe ſuper illos, vt iuuent eos, ſi opus fuerit. *Vbi apparet, quod idem diuinus Spiritus, qui nos mouet, vt à peccato exeamus, moueamur, & volemus pari paſſu, ſeipſum etiam mouet, vt deficientes adiuuet.*

LIV.

PATVA *Luſitanus, vnus ex Theologis Sacroſan. Concil. Trid. pro magnanimo, ſed inſelici Rege Sebaſt. ſerm. 2. fer. 6. poſt tertiam Domin. Quadrag. Subminiſtrat nobis materiam reſpondendi cuidam dubio hic non ſemel excitato, & ſoluto: nimirū, quare expreſſerit Moyſes Spiritum Sanctum ſuper aquas ferri? Videlicet ad accuſandam hominum deſidiam in quærendo diuino Spiritu, qui non ſub aquis, aut intra ipſas aquas (quas homines nimia cupiditate penetare (non ſine maximo vitæ periculo) non recuſant, vt diuitias, gemmaſq; ibi à natura reconditas abſtrahant) ambulat, & tamen quæri negligitur; Nã afferens per occaſionem illud Hiere. 2.* Duo mala fecit populus meus: me derelinquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas, &c. *notans illud verbum;* Foderunt; *ait ſic:* Dicit, Foderunt, quia negligere Deū adhùc non eſt propter res, quæ ſe facilè, & caſu ſe offerunt, aut caſu, & ſine labore inueniuntur: ſed propter res nimio labore quæſitas, quæ ſe negant, & quas conſequi, quaſi impoſſibile eſt.

LV.

STEPH. *Cantuar. vt in allegor. Godefriǰ, intelligens per aquam, myſticè, Sacrã Scripturam: ait:* Ideſt ſpiritualis intelligentia ferebatur. Quod fertur de loco ad locum mouetur: quia ſpiritualis intelligentia hùc, & illùc dimoueri poteſt: at litterà, quaſi fundamentum immobilis manet.

LVI.

TERTVL. *lib. de baptiſ. Aſſignans rationem, quare Spiritus ſanct. primò ſuper aquas (quæ mundiciam ſignificant) apparere deſcribatur: ait:* Sanctiſſimus Spiritus ſuper emundata, & benedicta corpora libens à Patre deſcendit.

Expoſitiones

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

Expoſitiones ſententiarum, quæ inueniuntur in Cap. Parabolicis Iob. Pſal. Lib. Salom. Prophet. Epiſt. Apoſt. Apocal. in quibus eſt aliquod horum verborum. Spiritus. Fero. Aqua.

Ex Iob.

LVII.

S. *GREG. Pap.* 8. *moral.* 22. *ad illa verba, Baldad Subites dicta per increpationem, Iob* 8. Spiritus multiplex ſermonis oris tui: *ait ſic:* Cùm multiplicitas in ſermone reprehenditur, eſſe procul dubio intelligētiæ grauitas in ſenſu denegatur. Vis quippè ſumma loquentium, quadrifariam, qualitate diſtinguitur. Nam ſunt nonnulli quos ſentiendi ſimul, ac dicendi amplitudo dilatat: & ſunt nonnulli, quos ſentiendi ſimul, & dicendi inopia anguſtat. Sunt nonnulli, qui efficaciam dicendi habent, ſed accumen ſentiendi non habent. Sunt nonnulli, qui accumine ſentiēdi ſubnixi ſunt, ſed ex inopia locutionis obmuteſcunt. Hoc namq; in hominibus cernimus, quod in rebus ſæpè inſenſibilius videmus. Nam plerūq; & abundans, aqua ab intimis ducitur, & largis in ſuperficiem meatibus deriuatur. Plerunq, anguſta in intimis latet, & progrediendi rimas difficulter inueniens, foras anguſtior exundat. Plerunq; minima in abſconditis oritur: cumq; patenter, quò exeat inuenit, ex largo foramine tenuis procedit, magniq; ſe meatus dilatant, ſed non eſt, quod fundant. Plerunq; verò ampla in abſconditis ſurgit, ſed anguſtis preſſa meatibus tenuiſſima profluit. Sic itaq; in alijs os patens emanat, quod largus ingenij fons miniſtrat. In alijs intellectum, nec ſenſus porrigit, nec lingua fundit. In alijs os ſiquidem ad loquēdum patet, ſed ad reddendum parata à ſenſu lingua nihil accipit. In alijs verò largus ſciendi fons à corde exuberat, ſed hunc quaſi meatus tenuis impat lingua coanguſtat. In quibus nimirum quatuor dicēdi qualitatibus ſola crimini tertia ſubiacet: quæ hoc ſibi per locutionem arripit, ad quod p ingenium non aſſurgit. Nam prima laudāda eſt, quæ vtroq; valenter pollet. Secunda miſerādæ, quæ vtroq; humiliter caret. Quarta adiuuanda, quæ explere, quod ſentit non valet. Tertia verò deſpicienda, atq; reprimenda, quæ dum ſermone ſe erigit: ſenſui iacet: quæ membris inflatione tumentibus ſimilis ad aures audientium vaſta: ſed vacua procedit. *Glo. ibi ſic:* Dum multiplicitatem ſermoni eius tribuit, inopiam intelligētiæ ipſius reprehendit.

LVIII.

CAET. *Com. ibi ſic:* Iuxta Hebræ. habetur: Et ſpiritus fortis dicta oris tui. Magnanimitas Iobis arguitur: eò quod corpore non ſolum attenuato, ſed conſumpto, eius ſpiritus fortis perſeuerabat in dictis ore proprio.

LIX.

DIONYS. *Cart. Enarr. ibi ad litteram ſup. dicta verba ſic exponit.* Dupliciter ergò hoc verbū exponitur. Primo ſic: Spiritus ſermonis oris tui, .i. ira, ſeù indignatio, vel impatiētiæ paſſio, ex qua tua procedit locutio, eſt multiplex magna perſeuerans, & varia, & nunc de iſto, nunc de illo turbaris, exturbationeq; loqueris. Secūdò ſic. Spiritus ſermonis oris tui, mens, ſeù anima tua, quæ prorumpit in verba præhabita, eſt multipliciter paſſionata, diuiſa, diſtracta, non in Deo ſimplificata, ac recollecta. *Myſticè autem ſic:* Iniuſtis enim grauia eſſe ſolent verba iuſtorū: & dum corrigi nolunt, recta prolata criminantur. Inſuper cùm ſe increpari conſiderant, increpantem non ex rationis iudicio, ſed impetu paſſionis, varijſq; inordinatis affectionibus loqui teſtantur, quod item menſuram loquendi nō perpendat, aut neſciat, imò ſe ipſos ſapientiores, ac meliores illo eſſe, aut apertè profantur, aut impliciter innuunt, ſed & verba loquentis interrūpere ſolent.

LX.

S. *THO. Com. ibi: Ad eadem verba ſic:* Reputabat enim (quia Iob multa protulerat, quorum ordinem ipſe non capiebat) quod eſſent verba diffuſa, & quaſi hominis ſine ratione, ex impetu ſpiritus varia loquentis, abſq; ordine rationis. *Vbi apparet, non eſſe nouum auditores ignorantes cōdemnare, vt diffuſa, & ſine ordine Prædicatorum conciones, quas minimè intelligunt.*

S. GRE.

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

LXI.

S. GREG. *Papa moral. lib. 5. cap. 15. Ad illa verba Iob 4.* Vidi eos, qui operantur iniquitatem, & ſeminant dolores, flante Deo periſſe, & ſpiritu iræ eius eſſe conſumptos: *ſic ait:* Nos quippè cùm flamus aerẽ ab exterioribus introrſus trahimus, & introſus tractum hunc exterius reddimus. Flare ergò Deus in vindictæ retributione dicitur, qui ab exterioribus cauſis introſus iudicij conſilium concipit, & ab interno conſilio extrorſus ſententiam emittit. Quaſi, flante, Deo, ab exterioribus aliquid introrſum trahitur, quando foris mala noſtra conſpicit, & intus iudicium diſponit. *Et concludit:* Benè itaq; dicitur, quia qui dolores ſeminant, &c. quia vndè foris peruerſa faciunt, indè ab intimis rectè feriuntur. *Vbi apparet, diuina ſupplicia, quibus afficimur, eſſe deſumpta à noſtris culpis, noſq; miniſtrare materiam vndè fiant.*

LXII.

S. THO. *vbi ſup. Ad ſupradicta verba: ait ſic:* In hoc autem, quod dicit, vidi, dat intelligere ſe iſta per experientiam probaſſe. Per eos autẽ, qui operantur iniquitatem, intelligit eos, qui aliquam iniuſtitiam faciunt, & præcipuè in nocumentum aliorum. Per eos autem qui ſeminant dolores, & metũt eos, intelligit eos, qui per dolum alijs nocent. Ij enim dolores ſeminant dum calumnias præparant, quibus alios dolẽtes reddant: qui dolores metunt, dum malitiam ſuam ad effectum perducunt: & hoc pro magno fructu habent. Quam quidem metaphorã vlterius proſequitur quantum ad pœnam: conſueuerunt enim ſegetes vento vrente ſiccari, & conſumi. Vndè dicitur Malach. 13. Increpabo. i. ventũ, & non corrumpet fructum terræ veſtræ. Et hoc eſt quod dicit: Flante Deo perijt: quaſi ipſum diuinum iudicium ad vindictã iniquitatis procedẽs, flatus quidẽ ventus ſit. Ipſa autem Dei vindicta dicitur, Spiritus, id eſt vẽtus iræ eius. Non ſolum autem dicit quod perijt, ſed quod cõſumuntur: quia non ſolum in proprijs perſonis puniuntur, ſed & eorum familia tota perijt, vt nihil ex eis reſiduum videatur.

LXIII.

DIONT. *Cart. vbi ſupra, Ad eadem verba, ſic ait:* Flante, &c. id eſt iudicium cum velocitate, ac impetu faciente Deo periſſe, & ſpiritu .i. voluntate, vel vento, ſeu impetu iræ, .i. iuſtæ vindictæ eius eſſe conſumptos. *Vbi apparet, quã metuenda eſt diuina ira, qua & velociter, & cum impetu punit.*

LXIV.

STEVCHVS *Enar. ibi tenens ſupradictã doctrinam: ait:* Quicquid ſeminatur, metitur fructibus, ſeminibus reſpondentibus: Pietatem ſeminaſti, perire igitur non potes. Nam perditio eſt fructus impietatis.

LXV.

S. GREG. *Pap. moral. lib. 5. cap. 13. Per Spiritum diuinas accipit internas viſitationes. Nam illa verba Iob cap. 4.* Et cùm Spiritus me præſente tranſiret, inhorruerunt pili carnis meæ: *ait ſic:* Nobis præſentibus, Spiritus tranſit, quando inuiſibilia cognoſcimus, & tamen hæc non ſolidè, ſed raptim videmus. Neq; enim in ſuauitate contemplationis intimæ diù mens figitur: quia ad ſemetipſam immenſitate luminis reuerberata reuocatur. Cumq; internam dulcedinem deguſtat, amore æſtuat, ire ſuper ſemetipſam nititur, ſed ad infirmitatis ſuæ tenebras facta relabitur, & magna virtute proficiens, videt, quia videre non poſſit hoc, quod ardenter diligit: nec ardenter diligeret, niſi aliquatenus videret. Nõ ergò ſtat: ſed tranſit Spiritus, quia supernã lucẽ noſtra nobis contemplatio, & inhiantibus aperit, & mox infirmantibus abſcondit.

LXVI.

GLO. *ibi, ſic:* Pili ſunt ſuperflua quælibet humanæ corruptionis cogitationes vitæ veteris, quas ſi à mente excludimus, pilos carne excidimus, vt nõ dolore fatigemur. Vndè Moyſes Leuit. 24. Leuitæ radant omnes pilos carnis ſuæ. Hæc autem ſubtiliùs in nobis conſpicimus, cùm alta penetramus, vndè rectè nunc dicitur: Cum Spiritus, &c. Cum enim mens vera videt, durius ſe de ſuperfluis cruciat. Tranſeunte ergò Spiritu pili pertimeſcunt, quia antè vim compũctionis ſuperfluæ cogitationes fugiunt, & dum illicita diſtrictè reſecat, mens latiùs ſpeculationi inheret, & penè figit ſpiritum, qui tranſibat. Nec tñ hec ipſa mora cõtẽplationis vim deitatis plenè aperit. *Vbi apparet, minimè alta Dei ſe cognoſcere comprobare, quem etiam minima, & ſubtiliſſima, leuiaque ſuperflua non grauant, ac in ſe reſecare non ſtudet; & tanquam grauiſſima peccata non horreſcit.*

DION.

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

L X V I I.

DIONYS. *Cart. Enarr. ibi, per ſpiritum intelligit Angelum: & ait:* Calore nanq; & ſpiritu ad interiora retractis, frigus obrepit in pelle, qua contracta, eriguntur capilli, quod horripilatio nuncupatur. Nec mirum, ſi ad præſentiam Angelicæ, ac cœleſtis præpotentis virtutis, virtus humana inferior fragilis, taliter alteretur, ac varietur, præſertim in nocte, quando res apparens, ſeu audita, viſu diſcerni nō valet. Propter, quod parua commotio tunc turbationem, formidinemq; inducit, opinantibus maius quid eſſe, quam eſt.

LXVIII.

S. GREG. 2. *moral.* 24. *Ad illud de impio ſuperbo dictum Iob* 15. Et auferetur à Spiritu oris ſui: *ait:* Superbus etenim quiſq; quò in hac vita plus valet, eò ſibi linguæ frena audacius relaxat, vt loquatur peruerſa quælibet, nullumq; de verbis ſuis metuat, iſtos contumelijs feriat, illos maledictionibus iaculetur. Nonnunquam verò in blaſphemiam contra conditorem rapitur, ſicut de talibus per Pſalmiſt. 72. dicitur: Poſuerūt in cœlum os ſuum, & lingua eorum tranſiuit ſuper terram. Vndè, & diues in igne poſitus, ſtillari ſibi aquam ex digito Lazari in linguam poſtulat. Qua ex re intelligitur, quia vbi amplius peccauerat, ibi atrocius ardebat. Rectè ergò nunc dicitur: Et auferetur ſpiritu oris ſui: quia eò percuſſionis ſententiam accepit, quæ oris ſui ſpiritum ſub diuina formidine non reſtrinxit.

L X I X.

STEVCH. *Enarr. in Iob, ibi, totam complectens ſēntentiam: nempè:* Non recedet de tenebris: ramos eius areſaciet flamma, & auferetur ſpiritu oris ſui: *ait:* Tenebras, calamitates, mærores appellat, vt ſolent ſcriptores ſacri, ramos, vel ramum, vt Hebraicè eſt, vel germen, viriditatem, & opulentiam; felicitatem, copiam, cū floreret, cū vireret. Flammā dicit calamitates, miſeriarū incendia, afflictiones, præſſuras, dolores, æſtus. Spiritum oris ſui, ſentit ventum flatum ex ore Dei, impulſum, miſſum à Deo, quo tollētur oēs, longè fugabūtur diuitię. Vt enim fortunam, quæ Deus ipſe eſt, dicunt flare, ſecundoſq; ventos prædicant, & celebrant noſtri; reflare autem dicitur fortuna, quoties longè alio vultu nos aſpicit, & accumulatas euertit opes, inæſtum, pelaguſq; ſæuum proijcit nauiculam; ſic ſpiritu .i. vento ex ore Dei miſſo, omnem eius, ait, *felicitatem* differendam, diſſipandam. Hebraicèq; eſt. Et auferetur ſpiritu oris ſui. Ipſe .ſ. diues, & beatus abibit, aſportabitur, aut ramus eius. *Vbi, q; felici ſe ſentiunt flari aura proſperitatis à Deo: attendant, quod eodemmet ore, quo benemeritos flat ingratos, & peccatores etiam reflare ſolet.*

L X X.

S. HIER. *Com. ibi ſic:* Secundum antiquam ergò editionem in ſtirpe, ſiuè fronde, originē vitæ impij ſignificari exiſtimo, quā Spiritus Dei ſententia iudicij, vt incumbans ventus percutit, vt velut arbor areſactus impius illicò moriatur: & ita omnis flos honoris eius, & gloria defluat.

L X X I.

CAET. *Com. ibi ſic:* Ramos eius, &c. Parabola eſt: deſcribuntur ſiquidem filij ad inſtar ramorum arboris, qui areſiunt à flamma; ad inſinuandum quod deficient penitùs eorum facultates, ſicut deficit viriditas rami exiccati à flamma. Et auferetur ſpiritu oris eius ab eo. Iuxta Hebræ. habetur: Et recedet in ſpiritu oris ſui. Mors repentina quam ſæpè incurrunt tyranni, deſcribitur per receſſum à præſenti vita in ſpiritu oris ſui: hoc eſt abſq; ægritudine, vigente ſpiritu oris ſui.

LXXII.

S. GREG. *moral.* 1. *Ad illud Sophar Naamathites Iob* 20. *poſtquam eiuſdem Patientiſſimi verba doctrinæ ſalutiferæ audierat.* Doctrinam quam me arguis audiam: & ſpiritus intelligentiæ meæ reſpondebit mihi: *ait:* Ac ſi apertè dicat: Tua verba audio: ſed an rectè prolata ſint, ſpiritu meæ intelligentiæ diſcerno. Nam qui dicentis verba deſpiciunt, doctrinam eius non ad adiutorium, ſed ad occaſionem certaminis ſumunt: vt audita potius iudicent, quam ſequantur. *Addatur Expoſ. Diony. Cart. Enar. ibi:* Audiam non mox eam aſpernatione abijciendo, ſed quid veri in ea ſit, diligentiùs inueſtigando. Et ſpiritus intelligentiæ meæ .i. ſpiritus, per quem intelligo .ſ. *anima, vt* intellectiua reſpondebit mihi .i. intus oſtendet, ac iudicabit in conſiſtorio mentis meæ, quod verum eſt, quia per intellectus inueſtigationem veritas inuenitur. *Vbi apparet, impijs prædicationis verba ideò non proficere, quia ab auribus non aduoluntatis exercitium ducunt, ſed ad conſiſtorium prius intellectus iudicanda preſentant.*

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

LXXIII.

LYRA *Poſt.in illud Iob 26.* Spiritus eius ornauit cœlos,& obſtetricante manu eius eductus eſt coluber tortuoſus:*ſic comment.* Spiritus eius ornauit cœlos .i. Angelos, qui ſunt ciues cœleſtes: ſicut Ciuitas ornari dicitur, quando ciues ornantur: Et obſtetricante manu eius,&c. .i. potentia Dei.Eductus eſt:de ſocietate bonorum Angelorum. Coluber tortuoſus.i. diabolus,qui dicitur coluber, quia in ſpecie ſerpentis Adam tentauit. Et tortuoſus, propter malitiæ ſuæ calliditatem,& de hac ſeparatione loquitur per modum obſtetricationis,quia obſtetrix fœtum mortuum ſtudet educere de vtero matris, tanquam quid putridum, & corruptum, & ſic mali angeli de ſocietate bonorum per manum Dei.Omnia iſta prædicta expreſſit Iob,ad oſtẽdẽdũ, ꝙ illa quæ dixerat Baldath.de poteſtate: & ſapientia Dei non latebant ipſum, cum multa maiora ſciret, & hoc ad reprimendum ipſius Baldath. oſtentationẽ.*Vbi apparet & per honorationem Ciuium exornari Ciuitates: & quod idem Spiritusſanctus,qui fouet ſat at viuituros,proijcit corruptos: & quod Sancti multoties alta loquuntur ad reprimendum ignorantiam oſtentationem, nimis de ſua preſumentiũ ſcientiam. Addatur Com.S.Tho.ſic:* Spiritus eius ornauit cœlos .i. cœleſtes ſpiritus ornamentis .ſ. ſpiritualium donorum. Non erat autem conueniens,vt percuſſus per priuationem gloriæ, cum ornatis per Spiritum Sanctum remaneret. Vndè ſubdit.Et obſtetricante,&c.

LXXIV.

TITELM.*Elucid. in Iob, ad idem ſic*: Spiritus Sanctus,qui ab eo procedit, & cum eo eſt vna ſubſtantia, vnuſq; Deus, cœlos omni ſua perfectione adornauit, quoniam ſicut Patri ratione omnipotentiæ peculiariter attribuitur rerum creatio,& Filio,ſiuè Verbo ratione ſapientiæ,gubernatio: ſic Spirituiſancto tertiæ in diuinis perſonæ,ratione bonitatis,ſiuè benignitatis, attribuitur rerum perfectio.

LXXV.

DIONYS.*Cart.Enar. ibi ſic*: Per Spiritum Dei intelligi poteſt Spiritus Sanctus perſona à Patre,Filioq; diſtincta, vel mens, ſeù voluntas Dei,qui cœlos .i. Angelos ſanctos ornauit:quia ruentibus apoſtatis, ipſi donis gloriæ confirmabantur,tuncq; cœperunt Deum videre per ſpeciem. Inſuper cœlos .i. orbes cœleſtes, ſtellis, planetis,virtutibus,luce,cauſalitate ornanit, iuxta illud Eccli.43. Species cœli gloria ſtellarũ, Mundum illuminans in excelſis Dominus.Rurſus:Spiritus eius ornauit cœlos,ideſt Beatos Apoſtolos,præſertim in die Pentecoſtes, quando tot gratiarum chariſmatibus ſunt repleti:quia (vt Paul. Rom.8. teſtatur) primitias ſpiritus acceperunt.De quibus ait Pſal.18.Cœli enarrant gloriã Dei. Sed & omnes, qui in terra cœliformiter conuerſantur,& dicere poſſunt: Noſtra conuerſatio in cœlis eſt,vndè hoc non habent, niſi à Spiritu Sancto per ornamenta gratiæ, ac virtutum, quæ illis largitur.

LXXVI.

STEVCH.*Enarr.ibi,poſtquam per ornamenta cœli intellexit ſtellas, planetas,&c. ad ſecundam partem ſententiæ, quam aliqui intelligunt de piſce, nempè,cete,talium aſſertionẽ reprobans: ait*: Obſtetricatio, nũc eſt formatio.Idq; ſonat magis Hebraicum verbum (chalal:) coluber autem tortuoſus mihi non diſplicet, iuxta ſententiã Gerſon, vt ſit ille ſtellatum aſpectus in cœlo,quem Græci,ac Latini ſerpentem, ſiuè colubrum vocant,de quo Poeta:

Maximus hic flexu ſinuoſo labitur anguis,
Circum,perq; duas in morem fluminis arctos.

Nam cùm de cœlo philoſophetur Iob, non debuit tàm repentè in mare deſcendere. *Vbi documentum habent Philoſophi nè de vno extremo repentè ad aliud ſine vlla mediantium commemoratione,aut narrando,aut philoſophando tranſeant, & deſcendant.*

LXXVII.

CAET.*Com.ibi ſic*: Iuxta Hebræum habetur: In ſpiritu ſuo cœlos pulchrifecit. Deſcribitur per hoc differentia inter modum,quo Deus effecit naturalia in ſphæra elementari (in nubibus,in montibus,in aquis,&c.) & modum quo pulchritudine donauit cœlos decorando illos tot aſtris,penès hoc quod cœlos pulchrifecit in ſpiritu ſuo: hoc eſt abſq; corporeo inſtrumento (modus enim fuit purè ſpiritualis. Et per hunc modum inſinuatur oppoſitus modus,.ſ. per inſtrumentum corporeum; quo Deus mutationes in aere,in aquis,&c.effecit. Et obſtetricãte manu eius eductus eſt coluber tortuoſus. Iuxta Hebræum habetur:Dolẽdo peperit manus eius ſer-

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

ſerpentem vectem. Dictio interpretata dolendo peperit, ſignificat dolere in partu, & eſt præritum perfectum: & propterea oportet interpretari, vel doluit, vel dolendo peperit. Dictio quoque interpretata vectem, anceps eſt, vel ad recurſum, vel ad vectem: hoc eſt ſudem palũ trabem in tranſuerſo ſitam ad obſtruendũ, ad claudendum, &c. Diabolus ſiquidem deſcribitur ab officio tum ſerpendi ad intima animi humani, tũ impediẽdi & obſtruẽdi viã cœleſtẽ hominibus, inter alia ſiquidem media, quibus Deus nos gubernat, cõnumeratur poſtremò diabolus quo ad officiũ tẽtãdi nos. Et attribuitur manui (hoc eſt gubernationi diuinæ) partus dæmonis quãtum ad hoc officium: quoniam ſecundum veritatem gubernatio diuina admittit dæmones, quo ad hoc officiũ inter media q̃bus gubernat nos. Niſi enim diuina gubernatio hoc officium inter ſua media admitteret, machinationes dæmonũ non ſe extenderent ad homines. Attribuitur autem diuinæ manui dolendo: tũ ad ſignificandũ quod quemadmodũ mulier pariẽs dolores partus non elegit, ſed tolerat propter bonum generationis, ita diuina gubernatio nõ eligit ſed permittit dæmones tẽtare hominem propter bonũ electorũ, tum ad inſinuandum modum quo officium hoc recipitur ab hominibus: videlicet, cũ afflictione animi, vel corporis, ita quod dolor manus diuinæ referatur ad effectum. Et quia vtroq; modo verificatur metaphora doloris, ideò vtrumq; diximus: Sapiẽter aũt Iob manifeſtãdo modũ quò gubernamur à Deo diuerſum eſſe à modo, quo gubernat Deus ſubſtantias ſpirituales, meminit quod Deus gubernat nos etiam per dæmonũ tẽtationes exercẽdo nos: quia hinc apparet iuſtificatio ipſius Iobis non puniti ſed exercitati afflictionibus illatis ſibi per Satanam. *Vbi apparet, in cœtera, excellentia Angelici Doctoris, de quo legimus neq; etiam ſuperbiæ, aut vanæ gloriæ, ſẽſiſſe ſtimulum: Nam etſi à prouidentia diuina non ſit alienum per tentationes ſanctos exerceri quaſi manu: tamen angelicũ, ſydereumq; ac cœleſte eſt non hac doloroſa manu: ſed ſuauitate Spiritus ſui aliquam angelicam animam ornare, gubernare, & illuſtrare. Quam differentiã ẽt ponimus inter eos, qui per tribulationes, aduerſitates, & illos, qui per felicitates ſuam conſequuntur ſalutem. Illi namq; manu, mechanicè, doloroſè quaſi repugnantes, operantur: iſti verò Spiritu ſuauiter reguntur.*

LXXVIII.

S. GREG. 18. *moral.* 2. *Ad illud Iob* 27. Et Spiritus Dei in naribus meis: *intelligens per ſpiritum Dei, diabolum: ait:* Vndè etiã in libris Reg. 1. cap. 18. de diabolo ſcriptum eſt: quia ſpiritus Domini malus irruebat in Saul. Vbi iuſtè quæritur: ſi Dñi; cur malus: etſi malus, cur Domini dicatur? Sed duobus verbis comprehenſa eſt poteſtas iuſta in diabolo, & voluntas iniuſta. Nã & ipſe dicitur ſpiritus malus per nequiſſimam voluntatem: & idem ſpiritus Domini per acceptam iuſtiſſimam poteſtatem. *Et ante præcedent. cap. ſic:* Scit nanq; quia diabolus licet afflictionẽ iuſtorum ſemper appetat, tamen ſi ab authore noſtro poteſtatem non accipit, ad tentationis articulum nullatenus conualeſcit. Ex ſe enim tẽtare quoslibet iniuſtè appetit, ſed eos, qui tẽtandi ſunt, nonniſi tentari Deus iuſtè permittit.

LXXIX.

S. THO. *Com. in Iob, Ad illud c.* 27. Viuit Deus qui abſtulit iudicium meum, & omnipotẽs qui ad amaritudinem adduxit animam meam, quia donec eſt alitus in me, & ſpiritus Dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatẽ: *ait;* Ideſt donec habeam vitam, quæ per reſpirationem conſeruatur, & vt oſtendat ſe vitę beneficium à Deo recognoſcere, ſubdit: Et ſpiritus Dei in naribus meis: Reſpiratio enim præcipuè fit per nares. Nam reſpiratio quæ fit per os, non eſt adeò congrua, vt Ariſt. dicit in lib. *de hiſtor.* animalium. Reſpiratio ergò hominis, quæ principaliter in naribus poſita eſt, hic ſpiritus Dei dicitur: quia hoc habet homo à Deo vt viuendo poſſit reſpirare: & huic beneficio ipſe non vult eſſe ingratus peccando: vndè ſubdit: Non loquentur labia mea iniquitatem. *Vbi peccatores cũ peccant, præcipuè malè loquendo: aduertant, ſe ingratos eſſe illi, à quo reſpirationem habent: & timeãt nè cum labia aperire volunt vt peccent, ei ſubtrabat Deus reſpirationem à naribus, qua viuunt. Addatur illud Dionyſ. Cart. Enar. ibi:* Addit autem in naribus meis: quia (vt ait Albertus) naturalis anhelitus eſt per nares, & per os fœtidus de ſtomacho procedens. *Et illud Caet. Com. ibi:* Naſus autem reſpirationis organum iuge eſt: dormientes. n. clauſo ore, reſpiramus per nares.

OLYM-

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

LXXX.

OLYMPIOD. *vt in catena Græca, vbi ſupradicta ſententia ſic vertitur:* Et omnipotens, qui amaram fecit animã meam: ſi adhuc ſpiratione mea exiſtente, & ſpiritu eius diuino nares meas circumeunte, loquentur labia mea impia, &c. *ait* Nonnulli dixerunt Trinitatis hoc loco Iobũ meminiſſe. Viuit, inquit, Dominus, & omnipotẽs, & Spiritus diuinus. Nam quod alibi 70. ad diuinũ Spiritum retulerũt, cũ interpretati ſũt Geneſ. 2. Inſufflauit Deus in faciem hominis inſpirationẽ vitæ: reliqui interpretes ſic prorſus extulerũt: Inſufflauit in nares eius inſpirationẽ vitæ. Ergò hoc item loco, illud, quoad ſpiratio erit, ſeu flatus in naribus meis, pro reſpiratione ſumendum eſt. Illud autem, Spiritu diuino circumeunte nares meas, Spiritui Sancto tribuendum eſt. Tametſi Method. Spiritum diuinum, qui à Deo eſt cũctis conceſſis hominibus, de quo Salomon, Sap. 12. Sap. 12. Incorruptus tuus ſpiritus eſt in omnibus; conſcientiam eſſe confirmat, quæ quidem ipſa peccantem animum condemnat. *Vbi inter cætera patent, & quod Spiritui Sancto attribuitur noſtra reſpiratio, immò ab eo denominatur infuſio animæ rationalis: & quod naſus eſt tam præcipua pars faciei humanæ, quod pro tota facie accipiatur: & quod per conſcientiam reſpirat, & viuit homo.*

LXXXI.

S. GREG. *32. moral. 19. ad illud Iob 32.* Plenus ſum ſermonibus, & coarctat me ſpiritus vteri mei. En venter meus, quaſi muſtum abſq; ſpiraculo, quod lagũculas nouas diſrumpit. Loquar, & reſpirabo paululum, aperiam labia mea, & reſpondebo: *ait:* Sæpè contigit vt ſapientes viri cum ſe non audiri conſiderant, ori ſuo ſilẽtium indicant, ſed dum plerunq; conſpiciunt, quòd iniquorum facinora ipſis tacentibus, & nõ corripientibus creſcunt, vim quandam ſpiritus ſuſtinent, vt in locutionem apertæ correctionis erumpant. Vndè Propheta Hiere. 20. cum prædicationis ſibi ſilentium indixiſſet, dicens: Non recordabor eius, neq; loquar vltra in nomine illius, illicò adiunxit. Et factus eſt in corde meo quaſi ignis æſtuans, clauſuſq; in oſſibus meis, & defeci ferre non ſuſtinens. Audiui enim contumelias multorũ. Pro eo enim quod ſe minimè audiri conſpexit, ſilentium appetijt: ſed cum creſcentia mala cerneret, in eodem ſilentio nõ permanſit. Quia enim foris tacuit ex tædio locutionis intus ignem pertulit de zelo charitatis. Inflammantur quippè corda iuſtorum, cum non correcta creſcere conſpiciunt acta malorum: eorumq; culpæ ſe participes credunt, quòd in iniquitate creſcere ſilendo permittunt. Dauid Propheta poſtquam ſibi ſilentium indixerat, dicens Pſal. 38. Poſui ori meo cuſtodiam, dum conſiſteret peccator aduerſum me: obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis: in ipſo ſuo ſilentio, iuſto zelo charitatis exarſit, qui illicò ſubdidit: Et dolor meus renouatus eſt. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis. Intus ergò cor concaluit, quia dilectionis ardor per admonitionem locutionis exterius emanare recuſauit. Ignis in meditatione cordis exarſit: quia increpatio delinquentium à correctione oris refrixit. Charitatis enim zelus conſolatione admirabili augendo ſe temperat; quando contra iniquorum opera per vocem correptionis emanat: vt & quæ corrigere non valet, increpare non deſinat, nè ſe participem delinquentium, ex conſenſu taciturnitatis addicat.

LXXXII.

CAET. *Com. ibi ſic:* Altera ratio loquendi affertur. Prius enim conatus monſtrare neceſſitatem loquendi ex inſufficientia aliorum: modò aperit neceſſitatem loquendi ex plenitudine ſuæ ſcientiæ. Deſcribit autem mentem ſuam in forma ventris pleni verbis cum impulſu interno ad propellendum verba extra: ſubiungit enim de tali impulſu: Et coarctat me ſpiritus vteri mei, *Addatur, quod Titelm. Elucid. ibi ait,* Neq; verò mihi licet ætati iuniori, deerit quod loquar. Plena enim eſt mens mea verbis, & cõceptibus bonis, propoſito negotio valdè accommodis: multa mihi mens ſuggerit, & copioſam loquendi materiam ſubminiſtrat. Vrgetq; me feruor, & zelus animæ meæ, ſollicitatq; velut, & impellit ad eloquendum, quæ mens concepta digeſſit: veluti cum flatus venti intra anguſtias aliquas quas continetur, latera pulſat, intraq; continetur, ſollicitatq; ad exitum: nec deſinit donec liberè prorumpat, auoletq; quo tulerit impetus. *Vbi apparet, non eſſe reprehendendos viros doctos, ſi etiam non exigente neceſſitate audientium, intra digeſtam ſcientiam mirificè effundant. Quandoq; .n.*

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

alterum ſufficit, vt talibus ſit loquendi licentia.

LXXXIII.

ORIGEN. *vt in Catena Gręca ibi ſic:* Et ſicut mulier prægnans, formato puero, qui in ea natus eſt, cruciatibus tandiù tentatur, dum conceptum, partumq; ediderit; ſic animo dicendi cupido euenire ſolet. Concipit enim, comprehenditq; ſermonem, quem dum diſſimulat, format, atq; ordine fingit: vbi verò illum formarit, ac finxerit, & perfectum exprompſerit, tum demum parit, atq; in labore, ac cruciatu hactenus eſt, quoad pepererit. *Addatur commentum Steuchi ſic aſſerentis:* Magnam verborum vim concepit vterus meus: nempè mens, animus, tanquam vento, cogitationibus tumeſcit, & præmitur. *Et illud Chryſoſt. vt à Glo. ibi:* Paſce verba cohibere ſapientiæ eſt opus,

LXXXIV.

HVGO *Card. Poſtil. ibi hæc verba Heliu ſic commentatur.* Spiritus vteri mei: ideſt větus elationis cordis mei. Vel: Spiritus vteri mei .i. furor charitatis: quo ſe mentitur Heliu inflammari, & coarctari ad loquendum propter vtilitatem audientium. Sæpè enim arrogans videns aliquẽ ſapientem magna loqui, & indè honorari: eius locutionem imitatur: ſed non intentionem. *Addatur illud Dionyſ. Cart. Enar. ibi:* Qui ſpiritus coarctauit, .i. reſtrinxit, & incitauit ſeù impulit ipſum Heliu ad loquendum, partim ex vanitate, & partim ex impatientia.

LXXXV.

S. *GREG. 23. moral. 15. ad illud Heliu Beato Iob;* Spiritus Dei fecit me, & ſpiraculum omnipotentis viuificauit me. *ait:* Subditurus vera, pręmiſit elata, & dicturus hoc, quod rectè ſaperet, antè intonuit quantum tumeret. Sic nimirum, ſic arrogantium mentes inſaniunt, vt & in eis, quæ rectè ſentiunt, elationis ſuæ tortitudine deprauentur. Vndè fit etiã vt eorum recta auditores nequaquam inſtruant: quia profectò illos, per ea, quæ tumidè ſentiunt, non ad ſui reuerẽtiam, ſed ad contemptum vocant. Dumq; dictis prudentibus ſtultitiæ verba miſcent: quia ſtultitia ab audiente deſpicitur, etiam prudentia non tenetur. Hinc enim per Moyſen Leuit. 15. dicitur: Vir, qui fluxum ſeminis ſuſtinet, immundus erit. Quid eſt ergò ſermo, niſi ſemen? Qui dum ordinatè emittitur, audientis mens, quaſi concipientis vterus ad boni operis prolem fætatur. Si verò importunè defluit, emittentem polluẽs generandi virtutem perdit. Vndè Heliu quoque etiam, quæ rectè poteſt ſentire, commaculat: dũ cui, vel quid loquatur ignorat. Et quaſi fluxum ſeminis ſuſtinet, cum linguam vtilitati congruã, per verba vanæ locutionis mouet. Bono autem ordine, & factum ſe aſtruit, & animatũ per Spiritum Sanctum. Sed hæc, quæ rectè aſtruit, vtrũ rectè exequatur audiamus? Sequitur: Si potes reſponde mihi: & aduerſus faciem meã reſiſte: Ecce dum narrat ordinem veræ conditionis, infauſtum ſubitò ſuperbæ elationis erumpit. *Vbi Prædicatores habent documentum, nè etiam bonis, & veris dicendis permiſcant ſtultitiam ſuperbæ locutionis; & quod non ſolum vera, ſed cui, & tempus quo dicant obſeruent.*

LXXXVI.

S. *THO: Com. ibi, illi ſententiæ:* Spiritus Dei fecit me: *ſic correſpondet:* Et ideò non eſt mirum, ſi ſuam facturam mouet, & perficit. *Addatur Cõmentum Titelmani Elucidat. ibi,* Neq; mirum tibi videatur, ſi egò mihi videar aliquid poſſe adferre auditu dignum coram vobis ætate ſenioribus. Nimirum Spiritus ille omniũ artifex, qui Deus eſt, & creator omnium, me fecit. *Et poſt pauca.* Nil mirum ſi etiam ego quædam poſſim auditu digna ex Dei omnipotentis inſpiratione ſiuè naturali, ſiuè gratuita proferre.

LXXXVII.

OLYMPIOD. *vt in Catena Pinelli ſic:* In ipſo narrationis exordio Eliu Deo gratias agit, eumq; laudibus ornat, cum illum ſuum dicit autorem, & effectorem, ſuæq; effectionis, ſapientiæ, cognitioniſq; parentem; eaq; cognitione fretum ſe ad dicendum venire. Haud enim id me latet; non à me ipſo, ſed à Deo hunc prudentiæ ſenſũ accepiſſe. Nam qui largitus eſt mihi vt eſſẽ, idẽ neceſſariarum, & quæ opus ſunt rerum ſcientiã eſt largitus. *Vbi apparet ignorantiam eſſe maximũ etiam argumentum, vt aliquis non factus à Spiritu Sancto putetur.*

LXXXVIII.

SEVERIAN. *Gabal. vt in Cat. Græc. ſic:* Ex iis, quæ dicta ſunt, docemur, Deum eſſe Spiritum ſanctum, & ſicut eſt Filius, opificem. Etſi enim per Filium Pater cuncta fabricatus eſt: ſanè certè in Spiritu Sancto, qui ſecundum natu-

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

turam proprius eſt Vnigeniti.

LXXXIX.

DIONYS.Cart.Enar.ibi ſic commentatur: Spiritus Dei fecit me: ideò dignum & iuſtum, vt me verbis diuinæ maieſtati derogatiuis opponam. Quemadmodum enim totum quod ſumus,& habemus,à Deo ſuſcepimus:ita omne id in eius honorem expendere reuerenter debemus, vt ait Hilarius.

X C.

S. HIERO.Com.ibi ſic: Vt det authoritatem ſe audiendi, ita locutus eſt, quod non poſſit non recta,& vera dicere,is, qui Spiritu Dei factus ſit. *Addatur illud Eſteuchi.Enar.ibi:* Præfatur ſe vera dicturum,& pectore veridico locuturũ, quia Spiritus Dei fecit eum. Ob hanc cauſam, inquit,arrige aures,eſto reſpondere paratus.*Vbi Prædicatores, qui Spiritus ſancti gratiam,mediante Angelica ſalutatione,& poſtulant,& ſe impetraſſe exiſtimant,attendant ad quantum dicere vera teneantur,& fructuoſa.*

X C I.

CAET.Com.in Iob,ad illud cap.34. Si direxerit ad eum cor ſuum, ſpiritum illius,& flatum ad ſe traher.Deficiet omnis caro ſimul, & homo in cinerē reuerreretur.*ait:* Metaphora eſt ad inſtar hominis continentis in ſe ipſo, quæ ſua sũt. Spiritus enim Dei congregandus ad Deum, ſonat communicationem,ſeu conſeruationē ſpiritus (hoc eſt rationalis animę)in hominibus: Flatus verò communicationē ſeu cōſeruationem animę ſenſitiuę, quę in viuētibus ſeruatur reſpirando, vel aliquo proportionali: Eſt itaq;ſenſus, quod ſi Deus vellet exactiùs punire hominem, ſubtraheret communionem vitæ rationalis, ac ſenſitiuę:ac per hoc periret ſimul omnis caro animaliũ piſcium,& auium, & homo in puluerē reuerteretur. Aptè Heliu operi diuino in diluuio vniuerſali propter peccata hominum annectit opus Dei, quod poſſet iuſtè facere, propter peccata hominum, delendo totaliter hominem cum omnibus animantibus. Et facilitas operis inſinuatur in hoc,quod ſola cōgregatione ad ſe ſpiritus ſui,& flatus ſui,hoc faceret Deus: quod eſt dicere,quod ſola ſubtractione communionis ſuæ hoc faceret. Aptè, inquã,quia hinc apparet quod in diluuio vniuerſali Deus non exercuit iuſtitiam exactè cum genere humano,ſed clementer ſaluauit quoſdam ad propagationem humani generis,& quędam animalia ad propagationē animalium. *Vbi apparet,quã timendus ſit Deus,qui non atrocibus indiget ſupplicijs, vt totum Mundum puniat;cum ſola ſpiritus, & flatus ſubtractione omnē poſſit creaturã conſumere:& quantũ dependētes vitę noſtrę sũt eius,cuius eſt ſpiritus,& flatus quo reſpiramus:& quantum debent* Deo *gratias agere,qui ſe alijs punitionibus vident interimi: ſi exactè ille omnes vellet punire,ſolo ſpiritus ſui ſubtractione ſubitamè occidendo,hoc poſſet perficere.*

X C I I.

S. GREG.Papa Moral.20.cap. 17. Ad illa verba Iob cap. 31. Semper enim quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Deũ,& pondus eius ferre non potui: *ait ſic,* Quomodo pondus Dei poterit ferre,qui deſpicir, ſi hoc & ille in verbere pertulit,qui per timorem præuidit?

XCIII.

GLO.ibi ſic:Quoniam qui extremi iudicij aduentum intenta mente conſiderat, profectò videtur,quia tantus pauor imminet,quantus non ſolum tunc videre, ſed etiam nunc præuidere pertimeſcat.

XCIV.

CAET.Com.ibi, reſpiciens antecedentia Beati Iob verba:ait, Iuxta Hebr.habetur.Quia timor ad me contritio El: & celſitudinem eius non potero.Reſponſionem reddit, quare non iratus eſt alijs confiſus in magnitudine ſuæ authoritatis, ex parte timoris Dei: quia ſemper timuit iram Dei fortis,ſciens, quia non poterit reſiſtere celſitudini diuinæ potentiæ. *Addatur, quod Com.ibi ait Angeli.Doct.* Loquitur ad ſimilitudinem in mari nauigantium, qui intumeſcentibus fluctibus ſuper altitudinem nauis, timent nè ab eis ſubmergantur. Similiter timebat comminationes diuinas,quaſi flatus intumeſcentes: & ēt authoritati diuinæ cedebat, ex qua prohibetur pupillorum oppreſſio.Vndè ſubdit: Et pondus eius .i. authoritatem Dei protegentis pupillos, ferre non potui. Quin .ſ. me inclinarem.*Vbi apparet,minimè ſuper ſe,ſuamq;potentiam Dei reſpicere authoritatem, qui ſe ad commiſerationem pupillorum non inclinat.*

XCV.

S. GREG.Pap.moral.2. cap. 9. Ad illa verba Iob cap.30.Diſſipauerunt itinera mea,inſidiati

ſunt

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

ſunt mihi,& præualuerunt:& non fuit,qui ferret auxilium: *ait ſic*, Niſi quia omnipotens Deus, quos in æternum diligit, aliquandò ad tempus relinquit. Vndè ſcriptum eſt Iſai.54. Ad punctũ ad modicum dereliqui te: & in miſerationibus magnis congregabo te. *Et poſt aliqua ſic:* Sãctos enim ſuos Dominus veniendo adiuuat, relinquendo probat, donis firmat, tribulationibus tẽtat. Iuſti quippè animam gratia vocat, tentatio interrogat. *Vbi qui ſe viderint gratijs,& donis vocari: expectent interrogationem per labores,& tentationes.*

XCVI.

GLO. *ibi ſic:* Plerunq; iuſti tribulatione deprehenſi tardari manũ ſubuenientis æſtimant, cùm ſe perſequentium immanitas paulò longiùs anguſtiat,& concita quidem ſunt ereptoris remedia, ſed tarda dolori videntur. *Addatur illud Hugo Card. Poſtil. ibi:* Quod Deus permittit, & ſuos ad tẽpus relinquit, vt probet qui ſint eius: & vt poſteà gratior ſit conſolatio. Vndè Eſa.54. Ad punctum in modicum dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te. Sed tẽtatis, & tribulatis ſemper videtur tarda conſolatio. Vndè Philoſ. Deſideranti animo tarda videtur ipſa celeritas.

XCVII.

CAET. *Com. ibi ſic:* Iuxta Hebræum habetur: In fractione mea proficient: non adiutor eis. Quia procedendo ex vno nocumento in aliud dæmones ordinauerant afflictionem Iobis cum tanta potentia, quod non egebant auxilio, ideò dicitur, quod in fractione mea proficient, ſubiũgendo: non adiutor eis. Et hinc prudens Lector perpende, quod de dæmonibus eſt ſermo: quoniam nec de Chaldæis, nec de Sabæis, nec de ambobus verificatur hæc littera, ſed de dæmonibus. Homines enim eguerũt auxilio ignis cæleſtis ad perficiendum fractionem opum Iobis: dæmones autem Chaldæis, & Sabæis vtentes vt miniſtris, non indiguerunt adiutore, ſed ipſimet ignem ab aere immiſerunt ad conſumendũ oues,& ventum excitarunt ad conterendum filios. *Vbi apparet, nihil ſic dæmoniacum, quam per ſe ſine alterius adiutorio poſſe nocere ſanctis, ac pijs hominibus.*

XCVIII.

S. GRE. *Papa moral. 34. cap. 5. Ad illa verba Iob cap. 40.* Mittet contra eum fulmina,& ad locum alium non ferentur. *ait hoc dictum de impijs in tremendo iudicio ad differentiam fulminũ emiſſorum in hac vita, quæ indifferenter ad bonos,& malos pertingunt,& feruntur:& dicit ſic:* Hæc aũt, quæ in eum mittuntur fulmina, ad locum alium non feruntur: quia iuſtis gaudentibus, ſolos tunc reprobos feriunt. Nam poſt trituram vitæ præſentis, in qua nunc triticum ſub paleis gemit, ita illo extremi iudicij ventilabro inter triticum, paleaſq; diſcernitur: vt nec in tritici horreum paleæ tranſeant, nec in palearum horrei grana delabantur. Illa ergò fulmina locum alium nequaquam tangunt, quia videlicet, igne ſuo non grana, ſed paleas incendunt.

XCIX.

IDem 11. *moral.* 6. *ad illud Iob cap.* 12. Si continuerit aquas omnia ſiccabuntur: *ait: Si aqua* ſcientia prædicationis accipitur, ſicut ſcriptum eſt Prou. 18. Aqua profunda, verba ex ore viri, & torrens redundans fons ſapientiæ, cum aqua continetur, cuncta ſiccãtur: quia ſi ſcientia Prędicatorum ſubtrahitur, eorum qui virideſcere in ſpe æterna poterant, corda protinus areſiunt, vt in deſperata ſiccitate remaneant, dum fugitiua diligentes, neſciunt ſperare manſura. *Addatur Comment. Hugo Card. Poſtil. ibi:* Si continuerit aquas: doctrinæ Prouer. 6. Deriuentur fontes tui foras. Omnia ſiccabuntur: quia ſublata doctrina, corda audientium areſcunt ab humore Spiritusſancti. Hiere. 14. Non venit pluuia, confuſi ſunt agricolæ,& afflicti.

C.

DIONYS. *Cart. Enarra. ibi de gratia Spiritus Sancti, eiuſq; donis intelligens, exponens ſecundam partem ſententiæ, nempè:* Si emiſerit eas ſubuertent terram: *ait:* Ideſt ſi dona hæc gratiarum inſumentibus, ſubuertent terram .i. corda terrena vincent: & quãtum ad eſſe impietatis, deſtruent, peccata expellent. Hæc eſt ſubuerſio bona,& annihilatio deſideranda, vt homo deſinat eſſe ſui,& incipiat eſſe Dei, extirpato amore priuato, atq; diuino amore ſibi infuſo. Vndè ãit Saluator Ioan. 12. Qui perdiderit animam ſuam propter me, in vitam æternam cuſtodiet illam.

CI.

S. GREG. 17. *Moral.* 13. *Ad illud Iob cap.* 26. Qui ligat aquas in nubibus ſuis, vt non erumpant pariter deorſum: *ait:* Quia Doctorum prædica-

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

dicationem temperat, vt auditorum infirmitas, doctorum rore nutrita conualeſcat. Quod benè in Euangelio Luc. 5. myſtica deſcriptione narratur, dum dicitur: Aſcendit Ieſus in nauiculam Petri, & rogauit vt à terra reduceret puſillum, & ita ſedens prædicabat turbis. Per nauem Petri, quid aliud, quam commiſſa Petro Eccleſia deſignatur? De qua vt Dominus turbis cōfluētibus prædicet, eam à terra paululum reduci iubet. Quam nec in altum duci, & tamen à terra præcipit remoueri, profectò ſignificans Prædicatores ſuos rudibus debere populis, nec altà nimis de cœleſtibus, nec tamen terrena prædicare. Aqua itaq; ligatur in nubibus: quia Prædicatorum ſcientia infirmorum mentibus loquēs, quantum ſentire valet docere prohibetur. *Addatur illud* B. *Alberti Magni, prout à Dionyſ. Cart. Enarr. ibi:* Aquas in nubibus ligare, eſt eas vaporaliter in nubes conuertere, & virtute Cœli continere, donec cœleſtes induant virtutes, per quas terram fœcundent ad germinandū. Guttatim enim reſolutæ, proportionabiliter terram infundunt: quæ pariter erumpentes, terram ſubuerterent, & vim tollerent germinatiuam. Qualitates quippè elementares ad ſpecies generatorum, ſeù formas generalium non mouerent, niſi virtutes cęleſtes inducerent. Calidum nāq; ignis conſumeret, & frigidum inferiorum elementorum motum abſcinderet, & mortificaret. Humidum verò defluere faceret, & ſiccum non continuaretur ad quantitatem, atq; figurā. Vndè non per ſe, ſed virtutibus cœli mouent ad ſpecies generatorum.

CII:

S. *GREG. 19. moral. 29. Ad illud Iob cap. 29.* Radix mea aperta eſt iuxta aquas: *ait:* Iuxta aquas enim radix aperitur, quando ad percipienda veritatis fluenta latenter cogitatio mentis expanditur. Vt enim in ſuperiori libro iam diximus, ſolet in ſacro eloquio radicis nomine, occulta cogitatio deſignari. Radicem igitur noſtram ſecus aquas aperimus, cum infuſioni intimæ, cogitationem taciti cordis intendimus. *Interl. ibi ſic,* Quia ſpirituali mente ſemper intendit ſcientiæ.

Ex Pſal.

CIII.

S. *THO. Com. in Pſ. 10. Ad illum verſum:* Pluet ſuper peccatores laqueos: ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum: *intelligens hic deſcribi pœnam, qua Deus in hac vita punit peccatores maximos: ait:* Notandum, quod in peccato ſunt quatuor. Primum eſt ſeductio. *V*ndè dicit (Pluet ſuper peccatores laqueos,) Quibus iuſto iudicio pmittit illos illaqueari, & ſeduci. Eſai. 8. Et offendentur in eis plurimi, & cadent, & conterentur, & irritientur, & capientur. Secundum eſt concupiſcentia; & ideò dicit (Ignis) concupiſcentiæ. Pſalm. 57. Supercecidit ignis, & non viderunt Solem .ſ. carnalis concupiſcentiæ. Tertium eſt fœtor infamiæ. Et ideò dicit (Sulphur,) ſic pluit Dominus ſuper Sodomam, & Gomorrham, ignem & ſulphurem. Poteſt addi quartum .ſ. inquietudo mētis. Et ideò dicit (ſpiritum procellarum,) .ſ. inquietudo mentis. Eſai. 57. Cor impij, quaſi mare feruens.

C I V.

BEDA *Com. ibi tenens idem: addit,* Per calicem fit diuiſio, Et ideò ponitur hic calix qui eſt nota menſuræ: vt ſciant, quia nihil inordinatè nihil ſine modo fit etiam in damnatione malorum. Nam licet Deus non creauerit tenebras illas, ordinauit tamen eas. Vndè dictum eſt, Diuiſit Deus lucem à tenebris. Illa, inquam, pars eſt calicis ignis, quo primum deuaſtantur per incentiua carnalium concupiſcentiarum, & ex illo igne procedit ſulphur, ideſt fœtor malorum operum, quo ſeparantur ipſi boni à malis; & ſic ſequitur ſpiritus procellarum .i. grauis abſorbitio interitus, quando ineffabiles pœnæ in fine trudentur. *Aduertatur etiam, quod præmiſit:* Dominus pluit .i. pluuiam malæ doctrinæ impiorū ſuper peccatores, qui, ſcilicet meriti ſunt. Mittit laqueos .i. impedimenta plura falſitatis, nè poſſint attendere veritatem.

C V.

CARD. *D. Tho. Angl. Com. ibi ſic:* Dicitur enim procella (ſecundum Iſid. 13. Eth.) à prælendo, .i. à percutiēdo. Eſt enim vis venti cum pluuia. Conſtat autem, quod in futuro iudicio erit pluuia, & abundantia lacrymarum, quia ibi erit fletus,

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

tus,&c. Vis autem venti erit præteritæ vanitatis recordatio, adducens imbrem. Ideò Hierem. 30. ſcribitur. Ecce procella ruens, in capite impiorum conquieſcet.

C V I.

INCOGN. *Expoſit. ibi ſic*: Quid autem per ſpiritum procellæ, niſi ſuperbia deſignatur: Nam propriè eſt ſubita vis ventorum cum pluuia, & dicitur procella, à percutio percutis, quia percutiat. Quid autem eſt ſuperbia, niſi quidam ventus cum impetu alios percutiens, & deſpiciẽs? Vndè de ſuperbis impijs dicitur Hier. 30. Procella ruens in capite impiorum.

C VII.

S. THO. *vbi ſup. iterum ſic*: Si exponatur de futuro ſic, punientur ibi mortui. Quia ligabũtur, vt nec mala vitare, nec bona conſequi poſſint. Ideò dicit. Pluet ſuper peccatores laqueos, .i. colligentes ſenſus, & ſic referuntur ad odoratum ſulphur, ad tactum ignis. Eſai. 66. Ignis eorum non extinguetur. Apoc. 20. Miſſi ſunt in ſtagnum ignis. Item affectus, quia non quieſcũt, quia (ſpiritus procellarum, &c.) .i. dęmones inquietantes, moleſtantes, & affligentes.

C VIII.

NICET. *Com. in orat. 40. D. GREG. Naz. ait ſic*: Sulphur quidem ignem alit, procella autẽ exſuſcitat. Hic autem ignis tentationes, & calamitates eas ſignificare quæat, in quas, qui grauiter peccant incidunt. *Vbi apparet, eſſe ſignum enormis peccatoris, non ſolum incidi in tentationes, ſed inſuper habere procellas, quæ illas exſucitent.*

C I X.

HVGO *Card. Poſtil. in Pſ. 17. Ad illum verſ.* Ab increpatione tua Domine: ab inſpiratione ſpirationẽ ſpiritus iræ tuæ: *ait ſic*, Ab increpatione tua domine, increpat Dominus extra prędicando. Mat. 23. Serpentes genimina viperarũ, quomodo fugietis à ventura ira: Increpat etiam interius: Iob 33. Increpat quoq; per dolorem in lectulo. Ab inſpiratione: Quaſi diceret: Primum non ſufficit, niſi aſſit, & amor: ſecundum quod dicit Auguſt. Cùm ex gratia ſit auditus, neceſſaria eſt alia gratia, quæ cor moueat: Spiritus irę tuæ: ideſt, tui Sancti Spiritus inſpirantis, & docentis iram tuam futuram: de qua Prou. 6. Zelus, & furor viri non parcet in diæ vindictæ. *Vbi apparet, parum prodeſſe exteriores increpationes, niſi concurrat interior Spiritusſanctus inſpiratio. Addatur illud Interlin. ex D. Auguſt. ſic correſpondentis*; Ab inſpiratione ſpiritus iræ tuæ: Dicentis: Niſi pœnitentiam egeritis moriemini. *Vbi apparet, metum iræ diuinæ, monitionemq; ad pœnitentiam, eſſe à Spiritusſancto.*

C X.

ELIAS *Cretenſis Com. in Orat. 37. D. Greg. Nazianz. Afferens per occaſionem illum verſum Pſal. 103*. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur: *quinque præcipuos effectus S. S. deſcribit ſic*, Creãs, Emitte Spiritum, &c. Præiens, vt Pſal. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. & Io. 14. Inducet nos in omnem veritatem, &c. Loquens, iuxta illud: Non vos eſtis, qui loquimini, ſed Spiritus Patris mei, qui loquitur in vobis. Mittens, & ſegregans: Act. 13. Segregate mihi Paulum, & Barnabã, &c. Et apud Eſai. Dominus me miſit, & Spiritus eius. *Vbi deſcribitur flatus, cuiusquam à baptiſmo, vſq; ad prædicationem, & profectum aliorum, à Spiritusſancto.*

C X I.

CASSIOD. *Com in Pſ. 102. Ad illud*: Quoniam ſpiritus pertranſibit in illo, & non ſubſiſtet: & non cognoſcet amplius locũ ſuũ: *ait*. Deſcribit enim iterum quid ſit homo: Spiritus .ſ. pertranſiens Mũdum præſentem, in quo diutiùs nõ poteſt permanere: Audiant ergò hoc, qui ſuberbiũt & de mũdana felicitate gaudẽt: Quoniã, inquit, ſpiritus pertranſibit. &c. Nõ eſt ergò de fugitiuo flatu præſumendum, ſed potius agendum, quod prodeſſe nouimus.

C X I I.

NICETAS *Com. in Orat. 1. D. Greg. Naz. Afferens illud Pſ. 50*. Spiritum rectum innoua in viſceribus meis. *Et illud*: Spiritu principali confirma me: *ait*, Rectus quidem dicitur, vt flexuoſo, & obliquo cõtrarius. Nam vt ait ſcriptura Spiritus Sanct. effugiet dolum. Rectus etiã dicitur, quia ipſe eſt iuſtitia, & veritas digreſſiones, ac reflexiones in vtranque partem non habens: Principalis autem, vt Princeps & dominator, tũ etiam vt Principem mentem dirigens.

C X I I I.

VRBAN. 4. *Pont. Max. Metaphraſ. in Pſ. 50. Ad eundem verſ. ſic*: Miſer factus ſum, & curuatus ſum, & inclinata eſt à terrena mea ſpecie, rectitudo: ideò: & ſpiritum rectum innoua in viſceribus

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

bus meis. Tu enim rectus Dominus Deus noſter, qui ad hoc hominem rectum facere voluiſti, vt ſpectantibus Terram pronis animātibus vniuerſis, iſta exterioris figmenti corporea rectitudo hominem illum interiorem ad imaginem tuam factum ſpirituali rectitudini admoneret, & rectitudo limi curuitatem argueret animi, ſi videret animum in corpore recto curuum. Et quia innocentes, & recti ad hęc erunt ibi, eò quod diligunt te, & bonus es his, qui recto ſunt corde, ideò imploro humiliter rectitudinem tuā Deus, vt ſpiritum rectum velis in meo pectore innouare, vt ſicut incēſum, in cōſpectu tuo oratio mea & intentio dirigatur.

CXIV.

IDEM *ibidē notās, quomodo tripliciter denominat Spiritum, nempè ſanctum, rectum, & principalem, ait* O Deus, qui eſt maximus Spiritus, & maxima regio Spirituum Beatorum; in quo Sanctorum animæ requieſcunt; te prius ſuperius inuocaui Spiritum rectum; ſecundò Spiritum Sanctum: Et hic tertiò Spiritum Principalem: intendens totam, quę in te eſt Trinitatem, in meum auxiliū inuocare ad hoc, vt quod in me operatus es, cōfirmetur, Nam Filium Spiritum rectum dico; qui eſt: Rectus Dominus Deus noſter, & non eſt iniquitas in eo. Spiritum Sanctum tuum, nomine ſuo intelligo. Et te Patrem hic accipio Spiritum Principalem, quia tibi eſt poteſtas principaliter attributa, Bonū gratiæ, quod in me operatus es confirmandi.

CXV.

S. THO. *Com. ibi totum complectens verſum: nēpè:* Cor mundum crea in me Deus &c. *ait*: Hic petit recuperationē innocentiæ, & quia cōſiderat in ſe malum culpæ eſſe: & bonum, gratiæ petit primò remoueri malū ſiuè peccatum. *Et poſt pauca ſic*: Peccatū enim remouetur nō hoc modo quod peccatum non fuerit, ſed quod nō imputetur ei peccatum commiſſum ad pœnam. Secundum illud Pſal. 35. Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum.

CXVI.

S. THO. *ibi ſic:* Innoua non exterius: ſed in viſceribus meis: vt ſcilicet non labia tantum ad loquendum: ſed & cor ſit rectum ad cognoſcendum.

CXVII.

BEDA *Com. ibi ad illud:* Et Spiritum Sanctum tuum ne auferas à me: *ait:* Nè auferas à me tuum Sanctum Spiritum, per cuius donum hæc habeo, vt iam confitear, & pœnitentiam ago de peccato meo; Nemo enim per ſe habet, quod pœnitentiam & confeſſionem facit, ſed per Spiritum Dei, cui ſcelera, & immunditia, diſplicēt: ſicut ècontra ſpiritui immundo placent. Non poteſt ergò negari quin Dauid cum iam pœniteret, Spiritum Sanctū haberet: Et pro hoc Spiritu rogar, nè ſibi Deus eū auferat, ſcilicet, nè for tè a confeſſione, & pœnitentia deſiſtat: *Vbi qui per pœnitentiam Spiritum Sanctum, quem per peccatum perdiderant, recuperauerunt. orent pro eiuſdem Spiritus retentione, ſi in pœnitentia & confeſſione perſeuerare deſiderant.*

CXVIII.

LYRA *Poſtil. ibi ſic commentatur:* Et Spiritum Sanctum ſcilicet Propheticum, ne auferas à me mihi non reſtituendo quia ad huc tunc carebat ipſo: *Vbi apparet, gratias gratis datas, cū per peccatum tollūtur, minimè per pœnitētiam ipſo facto reſtitui, niſi implorentur: Et etiam, quod idem eſt non reſtituere, ac auferre.*

CXIX.

CATEN. *Aurea. in Pſal. 103. Ad illum verſum:* Emitte Spiritum, & creabuntur: *coniungens illud antecedens:* Auferes Spiritum eorum, & in puluerem ſuum reuertentur: *Ex diuerſis autoribus ſic commentatur:* Ecce illa medicina quę expectabatur peruenit: Reuerſis in puluerē, emitte, inquit, Spiritum tuum: Auferes Spiritum eorum & emittes Spiritum Sanctum tuū, & creabuntur Hij ſcilicet qui ſe puluerem humiliter recognouerint. creabuntur, inquam, ex illo nihilo humilitatis, & pulueris: *Vbi apparet, fruſtrà Diuini Spiritus creationem ſperare, qui ſe per humilitatem annihilatum non recognoſcit, & Spiritum ſanctum minimè mitti, vbi ſpiritus humanus nō prius aufertur. Addatur illud S. Proſp. Expoſitione ibi:* Qui in ſe gloriabantur docētur detumeſcere: aufertur ab eis ſpiritus ſuperbiæ, vt conuertantur in puluerem ſuam, agnoſcentes, quod terra ſint, & pœnitentes, quod ſuperbi erant, vt rurſus bonitate repleantur.

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

CXX.

S. GREG. Naz. orat. 39. *Afferens illud Pſal.* 103. Qui facit angelos ſuos ſpiritus: *illi communi dubio hic excitato, nempè, quare dicat de præſenti facere: cùm natura Angelica à principio ſit creata: reſpondet ſic:* Hoc loco facere, nihil aliud ſignificat, quam eadem, qua primo procreati ſunt, ratione tueri, & conſeruare. *Vbi patet, idem eſſe ab aliquo in eo quod factus eſt tueri, & conſeruari: ac de nihilo in tale eſſe fieri, & procreari.*

CXXI.

IDem ibid. *ad verba, quæ ſequuntur:* Et miniſtros ſuos ignem vrentem, *ait ſic.* Spiritus quoque atq; ignis ſpiritus appellatur. Illud, quia intellectuali natura eſt præditus: hoc quia purgandis animis noſtris adhibetur.

CXXII.

IDem ibid. *quæſt. ſuprapoſ. aliter ſic reſpondet. ſ. vt inſinuetur ſuum eos miniſterium tam perfectè agere, non ſolum ex viribus naturæ, ſed ex peculiari Dei auxilio eos quotidiè efflanti, ait enim ſic:* Hæ diuinæ voluntatis miniſtræ ſunt, roboreque non modo naturali: ſed etiam aduentitio pollent: loca omnia peragrant, omnibus vbiq; impigrè adſunt, tum ob miniſterij promptitudinē, tum ob naturæ læuitatem. *Vbi apparet, quod etſi natura benè diſpoſita adiuuet, non tamen ſine Dei auxilio ſufficit.*

CXXIII.

S. PROSP. *Expoſit. in Pſ.* 103. *Ad illum verſum:* Qui facit angelos ſuos Spiritus: & miniſtros ſuos ignem vrenrem: *ait ſic,* Figuratè verò ſpiritales quiq; in Eccleſia, Spiritus appellantur: qui fiunt Angeli, cùm fiunt Prædicatores, & nuntij veritatis. Idemq; ſunt ignis, cùm feruent ſpiritu, & eos, quos exhortantur accendunt, duplicem habentes efficientiam, vt & illuſtrent animas, & adurant cum eadem vi, & ardorem virtutis inijciant, & peccatorum ſpinas, tribuloſq; conſumant.

CXXIV.

ELIAS *Cretenſ. Com. in Orat.* 1. *D. Greg. Naz. Afferens per occaſionem illum verſum Pſal.* 103. Aufetes Spiritum eorum, & deficient, & in puluerem ſuam reuertentur: *volens ſimul, & dignitatem, & paucitatē animæ rationalis, de qua in prædicto verſo loquitur* Dauid, *ait ſic:* Anima ſpiritus dicitur, vt hoc loco, & Angelus, vt in illo: Qui facit Angelos ſuos ſpiritus: & Deus, atq; ipſe Spiritusſanctus, qui propriè appellatur, vt in illo loco Spiritus Deus eſt, & eos, qui eum adorant in ſpiritu, & veritate adorare oportet: Quin hoc vocabulum, aerem quoq; ac ventum ſignificat. vt cum ait Dauid Pſ. 147. Flabit ſpiritus eius, & fluent aquæ. *Et Com. in Orat. 37. proferens eandem doctrinam: addit:* Spiritus deniq; Diabolus etiā dicitur. *Vbi apparet, ad quem ſtatum per gratiam homo aſcendit à natura, nempè vſq; ad Dei communionem: & ad quod deſcendat per culpam, nempè à Deo advſq; aerem, & diabolum.*

CXXV.

BEDA *Com. in Pſ. 39. Ad illud:* Ferant confeſtim confuſionem ſuam, qui dicunt mihi: Euge, Euge: *ait,* Illud dicitur de fraudulentis, & de adulatoribus. *Et poſt pauca ſic:* Illi autem ferāt confuſionem ſuam quam meruerunt non ſolum in futuro, ſed confeſtim, ideſt indilatè etiam in præſenti, vt duplicem contritionem patiantur, qui dicunt mihi, & meis: Euge Euge. Mihi quidem lætantes de morte mea: meis verò etiam malè agentibus dicunt quoq; Euge Euge .i. benè eſt, quod agitis, vt ſic eos decipiant. Linguæ enim adulantium, alligant animas in peccatis.

CXXVI.

S. IO. *Chryſoſt. homil ibi de dæmonibus intelligens: ait:* Quis eſt autem eorum pudor, præterquam noſtra ſalus, quæ per pœnitentiam nobis acquiritur. *Vbi apparet, per nihil diabolum ſic confundi, quam per pænitentiam peccatorum.*

CXXVII.

IDem ibid. *ſic:* Fortè autem eos, qui dicunt; Euge Euge: intelligere oportet eos, qui ad res turpes agendas incitant, & adhortantur, qui ſtatim pudore afficiuntur, quando eorum improbum conſilium declinauerimus.

CXXVIII.

HVGO *Card. Poſtil. ibi ſic:* Et benedicit: Ferant quia grauis, & laborioſa valdè eſt iſta confuſio, quando facit homo alium conſciū ſuæ nequitiæ. Quidam autem ſunt, qui non ferunt iſtam confuſionem, ſed abijciunt, qui .ſ. nolunt confiteri, vel confitentes non erubeſcunt: ſed ſicut fabulam, vel quod peius eſt, ſicut magnificum factum narrant peccatum ſuum. De primo dicitur Eccli. 4. Pro anima tua non confundatis dicere verum .i. non dimittas confiteri pro-

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

propter verecundiam. De ſecundo Hierem. 3. Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Et dicit confeſtim, quia quam citò ſentit homo ſe peccaſſe, ſtatim debet ire ad cõfeſſionem, non expectare vſq; ad infirmitatem, vel ſenectutem. Eccl. 17. Nè demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere. Et poſt, Viuus, & ſanus confiteberis.

CXXIX.

NICET. *Com. in Orat. 38. D. Gregor. Naz. Affert illud Pſ. 103,* Verbo Domini cœli firmati ſunt: & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum: *ad probandum Angelorum perfectionem eſſe à Spiritu Sancto, ſicut creatio à Patre, & Filio: ait enim ſic:* Hic tibi animaduertendum, Principem eorum, quæ fiunt, Patrem eſſe: effectricem verò Filium, perfectricem autẽ Spiritumſanctum: ita ut Patris quidem voluntate adminiſtri ſpiritus exiſtant, actione Filij in rerum naturam producantur: Spiritus autem præſentia perfectionem, & expletionem accipiant. Perfectio autem Angelorum illuminatio, & ſanctificatio eſt, atq; in ea permanſio. *Et poſt Orat. 44. ait ſic:* Tria itaq; animaduerte, Patrem imperantem; Filium fabricãtem; Spiritumſanctum firmantem, & fulcientẽ. Nihil porrò aliud eſt firmatio, quam perfectio ea, quæ ſanctificatione comparatur.

CXXX.

S. PATERIVS *lib. 1. ſup. Pſ. c. 281. Ad illud Pſ.* 147. Mittet verbum ſuum, & liquefaciet ea: Flauit ſpiritus eius, & fluent aquæ: *ait:* Per has aquas, ad ſe currentes Dominus deſignat. Aquæ nanq; de gelu currunt, quia pleriq; ex duris perſecutoribus magni Prædicatores fiunt. Gelu igitur in aquam liquatur, cum torpor interni frigoris ad irrigationem vertitur prædicationis. An Paulus gelu non erat, qui acceptis epiſtolis Damaſcum pergens, in corde fideliũ, quaſi in terra Dei iactata verbi ſemina, nè ad perfectionem operum ſurgerent reſtringere quærebat? Sed gelu hoc in aquam redijt: quia quos perſequendo prius præmere ſtuduit, hos poſtmodum fluentis ſanctæ exhortationis iuſundit; vt tantò vberior electorum meſſis exurgeret, quantò hanc imber Dei, etiam ab ore perſecutoris irrigatet.

CXXXI.

INCOGN. *Expoſit. in Pſ. 147. ad illum verſum:* Flabit ſpiritus eius, & fluent aquę: *ait ſic:* Ad præſentiam Spiritusſancti multiplex aqua fluit in nobis. ſ. aqua ſanctarum ſcripturarũ, quæ ignorantes inſtruit: aqua ſacrarum lacrymarum, quæ pœnitentes abluit, aquam diuinarum gratiarum quæ nos promerentes efficit.

CXXXII.

S. PROSP. *Expoſ. in Pſal. 138. Ad illum verſum:* Quo ibo à ſpiritu tuo, aut quo à facie iram fugiam: *ait ſic:* Deſcedenti à ſpiritu Dei, nullus inuenitur locus, qui eius præſentia, & poteſtate ſit vacuus: nemo iram eius fugit: niſi qui ad iratum confugit.

CXXXIII.

ELIAS *Cretenſis Comm. in orat. 1. D. Greg. Naz. Affert per occaſionem illum verſum Pſ. 82.* Os meum aperui, & attraxi ſpiritum: *intelligens per ſpiritum, ſenſum Sacrę Scripturæ: ait ſic:* Non cuiuſuis eſt in oris apertione ſpiritum trahere, verum eius demum, qui non ex nuda quadam conſideratione, verum ex ſermonibus diuinitus ipſi datis res diuinas exponit, & qui Dei mandata cõcupiuit, in ijsq; meditationem ſuam defixam habet. Nam cum Dauid dixiſſet: Os meum aperui, & attraxi ſpiritum: ſtatim ſubiunxit: Quia mandata tua concupiui.

CXXXIV.

NICETAS *Com. in Orat. 43. eiuſdem. Afferens ſupradicta verba, intelligenſq; de Spiritu Sancto, ait ſic:* Quod ſi ad ſordida, & obſcæna verba proferenda os tuum aperueris, tum ſpiritum minimè attrahes, ſed mortem potius. Nam os noſtrum vna ex feneſtris illis eſt, per quas, cũ nequaquam rectè aperiuntur, mortem aſcendere Hierem. cap. 9. teſtatur.

CXXXV.

S. PROSP. *Expoſit. in Pſ. 118. Ad illum verſum:* Os meum aperui, & attraxi ſpiritum, quoniam mandata tua deſiderabam; *ſic enim legit: ait ſic;* Deſiderabat mandata diuina, vt faceret. ſed non erat vndè faceret infirmus fortia, paruulus magna. Aperuit os, confitens, quod facere per ſe ipſe non poſſet: Reſpice in me, inquit, & miſerere mei. *Vbi apparet, Spiritumſanctum minimè ad ſubſidium attrahi, niſi per humilem propriæ fragilitatis confeſſionem.*

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

CXXXVI.

S. *THO.Com.in Pſ.50.Ad illud*: Spiritu principali confirma me: *ait*: Spiritus autem Sanctus firmat dupliciter. Vno modo contra mala. Eſai.in forti manu erudiui te. Alio modo in bono. Eſai. 40. Qui ſperant in Domino mutabunt fortitudinem. *Et poſt pauca ſic*: Sed ille non præberet fortitudinem, niſi eſſet ſpiritus principalis, quia virtus inferior non eſt ſufficiēs ad præbendum auxilium contra ſuperiorem. Poteſtas diaboli eſt magna. Iob 41. Non eſt poteſtas ſuper terram, quę comparetur ei. Ergò contra diabolum indiget homo iuuari ſpiritu principali .ſ. principanti, & dominanti ſuper omnia.

CXXXVII.

I*Dem ibidem conſiderans, quomodo Dauid triplici cognomine Spiritum prædicauerit, vocando ſcilicet Sanctum, rectum, principalem, ait*: Tria autē facit Spiritusſanct. in homine. Primo, rectitudinem intentionis. Pſ.38. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectā Itē ſanctificat nos. Itē nobilitat, & facit nos Principes: Gal.4 Quoniam eſtis Filij Dei, miſit Deus Spiritum Filij ſui in corda veſtra.

Ex Lib. Salom.

CXXXVIII.

ROPERT. *HolKot. ſup. lib. Sap. cap. 70. lect. 99. Ad illud*: Eſt enim illa ſpiritus intelligentiæ ſāctus, multiplex, vnicus ſubtilis: *aſſignans rationem quare Spiritus Sanctus dicatur ſubtilis, ait* Quia Spiritus Sanct. viros ſubtiles facit in eligēdo, docendo, & faciendo per dona, quibus ſāctos ſuos exornat. Ezech. 16. Indui te ſubtilibus, & ornauit te ornamento. *Vbi apparet, in craſſioribus & tardioribus ad negotia expedienda, ſuo cōmiſſa muneri, difficilè probari aſſiſtentia Spiritus Sanct.*

CXXXIX.

ROPERT. *idem ibi ad illud*: Eſt illa ſpiritus intelligētiæ &c. ſuauis, *ait*, Dicitur eſſe ſuauis Sap. 12. O quā bonus, & ſuauis eſt Domine Spiritus tuus omnibus nobis. Suaues enim facit & mites, quos inhabitare dignatur. Non impatientes, non amaros vel impetuoſos. Famuli miniſtrantes Dominis, facilem mores recipiunt dominorum ſuorū. Et ideò, quando ſeruientes alicuius ſunt benè educati: ſignum eſt, quod ſerui ſunt alicuius domini nobilis. Vnde metricè *dicitur*: Eſt domini facies famulus, ſpeculūq; miniſter. Diſcipulus monſtrat: regnum moderamina Regis; ſi enim ſuaues fuerimus ad inuicem, ſignū eſt, quod ſumus de familia Spiritus Sanct.

CXL.

ROPERT. *idē ibi. illud ibi de eodē ſpiritus* Mobilis *illuſtrans: ait*: Spiritus ſupradictus dicitur Mobilis, ideſt mouere faciens prompte, & obedieter quamuis in ſe immobilis perſeueret. Primum enim mouens immobile eſſe neceſſario ſicut probatur 8. phiſ. Iſto modo Spiritus Sanct. fecit Apoſtolos ita mobiles, quod in omnē terram diſperſi ſunt Lu. 21. Virtutes cœlorum mouebunt. Et Ioan. 15. Poſui vos vt eatis &c. Argētum viuum eſt ſatis mobile ſi autem mortificetur ſtatim inſiſtit & quieſcit. Ita prædicatores viui gratiæ, diſcurrunt, mouentur, circueunt pro ſalute proximi procuranda. Prouerb. 6. Diſcurre feſtina ſuſcita amicum tuum: *Et paulò poſt illud encomium ſcilicet*, ſtabilis, *conſilians huic ait*. Facit ſanctos proficere in bono de virtute in virtutē; & ideo mobilis dicitur. Facit etiam eos in bono perſeuerare; & Ideo ſtabilis dicitur.

CXLI.

APON. *Com. in Cant. lib. 2. Afferens per occaſionem illa verba Eccl. cap. 10.* Si ſpiritus poteſtatem habens aſcēderit ſuper te, locum tuum *nè* demiſeris: *Quæ verba combinans cum illis Abac. 3.* Aſcende ſuper equos tuos: *Quæ ille intelligit de Apoſtolis: probare nititur omnes eſſe equos, ſuper quos vel Spiritus Sanctus requieſcēs aſcendit; vel ſpiritus malus furens equitatur: ad hoc propoſitum ſic verba Ecclēs exponit*: Hoc eſt, ſi aſcenderit per cogitationem cordi tuo hortando ad crimen, arbitrij tui ſtabulum, bonæ voluntatis locum, crimē perficiendo nè dimittas. Quantumuis enim calcium ſuorum ſtimulis intra ſtabulum boni propoſiti animi latera in cogitationibus verberet: nequaquam tamen per campos ſcelerum habenis eius, verberibuſq; acta; crudeliſſimi exempli ſui innocēti importabit interitum; ſed laudis frena (reparatis viribus) Deum protectorem ſuſcipiens, iugalis effecta Spiritusſancti, quæ poſſit (immo quæ mereatur) ęgrotantibus cœteris animabus cęleſtem medicinam perferre.

CXLII.

ROPERT. *qui ſupra ibi illud de eodem ſpiritu*:

Mul-

Digitized by Google

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

Multiplex, vnus ſic conciliat: Vocatur multiplex ab effectu propter multiplicia dona, quæ præſtat: Dicitur vnus formaliter .ſ. & etiam effectiuè, quaſi vniens nos Deo fide, ſpe, & charitate, & etiam proximo, Ad Eph. 4. Sollicìti ſeruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis. *Vbi apparet, aſſiſtentiam Spiritusſanct. non minus probari ex multiplicitate donorum acceptorum: quam ex vnione, & charitate proximi.*

CXLIII.

ELIAS *Cretenſis Com. in orat. 19. D. Greg. Naz. Aſſerens per occaſionem illa verba Eccleſ. c. 12.* Mitte panem tuum ſuper trãſeuntes aquas: quia poſt tempora multa inuenies illum: *qua verba ille ſic legit:* Mitte panem tuum in faciem aquæ: quoniam in plenitudine dierum tuorum inuenies eum: *ait ſic*, Hoc porrò loco, per panẽ, eleemoſynæ gratia ſignificatur, nimirum à præcipua parte (panis quippè magis, quam alia omnia, humanam vitam tuetur) per aquam, hominũ multitudinem. Quemadmodum autem, qui panem in pelagus mittit, in incertum quidẽ mittit, nec, quam in partem fluctus eum trahat, exploratum habet, interim tamen ab eo, cui omnia nota sũt, perſpicuè cernitur, eiuſq; omnipotenti cognitione comprehenditur: eodem modo is etiam, qui non hæſitante, ac dubio animo miſericordiã ijs, qui quærunt, præbet, nunc, quidem quisnam ſit, qui accipiat, minimè agnoſcit, verum in multitudine dierũ, hoc eſt in futuro ſæculo, & agnoſcet, & panem illum in Domini manu inueniet, oſtentantis, ac dicentis, Eſuriui, & dediſtis mihi manducare: ac lætitia, & exultatione perfundetur, ampliſſimis bonis exigui illius fruſtuli loco fruens, quod in pauperum (qui figurato ſenſu aquę dicuntur) faciem miſit.

CXLIV.

SALONIUS *Viennenſis: Myſtica explicat. in Salom. parab. Ad illa verba Eccleſ. cap. 10.* Si Spiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris: *ait: ſic:* Quis eſt iſte qui habet poteſtatatem, cuius Spiritus ſi aſcenderit ſuper nos, locum noſtrũ dimittere nõ debemus: Diabolus, Princeps huius mundi, Spiritus eius, eſt maligna ſuggeſtio: Spiritus Diaboli quomodo aſcendit ſuper nos: Quia perſuadendo facit vt mala cogitemus: Si ergò ſuggerente Diabolo, mala cogitatio aſcenderit in cor noſtrum, non ei locum dare debemus, ſed contra ipſam fortiter pugnare, ne fortè opere cõpleamus malam cogitationem, Poteſt et ſic intelligi: Sihabes in te humilitatem, munditiam, patientiam, charitatem: Et Diabolus ſuggerit tibi ſuperbiam, libidinem, immunditiam, iram, odium, ne dimiſeris locum tuum, ideſt ne dimittas humilitatẽ, & efficiaris ſuperbus: ſic & de cœteris intelligendum: *Vbi apparet, in bello ſpirituali ſufficere nõ dimittere, vt quis victor acclametur.*

CXLV.

ROPERT. *Holkot. ſup. lib. Sap. cap. 7. lect. 99. ad illa verba:* Eſt illa Spiritus intelligentiæ Sãctus multiplex, &c. diſertus, *Gloſans iſtud vltimũ Spiritus Sancti elogiũ: ait ſic:* Dicitur diſertus quaſi diſertos faciens debalbutietibus, & infantibus quemadmodum die Pentecoſt. fecit Apoſtolos, qui antè ſuam cõuerſionem, & etiam ante eiuſmodi Spiritus Sancti miſſionem fuerant valdè rudes: Sic etiam omni die vocat ad Sanctam religionem pueros, & indoctos: de quibus ſi benè conuersãtur facit Prędicatores diſertiſſimos: Sap. 10. Sapientiã aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit diſertas: Et eſt diſertus idem quod eloquens, de diſero & ſubtrahitur vnũ (s) in ſuppino, licet geminetur in præterito: De iſta diſertitudine loquitur *B.* Aug. lib 2. de natura & origine animalium: aſſerens quod valdè periculoſa eſt eloquẽtia, ſi non commiſcetur ſciẽtiæ Et dicit ſic: Valdè enim sũt noxia praua diſerta: quia hominibus minus eruditis, eò quod diſerta ſunt videntur etiam vera. Et ideò dicit Tullius in prologo rethoricæ: Quod ſicut ſapientia cum eloquentia multis ciuitatibus profuit: ita eloquentia ſine ſapientia conſtat plurimũ nocuiſſe. Vndè docet Seneca epiſt. 112. quod eloquentia non eſt contemnenda, nec nimis appetenda. Non, inquit, quærit eger medicum eloquẽtem, ſed ſi ita contingit, vt ille idem, qui ſanare põt, promptè de his, quæ facienda ſunt diſſerat, non tamen gratuletur eger, quod incidit in medicũ diſertum. Hoc enim tale eſt: quale ſi gubernator peritus etiam formoſus eſt; contemnenda tamen non eſt diſertudo loquendi, ſed ſcientiæ connectenda. Vndè idem Sene. epiſt. 75. reprobat multam celeritatem loquendi, & feſtinationem. Celeritas inquit loquendi, nec in ſua poteſtate eſt, nec ſatis decora, philoſophiæq; ponere

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

nere debet verba, nec proijcere, nec pedetētim procedere. Non exigo, quod oratio cum impedimento exeat. Proferatur, tamen malo, quod profluat. Et infra. Quemadmodum ſapienti viro inceſſus modeſtus conuenit: ita oratio preſſa nō audax. Summa ergò ſummarum, vel ſententiarū hæc erit. Tardiloquium te eſſe præcipio. Hæc Seneca.

CXLVI.

HVGO Card. Poſtil. in Sap. 1. Ad illud: Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. *quod Interl. ſic exponit:* Donis gratiæ Eccleſiam per omnes terras: *ait:* Eſt autē triplex plenitudo, Apta, æqua, cumulata. Apta plenitudo eſt ſecundum quod dicitur domus plena hominibus. Talis fuit plenitudo Sanctorum. De qua dicitur Act. 2. Repleti ſunt omnes Spiritusſancto. Et iterum 6. Stephanus plenus gratia, & fortitudine. Aequa plenitudo eſt ſecundum quod dicitur vas plenū aqua. Et talis plenitudo fuit in Maria Virgine gloriosa. De qua dicitur Lu. 2. Aue gratia plena. Cumulata plenitudo eſt ſuperfluens plenitudo. Et talis eſt in Chriſto Domino, de quo Ioan. 1. Plenum gratiæ, & veritatis. Et iterum ibi. De plenitudine eius omnes nos accepimus.

CXLVII.

ROPERT. Holkot ſuper lib. Sap. cap. 7. lect. 99. ad illa verba: Eſt enim illa Spiritus intelligentiæ ſanctus: *ait ſic:* Sanctus in Latino, idem eſt, quod Agyos in Græco. Agyos autem dicitur, quaſi ſine terra; Spiritus ergò ſapientiæ dicitur primo Sanctus pro tanto, quia eos quos ſanctificat, purificat ab amore terrenorum, & transfert, ac coniungit ad amorem cœleſtium. Et ideò conuenienter in ſpecie ignis deſcendit in Apoſtolos non in ſpecie aquæ, vel aeris (quæ elementa in diuerſis partibus ſuperficiei terræ cohærent) ſed in ſpecie ignis, qui immediatè corporibus cœleſtibus contiguatur: ſicut patet 1. Metheo. circa principium. In ſignum, quod illos quos incendit amore, facit neceſſariò terrena paruipendere, & ad cœlum aſcendere.

CXLVIII.

IDem ibid. cap. 1. lect. 6. Ad illa verba: Benignus eſt enim Spiritus ſapientiæ: & non liberabit maledictum à labijs ſuis: quoniam renum illius teſtis eſt Deus, & cordis illius ſcrutator eſt verus, & linguæ illius auditor; *poſtquam aſſerit ibi nō deſcribi impoſſibilitatem ex parte Spiritusſancti, ſed manifeſtari difficultatem ex parte vitioſi, per verbum:* Non liberauit maledictum: *ait ſic:* Notandum, quod hic tangit ſapiens tria corporis organa: quæ difficillimum eſt regere ratione. Renes, cor, & linguam. Nā in renibus voluptas: in corde, vanitas: in lingua falſitas dominatur. Et ideò difficillimum eſt etiam Sanctis, quod ſe regant perfectè in delectationibus, quæ per renes deſignantur: in cogitationibus, quæ per cor; in locutionibus, quæ per linguam nominantur. *Et differens de vnoquoq; latè quorum aliqua hic ponemus: ait ſic:* Dicit Ariſt. 13. de animalibus. Infirmitas renum in homine eſt difficilis curationis. Moraliter, quia in renibus dominatur voluptas; ideò infirmitas renum carnalem nominat concupiſcentiam, quæ vocatur languor naturæ, in Pſ. Miſerere mei Deus; quoniam infirmus ſum, &c. Vndè mitigari poteſt: tolli non poteſt citra mortem omninò ſecundum Auguſt. de perfect. iuſtitiæ humanæ. Et Bernard. Siuè velimus, ſiuè nolimus Iebuſæus iſte in finibus noſtris habitat: ſupprimi, extingui non poteſt. Vndè narrat Gregor. 5. Dial. c. 13. de Vrſino Præsbytero, qui ſic vixerat ſuæ præsbyteræ tanquam frater cum ſorore continuè à tempore ordinationis ſuæ: ille cùm eſſet confectus ætate, & iaceret infirmatus ad mortem, & in tantum inualuiſſet infirmitas: q dubitabant aliqui, an ſpiritus exiuiſſet, an non; acceſſit ad eum Preſbytera ſua: & naribus ſuis aures appoſuit, vt ſciret ſi corpori ſuo aliquis vitalis ſpiritus ineſſet: quod ille iam ſemimortuus ſenſiens recollectis viribus quas habebat erupit in vocem, & ait: recede à me mulier adhuc igniculus viuit: tolle paleam: &c. Ille potuit Deo tegratiari & dicere cum Pſal. Benedicā Dominū, qui tribuit mihi intellectum, vſq; ad noctem increpuerunt me renes mei; ideſt vſq; ad mortem ſecundum Gloſ. increpuerunt, ideſt arguerunt, vel temptauerunt me renes mei: dicitur enim communiter quod infirmitas eſt difficilis curationis, quæ non recipit curam ſine aduſtione: Talis eſt fomes carnis: Propter quod petijt Pſal. ſignanter Proba me Deus, & tempta me: vre renes meos, & cor meum: Ideò dicit tempta me, quia niſi temptares, negligentes eſſemus: Et vre igne tribulationis renes meos, & cor meū. Ideſt adhibe medicinalem purgationem tribulationis

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

nis delectationibus meis. Secundum organum corporis, quod nimis eſt difficilè regere ratione eſt cor. Vndè Greg. 4. moral. Facilè eſt peruerſa opera mutare, ſed nimis difficilè eſt ab illicita cogitatione corrigere. Quia ſicut Bernardus dicit in ſuis meditatio. Nihil in me corde meo fugatiùs: quod quotiens me deſerit, & per prauas cogitationes defluit: totiēs Deum offendit. Cor meum cor vagum inſtabile: dum ſuo vtitur arbitrio, & diuino caret conſilio: in ſemetipſo non poteſt conſiſtere, ſed omni mobili mobilius per infinita diſtrahitur, &c. Eſt autem de corde humano ſicut de argento viuo, quod ſemper eſt in motu. Siſtitur tamen aliqualiter, & mortificatur per odorem, hoc eſt per fumum ſulphuris, ſicut docet Ariſt. in 4. met. Moraliter. Si ſiſtere, & domare velimus cor noſtrum à vagis motibus ſuperbię, & elationis: adhibeamus ei odorem ſulphuris, ideſt, imaginationem pœnæ æternalis, vel gehennalis: cuius vna portio dicitur, eſſe ſulphur: Iuxta illud Pſal. Ignis ſulphur, pars calicis eorum, &c. Refert Giraldus Cambrēſis in libro ſuo de topographia Hibern. quod quondam in mari propè Hiberniam apparuit ſubitò quædam Inſula. Iuuenes verò de Hibernia aſcendentes ſcaphas, & naues nitebantur ad iſtam Inſulam applicare. Cùm autem ita propè Inſulam nauis eſſet, quod eorum iudicio ponere poſſent pedes ſuos deſcendendo: ſtatim Inſula ab eis fugit, & ſe ad alium locum mouit. Cùm ergo hoc mirabile frequēter tentaſſent, & ſemper modo prædicto deluſi fuiſſent; tādem dixit eis vnus ſenex: Audiui, inquit, quod ignis valet contra phantaſmata: Accipiat ergò aliquis ſagittam ignitam, & ſagittet Inſulam, & ſtatim phantaſmata ceſſabūt. Et factum eſt iuxta conſilium ſenis, & Inſula ſtabilita eſt; quæ propter ſuam mirabilem fugam vocata eſt deinceps, Inſula fugitiua. Inſula iſta phantaſtica & fugitiua, cor deſignat humanum, quia ſemper mutabile varijs phantaſijs fatigatur niſi diuina gratia ſtabiliatur. Eccl. 34. Sicut parturientis cor tuum phantaſias patitur, niſi ab altiſſimo miſſa fuerit viſitatio. Stabilitur autem per ignitam ſagittam verbi Dei, &c. Tertium organum corporis, ꝙ difficilè eſt regere, eſt lingua: *Affert communia: excepto, quod ſequitur:* Abbas Paphunſius: ſicut narrat lib. hiſt. tripart. cū eſſet ſine litteris acceſſit ad quendam vt addiſceret, & cùm deueniſſent ad illum verſum, Dixi cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea: Poſui ori meo cuſtodiam. Dixit ſe ſatis didiſciſſe, nec oportere vlterius addiſcere: ſi iſtam lectionem poſſet benè ſcire.

CXLIX.

RUPERT. *idem, ad illud,* Eſt enim illa Spiritus intelligentię ſanctus multiplex, &c. humanus; *gloſans hoc vltimum Spiritusſancti encomium ſ. (humanus) ait ſic:* Dicitur humanus, tunc quia homines diligit. Prouer. 8. Delitiæ meæ eſſe cum filijs hominum. Tunc quia homines humanos facit, non auſteros: beneuolos, non beſtiales. Sap. 12. Docuiſti populum tuum per talia opera; quoniam oportet iuſtum eſſe humanum.

C L.

S. GREG. *homil. 12. in Ezech. Aſſerens per occaſionem illa verba Prouerb. 5.* In plateis aquas diuide. Habeto eas ſolus, nè ſint alieni participes tui: *ait ſic:* Valdè contraria videntur eſſe, quæ dicit, Diriuentur fontes foras, & in plateis aquas diuide: cum protinus adiungit: Habeto eas ſolus, nec ſint alieni participes tui. Quomodo enim aquam ſcientiæ ſolus habere poterit, ſi hanc in plateis diuidit? Quomodo alieni aquæ eius participes non ſunt, ſi fontes illius foras deriuantur? Sed cum prædicamus populis, nimirū in plateis aquas diuidimus: quia in auditorum multitudinem verba ſcientiæ dilatamus. Cùm vrò nos adiuuante diuina gratia intrinſecus cuſtodimus, & maligni ſpiritus, qui iure à nobis alieni ſunt, quia ſortem beatitudinis perdiderūt, nè nobis elatione ſubripiant ſollicitudine cauta circūſpicimus, ſoli habemus aquas, quas in plateis diuidimus, vt nobis in eis alieni participes non ſint. Aquas ergò, & in plateis diuidit, & ſolus habet, qui per hoc quod multis prædicat, in temporali ſe cogitatione gloriæ, non exaltat: Tunc etenim poſſidet homo: quod docet, quando non ſe gaudet innoteſcere, ſed prodeſſe.

C L I.

D. PROSP. *Expoſ. in Pſ. 103. Aſſerens per occaſionem eadem verba, arguens ex illis Apoſt. Rom. 5.* Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritumſanctum; *ait ſic,* Quæ diffuſio aquas ſonat, de quibus dicitur Prou. 7. Et in plateis tuis diſcurrent aquæ. Nemo alienus communicet tibi. Hęc quippè aqua, ideſt, charitas

Dei

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

Dei, & proximi, propria & ſpecialis virtus eſt piorum, atq; ſanctorum: cùm cœteræ virtutes, & bonis, & malis poſſint eſſe communes.

CLII.

S*AVG. Lib. 2. contra litteras Petiliani Donatiſ: cap. 26. reſpondens ipſi aſſerenti ex eo Baptiſmi veritatē nō poſſe ſtare in fictè accipiēte, quia Sap. 1. dicitur:* Spiritus Sancti diſciplinæ effugiet fictum: *ait ſic,* Spiritusſanct. hominis fallaciam, non veritatem ſacramenti fugiebat.

CLIII.

R*OPER. Holkot. ſuper lib. Sap. cap. 9. lect. 123. ad illa verba:* Sēſum autem tuū quis ſciet: niſi tu dederis ſapientiam tuam, & miſeris Spiritum tuum ſanctum de altiſſimis: *ait ſic:* Circa emiſſionem Spiritusſancti eſt notandum, quod illa fuit mundo neceſſaria propter tria. Venit .n. ſicut lachrymarum conſolator, ſicut ignorantiæ informator: ſicut vacillantium confirmator; *& poſt multa concludit ſic:* In huius figuram miſſus eſt Spiritusſanct. in triplici ſpecie, ignis, linguæ, & columbæ. In igne relucentia claritatis. In lingua eloquentia veritatis. In columba patientia ſuauitatis.

CLIV.

I*ANSEN. Com. in Prou. 24. ad illud,* Ira non haber miſericordiam, nec erumpēs furor, & impetum concitati ſpiritus ferre quis poterit: *ait:* Iuxta noſtram lectionem hic verſus videtur declarare ſententiam, præcedentem, vt de ira ſtulti hic ſit ſermo, vt vult Beda: Nam ira ſapientis non caret miſericordia, ſed ira ſtulti, eiuſq; furor erumpens in vltionem, non habet miſericordiā. Ideoq; impetum ſtulti ſic ira, & furore concitati, difficilè eſt ferre, quia moderamine caret.

CLV.

I*Dem ibid. ſic:* At Hebræa longè alium habent ſenſum. *Habent enim ſic:* Crudelitas iræ, & inūdatio, vel vehemens impetus eſt in furore ſed quis ferre poterit inuidiam? Itaq; vitia vitijs comparantur. Et crudelitas quidem iræ tribuitur, furor verò, peius quid, videlicet inundatio; hoc eſt impetus & ſæuitia, inſtar aquarum inundantium omnia ſuo impetu obruentium. Ita .n. & homines furore acti omnia obuia deſtruunt. His autem peiorem, & intolerabiliorem ſubijcitur eſſe inuidiam, quia ira, & furor breui tempore tranſeunt, & quieſcunt; Inuidia verò quieſcere neſcit, ſed ſemper magis, magiſq; creſcit. Deindè ira, & furor cum ſe apertè oſtendant, declinari poſſunt. Inuidia verò cum omninò lateat vitari non poteſt, nec beneficijs extinguitur, ſed accenditur, vt quæ impatiens ſit alieni boni, & virtutis.

CLVI.

G*LO. in Eccl. 4. Ad illud:* Libera eum, qui iniuriam patitur de manu ſuperbi, & non accidè feras in anima tua: *ait,* Sicut largitionem in pauperes, eleemoſynam eſſe dixit, ſic liberarionem iniquè oppreſſi miſericordiam eſſe oſtendit. *Addatur illud Lyræ Poſtil. 19.* In hoc enim eſt pauper.

CLVII.

H*VGO Card. Poſtil. ibi legens ſic,* Nè accidè feras in manu tua: *ſic commentatur:* Libera eum, qui iniuriā patitur de manu ſuperbi .i. tyranni, vel diaboli. Et non accideris .i. tædioſè, vel indignè: Feras in manu tua hoc eſt, nè ſuſtineas moleſtè laborem quem habes, liberando oppreſſos à tyranno, vel à diabolo. Iob 29. Cōterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam. Quod autem dicit: In manu tua ſupplendum eſt: & non accidè feras liberare eos, ideſt per te ipſum.

CLVIII.

I*ANSEN. Com. in Eccl Ad illud cap. 22.* Arenam, & ſalem, & maſſam ferri faciliùs eſt ferre, quā hominem imprudentem, & fatuum, & impium: *ait:* Adduntur plumbo, & alia tria valdè grauia, quò ſignificetur omnibus ſtultum eſſe moleſtiorem. Illa enim tantum corpus grauant, hic verò animam, & illa facilè excutiuntur, ab hoc verò non ita ſe quis facilè liberare poteſt. Inter cœteras autem moleſtias, quas de ſe imprudens præbet, eſt, quod nihil rectum eſſe putat, niſi qđ ipſe facit, quodq; cum omnia reprehendat, admoneri tamen ſe non patitur.

Ex Prophetis.

CLIX.

O*LEAST. Comm. in Eſai. Ad illa verba cap. 11.* Et percutiet terram virga oris ſui, & ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium: *ait ſic:* Ideſt duris verbis increpabit homines terræ, ac ſi virga eos percuteret, & impetu ſpiritus ex labijs

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

bijs eius procedente, ſi voluerit occidet impiũ, Ideſt ita increpabit acſi occideret: *Et poſt aliqua: ſic*: Interficit verò impium ſpiritu labiorum ſuorum, non vt non eſſet: ſed vt non eſſet amplius impius: iuxtà illud Prouerb. 12. Verte impios & non erunt: *Ad mores autem ſic*; Talia etiam eſſe deberent verba concionatorum, & Prælatorum: ſed non poſſunt illius verba vim interficiẽdi habere, qui intus virtute Spiritus deſtitutus eſt: Sũt enim multi Iudices, concionatores, & Prælati, qui acria habent verba, ſed parum promouent: quia non habent vim interficiendi vitia in hominibus.

CLX.

OLEAST. *ibi, ad illa verba cap.* 4. Si abluerit Dominus ſordes filiarum Syon, & ſanguinem Hieruſalem lauerit de medio eius in ſpiritu iudicij, & ſpiritu ardoris: *ait ſic*; Sordes, ideſt peccata, ſeu immunditias: Er ſanguinem, ideſt homicidia innocentum. *Concludit ſic*: Per Spiritum verò, iram Dei intelligit. *Ad mores ſic*, Quid ergò homo tantopere Domini flagella, quibus caſtigaris recuſas, cùm videas ea eſſe purificatoria, quibus ſordes tuas abluit, & ſanguinem peccatorum tuorum purificat? Non ergò reijcias ſpiritum iudicij, neq; combuſtionis flatum auertas, quæ omnia purum te reddunt Domino Deo tuo. *Glo. ibi ſic*: In ſpiritu iudicij, &c. .ſ. tribulationis, & paſſionis, quibus purgantur electi Eccl. 27. Vaſa figuli probat fornax.

CLXI.

HVGO *Card. Poſtil. ibi. ait*: In ſpiritu iudicij .i. diſcretionis, qui datur in baptiſmo, quo fideles ab infidelibus diſcernuntur. Et ſpiritu ardoris, ideſt feruentis charitatis, qua ſanguinem ſuum fudit, & peccata noſtra tulit. Luc. Ignem veni mittere in terram. *Vbi apparet, nemini Deum communicare ſpiritum ſui amoris, quin primo talẽ per ſpiritum iudicij ab impijs diſcernat*.

CLXII.

HVGO *idem ibi. Ad illa verba cap.* 40. Menſus eſt pugillo aquas, & cœlos palmo: *myſticè per aquas peccatores, & per cœlos iuſtos, & per menſuras, retributiones, vtrorumq;: notauit impijs Deum manu contracta punitiones ſuorum peccatorum infligere: iuſtis autem palmo, & manu extenſa premia ſuorum virtutum reddere. Aſſignans autem rationẽ, ait*: Pugillo percutiet, quia citra condignum puniet: ſed palmo cœlos ponderabit, quia bonos vltra condignum remunerabit. *Vbi Principes habent documentum, vt manu contracta puniant, extẽta remunerent*.

CLXIII.

ELIAS *Cretenſis Com. in Orat. 1. D. Greg. Naz. ad eadem verba: ait ſic*, His autem verbis ſignificatur nullã rẽ ſine cauſa, aut eſſe, aut quotidiè fieri, verum omnia modo, & menſura peragi: tametſi alioqui eorum gubernatio nobis ignota ſit.

CLXIV.

RVPER. *Abb. Comm. in Iobel. Ad illa verba c.* 2. Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem, & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ. Senes veſtri ſomnia ſomniabũt, & iuuenes veſtri viſiones videbunt, ſed & ſuper ſeruos, & ancillas meas in diebus illis effundam ſpiritum meum. *poſtquam per filios Syon, & ſenes Apoſtolos, & Prophetas intellexit, per ſeruos autem, qui poſteà ex gentibus crediderunt: ait ſic*: Notãdum propterea, quod cùm dixiſſet, ſed & ſuper ſeruos, & ancillas meas effundam ſpiritum meum, non addidit: Et prophetabunt. Neq; ait: Senes eorum ſomnia ſomniabunt, & iuuenes eorum, viſiones videbunt, ſicut dixerat de filijs Syon. Sciendum quippè, quia multi in Eccleſia gentium prophetiæ ſpiritum habuerint, ſomnia memorabilia ſomniauerint, & viſiones memoria dignas viderit; ſoli tamen filij Syon, & filij filiorum, ſcilicet Prophetæ priores, & Apoſtoli ſuccedentes, ſoli (inquam) hi ſunt, quorum prophetiæ, & ſomnia ſeù canonicæ authoritatis, tenent apicem ſummum, tamq; probatæ veritatis, atq; certitudinis ſunt, quam lex, & Euangelium. Sedet ſuper ſeruos, & ancillas meas in diebus illis; effundam ſpiritum meum, & non additum eſt, Et prophetabunt, ſiuè ſomniabunt, aut viſiones videbunt: quia videlicet cum ſanctis Doctoribus, & omnibus, qui in Eccleſia Chriſti poſt Prophetas, & Apoſtolos Sanctum intelligentiæ Spiritum accipere meruerunt, ſatis benè actum eſt, quod ſõnia, ſeù viſiones propheticas, atq, Apoſtolicas, ſcienter, & fideliter interpretari, ſiuè explanare potuerint. *Vbi apparet, quam friuolum ſit velle dogmata fidei ex viſionibus factis ſanctis aſtruere, quæ etſi ad deuotionem multum, ad authoritatẽ fidei non concludunt. Vndè nunquam in ſanctorum*

S Pa-

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

Patrum doctrina inuenientur viſiones adducta (cũ credibile ſit non eis defuiſſe) ſed fideles ſanctorum Prophetarum, & Apoſtolorum, doctaq; expoſitiones: quare illorum dictis ſtandum eſt, non viſionibus, illi, aut illi factis.

CLXV.

S. *HIER. Com. in Habacuc. Ad illa verba cap. 3.* Gurges aquarum tranſijt: *ſequens lect. 70. nempè:* Diſperges aquas itineris. *Intelligens per aquas iſtas animas, hæretica fraude obcæcatas, quas Deus ſua potentia diſſipat: ait ſic,* Si quando videris ad breue aliquam hęreſim floruiſſe, & poſteà Dei gratia diſſipatam, dicito eſſe completum: diſperges aquas itineris: Poteſt autẽ hoc, quod dicitur, itineris, ſubaudiri diabolici, vt ſit ſenſus. Aquas quaș diabolus conculcauit, & quæ multis in ſe præbuerunt iter, ideſt multis patuerunt erroribus; diuidet Dominus, atq; diſperget. Vndè cœteri Interpretes furorem volentes hæreticum deſcribere, tranſtulerunt. Illiſio, vel impetus, aquarum tranſiet: Feruntur enim prono eloquentię curſu, & præcipites, vt quemcunq; obuium, & leuem inuenerint, ſecum trahant. *Vbi ad propoſitum noſtri textus non eſt mirũ dici de Sancto Spiritu ſuperferri aquis (quibus præcedenti textu dicuntur ſupereſſe tenebræ.) Inſequitur enim animas diabolica fraude deceptas, nè furore hæreſis in præcipitium omninò ſubruant.*

CLXVI.

H*VGO Card. Poſtil. in Ezech. ad illa verba c. 1.* Spiritus quoq; leuauit me, & aſſumpſit; *ait ſic:* Leuauit me per vitæ eminentiam: aſſumpſit me, ideſt firmiter tenuit per perſeuerantiæ gratiam collatam. *Vbi apparet, non ſufficere à Spiritu Sancto leuari, ſi contingat, non aſſumi.*

CLXVII.

H*VGO Card. Poſtil. in Eſai. Ad illa verba c. 55.* Omnes ſitientes venite ad aquas, &c emite, & comedite. *Per aquas intelligit Sacram Scripturam, & notat dicere:* Omnes ſitientes venite ad aquas; *& poſteà,* Comedite: *& ait ſic:* Dicitur potus, vbi facilis eſt; & cibus, vbi difficilis eſt. *Et afferens illud Cant. 7.* Guttur tuum ſicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labijſq; & dentibus illius ad ruminãdum: *ait ſic,* Quod potatur, potus eſt; quod ruminatur, cibus eſt. Scriptura ergò dicitur cibus, quia & exponendo frangitur, & mandendo ſiuè ruminando diligenter, ideſt, repetendo glutitur; & traijcitur intra ad nutriendum: non ſicut granum ponitur in horreum totum integrum ad effundendum; cor enim debet eſſe ſtomachus ſcripturæ; non ciſta, ſiuè horreum. *Vbi aduertatur, non ſufficere bona labia, aut guttur ad ſacram addiſcendam Theologiam, niſi dentes ſtudij, diſcutioniſque labor aſſit; nam Muſici etiam diuinam proferunt ſcripturam, ſed quam labijs canunt, guttureq; modulantur ſuaui melodia, minimè percipiunt, neq; intelligunt.*

CLXVIII.

R*VPERT. Abb. Com. in Amos lib. 2. Afferens illa verba Eſai. cap. 11. inter cœtera:* Spiritus ſcientiæ; ſpiritus pietatis; & replebit eum ſpiritus timoris Domini; *ad exponenda illa verba Amos cap. 5.* Et vocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum eos, qui ſciunt plangere; *ait ſic,* Verè nanq; ſcientia lugentes facit. Et idcircò ſicut in ordine ſpirituum, Eſai. 11. à ſpiritu timoris ſurſum tertius eſt ſpiritus ſcientiæ, in ordine beatitudinum, tertio loco beatitudinem lugentium ponit Dominus. Mat. 5. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. *Vbi apparet, quod ſicut riſus, & ſtultitia concordant; ſic lacrymæ, & ſcientia germinantur.*

CLXIX.

S. *GRE. Pap. homil. 2. in Ezech. ad eadem verba: ſic ait:* Sunt nonnulli quos eleuat ſpiritus, ſed non aſſumit, quorum intellectus ad ſpiritualia emicat, & tamen vita in factis carnalibus remanens intellectui non cõcordat. Balaham namq; ſpiritu eleuatus erat, ſed aſsũptus nõ erat; qui & veraciter potuit longè poſt futura proſpicere; & tamen à terrenis deſiderijs mentem noluit ſeparare.

CLXX.

H*VGO Card. vbi ſup. ad illud,* Et ſpiritus vitæ erat in rotis; *intelligens per animalia, Reges, & Duces, per rotas populos ſequentes, notãs, quomodo non contentus dicere animalia currum eleuare, addiderit ſpiritum vitæ eſſe in rotis; ait,* Ideſt voluntas viua, & vigoroſa, & animoſa; non mollis, & effeminata erat in ipſis populis. *Vbi apparet, parum prodeſſe, & minimè ſufficere alas, vigorẽ, agilitatem in Prælatis qui regunt, ſi deeſſe contingat ſpiritum in ſubditis.*

S. HIE-

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

CLXXI.

S. HIER. *Com. in Dan. ad illa verba cap.* 13. Suſcitauit Dominus Spiritumſanctum pueri iunioris, cuius nomen Daniel: *ait ſic*, Quo ſermone oſtenditur, non intraſſe in Danielem Spiritū ſanctum, ſed eum, qui in illo erat, & quieſcebat propter ætatis infirmitatē, nec ſua poterat opera demonſtrare, data occaſione pro ſancta fœmina à Domino ſuſcitatum. *Vbi apparet, actiones, quos videmus inſurgere in hominibus non iudicandas eſſe à noua inclinatione, ſeu ſpiritu nouiter infuſo: ſed ſuſcitatas data occaſione, quæ vel ætatis impedimento, vel defectu occaſionis erumpere non valebant: & hoc ſiuè in bonam, ſiuè in malam partem.*

CLXXII.

S. CYPR. *de Abuſion. ſæculi, Aſſerens per occaſionē illa verba Iſaiæ* 42. Ponam ſpiritum meum ſuper eum. Non contendet, neq; clamabit, &c. *ait ſic:* Ecce Chriſtus non contendit, neq; clamauit, & tu ſi morum Chriſti ſimilitudinem tenere cupis, nè contendas, nè abuſiuus Chriſtianus exiſtas.

CLXXIII.

S. HIER. *Com. in Eſai. Illa verba cap.* 26. Concepimus, & quaſi parturimus, & peperimus ſpiritum. *ſic legit cum* 70 In vtero accepimus, & doluimus, & peperimus ſpiritum; *quę verba ſic explanat:* Sicut ad partum mulier appropinquās, dolore cogitur exclamare, ſic nos in anguſtia requirimus te, & à facie fortitudinis tuę concepimus, & parturimus, & peperimus, non carnis liberos, ſed ſpiritus. *Et poſt aliqua ſic:* Poteſt hoc & Apoſtolicus vir dicere, quando populum erudit, & imitatur Apoſtolum Paulum: Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. *Glo. interl. ſic:* In perſona Martyrum. In agone. Sanctum: vt in tormentis: ardentes ſpiritu perſeuerarent. Non carnis filios. *Oleaſt. autem ad litteram ſic:* Et quaſi peperimus ventum, quoniam nihil partui noſtro reſpondebat. *Quod benè poteſt Prædicatoribus noſtri temporis applicari: qui dolentes concipiunt: & nihil niſi ventum pariūt.*

CLXXIV.

HVGO *Card. Poſtil. ibi ſic:* A facie tua Domine .i. à memoria paſſionis tuæ. (Eſt vox Martyrum, & pœnitentium, & omnium in agone poſitorum) concepimus: corde credendo. Et quaſi parturimus, ore confitendo. Et peperimus opere exhibendo. Spiritum .i. audaciam ſubeūdi martyrium propter Chriſtum.

CLXXV.

OLEAST. *Comm. in Eſai. Ad illa verba cap.* 61. Spiritus Domini ſuper me, eò quod vnxerit Dominus me: *quæ verba ipſe Saluator de ſe prædicta explanauit: quærit ad mores, quare non cōtentus Chriſtus Dominus dicere Spiritumſanctum eſſe ſuper eum, ſed adiunxerit vnctionem? reſpondet autem ſic:* Quis enim ſpiritum Dei ferret, de quo legimus, quod mōtes ſubuertit, arbores frangit, & omnia comminuit, niſi ſimul cum unctione veniret. *Et poſt pauca iterum ſic:* Tu ergo cū pauper ſis, quomodo ad eum accedere auderes, niſi audires vnctum veniſſe? Sed meritò inquires, quo oleo vnctus veniat? Audi cantorem Pſal. Vnxit, inquit, te Deus tuus oleo lætitiæ, &c. Optimè oleo lætitiæ. Niſi enim lætus veniret, niſi mihi frontem exporrectam oſtenderet, quomodo mille iniquitatibus fœdis, auderem veniam præcari. *Vbi Reges, & Epiſcopi attendant ſuæ vnctionis obligationem. Hilares enim, & lęti ſe debent omnibus præbere.*

LXXVI.

HVGO *Cardinalis Poſtil. in Eſai. Ad illa verba cap.* 59. Cùm venerit quaſi fluuius violentus, quem ſpiritus Domini cogit: *quæ verba intelliguntur de aduentu Chriſti Domini: ait ſic:* Quē ſpiritus Domini cogit: quia amor, bonitas, charitas, & pietas ſuas eum incarnari fecit. Vndè dicitur cōceptus de Spirituſancto; quia ex benignitate, & nimia charitate. Vndè dicitur in hymno. Ipſa te cogat pietas, &c. Ber. O amoris vis: amore quid violentius? Solus amor triumphat de Deo.

CLXXVII.

OLEASTER *Com. in Eſai. Ad illa verba cap.* 11. Et requieſcet ſuper eum Spiritus Domini: Spiritus ſapientiæ & intellectus, Spiritus cōſilij, & fortitudinis, Spiritus ſcietiæ, & pietatis: & replebit eū Spiritus timoris Domini: *Ad mores ait ſic:* Conſtituit Chriſtum iudicem viuorū & mortuorum, ideò illi Spiritum tribuit ad hoc munus rectè exequendum: præſertim ad duo, quę iudici ſunt maximè neceſſaria, ſcilicet, Spiritus ſapiētiæ, & prudentiæ, ad rectè iudicandū, & fortitudinis ad exequendū, quod rectè iudicandū eſt: Nè verò aliquo tēpore territus, à iuſto deflecte-

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

ret, implebit illum, Spiritu timoris Domini: vt .ſ. eum magis timeat (nè iuſtitiam inuertat,) quam aliam quamcumq; poteſtatem: *Vbi apparet, fortitudinem ſine timore Domini eſſe maximè nociuã in Prælato: Vndè non diſplicuit audientibus cuiuſdam moderni concionatoris notatum, nempè, Chriſtu Dominum Apoſtolis prudentiam, in ſimilitudine Salis, impertiſſe; Salis enim condimentum in mediocritate conſiſtit: ſcientiam in ſimilitudine lucis: fortitudinem, in comparatione Ciuitatis ſupra montem: & poſt omnia hæc eos timidos eſſe iuſſit in comparatione lucernę accenſæ, quæ ad paruũ flatum extinguitur: & de omni timetur, & maxima cautela conſeruatur.*

CLXXVIII.

RVPER. *Abb. Comm. in Oſe. Ad illa verba cap. 2.* Vadam poſt amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas lanam meam, & linum meum, oleum meum, & potum meum: *ait ſic:* Lana quippè, & linum materialia ſunt inſtrumenta omnis muliebris opificij. Oleum autẽ & potus, res ſimul & nomina ſunt voluptaris. Porrò panes, & aquæ ſunt neceſſitatis, quia ſine illis humanæ naturę infirmitas non ſubſiſtit, *Vbi apparet, ex ordine, quod iſta, non per duo prima facta fuiſſet fornicaria, ſed per tertium.*

CLXXIX.

S. HIERON. *Com. in Dan. Ad illa verba cap. 13.* Suſcitauit Dominus Spiritum Sanctũ pueri iunioris, cuius nomen Daniel: Et exclamauit voce magna; *ait ſic:* Suſcitato in ſe Spiritu Sancto, & quæ puer dicebat, dicere ſuggerente, vox eius magna erat: *Vbi Prædicatores, qui vel ob defectum ætatis, vel aliquam naturalem cauſam paruam vocem habent, non alio curent medicamento, quam in ſe habere Spiritumſanctum, quo præſente, & quæ dicenda ſunt ſuggerente: ſtatim etiam in paruis pueris, vox magna efficitur. Glo ſic:* Vix in ſcriptura ſancta, peccatoris vox, magna dicitur.

CLXXX.

OLEASTER *Com. in Eſai, ad illa verba cap. 11.* Et replebit eum Dominus Spiritu timoris Domini: non ſecundum viſionem oculorum iudicabit, neq; ſecundum auditum aurium arguet: *Quæ prima verba ille ſic legit:* Et odorari faciet eũ in timore Domini: *Ad litteram ait ſic:* Variè locus iſte à noſtris exponitur: primò ſic: faciet Dominus eum olfacere timorẽ ſuum, ideſt ſe timere, & timore eius pręuio rectè iudicabit: Et ideò nõ erit opus viſione oculorum, neq; auditu aurium ad rectè iudicandum; Qui enim Deum timet, & prætendit propter Dei timorem iuſtè iudicare, non damnare innocentem, neq; abſoluere reũ, rarò in iudicio hallucinatur.

CLXXXI.

IDem ibidem *ad ſupradicta verba ſic proſequitur:* Alius ſic: Faciet Dominus eum odorari in timore Domini: ideſt, faciet quod omnes eum timeant, ac ſi Deum ipſum timerent, aut faciet quod omnes eum à longè ſenſiant timendo eũ, ac, ſi Deum ipſum timerent, Quoniam vt ſtatim ſequitur, videbunt eum iudicare, non ſecundum humanum iudicium oculorum, ſcilicet, & auriũ.

CLXXXII.

OLEASTER *idem ibidem ad ſupradicta verba ſic proſequitur:* A longè, inquit, cognoſcet timentes Deum, & ideò non opus erit viſione oculorum, neq; auditu aurium ad iudicandum: *Addit autem aliũ ſenſum ſic:* Sextus, faciet, vt benè oleat illi timor Domini, ideſt ſuauis illi ſit: *Et ad mores ſic.* Ex quo loco Prælati diſcãt ex fama ſuos cognoſcere, minimè timentes Deum.

CLXXXIII.

HVGO *Card. Poſtil. in Eſai. Ad illa verba cap. 40.* Qui menſus eſt pugillo aquas: & cœlos palmo ponderauit: *Per aquas myſticè intelligit peccatores: ait enim ſic* Nota quod pugno ſolet homo percutere ad ledendum: ſed palmo ſępius ad caſtigandum: Dominus ergò aquas, *ideſt* corda fluxibilia, & inſtabilia, pugno metietur, ideſt ſẽtẽtia dura & irreuocabili: ſed cœlos, ideſt iuſtos viros palmo metitur: ideſt percutit non ad grauãdum: ſed ad caſtigandum.

CLXXXIV.

IDem ibidem *in eodemmet ſẽſu intelligit per aquas Iudæos, per cœlos Chriſtianos: & ait ſic:* Dominus enim prius percuſſit pugno grauiter puniendo peccatores, in legis datione quando dictum eſt: Oculum pro oculo: dentem pro dente. Exo. 21. ſed poſtmodum percuſſit palmo in Euangelica condonatione: Vndè Petro dictum eſt, & Petro cuilibet: quod peccanti fratri dimittat non ſolũ vſq; ſepties: ſed vſq; ſeptuagies ſepties.

CLXXXV.

OLEAST. *Comm. in Eſai. Ad illa verba cap. 19.* Stulti facti ſunt Principes Taneos, &c. Dominus miſcuit in medio eius ſpiritum vertiginis, & er-

& errare fecerunt Aegyptum in opere ſuo, ſicut errat æbrius, & vomens. *ad litteram ait ſic:* Aſſignat cauſam, quare Principes Aegypti ſint infatuati in conſulendo, neſcientes quid conſulerent, aut dantes conſilia praua, quia .ſ. Dominus miſcuit in medio ipſius, ſpiritum peruerſitatum, aut curuitatum, ſpiritum facientem à recto deuiare. *Et ad mores ſic,* Vide iuſtum Dei iudiciũ, vt in omni opere erret, qui ducem operum ſuorum Deum reliquit, neq; ſolum in ſuperioribus, & maximis rebus declinat à recto, ſed etiam in minimis. *Vbi apparet, non eſſe mirum videre viros alias doctos, etiam in minimis errare, cùm à virtute deuiare cognoſcuntur.*

CLXXXVI.

S. HIER. *Com. ibi: ait ſic:* Incuruum, & laſciuentẽ: ſenem, & puerum. *Et ſic locum exponit,* Et ſicut æbrius, & vomens ignorat quid geſſerit, & vbi ſit neſcit, ſed iacet mentis alienæ: ſic nullum habebit Aegyptus opus, ſiuè conſilium, quod caput habeat, at finem; Aut ſenibus conueniat, aut pueris: quorum alij per nimiam ætatem decipiunt, atq; delirant, alij per laſciuiam, & infantiam ignorant quid agant. *Vbi apparet, maximũ Dei eſſe ſupplicium, vertigiumq; pati vnam Republicam, vbi Principes, vel curui per ætatem nimiam, vel laſciui per infantiam, gubernant: nihilq; differre à gubernatione ebrij euomentis.*

CLXXXVII.

I*Dem Com. in Eſai. ad illa verba cap.* 11. Leuabit manum ſuam ſuper flumen in fortitudine ſpiritus ſui, & percutiet eum in riuis ſeptem; ita vt tranſeant per eum calciati. *ait ſic;* In fortitudine ſpiritus ſui, vel ſpiritu violentiſſimo, quod regnum intelligimus Romanorum. Regnante .n. Cæſare Auguſto, quando flos de radice Ieſſe conſcendit, & in Orbe Romano prima facta eſt deſcriptio, potentiſſimum prius Regnum Aegyptiorum, quod multis durauit ætatibus, Cleopatræ morte deſtructum eſt, & percuſſus eſt omnis Aegyptius in ſeptem riuis, ſiuè in ſeptem vallibus. Nilus enim aquarum multarum, qui prius vno fluebat alueo, & intranſibilis erat, in ſeptem valles humillimas, & riuos diuiſus eſt, atq; conciſus, vt calceatis pedibus tranſiretur. Hoc autẽ tropologicè ſignificat, quod gentem Aegyptiorum in tantum idolatriæ, & vaniſſimæ ſuperſtitioni deditè, vt accipitres noctuas, canes, & hircos, & aſinos diuino nomine conſecrarent, de infinita Regni potẽtia per ſingulos Romani imperij Iudices diſtribuerit; vt alium Iudicem habet Thebe, alium Lybia, alium Pentapolis, aliũ Aegyptus, &c. Propterea autem ſub metaphora Nylus diuiſus in partes eſt, & ſciſſus in riuos, vt poſſit abſq; vllo impedimento Euangelicus ſermo diſcurrere, & ad populos Aegypti vltimos peruenire. *Vbi apparet, coadunationem Regnorum infideliũ eſſe impedimentũ notum Euangelicæ prædicationi.*

CLXXXVIII.

H*VGO Card. Poſtil. ibid. Myſticè ſic exponit:* Et eleuabit manum ſuam ſuper flumen: diuitiarum. In fortitudine ſpiritus ſui; hoc facit Dominus, quando virtute gratiæ ſuæ, quam infundit populo ſuo; facit diuitias deſtribui, & pauperibus erogari. Ita vt tranſeant per eum calciati; ideſt Prædicatores, qui habent pedes calciatos exemplis Sanctorum: nè fortè offendant ad lapidem, ideſt ad duritiam peccatorũ. Cãt. 7. Quam pulchri in calciamentis greſſus tui. Exodi. 12. Calciamẽta habebitis in pedibus veſtris. Hiere. 2. Prohibe pedem tuum à nuditate. *Vbi apparent duo. Primum, Euangelicam Prædicationem pergere non poſſe vbi miſericordia non præit. Secundum, illos ſolos eſſe ſine ſuſpicione admittendos Doctores, & Prædicatores, qui veſtigia antiquorum Patrum ſequi cogniti fuerint.*

CLXXXIX.

O*LEAST. Comm. in Eſai. Ad illa verba cap.* 63. Quaſi animal in campo deſcendens, ſpiritus Domini ductor eius fuit. *Quæ verba de quolibet iuſto intelligi poſſunt; quæ etiam ille ſic vertit:* Quaſi iumentum in valle deſcẽdet, ſpiritus domini requieſcere faciet eum: *ad mores ſic ait:* Qualem te debeas exhiberi ſpiritui ductori, hic optimè doceris: non quidem hominem, ſed iumentum Audi quid dicat Sanctus Dauid: vt iumentum factus ſum apud te.

CXC.

S. HIER. *Comm. in Ezech. ad illa verba cap.* 1. Cumq; ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ; iuxta ea: Et cùm eleuarentur animalia de terra, eleuabuntur ſimul & rotæ. Quocumq; ibat ſpiritus, illuc eunte ſpiritu, & rotæ pariter eleuabantur, ſequentes eum; ſpiritus enim vitæ erat in rotis. *Verbum, Spiritus, dupliciter accipit: nempè & pro Spiritu ſancto, & pro vitali,*

vo-

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

voluntarioq; ac libero motu unam ſic ait: Rotæ cùm animalia ſequerentur eleuantia ſe de terra, nequaquam animalia, ſed ſpiritum ſequebantur: vt oſtenderet propriam voluntatem, quia ſpiritus vitæ erat in rotis. Tria autem in animalibus, & in rotis pariter indicantur: cùm ſtarent, cùm ambularent, cum eleuarentur, quæ & animalia, & rotæ in commune faciebant. Neq; enim ſtantibus animalibus rotæ poterant ambulare, nec ambulantibus ſuper terram animalibus, eleuare ſe rotæ: quorum vna erat actio, vna erat & requies, & curſus, & eleuatio. Secundoq; dicitur, quia ſpiritus vitæ erat in rotis, vt nequaquam vas aliquod arbitraremur rotarum, quas in carpentis plauſtorum, rhedarumq; & curruum aſpicimus: ſed animantia imò ſuperanimantia. Animalis enim homo non percipit ea, quæ ſpiritus ſunt. Iſtæ ergò rotæ, in quibus erat ſpiritus vitæ omnia ordine faciunt, atq; menſura: habentque cum animalibus concordiam ſequentes ea, & per ea Spiritum ſanctum; imò medijs prætermiſſis, Sancti Spiritus ſocietate gaudentes. *Vbi apparet, formalitas, quæ dicitur Angelicus Doctor ſequutum fuiſſe Sanctos Patres, & Thomiſta dicitur ſequi Angelicum Doctorem; qua inſinuatur non paſſiua factio, ſed actiua concordia. Non ſequentes ipſos materialiter, ſed tranſcendentes proprio, & voluntario iudicio ad ſpiritum, quo illi primi loquuti ſunt Patres: non ſiſtentes in authoritate, vel affectu Magiſtrorum.*

CXCI.

S. HIER. *Com. in Eſai. Ad illa verba cap.* 59. Cũ venerit quaſi fluuius violentus, quem ſpiritus domini cogit: *vbi Propheta loquitur de lege gratiæ, eiuſq; bonis: reprobat 70. qui ſic legerunt, ſeu tranſtulerunt:* Veniet enim quaſi fluuius violentus ira Domini, veniet cum furore. *& ait ſic:* Pars vltima in Hebraico non habetur. Neq; enim in repromiſſionibus Dei, ira furor ponendus eſt: cum in cœteriſq; ſequuntur beatitudo ſit futurorum. *Et poſtea ſic:* Si autẽ ſcire volumus, quomodo ſpiritus fluuius violentus ſit, Apoſtolorũ acta relegamus, in quibus ſcriptum eſt: Cum autem congregati eſſent pariter, factus eſt ſubitò de cœlo ſonus, quaſi ſpiritus violenti, & impleuit vniuerſam domum, &c. *Vbi apparet, violentiã in donis Spiritus Sancti denotare abundantiam, & non furorem; ſuauiter enim mundat, & amatoriè, quas replet animas.*

CXCII.

OLEAST. *Com. in Eſai. Ad litteram illa verba cap.* 30. Spiritus eius velut torrens inundans vſq; ad medium colli, ad perdendas gẽtes in nihilum: *legit, ſeu vertit ſic:* Et flatus eius ſicut torrens, &c. *Et ait ſic:* Omnia plena ira eſſe oſtendit .ſ. cor, labia, linguam, & flatum. *Et poſt aliqua ſic:* Dicit autem vſq; ad collum, quoniã ſui moris eſt, in medio iræ, miſericordiæ recordari, & conſumptionem facere, ſed conciſam. Sic ſuperius cap. 8. Et tranſibit per Iudah, inundabit, & tranſibit vſq; ad ſuperiores. *Vbi patet, omnia ſupplicia Diuina quantumuis inundantia, & ad nihilum omnia reductura minãtia, ſemper habere (vſq;) & terminum.*

CXCIII.

HVGO *Card. Poſtil. in Eſai. Ad illa verba c.* 55. Omnes ſitientes venite ad aquas, &c. properate, emite, & comedite. *Myſticè per aquas intelligens ſcientiam ſacræ ſcripturæ: ait ſic:* Loquitur tribus generibus hominum. Properate, incipientes: Emite, proficientes: Et comedite, perfecti. Idem notatur Math. 13. Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito, quem homo abſcõdit, quo ad inſipientes, & præ gaudio illius vadit, quoad proficientes: & vendit omnia, quæ habet, & emit agrum illum, quo ad perfectos.

CXCIV.

OLEAST. *Com. in Eſai. illa verba cap.* 7. Ecce egò dabo ei ſpiritum, & audiet nuntium, & reuertetur ad terram ſuam. *Vbi loquitur Dominus de Rege Syriæ Iudęam obſidente: ait ſic:* Accipiunt aliqui hic ſpiritum pro animo, ſeu voluntate, & benè iudicio meo, vt ſit ſenſus: Ecce ego do in eo ſpiritum, ideſt animum, ſeu voluntatem reuertendi in patriam. Poſſet etiam ſpiritus, pro rumore accipi, & ſenſus erit. Ecce ego do in eũ ſpiritum, ideſt rumorem, ſeu famam, quæ nihil aliud eſſe videtur quam vẽtus quidam. Et huic expoſitioni arridet quod ſequitur, quaſi explicando. Et audiet auditum. Alius vertit: Ecce ego mittam ventum contra eum, cuius ſonitum protinus, vt audierit, reuertetur in terram ſuam. Aduerte autem, quod ex 4. Reg. 19. conſtat hac viceRegem Aſſyriorum in terram ſuam reuerſum, propter nuncium; quod audierat de Rege Aetyopum, qui ingreſſus fuerat terram eius. *Vbi apparet, quam potens ſit quidam in Regibus immiſ-*

ſus

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

ſui appetitus,patriæq; deſiderium: ſiquidem ſuffecit, vt tota illa machina, qua Aſſyrij ad debellandum Iſraelem venerat,diſſolueretur,inuanumq; ac caſsũ redderetur. Et quod vnum nuntium,ſeu fama de periculo amittendi proprium ſufficit, vt quis ſe abſtineat à diripiendis alienis. Lyra Poſtil.ibi.ſic: Dabo ei ſpiritum,ideſt perturbationem mentis. Et audiet nuncium de Taracha Rege Aethyopũ inuadente regnum ſuum.

CXCV.

S*HIER.Com.in eundem; tenet idem, & adiungens verba,quæ ſequuntur,nempè:* Et corruere eum facio gladio in terra ſua: *ait ſic:* Vt duo pariter Ezechias,quæ optabat, audiret: ſe obſidione,& periculo liberandum,& inimicum, iratumq; Regem in ſua terra moriturum. *Et Oleaſt. vbi ſupra, notans ſuauitatem motiui,quo Deus voluit Regem Aſſyriorum ab obſidione deſiſtere, nempè reuertẽdi in patriã deſiderio; vbi à filijs occiſus fuit: ad mores ait ſic:* Aduerte etiam, quod licet Dominus leui flagello aliquando impios percutiat, non tamẽ leue vulnus infligit. Durius enim Regi fuit,à ſuis viſceribus interfici, quam ſi ab Angelo percuſſus,ſimul cum ſuo exercitu interiret. *Vbi habemus documentum,nè dicamus:nihil aut leue eſt; hoc eſt,quod ego deſiderabam:neſcimus,quid ſub ipſo vento leui ſit noſtræ futuræ ruinæ.*

CXCVI.

H*VGO Card.Poſtil. ibid. Per ſpiritum, intelligit audaciam,quam ei immiſit Deus,vt inſurgeret contra Tharacam Aethyopiæ potentiorem ſe. Et ait ſic:* Dominus dat quandoq; eis, qui comprimunt ſimplices ſpiritum, ideſt audaciam inſurgendi in potentes, vt tunc corruant: & ſic pro pœna ſimpliciũ puniuntur; ſicut patet de Amaſia Rege Iuda, qui mandauit Ioas Regi Iſrael. Veni,& videamus nos, & contritus eſt ab eo. 4. Reg. 14. Abac. vlt. Tunc mutabitur ſpiritus eius,& pertranſibit de ſimplicibus ad potentes & corruet.

CXCVII.

S*HIER.Com.in Eſai. Ad illud cap. 5.* Nè offeratis vltra ſacrificium fruſtrà: incenſum abominatio eſt mihi. Neomenias veſtras, & ſabbata veſtra,& feſtiuitates alias non feram: *illi communi dubio indè excitato, nempè, quomodo ſic reprobet Deus ſacrificia,quæ toties fieri iuſſit in lege; reſpondẽs ait:* Hoſtiæ ergò, & immolatio victimarum non principaliter à Deo quæſita ſunt: ſed nè idolis offerrentur:& vt de carnalibus victimis,quaſi p typum,& imaginem ad ſpirituales hoſtias tranſiremus. *Addatur illud S.Th.com.ibi ad confirmationem:* Vndè etiam de ſacrificijs nihil præceptũ eſt antè fabricationem idoli. *Et illud S. Cyril. Alexand.Com.ibi ſic:* Hæc autem dicit,quò à typis ad veritatem traducat, perſuadeatq; vt Chriſti oraculis ceruicem mentis ſupponant, vt nobiſcũ euangelicè verſentur, & ſuauitate odorum ſub intelligentiam cadentium Deum permulceant, quaſiq; thymiama ſpirituale ei conſecrent morum modeſtiam,charitatem, mutuum amorem, patientiam,temperantiam, & antè alia fidem. His hoſtijs placatur Deus, & euangelicorum vaticinorum virtus his ornamentis coronat credentes. *Vbi apparet, moraliter,aliqua toleranda, quæ de ſe non ſunt bona,ne ſaltem diabolo,& inimicis exhibeantur, dummodò poſſint ad aliquem bonũ finem pro interim dirigi,& coboneſtari.*

CXCVIII.

I*Dem ibid.ad illud cap. 29.* Vſq; ad ſenectam ego ipſe,& vſq, ad canos ego portabo: ego feci,& ego feram: ego portabo,& ego ſaluabo. *ait:* Et eſt ſenſus: Qui vos genui ab infantia, & meo vtero geſtaui ipſe vſq; ad ſenectutem protegam,nõ meam,ſed veſtram, vt eos doceat diuina miſericordia eſſe ſaluandos. Creator enim omnium parcit creaturæ ſuæ, & paſtor bonus ponit animam ſuam pro ouibus ſuis. Qui autem mercenarius eſt: cuius non ſunt oues,cùm viderit lupum fugit. Quia igitur feci, & genui liberos,ego feram,& ipſe portabo. *Vbi apparet,patiẽtiæ,& portationis obligationem,eſſe annexum titulo Patris,& Factoris. Addatur illud S.Th.Com.ibi ſic:* Ego feci: Dignum eſt,vt qui fecit,conſeruet.

CXCIX.

S*CYRIL.Alexand.Com.ibi legens loco* (Feram) *ego dimittam, ſic intelligit dictum:* Et ego effeci calamitates,quæ vobis è bello incſibunt: ſancto, & pio calculo vocans ad pœnam, eos, qui meam gloriam ignominioſè polluerunt. Veruntamen ego dimittam .i. remittam,& oblitus omnium iniuriarum,vos, qui laboraſtis,inſtaurabo. Ego ſuſcipiam,& ſeruabo vos. Nam ego,qui dedi vos in manu hoſtium, rurſus vos in gratiã recipiam, voſq; ſoluam à captiuitatis compedibus. Itaq; multiplici quaſi pharmaco ſanat corda

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

da eorum, qui in illū debaccati ſunt, & præ inſigni inſcitia, ad quæ fas non erat prolapſi sūt, partim minis, partim bonis pollicitationibus. Scopus enim ipſi,& propoſitum eſt, ſeruare, qđ perijt, & eripere de manibus diaboli, quod errauit. *Vbi apparet, à Deo, à quo punimur iuſtè, ſperādam eſſe miſericorditer recuperationem: & quod illi Iudices, & Prælati ſoli, poſt ſupplicia promittunt, & exhibent medicinam, quibus ſalus ſubditorum ſcopus eſt.*

C C.

HVGO *Card. Poſtil. ibi. Ad illud cap.* 12. Mundamini, qui fertis vaſa Domini: *ait:* Specialiter autem Diaconis, & Subdiaconis loquitur, quorum eſt ferre vaſa Domini, qui mundi debent eſſe nè percutiantur ſicur Oza. 2. Reg. 6. Quod ſi ſtellæ non ſunt mūdę in conſpectu eius, quantò magis homo putredo, & filius hominis vermis. Iob 25.

C C I.

IDem *Poſtil. in Hierem. Ad illud cap.* 20. Et factus eſt in corde meo, quaſi ignis exæſtuans, clauſuſq; in oſſibus meis,& defeci ferre non ſuſtinens: *ait:* Sermo enim Dei in animo cōceptus, nec ore prolatus in pectore ardet. Tacuit enim quia fructum non vidit, ſed cùm creſcentia mala continuè cerneret, intus exarſit zelo charitatis,& compaſſionis.

C C I I.

THEODORET. *Com. ibi: ſic:* Hoc etiam accidit Diuino Paulo Athenis, dum tacitus expectaret Timot. Incitabatur, inquit, Act. 17. ſpiritus Pauli, videntis idolatriæ deditam Ciuitatem. Idem accidit Prophetæ. Gratia enim prophetica, incitabat eum nolentem, vt loqueretur. *Addatur illud Capel. Cartu. com. ibi:* Id dono prophetiæ fiebat, quod nequaquam volebat Deum ocioſum eſſe.

C C I I I.

S. HIER. *Com. in Oſe. illud cap.* 12. Oleum in Aegyptum ferebat: *intelligens de hæretico, qui mendacijs ſuis nititur miſcere catholicam doctrinā; ait:* Oleum fert in Aegyptum, ſiue mercatur: Aegyptiacam ſapientiam Eccleſiaſticis cupiēs, miſcere dogmatibus. *Et poſt pauca ſic*, Quamuis enim conentur hæretici veritati miſcere mendacium: oleum aquis, & cœteris humoribus liquentibus non poteſt copulari. Semper enim veritas ſupra eſt. Omnes aliæ ſpecies .i. hęreſes, quæ non habent (vt diximus) oleum veritatis, poſſunt miſceri, & de pluribus vnum effici corpus. *Idem dicendū eſt de modernis nouarū doctrinarū deſeminatoribus, qui ſemper doctrina Angelici Doctoris talia dicta confirmare, & commiſcere nituntr, quaſi hoc oleum, cœteris liquoribus, quin inſurgat commiſceri poſſit.*

Ex Epiſt. Apoſt.

CCIV.

S. ATHAN. *Com. in Epiſt. ad Galat.* 6. *ad illa verba:* Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos, qui ſpiritales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis: *ait ſic:* Non ſtatim ſunt admouenda ſupplicia, ſed ad correctionem adhibenda medela. Et in Spiritusſancto id agite, dicit, arguens id ſpiritui placitum eſſe, & eius gratia fieri, vt leniter caſtigemus peccantes.

CCV.

S. THO. *Com. in Epiſt. ad Rom. Ad illa verba c.* 8. Quicunq; enim ſpiritu Dei aguntur: *ait:* Illa enim agi dicuntur, quæ quidem ſuperiori inſtinctu mouentur. Vndè de brutis dicimus, quod nō agunt, ſed aguntur; quia à natura mouentur: & non ex proprio motu ad ſua, actiones agendas. Similiter autem homo ſpiritualis non quaſi ex motu proprio volūtatis principaliter, ſed ex inſtinctu Spiritus Sancti inclinatur ad aliquid agēdum ſecundum illud Eſa. 59. Cùm venerit quaſi fluuius violentus quem ſpiritus Dei cogit. Et Luc. 4. quod Chriſtus agebatur à ſpiritu in deſerto. Non tamen per hoc excluditur quin viri ſpirituales per voluntatem, & liberum arbitriū operentur, quia ipſum motum voluntatis, & liberi arbitrij Spiritusſanctus in eis cauſat: ſecundum illud Philip. 2. Deus eſt, qui operatur in nobis velle,& perficere. *Vbi cum hæc noſtro videantur oppoui textui dicenti*, Ferebatur, *dicemus, vel quod ita gubernat Sanctos interius, quod ab ipſis gubernari videatur exterius. Ioſue. Obediente Deo voci hominis: vel quia, vt hic inuenietur, ſequitur peccatores effluentes in vitia ſicut auis pullos raptos, quæ tunc magis fertur amore pullorum, quos inſequitur. Amor enim, vt prouerbium notum eſt Auguſtini illuc fertur, quocunq; fertur.*

CAE-

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

CCVI.

CAET. Com. in Epiſt. Iacob. ad illa verba cap. 4. Amputatis, quia inaniter ſcriptura dicat? Ad inuidiam concupiſcit ſpiritus, qui habitat in vobis: *ait ſic:* Ex Exod. 20. cap. ſumpta eſt hæc ſententia. Vbi Deus primo dicit eſſe Deum, qui eduxit eos de terra Aegypti: quod iſte dicit habitauit in vobis. Deinde ſubdit: Ego ſum Deus zelotes, quod iſte dicit ad inuidiam concupiſcit ſpiritus; Deus enim ſpiritus eſt, vt dicitur Io. 4. Et directè ad propoſitum contra adulteros, & adulteras tendit: ſignificans, quod Deus more zelotypi inuidet mundo trahenti animas ſibi fide deſponſatas ad ipſius mundi amicitiam, & Dei inimicitiam. *Vndè in ſuprapoſita vltima doctrina, non eſt mirum, ſi idem dicatur ferri ſpiritus: inuidus enim à ſua cupiditate trahitur.*

CCVII.

INTERL. *ibidem ſupradicta verba à contrario ſenſu explanat quaſi illud:* Spiritus, qui habitat in vobis, ſit ad differentiam Spiritusſancti dati in Baptiſmo. *Gloſat enim ſic:* Ad inuidiam concupiſcit: Concupiſcit ad inuidiam, ideſt, cupit vt inuideatis. Spiritus qui habitat in vobis: Non ſanctus, qui datur in baptiſmo. *Lyra Poſtil. ibi ſequens iſtam gloſam, ait:* Spiritusſanctus, qui habitat in vobis, qui datus fuit vobis in baptiſmo, non cõcupiſcit, ideſt; non facit vos concupiſcere ad inuidiam, ideſt non conducit vos ad triſtitiam de bono proximi: quod facit amicitia huius ſæculi. Et ſecundum hoc iſta litera ſumitur ex primo capite. Sap. Benignus enim eſt ſpiritus ſapientiæ. Et ſic non inducit ad inuidiam, ſed magis ad mutuam charitatem.

CCVIII.

S. GREG. *Papa moral. 22. cap. Per ſpiritum, intelligit feruorem deſiderij, nam exponens illud Apoſtol. ad Epheſ.* 4. Renouamini ſpiritu mentis veſtri: *ait ſic:* Neſcit mens per torporem veteraſcere, quæ quotidiana feruoris innouatione ſtudet per deſiderium ſemper inchoare. Hinc per Paulum dicitur: Renouamini ſpiritu mentis veſtræ. Hinc Pſalmiſta 76. qui iam ad perfectionis culmen peruenerat, quaſi inchoans, dicebat: Dixi, nunc cæpi: quia videlicet, ſi laceſcere ab inchoatis bonis nolumus, valdè neceſſe eſt, vt inchoare nos quotidiè credamus. *Vbi non diſplicet dicere idem eſſe dicere Spiritũ Dei eſſe ſuper aquas, ac ab initio oſtendere velle feruorem diuini amoris, quò ſe ita per creationem effundere incœperat, eſſe inextinguibilem, & indefeſſum.*

CCIX.

S. PATERIVS *lib. 2. cap. 12. in 2. Cor. 1. Ex Diuo Greg. ait ſic:* In ſcriptura ſacra aliquando donum ſpiritus pignus appellatur, quia per hoc ad interioris ſpei certitudinem anima noſtra roboratur. Benè ergò per Paulum dicitur: Qui dedit nobis pignus ſpiritus. Ad hoc enim pignus accepimus, vt de promiſſione, quæ nobis fit, certitudinem teneamus. *Vndè non diſplicet dicere idem eſſe in noſtro textu; ac Deum ſpem ingerere illam terræ diſformitatem, ornandam eſſe, ſiquidem aquæ ferebant Spiritumſanctum, qui pignus eſt Dei bonitatis.*

CCX.

ORIG. *Com. in Epiſt. ad Roma. ad illa verba c. 1.* Qui prædeſtinatus eſt Filius Dei in Spiritu ſanctificationis: *ait ſic:* Sanctificationis verò ſpiritus dicitur, ſecundum hoc quod præbet omnibus ſanctitatem. *Magiſt. Soto Com. ibid. tenens idem; notat ſic:* Etſi homo Chriſtus omnem haberet (vti erat) potentiam Dei, non tamen prædeſtinatus eſt eſſe filius Dei ad vniuerſa patranda, quæ virtute diuina poterat (vt creare, annihilarcuè mundum) ſed ea tantum, quæ ad noſtram ſpectabãt ſalutem: ſcilicet vt nos in gratiam patri reconciliaret. *Vbi apparet, virtus illius conſequentiæ Io. cap.* . Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus: Surgens, &c. cæpit lauare pedes diſcipulorum.

CCXI.

S. AVG. *Enchirid. ad Laurentium: Afferens per occaſionem illa verba Apoſt. Rom.* 8. Quotquot autem ſpiritu Dei aguntur, hi filij Dei ſunt: *ait ſic:* Sic tamen ſpiritu Dei exercitantur, & tanquam Filij Dei proficiunt ad Deum, vt etiam ſpiritu ſuo, maximè aggrauante corruptibili corpore tanquam filij hominum, quibuſdã motibus humanis deficiant ad ſe ipſos, & ideò peccent. *Vbi apparet, non eſſe mirum viros ſpirituales aliquando incidere in peccatum.*

CCXII.

S. AVG. *contra ſerm. Arrian. lib. vni. cap. 25. illa verba Eph.* 4. Nolite contriſtare Spiritum ſanctum. *ſic exponit:* Hoc eſt nolite nos contriſtare, qui ſecundum ſpiritum Dei contriſtamur

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

ex vobis. Charitate quippè contriſtabâtur, quã defundebat Spiritusſanctus in cordibus eorum, & per hoc eos de malis fratrum triſtes ipſe faciebat. *Vbi apparet, non habere Spiritumſanctum in ſe, qui de malis Fratrum non contriſtatur.*

CCXIII.

S. *AVG. lib. 4. de Gene. ad lit. Aſſerens per occaſionẽ illa verba Apoſt. ad Epheſ.* 4. Et nolite cõtriſtare Spiritum Sanctum Dei: *ait ſic.* Neq; enim ipſa Spiritus Sãcti qua eſt, quicquid ipſe eſt, ſubſtãtia cõtriſtari poteſt: cum habeat ęternã atq; incommutabilem beatitudinem: magiſq; ſit ipſa ęterna & incommutabilis beatitudo: Sed in Sãctis habitat, vt impleat eos charitate: qua neceſſe eſt vt homines ex tempore gaudeãt profectu fidelium, & bonis operibus, & ideò neceſſe eſt etiã contriſtentur lapſibus vel peccatis eorum, de quorum fide & pietate gaudebant: Quę triſtitia laudabilis eſt, quia venit ex dilectione, quã Spiritus Sanctus infundit: Propterea ipſe Spiritus Sanctus dicitur contriſtari ab eis qui ſic agunt, vt eorum factis contriſtentur Sãcti, nõ ob aliud niſi quia Spiritum Sanctum habent: Quo dono tam boni ſunt, vt eos mali meſtificent: *Vbi inter cætera apparet, non eſſe plenos Spiritu Sancto, quos peccata & mala aliorum non mæſtificant, ſicut quos bona proximorum non lætificant: & quod Spiritus Sãctus ita inhæret quibus aſſiſtit, quod ſibi velit attribui eorum actiones etiam ſuæ eſſentiæ contrarias: vndè non mirum, ſi cum ſtabilis ſit, dicatur in noſtro textu ferri ſuper aquas; Quocũq; fertur vnus iuſtus, fertur etiam Spirtus Sanctus.*

CCXIV.

S. *ATHAN. Com. in Epiſt. Rom. Ad illa verba cap.* 7. Quicumq; enim Spiritu Dei aguntur: hi Filij sũt Dei: *ait ſic:* Dixit ſuperius illos eſſe victuros, ſi praua opera morte conficerent: nũc verò mercedem his & coronam ſuperiori illa longè maiorem promittit: quod a Deo videlicet in Filiorũ ſint adoptionem recipiẽdi, ideòq; haud quaquam dixit quicunq; Spiritu viuunt: ſed quicunq; aguntur, id eſt, gubernantur, & diriguntur: & Spiritum ipſum tum animæ, tũ corporis cõſtituunt Dominum: nã etſi Baptiſmum acceperis, & Dei ſis Filius per Baptiſmum effectus: Spiritũ verò nequaquam fueris ducem ſortitus: feceris ſanè donorum huiuſmodi omnium iacturam i: Vniuerſũ profectò per lauacrũ accepimus Spiritum, duci autem per omnem vitam hoc Spiritu quaſi noſtro quodam iure depoſcimus, & ideò non illud dixit: Quicunq; acceperint Spiritum, hi Dei ſunt Filij: ſed quicunq; Spiritu ducuntur.

CCXV.

S. *AMBR. Com. in Rom. 8. ad illa verba:* Spiritus adiuuat infirmitatem noſtrã: *vel vt ille legit:* infirmitatẽ noſtræ orationis: nã quid oremus ſicut oportet neſcimus, ſed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis: *ait ſic:* Deo ergò loquitur cum nobis tacere videtur, qui & videt cum non videatur; & hęc quę ſcit Deo placere, & nobis prodeſſe: Tũc ſanè pro nobis interponit ſe idem Spiritus, cũ ſcit nos per ignorantiam, nõ per iactantiã contraria poſtulare.

CCXVI.

S. *AVG. lib. 2. ſerm. Domin. in monte. Aſſerens per occaſionem illa verba Apoſt. 1. Cor.* 12. Nemo poteſt dicere Dominum Ieſum, niſi in Spirituſancto. *Opponit huic dicto illa ſententia Chriſti Domini, Mat.* 7. Non omnis qui dicit mihi, Domine domine, intrabit in Regnum cœlorum, *ex qua conſtat, poſſe & dari qui dicant Ieſum (Dominum) & non habere Spiritumſanctum; ſiquidem excluduntur à regno Cœlorum: conciliat autem ſic:* Quomodo ergò nemo dicit dominum Ieſum, niſi in Spirituſancto, niſi quia propriè Apoſtolus poſuit verbum, quod eſt: dicit, vt ſignificet, voluntatem, atq; intellectum dicentis? Dominus verò generaliter poſuit verbum, quod ait: Non omnis qui dicit mihi domine domine, &c. Videtur enim dicere, etiam ille: Qui nec vult, nec intelligit, quod dicit, ſed ille propriè dicit, qui voluntatem, ac mentem ſuam, ſono vocis enunciat. *Vbi aduertant Clerici idiotæ linguæ latinæ, qui inſuper coactè perſoluunt horas canonicas, quod meritum habere poterunt; & in quo ſpiritu orent; ſiquidem nec intelligunt, quæ dicunt, & inuoluntariè dicunt.*

CCXVII.

I*Dem, Tract. 74. in Ioan. Aſſerens ſupradicta Apoſtoli verba; ſic exponit:* Et quis dominum Ieſũ, niſi qui eum diligit, dicit, quo intelligi voluit Apoſtolus? Multi enim voce dicunt, corde aũt, & factis negant: ſicut de talibus ait: Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. Si negatur factis, proculdubio, etiam dicitur factis: Nemo itaq; dicit dominus Ieſus animo, verbo, facto,

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

corde,ore,opere,nemo dicit dominus Ieſus,niſi in Spirituſancto. Et nemo ſic dicit,niſi qui diligit.

CCXVIII.

S. *ATHA. Com. in 1. Cor. ad illa verba cap. 14.* Et ſpiritus prophetarum Prophetis ſubiectum eſt:*ait ſic*, Gentilium vates à dæmone perciti,nec volentes quidem poterunt conticere: apud vos verò Prophetæ non ità ſe habẽt:quippè quorum in arbitrio ſit, vel profani aliquid, vel ſilere,idq; velle Apoſtolum explicare, quũ inquit,ſpiritus Prophetarũ,videlicet,quod ſpiritus dona Prophetis ipſis ſubdantur: quibus ſilẽtium ſeruare velint necne,permiſſum eſt. Verũ nequis illud obijcere queat,qui ſit ſpiritus, gratiam aſſecutus,quonam pacto, vt iubes, potero conticere, qui ſim ad loquendum à ſpiritu concitatus? Ad id Paulus ita reſpondet: Atqui ſpiritus iſte, qui te concitauit, tuæ ſuppoſitus eſt ditioni:& ita,vt in tua ſit poſita taciturnitas hęc poteſtate. *Vbi apparet,non benè excuſari,qui vel reprehendendo,vel prædicando, quæ minimè ſaltim pro tempore licet,excuſantur ab impetu ſpiritus,nam talis,qui ab illis reprimi non potuit,non Dei,ſed Sathanæ iudicandus eſt.*

CCXIX.

S. *AVG.Serm.13.de verb.Apoſt.Ad illud Rom.8* Quotquot autem ſpiritu Dei aguntur, hi Filij Dei ſunt.*ait:* Nolite vos dimittere,neq;.n. templum ſuum ſic de vobis ædificat Deus,quaſi de lapidibus,qui non habent motum ſuum; leuantur,abſtructore ponuntur. Non ſic ſunt lapides viui,& vos tanquam lapides viui coædificamini in templum Dei. Ducimini, ſed currite, & vos ducimini,ſed ſequimini: quia cum ſecuti fueritis verum erit illud, quia ſine illo nihil facere poteſtis.

CCXX.

S. *AVG.ſerm.in Pentec. Aſſerens per occaſionem illa verba Apoſt.Ephеſ.4.* Vnum corpus,& vnus ſpiritus;*ait ſic*:Iam verò ſi membrum pręſcindatur,nunquid ſequitur ſpiritus. Et tamen membrum agnoſcitur. Sic & homo ſeparatus ab Eccleſia. Quæris ab illo Sacramentum, inuenis. Quæris?Quæro.Niſi intus per ſpiritu vegeteris, fruſtra de forma gloriaris.

CCXXI.

IDem,*tract.in Pſal.122.Aſſerens per occaſionem illa verba Apoſt.1.Cor.4.* Neſcitis quia templum Dei eſtis,& ſpiritus Dei habitat in vobis? *ait ſic*:Non ſic ſunt Sancti domus Dei, vt ipſa ſubtracta cadat Deus. Aliter nos habitamus in domo,aliter Deus in Sanctis. Tu habitas in domo,quæ ſi ſubtracta fuerit,cadit. Deus autẽ ſic habitat in Sanctis, vt ſi ipſe diſceſſerit, cadant. Quicunq;ergò ſic portat Deum,vt ſit templum Dei,non putet ſic à ſe portari Deum, vt terreat Deum ſi ſe ſubducat. Væ illi ſi ſe ſubtraxerit Deus, quia ipſe cadit: nam Deus in ſe ſemper manet.In quibus verò nos habitamus, ipſa nos continent. In quibus autem Deus habitat, ipſe illos continet.

CCXXII.

S. *AMBR.lib.23.Ad illud Rom.4.* Ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis,&c. *coniugens illis verbis 1.Cor.14.* Vnicuiq; datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem: *& illis ibi*: Diuidens ſingulis prout vult: *ait:* Dicit enim interdum ſciens menſuram,quam nos ignoramus.Nõ poteſtis hæc modo accipere.Peto mihi paſſionem martyrij:ſpiritus promptus eſt, ſed videns infirmum carnis meæ,nedum maiora cupio,minora amittam dicit: Non potes hæc accipere. Quales occaſiones habui,& de ipſo propè ſine reuocatus ſum? Nouit enim bonus medicus, quæ eſca, cui apta ſit infirmitati, & cui tempori ad profectum valetudinis. Interdum oportunitas eſcæ ſanitatem reddit, quod ſi importunè aliquis accipiat, aut non conuenienter,implicatur periculo.

CCXXIII.

S. *ATHAN.Com.in Rom.14.Ad illud:* Non eſt Regnum Dei eſca,& potus; ſed iuſtitia, & pax,& gaudium in Spirituſancto *: ait:* Ad regnũ Dei aditum iuſtitia patefacit,ideſt vniuerſæ virtutes,inculpabilis vita, & pax, quæ eum proximo ſine iurgio exhibetur, & lætitia quam parit concordia omiſſa triſtitia, quę proximi ex afflictione oboritur.Et quoniam vel paruis in rebus pax quædam,& gaudium videtur ineſſe: in Spirituſancto adiecit, perindè ac ſi inquiat: De pace equidem,& hilaritate,quam in Spirituſancto conſtat ineſſe, ediſſero: nõ de aliqua quauis pace,vel mundana lætitia.

CXXIV.

IDem,*Com.in 1.Theſſal.5.Ad illud*,Spiritum nolite extinguere.*ait:* Cùm noctis loco ſit hæc vita habẽda, & facem nobis detulit Deum Spiritum

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

ritum ſanctum, quam ſplendidiorem reddidere, plerią; quemadmodum Sancti: nonnulli verò extingui ſunt paſſi quemadmodum virgines illæ, quæ lucernam oleo carere permiſerant. Nec ſecus & qui Corinthi fornicaretur, eandem hãc facem luto offudit. Dicit itaq;: Spiritum nolite extinguere. hoc eſt: ſpiritus gratiam. Obſtruite ergò feneſtras, ſiuè ſenſus hos corporales, nec nequitiæ ſpiritus ille inuadat; & ſic fax illa extingui non poterit. Non puluerem inſpergas, vel curas terrenas: ſic enim inextinguibilis permanebit.

CCXXV.

S. *AVG. lib. cont. mendaci. Ad illud Gal. 6.* Vos qui ſpirituales eſtis huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis: conſiderans te ipſum, nè, & tu tenteris. *ait*: Ecce quam ſpirituale vocauit ætatem, timuit illi tentationis fragilitatem. Vnde poſſit ſpiritualis tentari? Et ſi non ex mente, vtiq; ex carne. Spiritualis enim, quia ſecundum ſpiritum viuit, adhuc tamen ex parte mortali carnalis; idem ſpiritualis, idemq; carnalis. Ecce ſpiritualis. Mente ſeruio legi Dei. Ecce carnalis. Carne autem legi peccati. Idem ipſe ſpiritualis, & carnalis. Idem planè quandiù hic viuit ſic eſt.

CCXXVI.

I*Dem ſerm. 23. de Verb. Domini, Ad illud Rom. 8.* Quotquot ſpiritu Dei aguntur: hi Filij Dei ſunt, *ait*: Non ſunt Filij Dei, ſi non aguntur ſpiritu Filij Dei. *Vbi apparet, Sanctos non naſci, ſed fieri Sanctos.*

CCXXVII.

S. *ATHA. Com. in Gal. 5. Ad illud:* Vos enim in libertatem vocati eſtis fratres, &c. ſed per charitatem ſpiritus ſeruite inuicem: *ait*: Legis iam iugo ſublato, aliud quodam, quod charitatis eſt, iugum inducit, vt illa leuius, ita & longè validiùs.

CXXVIII.

S. *ATH. Com. in 1. Cor. 4. Ad illud:* Quid vultis? In virga ueniam ad uos, an in chatitate, & ſpiritu manſuetudinis. *ait*: Virgam ſupplicia appellat, & pœnas. Ait igitur. In veſtra eſt poteſtate ſitum vtrum hoc pacto, an aliter ſim ad vos conceſſurus. Si vos ipſos negligentiores præſtabitis, veniens, tormentis adficiam. Sin verò exciti fueritis, & Spirit. ſanct. vigiles: benignitatis erga vos ſpiritu, & manſuetudinis vtar.

CCXXIX.

I*Dem ibid. iterum ſic:* Eſt nanq; & crucians, & tormentis adficiens Spirit. ſanct. Hunc tamen à potioribus nominat, quum manſuetudinis infert: quemadmodum Deum & clementẽ dicimus, & miſericordem non alios torquentẽ: tametſi torquendi illi inſit facultas.

CCXXX.

S. *GREG. Papa Paſtoral. par. 3. cap. 14. Aſſerens per occaſionem illa verba Apoſt. 2. Cor. 3.* Vbi ſpiritus Domini, ibi libertas. *ait ſic*: Si ergò adhuc à praua actione formidata pœna prohibet, profectò formidantis animum nulla ſpiritus libertas tenet. Nam ſi pœnam nõ metueret, culpam proculdubio perpetraret. Ignorat itaque mens gratiam libertatis, quam ligat ſeruitus timoris. Bona enim pro ſemetipſis amanda ſunt, & non pœnis compellentibus exequenda. Nam qui propterea bona facit, quia tormentorum mala metuit, vult non eſſe, quod metuat, vt audenter illicita committat. Vndè luce clarius conſtat, quod coram Deo innocentia amittitur, antè cuius oculus deſiderio peccatur.

CCXXXI.

A*PONIVS Com. in Cant. lib. 6. ſupradicta verba ſic commentat:* Vbi ſpiritus Dei, ibi ſermonis libertas, & vbi libertas, ibi nulla ſeruitus conſcientiæ turpis; & vbi nulla ſeruitùs cõſcientiæ, ibi affluentia miræ doctrinę. *Vbi apparet, non poſſe liberè prædicare, ille, qui in conſcientia reatus ſui ſe ſentit ſeruum, & obligatum.*

CCXXXII.

S. *PATERIVS lib. 2. cap. 18. ſuper Epiſt. ad Rom. ad illa verba Apoſt. cap. 8.* Ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus: *ait ſic ex Diuo Greg Papa:* Minor verò eſt, qui poſtulat, quam qui poſtulatur. Quomodo ergò ſpiritus poſtulare dicitur, qui minor non eſt? Nequaquã igitur poſtulat, qui æqualis eſt, ſed poſtulare dicitur, quoniam ad poſtulandum eos, quos repleuerit, inflamat. *Vbi apparet, præcipuum effectum Spiritusſancti eſſe prouocare, ſeù inflammare ad orationem.*

CCXXXIII.

S. *IO. Chryſ. homil. 13. in Rom. 18. Ad illud:* Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu: *ait:* Quamobrem non dixit: Vos autem non eſtis ſub peccato? Vt intelligas, Chriſtum non ſolum

ex-

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

extinxiſſe peccati incendium, ac tyrannidem oppreſſiſſe, ſed & carnem leuiorem reddidiſſe, natura non mutata, ſed velociori, atq; agiliori effecta. Nam quemadmodum ferrum ab ignis aſſiduo vſu, & ipſum quoq; in ignem euadit, propria in natura remanens; ſic fidelium, ſpiritumq; habentium caro, in illam demum efficientiam tranſmutatur, tota ſpiritualis vndiq; crucifixa, atq; vna cum anima, & ipſa volatilis reddita: quale quidem erat eius corpus, qui hoc ipſa profert. Qua de cauſa omnes ille quidem delicias, voluptateſq; ridebat; fame autem, flagellis, ergaſtulis delectabatur, nec dolebat illa dũ toleraret, atq; hoc declarãs dicebat: Afflictio præſens leuis eſt.

CCXXXIV.

S. *ATHAN. Com. in 2. Cor. ad illa verba cap. 12.* Nunquid & Tirus vos circumuenit? Nonnè eodem ſpiritu ambulauimus; *ait ſic:* Hoc eſt: num eadem ſpiritali gratia ipſi inceſſimus? Gratiam enim appellat abſtinentiam ipſam: quia ab his, quominus acciperet quidpiã, abſtinuerit. Quod & ſi eius ſit virtute effectum, Deo tamen adſcribit id gratiæ.

CCXXXV.

S. *AVG. Lib. de Baptiſmo paruul. afferens per occaſionem illa verba Apoſt. 2. Cor. 5.* Deus qui dedit nobis pignus ſpiritus. *ait ſic*: Hic enim accepimus per pignus ſpiritus, & certandi, & vincendi vires; ibi autem ſine hoſte vllo externo, & interno ineffabili, ac ſempiterna pace perfruemur. Quisquis ergò omnia, quæ ibi habenda sũt hic vult habere, fidem ſe indicat non habere.

CCXXXVI.

IDem *ſerm. 13. ad illud Rom.* 8. Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis, iterum in timore. *ait:* Quid eſt, iterum? ſicut in monte Syna accepiſtis ſpiritum ſeruitutis. Dicit aliquis: Alius eſt ſpiritus ſeruitutis, alius ſpiritus libertatis. Si alius eſſet, non diceret Apoſtolus: iterum; Idem ergò ſpiritus, ſed in tabulis lapideis in timore, in tabulis cordis in dilectione. *Vbi apparet, eundem Spiritũ Sanctum diuerſa operari in nobis, ſecundum diuerſam quam inuenit in nobis diſpoſitionem.*

CCXXXVII.

S. *ATHAN. Com. in epiſt. Rom. ad illa verba c. 11* Dedit illi Deus ſpiritum compunctionis: oculos vt non videant, & aures vt non audiant vſque in hodiernum diem: *ait ſic:* Compunctionem autem dicit animi habitum quendam pertinacem ad malum, & immutabilem. Horũ itaq; inſanabilem mentem, & in malo conſtantem cõpunctionem appellat: quandoquidem hi, & oculos haberent, quibus poſſint miracula intueri, & aures, quibus domini doctrinam perciperent. His tamen vtriſq; nihil opportunè ſunt vſi, neq; hos modo sẽſus Chriſto Domino, ſed nè Apoſtolis quidem accommodarunt. *Vbi apparet, nihil valere ſenſus habere expeditos ad videndam viam ſalutis: dummodò cor non ſit à pertinacia ſolutum.*

CCXXXVIII.

S. *CYPR. de Lapſis: afferens per occaſionem eadem verba, quæ ſic legit:* Et dedit illis Deus ſpiritum tranſpunctionis: *ait ſic:* Iniuſtè ſibi placentes, & tranſpunctæ mentis alienatione dementes, Dei pręcepta contemnunt, medelam vulneris negligunt, agere pœnitentiam nolunt. Antè admiſſum facinus improuidi, poſt facinus obſtinati, nec prius ſtabiles, nec poſtmodum ſupplices: quando debuerant ſtare iacuerunt, quando iacere, & proſternere ſe Deo debent, ſtare ſe opinantur.

CCXXXIX.

IDem, *de Hæreticis: Afferens ſupradicta verba, quę coniungens cum illis 2. Theſſal. 2.* Dilectum veritatis non habuerunt vt ſalui fierent, ac proptereà mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, &c. *ait ſic:* Primus felicitatis gradus eſt, non delinquere; ſecundùs, delicta cognoſcere. Illic currit innocentia integra, & illibata, quæ ſeruet: hic ſuccedit medela, quæ ſanet: quod vtrunq; iſti offenſo Deo, perdiderũt, vt amiſſa ſit gratia, ꝙ de baptiſmi ſanctificatio percipitur, & non ſuperſit pœnitentia, per quam culpa curatur.

CCXL.

S. *IOAN. Chryſ. Homil. 9. ibi. Ad illud cap. 5.* Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritũ Sanctum: *ait:* Nõ dixit data eſt, ſed effuſa eſt in cordibus noſtris: largitatem oſtendens; quod enim maximum erat donum, hoc dedit: nõ cœlum, non terram, nõ mare, &c. Quid autẽ hoc eſt: Spiritus Sanctus. Quod ſi nollet magnis nos coronis poſt labores donare, nũquam ante ipſos labores tot, tantaq; donaſſet bona: nũc verò dilectionis ſuę feruorem hic declarat,

quod

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

quod nõ ſenſim, ac pedetentim nos honeſtauit, ſed cumulatè, ac plena manu bonorum fontem effudit, idq; ãte ipſa certamina: *Vbi apparet, affluentiam diuinarum gratiarum in principio exhibitã: eſſe magnas arras futuræ poſt finem coronæ.*

CCXLI.

S. *AVG. Serm. de Viſione Dei. Afferens per occaſionem illa verba Apoſt. Ephe.* 2. In quo & credentes, ſignati eſtis Spiritu promiſſionis Sancto, qui eſt arrabo, pignus hæreditatis noſtræ: *ait ſic:* Melius habent codices, qui habent arram, quã qui habent, pignus: eandem quippè rem interpretes dicere voluerunt: Intereſt tamen aliquid in loquendi vſu inter arram, & pignus: pignus enim; quando datur, cum datum fuerit propter quod pignus datum eſt, pignus aufertur: Accipis enim v.g. codicem ab amico tuo, vt tibi det, das aliquod pignus: cum reddideris quod accepiſti: propter quod pignus poſuiſti, ille quod reddideris habebit, tu pignus recipies: non enim habit ambas res. Quid ergò fratres? Si charitatem modo Deus, dat tanquam pignus dedit per ſpiritum ſuum, cum eam rem ipſe reddiderit, quã promiſſa pignus dedit auferendum eſt à nobis pignus dedit auferendum eſt à nobis pignus? Abſit, ſed quod dedit, hoc implebit. Ideò mellius arra, quam pignus. Aliquando enim pretiũ, v.g. præparas dare pro ea re quam tenes bonæ fidei contractu de ipſo pretio das aliquid, & erit arra non pignus: quod ſit complendum, non auferendum. Iam ergò intellige. Si inuenio dilectorem. Habet arram, & ex arra deſiderat plenitudinem. Arram ipſam cõſideret: hoc enim implebitur vnde arra data eſt. Ipſam cogitet: ipſam apud ſe diſcutiat, ipſam inſpiciat, ipſam de plenitudine illa, quam non videt interroget. Aſpice ergò arram. Deus charitas eſt. Indè habemus aliquid, indè aſperſi ſumus, indè irrorati; cuius ros talis eſt, qualis fons rore iſto aſperſus? ſed flagras in fontem dic Deo. Quoniam apud te eſt fons vitæ. In rore iſto natum eſt deſiderium: in fonte ſatiaberis. Ibi eſt quod ſufficit nobis.

CCXLII.

S. *AVG. Expoſ. epiſt. ad Rom. Afferens per occaſionem illa verba Apoſt. Tit.* 1. Nemo poteſt dicere dominum Ieſum, niſi in Spirituſancto: *ait ſic,* Non poteſt rectè intelligi, niſi in factis dictũ intelligatur. Noc enim hoc in Spirituſancto dicere putandi ſunt, quibus ipſe Dominus dicit Mat. 8. Vt quid mihi dicitis: Domine domine, & non facitis, quæ dico vobis.

CCXLIII.

S. *AVG. in Pſ. 52. Afferens per occaſionem illa verba Apoſt. 1. Cor. 3.* Spiritus enim omnia ſcrutatur etiam profunda Dei. *ait ſic:* Non quia ille ſcrutatur, qui nouit omnia, ſed qui tibi donatus eſt ſpiritus, te ſcrutari facit. Et quod dono ipſius tu facis, ille facere dicitur, quia ſine illo tu non faceres.

CCXLIV.

S. *CYPR. de bono patientiæ, tract. 11. Afferens per occaſionem illa verba Apoſt. Ephe.* 4. Nolite contriſtare Spiritumſanctum Dei, in quo ſignati eſtis in die redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia auferatur à vobis. *ait ſic:* Si enim Chriſtianus à furore, & contentione carnali, tanquam de maris turbinibus exceſſit, & trãquillus, ac lenis in portu Chriſti eſſe iam cœpit, nec iram, nec diſcordiam debet intra pectũ admittere, cui nec malũ pro malo reddere liceat, nec odiſſe. *Et poſt pauca concludit ſic:* Nec aliud magis iniuſtos diſcernit & iuſtos, quam quod in aduerſis per impatientiam quæritur, & blaſphemas iniuſtus: & patiẽtia iuſtus probatur, ſicut ſcriptum eſt Eccl. 2. In dolore ſuſtine, & in humilitate patientiã habe, quoniam igne probatur aurum, atq; argentum.

CCXLV.

S. *AVG. lib. de ſancta viduitate: Afferens per occaſionem illa verba Apoſt. 1. Cor.* 2. Nos autem ſpiritum non huius mundi accepimus, ſed Spiritum, qui ex Deo eſt, vt ſciamus quæ a Deo donata ſunt nobis: *ait ſic:* Multi quippè habẽt multa dona Dei, & neſciendo a quo habeant, impia vanitate iactantur: Nemo eſt autem donis Dei beatus, qui donãti extitit ingratus: Quia & illud quod in ſacra myſteria cor habere ſurſum iubemur, ipſo adiuuante id valemus quo iubente admonemur, & ideò ſequitur, vt de hoc tantum bono ſurſum leuati cordis, non nobis gloriam, quaſi noſtrarum virium tribuamus: ſed Domino Deo noſtro gratias agamus: hoc enim continuò commonemur, quia hoc dignũ eſt, & hoc iuſtũ eſt: Recordaris hæc verba vndè ſint: inter quas actio-

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

actiones, & quanta ſanctitate cōmēdetur agnoſcis: *& vltimò cōcludit ſic:* Ergò Spiritus Dei Spiritus Dei Spiritus eſt charitatis, Spiritus huius mundi Spiritus eſt elationis: qui habent Spiritū huius mundi ſuperbi ſunt, ingrati sūt Deo: Multa dona eius habent, ſed nō colunt eū a quo habēt, ideò ſunt infęlices.

CCXLVI.

S. *AVG. tract. 6. in Io. Aſſerens per occaſionem illa verba Apoſt.* Rom. 8. Ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. *ait ſic:* Non ergò Spiritusſanctus in ſemetipſo apud ſemetipsū in illa Trinitate, in illa beatitudine, in illa æternitate ſubſtantiæ gemit, ſed in nobis gemit, quia nos gemere facit. Inſinuat enim nobis, quia peregrinamur, & docet nos in patriam ſuſpirare, & ipſo deſiderio gemimus. Cui benè in hoc ſeculo, immò qui putat, quod benè ſit, qui lætitia rerum carnalium, & abundantia temporalium, & vana felicitate exultat, habet vocem corrui. Vox enim corui clamoſa eſt non gemebunda. Qui autem nouit in preſſura ſe eſſe mortalitatis huius, peregrinari ſe à domino, nondum tenere illam perpetuam, quæ nobis promiſſa eſt, beatitudinem: ſed habere illam in ſpe, habiturus in re cum Dominus venerit in manifeſtatione pręclarus, qui prius venit in humilitate occultus, qui hæc nouit gemit. Et quamdiù propter hoc gemit, benè gemit. Spiritus docuit illum gemere. A columba gemere didicit. Multi enim gemunt in infelicitate terrena, vel quaſſati dānis, vel ægritudine corporis prægrauati, vel carceribus incluſi, vel cathenis colligati, vel fluctibus maris iactati, vel aliquibus inimicorum inſidijs circumſepti. Gemunt, ſed non columbæ gemitu gemunt. Non amore Dei gemunt. Non ſpiritu gemunt. Ideò tales cum fuerint ab ipſis præſſuris liberati exultant in grandibus vocibus: vbi apparet, quia corrui ſunt, non columbæ. *Vbi apparet, quod lætitia poſt lachrymas in hac vita oſtendit lacbrymas, & gemitus præteritos eſſe pro temporalibus, & non pro ſpiritualibus.*

CCXLVII.

S. *AVG. ſerm. 13. de Verbis Apoſt. Aſſerens per occaſionem illa verba Rom.* 8. Quotquot autem ſpiritu Dei aguntur, hi filij Dei ſunt. *ait ſic:* Non qui ſecundum carnem viuunt ſuam, non qui ſecundum ſpiritum ſuum viuunt, non qui carnis voluptate ducuntur, non qui ſpiritu ſuo agūtur, ſed quotquot ſpiritu Dei aguntur, hi filij ſunt Dei. Dicet mihi aliquis. Ergò agimur, & non agimus? Reſpondeo. Immò & agis, & ageris. Et tunc benè agis, ſi à bono agaris. *Vbi extra, quod patet, moraliter apparet non negari à gubernatione actiua, qui à bonis gubernatur, & nihil aliud agit, quam quod à bonis conſulitur.*

CCXLVIII.

S. *AMBROS. Epiſt. lib. 5. Epiſt. 22. Aſſerens illa verba Apoſt. Rom. 8.* Et nos ipſi primitias ſpiritus habentes: & ipſi intra nos gemimus adoptionem filiorum expectantes redemptionem corporis noſtri: *ait ſic*. Quamuis .n. de ſuo merito ſecuri ſint, tamen quia futura eſt adhuc redemptio totius corporis Eccleſiæ, compatiūtur. Cum .n. adhuc membra patiuntur corporis ſui, quomodo alia membra licet ſuperiora non cōpatiuntur membris vnius corporis laborātibus? *Vbi apparet charitatem ſecum afferre compaſſionem, (etiam ipſo homine in ſecuro degente) ſi videat alios laborantes periclitari, & pati.*

CCXLIX.

S. *THOM. Comment. in Epiſt. ad Rom. Ad illa verba cap.* 8. Lex .n. ſpiritus in Chriſto Ieſu: *ait ſic*. Lex ſpiritus poteſt dici proprius effectus Spiritus ſancti .ſ. fidem per dilectionem operās: quæ quidem docet interius de agendis ſecundū illud 1. Ioan. 2. Vnctio docebit vos de omnibus: & inclinat affectum ad agendum ſecundū illud 2. Cor. 5. Charitas Chriſti vrget nos. *Et ante hæc ſic.* Spiritus ſanctus mentem inhabitans non ſolum docet quid oporteat fieri intellectum illuminando de agendis: ſed etiam affectum inclinat ad bene agendum. Ioan. 14. Paraclitus autē Spiritus ſanctus &c. ille vos docebit omnia: quātum ad primum: & ſuggeret vobis omnia: quantum ad ſecundum: quæcumq; dixero vobis. *Et poſtea ſic.* Et addidit vitæ, quia ſicut ſpiritus naturalis facit vitam naturæ: ſic ſpiritus diuinus facit uitam gratiæ. Ioan. 6. ſpiritus eſt, qui uiuificat. Ezech. 1. Spiritus uitæ erat in rotis. Addidit autem in Chriſto Ieſu. Quia .ſ. iſte ſpiritus non datur niſi his, qui ſunt in Chriſto Ieſu. Sicut enim ſpiritus naturalis non peruenit ad membrum, quod non habet connexionem ad caput: ita Spiritus ſanctus non peruenit ad hominem, qui non eſt capiti Chriſto iunctus.

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

CCL.

S. *AVG. Lib. ſent. Proſperi præfat. ad orat. Aſſerēs per occaſionem illa verba Apoſt. 1. Cor. 3.* Neſcitis, quia templũ Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in uobis, *ait ſic.* Qui ſupplicaturo Deo locũ ſanctum, & aptum requiris? Interiora tua mũda, & omni inde mala cupiditate depulſa præpara tibi in cordis tui pace ſecretum. Volens in templo orare: in te ora, & ita age ſemper, ut templũ Dei ſis.

CCLI.

L*YRA Poſtill. in Hebr. Ad illud*: Quapropter intermittentes inchoationis Chriſti ſermonem ad perfectiora feramur. *ait.* Illi .n. quibus ſcribebat erant exercitati in ſcripturis, & ideo dicit, quod intendit dimittere ea, quæ ſolent dici nouitijs, ſed intendit proſequi ea, quæ ſolent dici perfectis, & hoc eſt quo dicitur; Quapropter intermittentes inchoationis Chriſti ſermonem: ad perfectiora feramur, ideſt ad doctrinam perfectorum.

CCLII.

S. *IO. Chryſoſt. homil. 9. ad cap. 4. epiſtol. ad Epheſ. vbi Apoſtol. ſic incipit:* Obſecro itaq; vos ego vinctus in Domino, vt dignè ambuletis, &c. cũ omni humilitate, & manſuetudine, cum patientia ſupportantes inuicem in charitate: ſollicitè ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis: *notauit ſingulariter, quod vt Paulus perſuaderet Epheſijs ſeruare vinculum charitatis, primo, quaſi exemplar ſeipſum præpoſuit vinctum cathenis ferreis pro Chriſto: nam poſtquam plurima de gloria illius cathenarum dixit: ait enim ſic:* Demonſtrata eſt magna illa Paulinæ cathenæ virtus ſignis etiam illuſtrior. Non itaq; fruſtrà illam, & præter cauſam more ſuo, profert, ac prætendit, ſed tanquam, qui per illam grauiter permoueat auditorem, & qđ hortatur perſuadeat: vt dignè, inquit, ambuletis, &c. *Et poſt aliqua iterum ſic:* Alliga teipſum fratri. Qui tales ſunt, nempè, dilectione fratribus alligati, omnia facilè ferunt. Colliga teipſum illi & illum tibi. *Et antè hęc immediatè ſic:* Liga manus tuas manſuetudine. *Vbi inter cætera apparet, neminem poſſe alijs perſuadere charitatem, qui ſeipſum ligatum Chriſto cathenis non oſtentauerit.*

Ex Apocal.

CCLIII.

A*BB. Ioachim Expoſit. in Apocal. par. 2. tex. 2. Ad illa verba cap. 4.* Statim fui in ſpiritu. *ait ſic,* In ſpiritu enim ſunt non in littera quicunq; contemplando cœleſtia: ſacras ſpiritualium ſemitas perambulant figurarum. Quia non in ijs ſigunt mentis oculũ, quæ carnaliter legunt: ſed in hijs, quæ ſpeculando ſpiritualiter cernunt.

CCLIV.

P*ANNO. Collec. ibi. Ad illud c. 4.* Fui in ſpiritu in dominica die: *ait:* Hic incipit prima viſio principalis è ſeptem: vbi principio omnium cõgruẽtiſſimum ſpirituali viſioni tempus præſcribit. Solet enim ſcriptura ſacra terminos cauſarum, ſicut & loci, vel aeris, ſic etiam temporis exprimere conditionem. Hinc eſt, quod Abraham in feruore fidei ſuæ angelos meridie vidit. Gene. 18 Et Loth in perditione Sodomorum, veſperi. Gene. *19.* Adam poſt meridiem vocem Dñi Dei deambulantis in paradiſo audiuit Geneſ. 3. Quandoquidem per peccatum amiſerat claritatem contemplationis Dei, & declinauerat à medio iuſtitiæ eius. Salomon quoq; ſapientiam non ſeruaturus iu nocte percepit. 3. Reg. 2. Dic ergò Dominica dilectus Deo Apoſtolus in ſpiritu fuit, quia fides Dominicæ Reſurrectionis iã orbi illuxerat. Iam enim Apoſtoli profecti in vniuerſo orbe prædicabant vbiq;, Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis, vt corporalis illa vacatio Sabbati transferret in ſpiritualem. Eccleſia quoq; iam facta carnis mortificans, in lucem ſpiritus aſſurgebat. *Vbi apparet, Chriſtianis Dominicam diem non eſſe ad vacandum à laboribus corporalibus, ſed ad aſſurgendum ſpiritualibus contemplationibus.*

CCLV.

S. *THO. Com. ibi. Ad illud ſæpiùs repetitum cap. 2.* Qui habet aures audiat quid ſpiritus dicat Eccleſijs: *ait:* Vt per hoc innuat Ioannes, quod non ipſe, ſed Spiritusſanct. loquitur in eo. Iuxta illud Math. 10. Non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus Patris veſtri: per hoc quod dicit: Eccleſijs pluraliter: patet, quod non loquitur Ioannes vni ſoli Eccleſiæ, ſed generaliter omnibus. Multi habent aures, & non audiunt quid loqui-

Et Spiritus Dei ferebatur ſuper Aquas.

quitur ſpiritus. Iſai.42. Quis cæcus, niſi ſeruus meus? & quis ſurdus,niſi ad quem nũtios meos miſi? Pſ.Aures habent,& non audiunt. Alij nõ audiunt,quia dormiunt.De quibus Eccli.22.Cũ dormiente loquitur, qui ſtulto narrat ſapientiã. Alij, quia nimis ſunt remoti ab eo, qui longè. Pſ.Longè à peccatoribus ſalus. Alij, quia aures obturant.Pſ.Sicut aſpidis ſurdæ,& obturãtis aures ſuas,&c.Alij,quia mortui ſunt. Sap.13.Non erubeſcit loqui cum eo,qui ſine anima eſt.Alij, quia ſunt in tumultu.Amos 5.Aufer à me tumultum carminum tuorum.

GCLVI.

BEDA *Com.ibi,V d illud cap.14.* Amodo iam dicit ſpiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis:opera enim illorum ſequuntur illos: *ait ſic:* Sicut impios dixit perpetuò requiem nõ habere, ſic è contrario fideles priſcis adiutos operibus amodo iam,ideſt à tempore mortis requieſcere docet. Cùm dederit electis ſuis ſomnum, hæc eſt hæreditas domini.Propter frigus autem piger arare noluit: mendicabitur ergò æſtate,& non dabitur ei.

CCLVII.

S. *CYPR.de Habitu virgin. Tract. 13. Aſſerens per occaſionem illa verba Apocal. 17.* Veni oſtendam tibi damnationem meretricis magnę ſedentis ſuper aquas multas, cum qua fornicati ſunt Reges terræ. Et duxit me in ſpiritu, & vidi mulierem ſedentem ſuper beſtiam,& mulier illa amicta erat pallio purpureo, & coccineo, & adornata erat auro,& margaritis,&c. *ait ſic:* Ornamentorum,ac veſtium inſignia, & lenocinia formarum,nonniſi proſtitutis, & impudicis fœminis cõgruunt,& nullàrum ferè pretioſior cultus eſt,quam quarum pudor vilis eſt.Sic in ſcripturis ſanctis,quibus nos inſtrui dominus voluit & moneri,deſcribitur Ciuitas meretrix,compta pulchrius,& ornata,& cum ornamentis ſuis, ac propter ipſa potius ornamenta peritura.Fugiant caſtæ virgines, & mulieres pudicæ inceſtarum cultus, habitus impudicarum, lupanarium inſignia,ornamenta meretricum.Clamat et Spiritu ſancto plenus Eſa. cap.3. Et filias Syon auro,& & veſte corruptas increpat, & obiurgat pernicioſis opibus adflueutes,& à domino per ſæculi delicias recedẽtes Exaltatæ ſunt,ait,filiæ Sion, & ambulauerunt alto collo, & nutu oculorum, & inceſſu pedum trahentes tunicas, & pedibus ſimul ludentes: & humiliabit dominus principales filiæ Syon,&c.Hoc Deus culpat,& denotat,hinc corruptas eſſe virgines,hinc à cultu verò,atq; diuino deſciuiſſe pronunciat. Exaltatæ ceciderunt:comptæ turpitudinem, fęditatemq; meruerunt:ſerico,& purpuræ indutæ, Chriſtum induere non poſſunt,auro, & margaritis,& monilibus adornatæ,ornamenta cordis, & pectoris perdiderunt.

Finis Octaui Textus.

Dixitq; Deus : Fiat Lux.

I.

S. *AMBROS. Hexam. lib. 1. cap. 9. ſic :* Et ſpiritus, inquit, Dei ſuperferebatur ſuper aquas, & dixit Deus: Fiat lux: Meritò præmiſſus eſt ſpiritus Dei, vbi diuina incipere habebat operatio.

II.

A*BVLENS. Poſtill. in Gene. Reſpondet cuidam dubio hic communiter excitato, nimirum, quare Moyſes creationem rerum magis deſcripſerit per verbum, Dixit, quam per verbum, Fecit, cùm idem Deus ſit, qui & dixit, & qui fecit ; & in Deo idem ſit facere, & dicere. Reſpõdet autem ſic:* Ponitur dicere, quia Deus ſine aliquo labore, vel difficultate fecit: ſicut imperare, vel dicere labor non eſt. *Vbi apparet, quam facilè ſit imperare, & valdè longè à labore faciendi.*

III.

D*IDIMVS Alexandrin. lib. 2. de Spirituſancto. Aſſignans rationem, quare Moyſes per hoc verbum, Dixit, creationem deſcriberet, dicit fuiſſe ad inſinuandam conformitatem, & vniformitatem trium perſonarum, quarum neutra nihil alia ignorante, aut contradicente faciebat, ſed Pater quicquid faciendum decreuerat Filio, & Spirituſancto antè dicebat. Hæc ſunt eius verba:* Neq; enim ignorante Filio, qui ſapientia, & veritas eſt, Pater ſuam nũtiat voluntatem, cùm omne quod loquitur, ſapiens, veruſq; ſubſiſtens in ſapientia habeat, & ſubſtantia. Loqui ergò Patrem, & audire Filium, vel è contrario, Filio loquẽte audire Patrẽ, eiuſdem naturæ in Patre, & Filio, conſenſuſq; ſignificatio eſt. *Vbi patet, quod qui faciendum occultat, & non prædicit conſortibus, vel ab illis eſt diuiſus, vel timet repugnantiam.*

IV.

V*IELMIVS in Gene. lect. 9. Explicans emphaſim huius verbi, Dixit, ſecundum proprietatem litteræ Hebr. & Rabb. expoſitionem; dicit ſic:* Dicere, cùm ad Deum transfertur, interdum quidẽ pro intelligere, alias pro, gignere, & aliquando ẽt pro, creare, capi exiſtimãt. *Vbi myſticè Prælati aduertant, per eandem phraſim eos feciſſe Deum luces Mundi. Nam ait Euangeliſta :* Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Vos eſtis lux mundi. *In quo tria ſimiliter denotantur. Primum, eſſe creatos, ideſt ex nihilo, nempè, nullis præcedentibus meritis ad tam ſublime munus: vndè debent eſſe humiles. Secundũ, eſſe genitos, vndè ſimilitudinem debent ſeruare tanquã lux de luce. Tertium, quod non ſunt geniti neceſſitate vt filij carnis, ſed electione, nempè per intellectuali iudicium, vnde ignaui minimè eſſe poſſunt, ſecundum illud, quod Theodoricus Rex Goth. interrogatus, quare adoptiuos filios naturalibus præponeret; reſpondit.* Quia ignaui eſſe non poſſunt, quos iudicia pepererunt. *De Prælatis intelligunt aliqui illud Pſal. 135. Qui fecit cælos in intellectu.*

V.

S. *BASIL. Hexam. homi 2. ſic:* Prima Dei vox lucis naturam creauit, tenebras depulit, Mũdum illuſtrauit, & exhilarauit, vniuerſis cõtinuò gratum attulit, iucundumq; conſpectũ. *Vbi Prælati, & Principes habeant aduertẽtiam, quod prima eorum verba, quæ populus maximè obſeruat, non ſint aſpera, ſicca, & moleſtia, ſed iucunda, &c.*

VI.

A*NASTAS. Synaita Hexamer. lib. 1. myſticè notans, quomodo poſt deſcriptionem Spirituſſancti ſuper aquas, per quod deſignatur Baptiſmus, protinus ſequatur lucis creationem: alludens ad illud Pſ. 103. Ortus eſt Sol, &c. exibit homo ad opus ſuũ: dicit inſinuari in hoc Chriſtianum, vocatum per Baptiſma non ad otium, ſed ad laborem. Hæc ſunt eius verba:* Per Spiritumſanctum & aquam, & ipſum oſtendens per quem, & ipſum purgauit ab ãtiquis ſordibus, & docuit myſteriũ regenerationis qui ſicut dixit: Fiat lux: per quod verbum, & bonam vitam ab eo exigit, quę tanquam lux luceat ante faciem eius: nè contingat eum eſſe pigrum ad intenſos, & vehementes ſudores virtutis: *Vbi patet pigros, & deſides Chriſtianos, iniuſtè & impropriè verſari in Eccleſia.*

VII.

S. *AMBR. Hexam. lib. 1. cap. 9 ſic:* Vndè vox Dei in ſcriptura diuina debuit inchoari, niſi a luce. Vndè mundi ornatus, niſi a luce exordium ſumere: fruſtrà enim eſſet ſi non videretur: *Vbi myſticè apparet, nullum ornatum Deum facere in anima, qui non det operã vt appareat, & videatur: Vndè Mat. 5.* Neq; accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio. *Inilius Aphricanus Hexam.* Primam materialis gratiam lucis donauit, vt eſ-

ſent

Digitized by Google

Dixitq; Deus: Fiat Lux:

ſent vndè cœtera, quæ crearet, apparerent.

VIII.

BEDA *Hexam. Aſſignans rationem, quare* Deus *primum opus, quod operatus eſt fuerit lux: dicit ſic:* Vt eſſet vndè cœtera, quæ crearet apparerent. *Vbi apparet, Deum nihil, quod non appareat, & minimè videatur operari.*

I X.

S. *HILDEPHONSVS lib. de virginitate Sanctæ Mariæ cap. 11. Tenet, quod per hanc vocem intelligitur creatio Angelorum: nam congratulans Sãcto Angelo Gabrieli de eo, quod Mundo denũtiauerit ſecundam illam nouam lucem aduenientem, nempè, Verbum æternum, naturam Angelicam ex eo laudat, quod per illam vidit Mundus & primã, & poſteriorem lucem: ſic enim dicit:* Dixit Deus: fiat lux, & facta eſt lux naturæ tuæ cũctis creaturis, & anterior, & poſterior lux.

X.

RVPER. *Abb. Com. in Ioan. lib. 12. Tenens hic per lucem intelligi naturam Angelicam: & ad illa verba Chriſti Domini cap. 17.* Et nunc clarifica me tu Pater apud temetipſum claritate quã habui, priusquam Mũdus fieret: *dicit ſic:* Videlicet ſicut Spiritus meus in principio ferebatur ſuper aquas, vt Angelica creatura per me Verbum tuũ crearetur, te dicẽte: Fiat lux: ita nunc idem Spiritus ſuper aquas feratur, vt per me Filium tuũ noua hominum creatura naſcatur, dum in morte mea baptizãtur, vndè Angelorũ, qui cecidit decimus ordo reſtauretur: *Vbi apparet, Deum in reſtauratione, ſemper ſequi ordinem creationis.*

X I.

S. *IOAN. Chryſ. Hom. 2. in Epiſt. Heb. 5. Ad illud de Chriſto Domino:* Qui cũ ſit ſplẽdor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portanſq; omnia verbo virtutis ſuæ: *intelligens per* Portare, cõtinere, ſeu gubernare: *ait;* Solẽt Arriani proponere, quia cũ dixiſſet Deus: Fiat lux: Pater præceperit, Filius obedierit: ſed ecce & hic idem ipſe verbo ſuo cũcta facit, ferat, inquit, omnia, hoc eſt, gubernet omnia: ſiquidem cadentia, & ad nihilũ tẽdẽtia cotinet: non enim minus eſt continere Mundum quam feciſſe: ſed ſi oportet aliquid quod admireris dicere adhuc amplius eſt: nã in faciẽdo quidem, ex nullis extantibus, rerum eſſentiæ productæ ſunt: in continendo verò, ea quæ facta ſunt, nè ad nihilum redeant continẽtur: Hęc verò dum reguntur, & ad inuicem ſibi repugnãtia; coaptantur, magnũ & valdè mirabile, plurimèq; virtutis indicium declaratur: *Vbi apparet, quanto dignior eſt conſeruatio rerum ne cadãt, creatione, & factura earum.*

XII.

S. *HIER. in Pſal. 149. Ad illũ verſum:* Ipſe dixit & facta ſunt: *Afferẽs iſta noſtri text. verba: dicit ſic:* Hoc eſt, dixit Deus Pater: fecit Filius: *& ſtatim loquens cum Arrianis, qui ex hoc loco ſumpſerũt occaſionem aſſerendi, Filium eſſe minorem Patrem, ſiquidẽ Pater erat qui imperabat, & Filius qui operabatur: ex eodem met eorum fundamento oſtendit à contrario poſſe probari Filium eſſe maiorem Patrem: Arguit ſic:* dicat aliquis: Ergò maior eſt ille qui iubet, & minor eſt ille cui iubetur: Dicunt hoc Arriani, dicunt hoc Euuoniani, & dicũt hoc Macedoniani: Reſpõdeo tibi ſecundum ſensũ tuũ, O, Hæretice: Dicis maior eſt Pater qui iubeat, & minor Filius qui iubebatur ab illo: ſi hoc ſecũdũ sẽsũ humanũ accipis, reſpõde mihi? Quid eſt maius, iubere, an facere, Dico: fiat domus, & alius facit domum: Dicere dicere nihil grande eſt, facere difficile: Maior ergò ille qui facit, quã qui præcipit: ſed hoc impium eſt de Filio contra Patrem credere: Quia ipſe dixit, & facta ſunt, &c. Vna natura iubet, & facit: Deus iubet, & Deus facit: *Vbi apparet, maiores fieri, & iudicari homines per facere, quam per imperare.*

XIII.

S. *AMBR. Hexam. lib. 1. cap. 9. Aſſignans rationẽ, quare primum, quod Deus creauit in ornatu rerum fuit lux: ait:* Qui ædificium aliquod dignum habitaculo Patris familias ſtruere deſiderat, ãtequam fundamenta ponat, vnde lucẽ ei infundat explorat, & ea prima eſt gratia; quæ ſi deſit, tota domus deformi horret incultu: lux eſt quæ, reliquos domus commẽdat ornatus: *Vbi myſticè apparet, Doctores, & Prædicatores eſſe primã Eccleſiæ gratiam, vndè cætera commendantur: & qui primò a Deo excogitantur.*

XIV.

RVPER. *Abb. in Geneſ. lib. 1. cap. 10. ex eo reprobat opinionem aſſerentium, hanc primò creatam lucem accidens quodam fuiſſe in aere, euanuiſſeq; quarta die, cum luminaria creata fuerunt, quia cõmuniter iſta lucis creatio reputatur vt effectus Spiritusſãcti, de quo immediatè ſcribitur, ſuper aquas ferri.*

Dixitq; Deus: Fiat Lux.

ri:Et dic it ſic:Quid ergò? An idcircò Spiritus De ferebatur ſuper aquas, & dixit:Fiat: quod dictũ veri boni verbi eructationem, ſancta miratur,& concelebrat ſctiptura, vt talis tantummodo lux fieret accidẽs aeri,mox interitura,& nulla crearetur ſubſtantia? *Vbi apparet, minimè iudicanda eſſe, vt Spiritusſancti opera, quæ non permanent, & ſubſtantialia non ſunt: Aerea autem, & accidẽtalia, & citò deficientia, nõ diuino attribuẽda eſſe Spiritui.*

XV.

HVGO *Card.Poſtil.in Geneſ. Ad lit. hũc explanãs locum, coniungens hanc ſentẽtiam dum ſequẽtibus, ſcilicet*: Et facta eſt lux: viditq; Deus lucem quod eſſet bona: *dicit ſic:* Commendatur author Deus, a facilitate operandi, vbi dicitur: Dixit: A diſpoſitione, vbi dicitur: Fiat lux: ab approbatione operis, vbi dicitur: Vidit Deus lucem quod eſſet bona: *Vbi apparet, quid requiratur in agente, vt perfectus dicatur. nam ordinariè, vel difficiliter, & moroſè operatur, vel malè diſpoſita apparent, quæ fortè faciliter exierunt in lucẽ, deniq; rarum eſt opus, quod calumnia carere inueniatur.*

XVI.

ABVLEN. *Com. in Gen. cap. 1. quæſt. 13. Quærit, quare primũ, quod in rerũ compoſitione creauerit Deus, fuerit lux; Reſpondit ſic*: Quia Deus voluit producere in diſtinctione ſicut natura (quã creauit) agere incipit: natura autẽ à cõmunioribus incipit, vt patet 1. Phyſ. in principio, Si autem lux communiot eſt: quia reperitur in cœleſtibus corporibus, & in elementis, ſcilicet, in igne, & in corporibus mixtis.

XVII.

S. AVG. *lib. 1. de quæſt. Euang. quæſt. 6. notans diuerſum modum quo Moyſ. hic deſcribere incipit naturalem diem ſcilicet a luce, ab illo quo Apoſtolus Paulus 2. Cor. deſcribit diem gratiæ, nempè à tenebris*: Deus qui dixit de tenebris lucẽ ſplẽdeſcere: *dicit ſic*: in Gene. .n. a lumine incipit dies, & finit ad tenebras, ad ſignificandum lapſum hominis: nunc autem à tenebris ad lucem (ſicut dictum eſt: de tenebris lucem clareſcere) quia ã peccatis homo liberatus, peruenit ad lumen iuſtitiæ. *Vbi moraliter & q. ſunt in luce gratiæ cautelam adhibeant, ſcientes a luce poſſe incidi in tenebras: & qui ſunt in tenebris non deſperent, quia Deus dixit de tenebris lucem ſplendeſcere.*

XVIII.

HVGO *de S. Victore de Sacram. lib. 1. cap.* 8. Incipiens, inquit, ergò Deus opera ſua, vt perficeret primo fecit lucem, vt cętera omnia poſtmodum faceret in luce. Significauit enim nobis, ſe non amare opera, quæ in tenebris fiunt: quoniam mala ſunt. Quia omnis, qui malè agit odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius: quia mala ſunt. Qui autem facit veritàtem, venit ad lucem, vt manifeſtentur operà ſua, quia in Deo facta ſunt. *Vbi patet, argumentum eſſe mali operis non operari in lucem.*

XIX.

DIONYS. CARTVS. *Com. in Geneſ. Aſſignans rationem, quare ante omnia lux creata fuerit: dicit ſic*, Propter eminentiam lucis. vndè li. 2. loquitur Damaſcenus. In principio, ſcilicet prima die, fecit Deus lucem, quæ eſt pulchritudo, & ornatus omnis viſibilis creaturæ. *Vbi apparet, pulchritudinem, & ornatum, eminere ſubſtantiæ rerum.*

XX.

S. IO. *Chryſ. Homil. 9. in 2. Cor. 4. Ad illa verba* Deus, qui dixit, è tenebris lucem ſplendeſcere ipſe, illuxit in cordibus noſtris; *notat excellentiam reparationis ad creationem, ſiquidem in creatione dixit* Deus, *vt fieret lux, qua mundum illuminaret: in reparatione verò ipſe factus eſt lux noſtra, & per ſe nos illuminauit. Et ſic explicat verba Apoſtoli*: Prius meminit eorum, quæ in principio creationis facta ſunt, nempè ſenſibilis Solis, & ſenſibilium tenebrarũ; monſtrans, quod iſtud maius eſt opificium. Et vbi dixit ex tenebris luceat? In principio, & in exordio creationis. Tenebræ enim erant, inquit, ſuper abyſſum; & dixit Deus, Fiat lux, & facta eſt lux. Sed & tunc quidẽ dixit, Fiat, & factum eſt; nunc autem non dixit, ſed ipſe nobis factus eſt lux. Non enim dixit; Et nunc dixit: ſed: Ipſe illuxit. Propter hoc ſenſibiles res videmus lucis huius fulgentis lumine; ſed ipſum Deum per Chriſtum. *Vbi moraliter apparet, quãtum diſtet inter per ſe Prælatos ſubditos gubernare, & per miniſtros à ſe factos.*

XXI.

S. AMBROS. *Hexameron. lib. 1. cap. 9. ſic:* Erat quidem Deus ipſe in lumine, quia lucẽ habitat inacceſſibilem. Et erat lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc

Mun-

Dixitq; Deus: Fiat Lux.

Mundum: ſed etiam lucem fieri voluit, quæ oculis corporalibus comprehenderetur. *Vbi moraliter Prælati non debent contenti eſſe apud ſe, & erga ſe ſanctos eſſe, & quod ſolum fidem de ſuis virtutibus ſubditi habeãt: ſed aliqua de ſe effundere exempla, quæ corporeis oculis percipi poſſint. Fauet hanc moralitatem Hugo Cardinal. ſimulq; eam modificat poſtil. in Ezechiel. cap.* 1. Et vidi quaſi ſpeciẽ electri, velut aſpectum ignis, intrinſecus eius per circuitũ: a lumbis eius, & deſuper, & a lumbis eius vſq; deorſum vidi quaſi ſpeciem ignis ſplendentis in circuitu. *Vbi intelligens per iſtũ, hominem electri, prælatum, notans in eo duo lumina, vnum .ſ. a lumbis, & deſuper, quod tamen lucebat intrinſecus: & aliud a lumbis deorſum, quod extrinſecus perflugebat: ait.* Iſte homo ideſt, prælatus, in ſuperiori parte intrinſecus debet ignem charitatis habere, ideſt in corde, ignis enim interior charitas eſt, & Dei ardẽs dilectio. A lumbis autẽ & infra debet habere ignẽ flamantem exterius: vt per exteriorem macerationem carnis reſtringat fluxũ libidinis, & ignis alijs luceat, dans exẽplum penitentiæ, & laboris.

XXII.

ANASTAS. *Synaita Hexame. lib.* 1. *Myſticè, notans, quomodo poſt aduentum Spiritus Sãcti ſuper aquas, per quod intelligit baptiſmum, ſtatim dicitur: Fiat lux: ait ſic.* Poſtquam datum eſt baptiſma, & quæ eſt in eo fides tamquam aliquod ſignaculũ, Fiat, inquit, lux; ideſt exerceatur operibus vita Deo grata, ſicut lux lucens corã hominibus. *Vbi apparet, neminem vocari ad fidem vt otioſus maneat, & non potius alijs proſit. Et hæc eſt ratio quare Eccleſia immediatè poſt baptiſmum ipſis baptizatis cereum igne accenſum tradit in manibus.*

XXIII.

S. IOAN. *Chryſ. Homil.* 18. *in Epiſt. ad Epheſ. Ad illa verba cap.* 5. Eratis aliquandò tenebræ, nũc verò lux in Domino: *materiam exhibet, vnde myſticè elici poteſt ſolutio illi non ſemel hic excitato dubio: nempè, quare de tenebris dicitur, quod erãt.* Et tenebræ erant. *de luce verò, quod* Dixit Deus, Fiat lux? *Videlicet, quia quod peccatores ſimus, a nobis eſt: quod ad gratiam reformemur: nonniſi a Deo. ſic .n. prædicta verba Apoſtoli commentat.* Eratis aliquãdò tenebræ, nunc autem lux in domino; idq; nõ ex veſtra virtute vobis: ſed per gratiã Dei comparatum eſt.

XXIV.

RVPERT. *Abbas in Gene. lib.* 1. *cap.* 11. *Poſtquã cum vniuerſaliori opinione tenet hic per lucis creationem debere intelligi naturæ angelicæ formationem, vbi opponitur hanc lucis creationem deſcribi in terrenæ partis orbis ornatu, de quo conſequẽter loquitur textus incipiens ab illa ſententia:* Terra autẽ erat inanis & vacua. *Et ſtatim,* Tenebræ erãt ſuper faciem abyſſi *Et tunc:* Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas. *nulla de cœlo (quod patria vocatur Angelorum) interpoſita locutione, vnde coniecturari poſſit hic naturam angelicam creatam fuiſſe: addit ſequentia verba:* Nunquid putamus, quod de cœlo fuerint Angeli, & non potius hic facti, & in cœlum tranſlati? Nempè non magis Angeli in cœlo, quã homo plaſmatus in Paradiſo. Plaſmatus nanq; fuit homo extra Paradiſum, & poſitus in Paradiſo ſicut ſcriptum eſt: Plantauerat autem Dominus Deus Paradiſum voluptatis a principio, in quo poſuit hominem quem formauerat. Ita nimirum, & Angeli extra Paradiſum cõditi, & in cœlum tranſlati, nõ natura, ſed gratia cœlum inhabitant. *Vbi apparet, cœlum nemini deberi natura: ſed gratia deberi conſequi.*

XXV.

S. AGVST. *lib. vnico de diffinit. orthod. fid. Notans ſingulariter, quod cum Moyſes (vt ſtylus narrationis oſtendit) introduxerit Deum manũ mittentem ad terra ornatum, relicto cœlo, ſeu poſtpoſito, ſubito eum deſcribit in cœlo naturam angelicam creantem (Tenet enim hic prædictã debere intelligi angelicam naturam, & firmamentum.) Aſſignans autẽ rationẽ dicit ſic:* Cum adhuc tenebræ ipsã aquã occultarent, & aqua terrã abſconderet, facti ſunt Angeli, & oẽs cæleſtes virtutes, vt nõ eſſet ocioſa Dei bonitas, ſed haberet in quibus per multa ante ſpatia bonitatem ſuam oſtenderet. *Vbi patet diuinam bonitatem nunquam eſſe otioſam. Nam quando per peccata impeditur, nè alicui ſua conferat beneficia; non enim niſi ad diſpoſita decurri, ſecundũ illud Pſ.* 103. Qui emittis fõtes in cõuallibus, *ideſt non ad montes aſcẽdere facit aquas, ſed ad diſpoſitas ad recipiẽdũ valles ad alium ſe cõfert vbi ſua operatur mirabilia. Quod videmus nunc cũ deficientibus in fide tot regnis in noſtra Europa per mõtuoſitatem ſuperbiæ ſe confert ad Indos, Chinos, Iapones, & nunc denuò per opera, & prædicationem Fratrum Ordinis Prædicatorum recepiſſe Fidem Impera-*

Digitized by Google

Dixitq; Deus: Fiat Lux.

ratorem de Manomotapa, penè innumerabilium populorum in Aethiopia dominatorem admonuitus fuit Reuerēdiſs. P. M. F. NICOLAVS RIDOLPHIVS totius præfati Ord. Gener. Magiſt. à Sanctiſs. D. VRBANO PAPA VIII. Quod tamen iam aliundè generaliter conſtat: Vbi Deus Angelos, & ſtellata firmamenta creat etiam ad alios erudiendos. Nam ille Religioſus, *cuius prædicatione ille* Imperator *conuerſus fuit ad fidem, & a quo baptizatus eſt: Fr. Ludouicus de Spiritu Sancto, in eadem eſt natus AEthiopia, & ab iiſdem, quamuis longiſsimā originē ducit.*

XXVI.

HVGO *de Sancto Victore de ſacram. lib. 1. p. 1. quæſt. 12. Ad illam quæſtionem hic cōmuniter excitatam, nimirum, quare Deus non ſtatim a principio Solem, Lunam, & cœtera creauerit luminaria; ſed præcedere voluerit iſtam ſimplicem lucem: ab illo, quod antè dicitur, nempè, Mūdum eſſe informem, confuſum, & tenebroſum, ſumens fundamentum ſolutionis, dicit, terram adhuc in illa difformitate exiſtere non maiori dignam eſſe luce. Quod ſpiritualiter applicans; aſſerens illud Math. 5. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt; dicit ſic:* Prius enim in rationali illo Mundo cordis humani creatur lux, & illa minatur confuſio, vt in ordinem dirigatur. Poſt hæc cum fuerint purificata interiora eius, venit lumen Solis clarum, & illuſtrat eam. Non enim digna eſt contemplari lumen æternitatis, donec munda, & purificata fuerit, habens quodammodo, & per materiam, ſpeciem, & per iuſtitiam diſpoſitionē. Sic lex præceſſit gratiam, ſermo ſpiritum. Sic præcurſor Ioannes Chriſtum, lux lucem, lucerna Solem; & ipſe Chriſtus humanitatem ſuam prius demonſtrauit, vt poſtea manifeſtaret diuinitatē: & vbiq; lux lucem præcedit. Lux, quæ peccatores ad iuſtitiam illuminat, illam lucē, quæ iuſtificatos ad beatitudinem illuſtrat. *Vbi pænitentes nuper de peccato eruti, quaſi de nihilo creati, adhucq; in confuſione præcedentium peccatorum poſiti, non debent ſtatim illam Solarem lucem, qua perfecti illuſtrantur, expectare: ſed illa quantumlibet prima contenti eſſe luce; non enim altiori, eouſq; digni ſunt.*

XXVII.

DIONYS. *Cart. Com. in Gen. Ad litteram aſſignās rationem, quare Deus lucem creauerit, recurrens ad illud prædictum:* Tenebræ erant, &c. *dicit ſic:* Non enim decuit opus Dei tenebroſum manere. *Vbi qui bona opera faciunt, non ſoliciti ſint; quia in abſcondito: prouidebit enim Deus de luce, quatenus ſua opera in abſcondito, neq; ſub tenebris maneant. Neq; enim lucernam permittit eſſe ſub modio, ſed ſuper candelabrum.*

XXVIII.

RVPERT. *Abbas Com. in Gen. lib. 1 cap. 10 Reprobare volens opinionem aliquorum aſſerentium, iſtam primam lucem euanuiſſe ad creationem luminarium, ex eo fundamentum ſumit, vt oſtendat non eſſe condecens illam ambilari, quia erat primum lucis opus quod Deus in Mundo operatus fuerat, ex quo non poterat* Deus *ipſe non incurrere mutabilitatis notam. Et dicit ſic.* Et vide vtrum condignum ſit tanti maieſtati, vt cæterorum dierum opera. v.g. Solem, Lunā, & Stellas, quæ quarto die facta ſunt, & aquarum diuiſionem, quæ ſecūda die facta eſt, ſtatuerit in ſæculum ſæculi, præceptūque poneret illis, quod non præteribit, opus autem primæ lucis tale faceret, quod mutato conſilio poſt exiguū triduum funditus extingueret. *Vbi recentiores* Doctores, *qui apud ſe Soles, & luminaria reputantur, extinctamq; contendunt ad eorum cōſpectū illas primas luces Eccleſiæ ab ipſo Deo creatas: ſanctos, inquam, Patres, agnoſcere poſſunt temeritatem ſuam, reſpicereq; notam mutationis quā* Eccleſia *incurrrit apud hæreticos dicentes in Eccleſia aliam à doctrina Sanctorum Auguſtini, Ambroſij, & aliorum totaliter diſcrepantem doceri, vnde non mirum dicunt, ſi ipſi alias etiam nouas, & peregrinas ſequātur. Et verendum eſt, nè ipſi iſta antiqua Eccleſiæ arma (ſi in eccleſia deſpiciantur) accipiant & contra illam pugnent, minimè timentes, immo irridentes iſtos pueriles gladiatores, quorum arma potius ſagittæ paruulorum nuncupari poſſunt, reſpectu illorum antiquorum Sanctæ Eccleſiæ propugnatorū. Quapropter Prælati debent inuigilare, nè iſta prima lux extinguatur, & quod iſta probatiſſima arma ab erugine negligentiæ eruantur, & nè pro iſtis limpidiſſimis, pulutiſq; gladiolis oculos pueriles arripientibus ſtampis, aliiſq; curioſitatibus emicantibus, commutentur.*

XXIX.

PROCOP. *Gazeus Com. in Gene. Quærit, cum Moyſes cœli, & terræ deſcriberet creationem ſine vlla Dei voce, nunc, & deinceps ſemper Deum loquentē introducat in omnium creatione? Reſpondet.* Cum crearet cœlum, & terram, nullā Deus emiſit uocem

cem

Dixitq; Deus: Fiat Lux.

cem: nondũ enim formati erant, qui diuina voce,& inſtrui, & edoceri debebant. At poſt cœli & terræ creationem condidit Angelos, quos cũ vellet docere ſe, & ipſorũ eſſe creatorẽ, nè fortuitu ſe ſubſiſtiſſe crederẽt, omnem ſequentem creaturam interuentu vocis peregit in illorũ cõſpectu. Quare aũt hoc? Vt cõſpiciẽtes eorũ, quę ſucceſſere;formationem, manifeſto cognoſcerẽt Deum etiam ipſorum creationis eſſet authorẽ: & quod ab ipſo ſint in eſsẽtiam producti interueniente ſola eius voluntate. *Vbi apparent duo. Primum,quod prælati quandiù neceſsitas eruditionis non interuenerit ſine vocis trepitu operentur. Secundum,quod per ea,quæ Deus in alijs operatur admonet nos de ijs,quæ in nobis operatus fuerit,quæ nos minimè in nobis operari videre poteramus.*

XXX.

HVGO *de Sancto Victore de ſacram.p.1.cap.1. Quærit,quare Deus ſtatim Mundum plenaria luce,nempè Solis,& luminarium non decorauerit,ſed ſolam iſtam ſimplicem lucem creauerit? Respondet:* Confuſio plena luce digna nõ erat: aliquam tamen lucem accepit, vt videret exire ad ordinẽ, & diſpoſitionem. *Vbi ſpiritualiter apparet,quod & ſi Deus ſuam diuinam gratiam peccatoribus,tanquã illa indignis, deneget, non tamen illis deeſſe luce aliqua, quatenus ſi velint,ad illã valeãt exire,ex ſuorũ delictorum confuſione,ordinare & diſponere ſe.v.g. inſpirationes,prædicationes,&c. huiuſcemodi.*

XXXI.

OLEAST. *Com.in Penta. Ad hunc locum litteraliter aſsignans rationẽ,quare Deus primam omnium,lucem creauerit: dicit ſic:* Incæpit autem à luce,quia illa,in tenebris, in quibus tunc mundus erat,magis opportuna,& neceſſaria eſſe videbatur. *Vbi reparatores habent documentum,vt à prouiſione magis neceſſariorum incipiant.*

XXXII.

RVPERT. *Abbas lib.3. de Glorificat. Trinit. & proceſſ.Spiritus Sancti.cap.6. Notans,quomodo immediatè poſtquã diuina ſcriptura dixit:* Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas; *ſubiunxit:* Dixitque Deus: fiat lux. *dicit ſic:* Ipſe etiã nunc fertur ſuper aquas,dum in Chriſto baptizamur: & hoc eſt Deũ dicere: Fiat lux: regenerare nos, vt qui eramus aliquandò tenebræ, iam nunc in Domino ſimus lux.

XXXIII.

HVGO *de Sancto Victore de ſacrament. lib. 1. p.1.c.10. Ex noſtro textu reſoluit quandam quæſtionem ſupra non ſemel excitatam: nempè, an Deus etiam creauerit tenebras? dicit enim ſic:* De luce audiuimus,quo dixerit Deus: Fiat lux. Et ſtatim facta eſt. Nuſquam dixit Deus: Fiant tenebræ,ſed de luce dixit: Fiat lux,& diuiſit lucẽ à tenebris: & vocauit lucem diem, & tenebras noctem. Ergò non fecit vtrunq;. *Vbi apparet, quod excellentiæ alicuius expreſſio ſingularis in diuinis litteris,ſine vllo dubio cætera à tali excellentia laude excludit.*

XXXIV.

RVPERT. *Abbas in Gene.lib.1. cap.10. Tenens illam opinionem aſſerentem ex iſta met luce formata fuiſſe illa tria genera luminarium,nimirũ, Sol, Luna, Stellas, dicit ſic:* Tertio reaccẽſa perijt. *Vbi apparet moraliter,quod & ſi magiſtrorum ſciẽtia in diſcipulis reaccendatur,tamen per diſcipulorũ excellentiam deperit. Itaut iam non magiſtri,ſed diſcipuli cognoſcantur: ſicut nunc non aliam lucem cognoſcimus,niſi lucem Solis, Lunæ, & Stellarum.*

XXXV.

IDem, *de operibus S.S. lib.3. cap.23. Confert hunc primum diem, quo lux creata fuit cum die Resurrectionis Chriſti Domini. Et aſſerens illud Prouer. 8.* Quando præparabat cœlos aderam, &c. ludens coram eo omni tempore; *introducit Chriſtum Dominum, vtrobiq; ludentem; & dicit ſic:* Delectet igitur cunctos vtriuſq; ludi ſpectatores beneuolos, quia & illic in initio veteris creaturę dixit,Fiat lux,& facta eſt lux: diuiſitq; lucẽ, & tenebras. Et hic in initio nouæ creaturæ lucẽ inuexit inferis,vt viderent lucem veram, Deum verum, qui hactenus ſedebant in tenebris oẽs electi ab origine Mundi, immo tranſirent de regione tenebrarum ad patriam æternę claritatis, eſſentq; ibi lux. *Et poſt pauca ſic:* Vtrobiq; ſcilicet, & in illo veteris,& in iſto nouæ creaturę opere, ſapientiæ hæc ſatis amabiliter coram Domino luſit. *Vbi apparet, Sanctos, & Beatos cœlum illuminare, diſponente diuina ſapientia, vt ſicut terra a cœlo per luminaria, ſic cœlum à terra per Sanctos lumen recipiat.*

XXXVI.

S. AVG. *de Gene.contra Manich. lib.1. cap.3. Contra illos, qui ex hoc textu arguunt, Deum antè*

in

Dixitq; Deus: Fiat Lux.

in tenebris ambulaſſe, dicit ſic: Quod Manichæi reprehendunt dicentes: In tenebris ergò erat Deus antequam faceret lucem. Non enim norunt iſti lucem, niſi quam carneis oculis vident. Et ideò iſtum Solem, quem pariter, non ſolum cum beſtijs, ſed etiam cum muſcis, & vermiculis cernimus, illi ſic colunt, vt particulam dicant eſſe lucis illius, in qua habitat Deus. Sed nos intelligamus aliam lucem eſſe, in qua Deus habitat, vndè eſt illud lumen, de quo in Euangelio loquitur: Erat lumen verū, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc Mundum. Nam & Solis iſtius lumen non illuminat omnē hominem, ſed corpus hominis, & mortales oculos, in quibus nos vincunt Aquilarum oculi, qui Solem iſtum multò meliùs, quam nos dicuntur aſpicere. Illud autem lumen non irrationabiliū animalium oculos paſcit, ſed pura corda eorum, qui Deo credunt, & ab amore viſibilium rerum, & temporalium ſe ad eius præcepta ſeruanda cōuertunt. Quod omnes homines poſſint, ſi velint, quia illud lumen omnem hominem illuminat venientem in hunc Mundum. *Vbi apparet, terrena ſolum coli ab illis, qui cæleſtia ignorant. Nā valdè longè vtraq; diſtant, & excellentia, & abundantia, & ſelectione communicationis.*

XXXVII.

S. *PETR. Damian. ſerm. 46. qui eſt primus de Sācto Mattheo. Aſſerens illud cap. 1. eiuſd. Math.* De qua natus eſt Ieſus: *comparans S. Euangeliſtā cum Moyſe in ſcriptura inter cætera ait:* Ille dum narrat, Deum dixiſſe: Fiat lux: oſtendit cōditam lucem, iſte Chriſtum de Virgine natum perhibens, exortum lucis inſinuat conditorem.

XXXVIII.

E*VCHER. Com. in Gene. lib. 1. ſic:* Dixit Deus: Fiat lux, ideſt, illuminatio credulitatis appareat. Prima enim die lucem fidei dedit, quia prima eſt in conuerſione fides. Vndè & iſtud primum in Dei præceptis mandatum eſt, Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt. Propter quam fidem ipſe Dominus etiam viſibiliter in Mundo apparere voluit.

XXXIX.

S. *AVG. lib. Confeſ. cap. 13. Aſſerens per occaſionem noſtrum textū: ait ſic:* Terra noſtra antequam acciperet formā doctrinę, inuiſibilis erat, & incompoſita, & ignorantiæ tenebris tegebamur, quoniam pro iniquitate erudiſti hominē: & iudicia tua ſicut multa Abyſſus: ſed quia Spiritus tuus ſuperferebatur ſuper aquam, non reliquit miſeriam noſtram miſericordia tua, & dixit: Fiat lux: Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cœlorum: Pœnitentiam agite, Fiat lux: *Vbi apparet, pœnitentiam eſſe lucem animæ.*

XXXX.

S. *ISID. Hiſpal. Com. in Geneſ. cap. 2. ſic:* Dixit quoq; Deus: Fiat lux: ideſt illuminatio credulitatis appareat: Prima enim die lucem Fidei dedit, quia prima eſt in confeſſione Fides: Vndè & ipſum primum in mandatis præceptum eſt: Dominus Deus tuus Deus vnus eſt. Propter quam fides ipſe Dominus etiam viſibiliter in mundo apparere voluit.

XLI.

L*YRA Poſtil. in Gen. Videtur ſoluere illud dubiū, nempè, quare Deus voluit primo iſtam ſimpliciem creare lucem, quam luminaria cætera: nam moraliter dicit ſic:* Fiat lux, ſcilicet rationis naturalis, quæ eſt quædam impreſſio diuini luminis in nobis: Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui. *Vbi apparet, ſemper naturalis luminis diſcursū præcedere diuinæ gratiæ plenariam claritatem, eſſeq; quaſi diſpoſitionem ad illam.*

XLII.

H*VGO de S. Victore de Sacram. lib. 1. p. 1. c. 12. ſuprapoſito dubio ſpiritualiter, ſimiliter reſpondens dicit ſic:* Quia omnis anima quandiù in peccato eſt, quaſi in tenebris eſt, quibuſdam, & cōfuſione. Sed non poteſt euadere confuſionem ſuam, & ad ordinem iuſtitiæ, formamq; diſponi, niſi illuminetur primo videre mala ſua, & diſcernere lucem à tenebris, hoc eſt virtutes à vitij, & ſe diſponat ad ordinem, & conformet veritati. *Et paulò poſt ſic:* Poſtquam autem fuerint ordinata omnia eius, & ſecundum exemplar rationis, formamq; ſapientiæ diſpoſita; tunc ſtatim incipiet ei lucere Sol iuſtitiæ. *Vbi apparet, non eſſe diſpoſitum ad recipiendum ſupernaturale gratiæ lumen, qui per naturalem rationem neſcit, aut negligit in ſe cognoſcere, & diſcernere bona à malis, virtutes à vitijs: eſſeq naturalis bonæ rationis lumen, quodam ad gratiam præludium.*

XLIII.

R*VPERT. Abb. in Gen. lib. 1. cap. 10. Reprobans opinionem aliquorum aſſerentium, iſtam primam*

Dixitq; Deus: Fiat Lux.

nam lucē eſſe quodā accidens deperiens in creatione luminarium, aduertens quod in hac prima die nullū aliud Deus opus fecit, niſi hanc lucem, dicit ſic: Hoc ſenſu, vnus hic dies omnium dierū pauperrimus eſt, quippè cum ſinguli dierum cœterorum ſubſtantiarum creatione, vel formatione illuſtrati ſint, hic dies niſi accidentis cuiuſdam colore inſtabili iniecto dimiſſus ſit, cum dictum ſit: Fiat lux: nam quæcunq; cœteris diebus facta ſunt, & ſubſtantia ſunt, & permanent. *Vbi moraliter apparet, peccatorum, & mundanorum dies eſſe pauperrimos, ſiquidem nonniſi peritura operantur: vnde Iob. cap. 7. in perſona peccatoris:* Ego habui menſes vacuos.

XLIV.

RVPER. *idem ibidem cap. 11. Tenens hic per lucem debere intelligi Angelicam naturam, addit ſic:* Nec verò pro ſimilitudine, ſed pro re vera, lucem dicimus appellatam, ideſt non ideò quod ſimilitudinem viſibilis huius lucis habeat: nam iſta potiùs viſibilis lux, hæc aſtra viſibilia ſecūdū ſimilitudinem lucis illius ſunt facta, vt cognoſcat ſpiritualis homo ſic Sanctos Angelos in eadē fœlicitate differentis eſſe honoris, & gloriç, ſicut Stella differt à Stella in claritate, & ſic eos in comparatione Solis æterni, ſcilicet, Creatoris ſui, veram lucem nō eſſe, ſicut Stellç circa Solē, in toto Hemiſphærio nequeunt ſuum lumen oſtendere.

XLV.

S. IOAN. *Chryſ. de Prouidentia Dei lib. 1. Agens de Angelorum creatione, quæ communiter hic facta intelligitur, ait:* Cum verò nullius rei egens ſēper eſſet, idq; proprium diuinitatis eſt, creauit Angelos, Archangelos; reliquas incorporeas, immortaleſq; ſubſtantias: Creauit verò ob aliud nihil, niſi ſola bonitatis ſuæ cauſa: quorum enim obſequio non indigebat, nunquā eos profectò creauiſſet, niſi supernè bonus, atq; clemens eſſet: *Vbi apparet, tanto magis in vno quoq; opere relucere bonitatem: quantò minùs vt illud fieret apparuerit neceſſitas: & è contra.*

Expoſitiones ſententiarum, quæ inueniuntur in Cap Parabolicis Iob. Pſal. Lib. Salom. Prophet. Epiſt. Apoſt. Apocal. in quibus eſt aliquod horum verborum, Fiat. Lux.

Ex Iob.

XLVI.

S. GREG. *20. Moral. 5. Ad illud Iob 29.* Et lux vultus mei non cadebat in terram: *de Chriſto Domino dictu intelligens, ait ſic:* Quid namq; terra, niſi peccator vocatur, cui prima ſententia dictum eſt: Terra es in terram ibis? Lux ergò vultus Domini in terram nequaquā cadit; quia viſionis eius claritas peccatoribus non apparet. Scriptum namq; eſt: Tollatur impius, nè videat gloriam Dei. Eſai. 26. Quaſi enim lux in terra caderet, ſi in extremo iudicio veniens claritatē maieſtatis ſuç peccatoribus aperiret.

XLVII.

HVGO *Card. Poſtil. ibi ſic:* Quaſi diceret: Hilaritas quam exhibebam ſubditis, non erat propter appetitum terrenorum, ſed propter Deum.

XLVIII.

S. THO. *Com. ibi, vt plenius locum exponat ab antecedētibus, & ſubſequentibus verbis ſumit fundamentū:* Expectabāt me ſicut pluuiam, & os tuū aperiebant quaſi ad imbrem ſerotinum. Si quādo ridebam ad eos non credebant, & lux vultus mei non cadebat in terram. Si voluiſsē ire ad eos, ſedebā primus, cumq; ſederem quaſi rex circumſtante exercitu eram tamen mærentium cōſolator, *ait:* Quia igitur iā dixerat qualis erat in cōſilijs, & in iudicijs cōſequēter oſtēdit qualis erat in cōi hominum cōuerſatione. Et primo oſtendit quod erat gratioſus: quia cum erat abſens eius præſentia deſiderabatur, vnde ſubdit: Expectabant me ſicut pluuiam: per quam ſ. homines refrigerantur, &c. Secundo oſtēdit, quod erat in conuerſatione moderatus, neq; enim diſſoluebatur gaudio: vnde dicit: Si quando ridebā ad eos .ſ. aliquam magnam lætitiam oſtendens:

Dixitq; Deus: Fiat Lux.

Non credebant .ſ. me eſſe riſibus debitum. Similiter etiam non erat per triſtitiam depreſſus: vndè ſubdit. Et lux vultus mei non cadebat in terram: ſolent enim homines mærore depreſſi, oculos ad terram demerſos habere. Tertio oſtêdit, quod non erat immoderatus circa honores quia .ſ. neq; eos cupiebat: vnde ſubdit: Si voluiſſem ire ad eos: quod tamen non de facili faciebat: Sedebam primus .ſ. apud eos in honore exiſtens. Neq; tamen erat in honoribus faſtuoſus: vndè ſubdit: Cunq; ſederem, &c. erã tamen mærentium conſolator: quaſi non deſpiciens eos. *Vbi principes habent, quales ſe in communi ſubditorum conuerſatione debent habere.*

XLIX.

INTERL. *ibi Ad illud c.3.* Quare miſero data eſt lux, & vita ijs, qui in amaritudine ſunt? *ait:* Quaſi quia tantã tuam gloriã homo perdit: ergo miſer, & ſic miſero non prodeſt proſperitas: Imò nocet.

L.

S. THOM. *Com. ibi ſic.* Quaſi dicat: Ad quid prodeſt homini in miſerijs conſtituto, quod lucem cognitionis habeat: cum per eam cõſideret quibus affligitur: Viuere autem delectabile eſt propter animam: quod ſi anima in amaritudine ſit: ipſum prorſus viuere reddit amarum: *Vbi apparet, nullos magis torquere miſerias quã ſapientes, & doctos. Addatur illud Dyon. Cart. Enar. ibi,* Ex luce nihil enim hàbet, niſi quod videt miſeriam ſuam & plus dolet. Ideò lux ſibi nocet.

L I.

S. TEVC. *Enar. ibi ſic.* Rabbi Abraham ſic induxit loquentem Iob. Atq; equidem neſcio, cur Deus qui ſumme bonus eſt, dederit lucem ei, cui clades & miſeriæ parabantur, vt optaret mortẽ non veniẽtem. Et qui ſic afficiendi eſſent, vt lux eſſet ei odio fruſtrà certè ſunt nati, vt mirus ſit is, qui dederit vitam.

L I I.

GLOSA *moraliter ibi ad illud cap.18.* Nonnè lux impij extinguetur, &c. Arctabuntur greſſus virtutis eius, & præcipitabit eum cõſiliũ ſuum: *ait:* Ideſt apparentia ſuæ ſapientiæ; quaſi diceret: Arctabuntur, &c. Ita quod perficere nõ poterit mala, quæ cogitauit: præcipitabit eũ, &c. ideſt conſiliatores ſui, qui ſicut ipſi sũt peruerſi: *Vbi apparet, non eſſe timendam impiorum ſapiẽtiam, mala contra Sanctos cogitantium.*

LIII.

PHILIP. *vt in Gloſ. ibi ſic:* Lucem proſperitatẽ præſentis vitæ dicit: ſed lux impij extinguitur quia fugitiuæ vitæ proſperitas, cum ipſo terminatur.

LIV.

BEDA *Expoſ. ibi ad illud quod ſequitur:* Lux obtenebreſcet in tabernaculo eius: & lucerna quæ ſuper eum eſt, extinguetur: *ait:* Non ſolum igitur præſentem, vt dixi ſelicitatem emittet, ſed etiam lux recordationis Dei, quæ erat in tabernaculo cordis eius, obtenebrabitur: vt ei Deus ſcilicet in memoriã non aſcendat, & pro merito eius lucerna protectionis diuinæ, quę ſuper eum fuerat extinguatur: *Vbi apparet, extremum infelicitatis eſſe, quando ſimul cum amiſſione temporaliũ proſperitatum, Deus à memoria excidit: qui quandiu ibi verſatur, protectio diuina certa eſt.*

L V.

S. GREG. *29. Moral. 3. ad illud Iob. cap. 38.* Auferetur ab impijs lux ſua: *ait;* Sunt verò nonnulli, qui æterna quæ audiunt veraciter credũt, & tamen eidem quam tenet, Fidei malè viuẽdo contradicunt: Habent hi quoq; in tenebris lucẽ ſuam, quia dum peruerſa agũt, & tamen de Deo rectà ſenſiunt, nè tenebreſcant fũditùs, ex quadã parte fulgore luminis illuſtrantur: Qui dum plus terrena quam cœleſtia, plus quæ vident quam quæ audiunt diligunt, pulſante pſecutionis articulo, quod rectè credebant amittunt: *Vbi nullus qui malè viuit ſibi de Fide quam credit applaudat, promittens ſe pro illa vitam daturũ: auferetur enim ab eo lux illa, quam nunc in tenebris peccatorum conſeruare videtur.*

Ex Pſal.

LVI.

S. THOM. *Com. in Pſal. 19. ad illud:* Et holocauſtũ tuum pingue fiat: *ait:* Ideſt acceptũ Deo, Eccle. 35. Oblatio iuſti impinguat altare, & odor ſuauitatis eſt in conſpectu Domini: & dicit: pingue: quia holocauſtum incendebatur, & odorem faciebat: quia pĩguia plus odoris habẽt: Et ideò qui plus deuotè ſacrificium offert, magis eſt acceptum, quantumcunq; illud ſit.

Dixitq; Deus: Fiat Lux.

LVII.

HVG. *Card. Poſtil. ibi ſic:* Memor ſit omnis ſacrificij tui: quod eſt triplex: vt omnis, diſtribuat inter tria: Eſt ſacrificiũ operis, oris, cordis: De primo Pſal. 50. Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ: Et alibi Pſal. 4. Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ: Rom. 12. Obſecro vos per miſericordiã Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuẽtem, &c. De ſecundo Pſal. 49. ſacrificium laudis honorificabit me: Oſeæ 14. Redemus vitulos labiorum noſtrorum. De tertio Pſal. 50. Sacrificiũ Deo ſpiritus contribulatus. Et eſt memor Deus ſacrificij noſtri in præſenti: quando non permittit nos ſuccumbere tentationi, & pſeruat à malo: & in futuro quando retribuet nobis: Et dicitur ſacrificum quantum ad imperfectos: q partẽ & non totum offerunt. Holocauſtum verò quãtũ ad perfectos: qui non ſolum partem, ſed totum offerunt: Math. 19. Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes; & da paupetibus: illud holocauſtum pingue eſt quando fit ex charitate & cum deuotione, ſunt autem qui faciunt holocauſtum, ſed non pingue: quia omnia relinquũt, non ex charitate, ſed propter vanitatem, ſicut Philoſophus, qui omnibus ſuis venditis, pretium eorum comminuit, & in mare proiecit ad oſtẽtationẽ, de quo dicit Hieronymus: Philoſophus popularis auræ, vile mancipium, totam ſarcinã ſuam depoſuit, & tu Chriſtiane putas te in culmine virtutum poſitum? ſi auſers partẽ de toto.

LVIII.

CARD. *Ieorg. Anglicus: Com. ibi ſic.* Alio modo poſſumus intelligere verſum iſtum, diſtinguendo inter ſacrificum & holocauſtum: vt v.g. ſacrificium referatur ad carnem, quã Deo rectè viuentes immolant: holocauſtum verò a ſpiritũ, nam ſpiritus in vita præſenti offerri poteſt Deo totaliter, & totaliter diuino amore cremari: putã diligendo Deũ ex toto corde, illud holocauſtũ eſt maximũ, Marc. 12. Vt diligamus ex toto corde, & ex toto intellectu, &c. & maius eſt omnibus holocauſtomatibus: ſed nunquã caro poteſt ſic diuino amori vniri, quin ſemper aliquid eius remaneat non incenſum; quia ſemper concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſemper aliquid deſiderat, quod diuino amori repugnat: ſignanter verò dicit: omnis facrificij: quia caro multipliciter immolatur, videlicet vigilijs, laboribus, ieiunijs: ſed omnium horum Deus memor eſt ad remunerandum, quia hæ ſacrificia Deus approbat.

LIX.

S. PETR. *Dam. Opuſc. de perfecti. Monach. cap. 13. Loquens de illa aqua quam inuenerũt Iudæi 2. Machab. 1. in qua conuerſus fuerat ignis ſanctuarij in quadam ſpelunca abſconſus per trãſmigratos, inter cætera digna notatu, ait:* Et notandum, quod non pura duntaxat aquam, ſed craſſa aqua narratur illic fuiſſe reperta. Quid .n. craſſa eſt aqua, niſi lacrymarum compunctio diuino procul dubio gratiæ pinguendine ſaginata? Qua videlicet pinguedine ſaginari Propheta æſtuabat, cũ diceret: Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Et per alium Prophetam hac eadem promittitur craſſitudo, cum ait Eſai 55. Delectabitur in craſſitudine anima veſtra. Hinc iterum Pſ. 19. dicitur: Memor inquit, ſit Dominus ſacrificij tui, & holocauſtum tuum pingue fiat. *Vbi apparet, lacrymas eſſe ſacroſanti ſacrificij Eucharistiæ pinguedinem.*

L X.

GLOS. *Moraliter vltimam huius verſ. partem: ſic explanat:* Holocaſtum tuum pingue fiat .i. feruens deſiderium pro quo Deo aggredieris mortis periculum, vt ſit ei gratum. *Addatur explanatio Card. Belarm. hic, ſic:* Ideſt acceptetur, vt ſolent acceptari holocauſta ex animalibus pinguibus. Eò ſiquidẽ holocauſtum eſt gratius, quo animal immolatũ eſt melius, & perfectius. Hinc eſt illud Danielis cap. 3. Sicut in millibus agnorum pinguium, ſic fiat ſacrificium noſtrum in cõſpectu tuo, vt placeat tibi. *Vbi apparet, Martyres illos Deo gratiores, qui maiori leguntur, ſe feruore martyrio obtuliſſe.*

L X I.

CARD. *Ieorg. qui ſup. ibi ſic.* Tertio modo diſtinguere poſſumus inter ſacrificium, & holocauſtum Eccleſiæ ſic: quod ipſa offert ſacrificiũ quantum ad Confeſſores, ſed holocauſtum quãtum ad Martyres. Vtriq; enim ſe Deo immolauerũt: ſed diuerſimodè. Vndè Bernard. in quodã ſerm. dicit ſic. Hoc intereſt inter Martyres, & Cõfeſſores, quod inter Petrum omnia relinquẽtem, & Abraham ſubſtantiam Mundi in bonos vſus impendentem: hæc enim illi conſumati in breui expleuerunt tempora multa, iſti verò lõga, & multimoda traxerunt martyria, hæc Ber-

Dixitq; Deus: Fiat Lux.

nard. Vndè Confeſſores fuerunt quaſi ſacrificiū veſpertinum,quia exepectant veſperam,ideſt finem vitæ naturalem:ſed Martyres fuerunt quaſi holocauſtum matutinum,quia citiùs conſumati. 4.Reg.16. *Super altare maius* ideſt Chriſtum ad imitationem Chriſti, offeres holocauſtum matutinum,& ſacrificium veſpertinuum.

L X I I.

D*HAYM.Com.ibi ſic.* Omnis ſacrificij tui.i. illius oblationis,quę quotidiè fit in altari: Omnis ideò dicit,qui licet vnū ſit, tamen in infinitis locis idem fit: & idem ſacrificium,quod vocatur holocauſtum .i. totum incenſum, quod totum ſe obtulit Deo ſecundum corpus, & animam patiendo vſq;ad ipſam mortem. Hoc tale ſacrificiū fiat pingue:acceptabile. Trahitur hoc à ſacrificijs antiquorum; quorum pingueſacrificium magis Deo placere videbatur.

L X I I I.

H*VGO Card. Poſtil.ibi: ſic.* Pingue fiat effectiuè in nobis, vt nos impinguemur per illud Eccl. 38. Vnguentarius faciet pigmenta ſuauitatis:& vnctiones conficiet ſanitatis. Pſ. 62. ſicut adipe,& pinguedine repleatur anima mea.

LXIV.

P*ETRVS Lombard.in Pſal.32.ad illud*: Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos: quēadmodum ſperauimus in te:*ait*: Chriſti incarnationē impleri deſiderat Propheta, vt perfectus poſſit eſſe: Quo merito; quemadmodum quaſi ita fiat, & per hoc fiat, quia ſperauimus non in alio,ſed in te.Per hoc autē quod ſperauimus, notat cōtinuum tempus ſpei,qua antiqui iuſti aduentum Chriſti deſiderauerunt,donec veniret:quia non eſt fas deſinere à ſpe, donec impleatur: *Vbi apparet,ſpem eſſe meritū, debere tamen eſſe continua*.

LXV.

B*EDA Com.ibi ſic*.Quia lætabitur in te cor noſtrum,ideò Domine fiat in præſenti miſericordia tua,ideſt iuſtificati gratiæ tuæ ſuper nos. Et hoc ad illum modum, ad quem nos ſperauimus ideſt pro ſpe quā coniecimus in te. Conijciat enim multum ſe quiſq; in Domino,& multum miſerebitur eius. Vndè alibi dicitur: Quia eatenus ignoſcit, quatenus ſe quiſq; cognoſcit.

L X V I.

S*REMIG.Enar ibi ſic*.Fiat miſericordia tua. i. remuneratio tua, Domine ſuper nos, Ad illū modum,ad quem in te ſperauimus.Qui multum ſperat, multa illi remunerantur, vnicuique pro modo ſuo.

L X V I I.

I*NCOGN.Expoſit.ibi: ſic.* Quaſi dicat: Per miſericordiam tuam impleatur in nobis, quod dictum eſt. ſ. vt lætemur in te.Et hoc non petimus meritis noſtris,ſed de gratia tua: ideò ſubdit:quemadmodum ſperauimus in te. *Vbi apparet ſpem veram ſolum reſpicere gratiam non allegare merita. Addit autem ſic*:Et hæc ſpes tanto amplius creſcit in iuſtis, quāto magis patiuntur aduerſa.Quoniā vt ait Greg.10.moral.21. Bonorū mens,quo duriora patienter tolerat, eo æternitatis præmia certius ſperat.

L X V I I I.

T*HEOD.Com.ibi ſic.*Sermo autem hic eſt ſummæ fiduciæ, & inſolens hominibus huius tempeſtatis.Quis enim ſic ſperauit, vt audacter dicat,metire miſericordiam,mea ſpe? hoc quidē ſacris in Euāgelijs Dñs docuit. Qua mēſura mēſi fueritis,remitietur vobis.Igitur ſpem perfectā, & ſynceram poſſideamus, & aliam vitā ſpei cōſonantem agamus, vt multam miſericordiam conſequamur.

L I X.

B*EDA Cum. in Pſal. 40. ad illud*: Benedictus Dominus Deus Iſrael à ſæculo, & in ſeculū: fiat, fiat: *ait*: Benedictus ſit,inquā,benedictione incipiente à præſenti ſæculo, & continuata vſq; in futurū ſęculum: fiat benedictio in illis ouibus, & fiat ei benedictio in iſtis ouibus.

LXX.

E*VTYM.Com.in Pſal.68.ad illud*:Fiat menſa illorum coram ipſis in laqueum:*ait*:Poſſumus altiùs contemplando, per menſam ſacras intelligere ſcripturas, quæ ſingulis diebus; Iudæis olim in Synagogis præbebantur:Hatum enim cognitio intelligentium nutrit corda, verū Iudæi ſe illis nutriri exiſtimantes,& glorianteS, ac iactantes ſe per eas cōuicturos eſſe Chriſtianos, ab eis potiùs veluti à quibuſdā laqueis irretiti, atq; inuoluti ſunt, cum clarè atq; apertè Scripturæ omnes de Chriſto loquebantur.

L X X I.

T*HEOD,Com.ibi ſic*.Lætitiam eorum Domine in calamitates conuerte,& in ea quæ fecerunt incidant. Menſam enim, lætitiam vocauit; ſup-

Dixitq; Deus: Fiat Lux.

ſupplicia verò laqueum: Quemadmodum Symmachus ſic explanauit. Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, & in ſupplicium, vt comprehendantur. *Addatur, quod ibi Ianſenius ait:* Fiat menſa eorum illis tanquã laqueus antè eos expanſus, in quem incidant, & irretiantur, vt ibi capiantur in exitium, vbi delicias ſibi petendas putabant.

LXXII.

CAET. *Com. ibi ſic:* Sub metaphora ergò menſę ſacra ſcriptura menſa fidei Iudæorum ſignificatur, & ideò ſub menſæ nomine Propheta eam introduxit, vt continuaret menſam menſæ. Ipſi mihi parauerunt mẽſam fellis, & aceti, proptereà erit menſa eorum, qua paſci debent, faciebus eorum laqueo: detinentur enim vſq; hodie Iudæ capti, & vinčti ſcriptura ſacra, vt non ſint liberi ad credendum. *Addatur quod Haym. Com. ibi in eadem metaphora, ad illud:* Coram ipſis; *ait:* Vt ipſi benè cognoſcant ſe errare. *Vbi apparet, iniquos literatos, non ſolum ſuis illaqueri litteris, nè bona facere poſſint: ſed hoc ſcienter, & ipſis errare ſe cognoſcentibus. Addatur quod Beda Com. ibi ait:* Qui quantò magis ſcientes in malis perſeuerant, tantò magis offenduntur. *Et antea ſic:* Multi noſcunt malitiam ſuam, & nequitiam, ſed tamen pertinaciter in ea perſeuerant. Et hi perniciosè in ſeipſos agunt: quia viui in infernum deſcendunt.

LXXIII.

BEDA *Com. ibi ſic:* Poteſt & præcedens verſus in bono legi hoc modo. Dederunt, inquã, mihi fel in eſcam, & potauerunt me acceto, Et talis menſa eorum .i. parata ab eis, fiat in laqueũ coram ipſis .i. in cõſpečtu eorum recognoſcãt, .ſ. quod menſa illa ſit eis laqueis confuſionis: & fiat eis in retributionem .ſ. vt quæ patiuntur, ſe propter illam pati intelligant: & fiat eis in ſcandalum .ſ. vt per illam Deum ſcandalizaſſe recognoſcant, & ſic conuertantur, & pœniteant. *Vbi apparet, per cognitionem, & confuſionem cognitionis criminum obligari peccatores, vt ad Deum conuertantur.*

LXXIV.

INCOGN. *Expoſit. ibi ſic:* Myſticè hunc paſſum exponit Magiſter in Glo. dicens: Menſa, ſcriptura ſanča eſt, quia ſicut in menſa diuerſa fercula ad refečtionem corporis ponuntur, ità in ſančt. Script. diuerſæ ſententiæ ad animarum refečtionem. Vndè & in tabernaculo Domini poſt introitum erat menſa, ſuper quam erant duodecim panes de ſimila Deo poſiti. Panes duodecim, duodecim Apoſtoli ſunt, & eorum ſucceſſores, qui Theologicis paginis inuigilare debẽt, vt ſint parati omni poſcenti reddere rationem de fide, & ſpe. Vndè dicitur Malach. 2. Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam. Hanc autem menſam habuerunt Iudæi, dum mãdata Dei coluerunt, ſed poſtquam à fide ieiuni ſunt; hæc mẽſa coram ipſis, gentibus data eſt, vt grauius doleant.

LXXV.

HVGO *Card. Poſtil. ibi: moraliter ſic:* Ita exponi poteſt de menſa ſacræ Scripturę: de qua Prouer. 9. Sapientia propoſuit mẽſam. Exod. 25. Faciens menſam de lignis ſethim. Ligna ſethim imputribilia, ſunt verba Domini, de quibus Math. 24. Cœlum, & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. Hæc menſa fit in laqueum illis, qui non faciunt, quæ dicunt. Prouer 6. Illaqueatus es verbis oris tui. Item fit in retributionem eis, qui hoc fine addiſcunt, vt ſciant, vel ſciantur. Eccle. vlt. Dominus dedit mihi linguã meam mercedem meam.

LXXVI.

HVGO *Card. Poſtil ibi: moraliter exponens omnia iſta verba, nempè:* In laqueum; in ſcandalum, & retributionem: *diuerſos vult inteligi peccatores hic minatos: ait enim:* Mercatoribus fit mẽſa illorum in laqueum, ideſt in deceptionem aliorum, quia ibi faciunt dolos: & ad hoc inuitãt alios ad comedendum ſecum, vt ſuper menſam cum fuerint inebriati, circunueniant eos in emptione, & venditione. Epicuris fit, in retributionem, quia ad hoc inuitant alios, vt ab ipſis inuitentur. Contra dicit Dominus Luc. 14. Cùm facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neq; fratres tuos, aut cognatos, neq; vicinos diuites: nè fortè, & ipſi reinuitent te, & fiat tibi retributio. Ebrioſis autem fit, in ſcandalum, ideſt in rixam, & contentionem: vel etiam in ſcandalum .i. in caſum, quia ſtare non poſſunt: quia ſtare non poſſunt, vel ad domum redire præ ebrietate. Prouer. 23. Cui væ, cuius patri væ: cui rixæ: cui foueæ: cui ſine cauſa vulnera, cui ſuffoſſio oculorum? Nonnè his, qui morantur in vino, & ſtudent in calicibus è potandis.

RE-

Dixitq; Deus: Fiat Lux.

LXXVII.

REMIG.Enar.ibi ad illud: Fiat habitatio eorũ deſerta, & in tabernaculis eorum non ſit, q; inhabitet: *ait*: Nam iuſtũ eſt vt non prmittantur ibi habitare, vbi permiſſi ſunt contra Dominum clamare: Amiſerunt locum furoris, vtinam vel nunc recognoſcerent locum quietis: *Vbi apparet Deum non permittere habitare impios in loco, vbi permittuntur Deum offendere.*

LXXVIII.

INCOGN.Expoſ.ibi ſic Exponitur de habitatione ſpirituali: nam ibi habitat Deus, vbi habitat per gratiam. Et ſic ante ſolum in Iudæis habitabat, quoniam ſolum Iudæa Deum colebat: Pſal. 75. notus in Iudæa Deus. &c. Et ibi habitatio eius in Syon. ſed propter Chriſti perſecutionem ab eis receſſit Deus, & tranſmigrauit ad gentes. Et hoc eſt quod dicit: Fiat habitatio eorum deſerta, ideſt deſerantur eorum mentes à Deo Et non ſit qui habitet in ea, ideſt & Deus non ſit ille qui habitet in ea, ſed diabolus, ſecundum quod prædictum fuerat Eſai. 13. habitabunt ibi Struthiones, & piloſi ſaltabunt ibi: *Vbi apparet, Ciuitates & Regna deſertas fieri non per ciuium, ſed per Dei abſentiam.*

LXXIX.

HVG.Card.Poſtil.iai ſic: Non ſit qui inhabitet: quia & ſi mali ibi habitent: non tamen ibi habitat quis: malus enim non eſt quis: ſed quaſi quis: Eſai. 22. Quis hic: aut quaſi quis hic: quia excidiſti ſepulchrum, excidiſti in excelſo memoriale; diligenter in petra tibi tabernaculum. Et ſic ſedet ſola Ciuitas plena populo. Thre. 1. *Vbi apparet, per ſolos bonos dici populatas Ciuitates.*

LXXX.

IDem ibi ſic: Hoc ad litteram ſæpè videmus accidere, quod in domibus magnis & palatijs vſurariorum & raptorum, poſt mortẽ nullus habitat: Hoc eſt quod ſequitur: Et in tabernaculis eorum, ideſt in illis palatijs quæ non fuerunt eis niſi tabernacula, quia parum ibi morati ſunt: non ſit qui &c. non enim habent hæredes, qui valeãt illa manutenere, & habitare. Sap. 4. Adulterinę plantationes non dabunt radices altas, nec ſtabile firmamentum collocabunt.

LXXXI.

BEDA Com.ibi ſic: Quaſi dicat: ita dico vt effũdas iram tuam ſuper eos, vt habitatio eorum ideſt, ciuitas illa quam prius inhabitauerãt, & in qua maximè ſæuierunt, fiat deſerta quantum ad eos. & non ſit qui inhabitet, & qui perſeueret in tabernaculis eorum, ideſt, inſtitutis ad tempus eis datis. Quod ita factũ eſt, quia & ciuitas eorũ ab eis euacuata eſt, nec eſt inter eos qui ſtatuta legalia ſeruet: *Vbi apparet, & quod ciuitates benè deſertæ dicantur, ſi ſuis naturalibus ciuibus careant, etiam ſi alienigenis plenæ ſint:* Theren. 1. Sedet ſola ciuitas plena populo: *Sola quia ſuis depopulata, plena populo, ideſt, alienigenis: & quod Iudæi minimè in ſua obſtinatione benè obſeruant illa ad tempus illis data legalia.*

LXXXII.

CAET.Com.ibi ſic legit: Erit palatium eorum deſolatum: in tentorijs eorum non erit ſedens: *Et ait*: Erit palatium eorum deſolatum: per quod deſcribitur deſolatus principatus eorum: In tentorijs eorum &c. in quo deſcribitur deſolatio populi, vtrumq; timebat Caiphas. nè fortè veniant Romani, & tollant locum noſtrũ, quoad primum, & gentem, quoad ſecundum. *Vbi apparet, impios ſemper timere, mala quæ ſibi à Deo in pœnam deſtinata ſunt.*

LXXXIII.

CASSIOD.ibi ad illud Pſ. 71. Et benedictum nomen maieſtatis eius in æternum: & replebitur maieſtate eius omnis terra: fiat, fiat: *ait*, Supra Deum dixit eſſe benedictũ: hìc verò nomen maieſtatis eius .ſ. Chriſtianum, quia de Chriſto dicti ſunt Chriſtiani, quod vocabulum totum orbem ſacra veneratione compleuit. *Addatur illud S.Hiero. vt in Cate. aur.* Iuxta illud: Et credentibus in me nomen nouum, quod benedicetur in terris: ideſt Chriſtianum, & benedictum, inquit, nomen.

LXXXIV.

LYRA Poſtil.ibi ad illud Pſ. 79. Fiat manus tua ſuper virum dexteræ tuæ: *ait*, Vir iſte eſt Chriſtus homo ad dexteram Dei Patris aſſumptus: Marc. vlt. Et Dominus quidem Ieſus, poſtquam locutus eſt eis aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet ad dextris Dei. Super virum iſtũ poſt eius aſcenſionem facta eſt ſpecialiter manus diuinæ virtutis, declarando eius gloriam, & deitatem per miracula facta ab Apoſtolis, alijſq; diſcipulis in nomine Chriſti.

GLO.

Dixitq; Deus: Fiat Lux.

LXXXV.

GLO. *Moraliter, Ad illum verſ. Pſ.* 121. Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. *ait*: Ideſt precum veſtrarum virtute; fiat pax in Eccleſia militante. *Hugo Card. Poſtil. ibi, aſſignans in quo nam cõſeruari poſſit, & ſtare in Eccleſia iſta pax imprecata: ait*: Ideſt, in paupertate, pietate, charitate tua. *Et proſequitur*: Et abundantia in turribus tuis .i. in perfectis tuis viris, qui alios defendunt. Can. 7. Collum tuum ſicut turris eburnea. Eſai. 5. Plantauit Dominus vineam electam: & ædificauit turrim in medio illius. Perfectus vir nunquã indiget, ſed ſemper abundat, quia paupertatem quam pro Deo habet, diuitias computat. Thob. 5. Nunquam fuiſſet illa pecunia, pro qua miſimus eum: ſufficiebat nobis paupertas noſtra, vt diuitias computaremus. 2. Cor 8. Altiſſima paupertas eorum abundauit in diuitias ſimplicitatis eorum.

LXXXVI.

HVGO *Card. Poſtil. ibi ſic*: Fiat manus tua, ideſt auxilium, vel correctio tua. Super virum dexteræ tuæ .i. ſuper pœnitentem, qui hæreditatem dexteræ appetit. Hic eſt Beniamin: qui eſt bennoni per dolorem pœnitentiæ: Beniamin per appetitum cœleſtis patriæ: Deut. 33. Amãtiſſimus Domini Beniamin: habitabit confidenter in eo, ideſt in Deo, quaſi in thalamo tota die morabitur.

LXXXVII.

S. *HILAR. Enarr. ibi, Ad illud*, Fiat cor meum immaculatum in iuſtificationibus tuis: vt nõ confundar: *ait*: Et non audet dicere immaculatum cor ſibi eſſe, & audemus interdum proferre innocentiam noſtram, iactare uitiorum abſtinentiam, & puros nos à peccatis, atq; iniquitatibus gloriari? *Hugo Card. Poſtil. ibi aſſerens idem addit*: Prouerb. 20. Quis poteſt dicere: mundum eſt cor meum, &c.

LXXXVIII.

LYRA *Poſtil. ibi ſic*: Vt non confundar in præſenti per lapſum culpæ: & in futuro per lapſum in foueam gehennæ. *Vbi apparet, duplicem confuſionem per peccatum incurri. Addatur expoſit. D. Haym. ibi.* Non confundar, cum impijs, quando dicetur eis, Diſcedite à me maledicti.

LXXXIX.

S. *PROSP. Expoſit. ibi ad illum verſ.* Fiat manus tua vt ſaluet me: quoniam mandata tua dilexi: *ſic*: Fiat ergò manus tua, vt ſaluum me de manu faciat aliena: non ita, vt carnem perſecutor non perimat, ſed ita, vt animam tormenta non vincant.

XC.

S. *AMBR. Com. ibi ſic*: Poteſt & ſic intelligi manus Domini, ſicut dicitur in vſu, Magna eſt manus illius Regis, hoc eſt magnus exercitus, & illius inferior eſt manus, vt etiam hic intelligamus. Fiat adiumentum tuum, atq; ſubſidium, vt mittas Angelos tuos, opem tuam, ſubſidia potentiæ tuæ ad liberandum populũ tuũ. Hæc eſt manus Dei, de qua ſcriptum eſt: Nonnè omnes miniſtri ſpiritus ſunt, qui mittuntur in miniſterium propter eos, qui futuri ſunt hæredes ſalutis? Qui ergò elegit mandata Dei, vtitur confidentia, vt cum authoritate depoſcat ſibi diuina ſubſidia.

XCI.

HVGO *Card. Poſtil. ibi, intelligens per hanc manum Chriſtum Dominum, ait*: Huius manus ſunt quinq; digiti. Primus .i. auricularis eſt eius humilitas, qui quo fuit gracilior, eo fuit ad aurẽ obedientiæ habilior. cuius tres fuerunt articuli: Primus, quo ſe matri ſubdidit: Lu. 2. Et erat ſubditus illis. Secundus, quo ſe ſubdidit Ioanni in baptiſmo: Math. 3. Venit Ieſus à Galilea in Iordan. ad Ioan. vt baptizaretur ab illo. Tertius, quo ſubdidit ſe diſcipulis, vt lauaret pedes eorum; Ioan. 13. Gracilis fuit primus articulus: ſed ſecundus gracilior: tertius fuit graciliſſimus. Secundus digitus, qui medius appellatur, fuit eius pietas: qua venam cordium peccatorum tetigit, tanquam pulſum infirmorum. Et hic quoq; tres habuit articulos: Primus fuit facilis exauditio: Secundũ, quod ei dicit Pater, Eccl. 3. Fili rogationem contribulati nè abijcias, & non auertas faciem tuam ab egeno. Secundus, familiaris allocutio: ſicut ibidem dici ei: Cõgregationi pauperum affabilem te facito. Quod & fecit benignus Ieſus Luc. 6. Beati pauperes, quoniam veſtrum eſt regnum Dei. Tertius fuit, cum peccatoribus conuiuatio. Mat. 9. Quare, inquiunt, phariſæi cum publicanis manducat Magiſter veſter? Et ipſe reſpondit: Non eſt opus valentibus me-

di-

Dixitq; Deus: Fiat Lux.

dicus,ſed malè habentibus. Tertius digitus,fuit eius operatio,excedens cœteros.Vndè ait Io.5. Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit peccatum non haberent.Et hic tres habuit articulos. Primus eſt opus creationis, de qua Pſ.101.Opera manuum tuarum ſunt cœli.Item 8.Videbo cœlos tuos opera digitorum tuorũ. Secundus,opus redemptionis,Pſ.73. Operatus eſt ſalutem in medio terræ. Tertius,opus glorificationis,de quo Apocalip.21.Ecce noua facio omnia. Quartus digitus fuit eius prędicatio,quę benedicitur index, quia prædicando prius occulta indicauit. Vndè Samaritana dixit Ioan.4. Cum venerit Meſſias, ipſe annunciabit .i. indicabit nobis omnia.Iſte etiam digitus tres habet articulos.Primus fuit exhortatorius:Mat.4.Agite pœnitentiã.Secundus,comminatorius. Lu.6. Væ vobis diuitibus. Tertius, cõſolatorius,Lu.6. Nolite timere puſillus grex. Quintus digitus fuit eius paſſio,quaſi polex:duos tantum habẽs articulos Primus fuit,quia audiuit ſapiẽter mala verba Iudæorum: Vndè nec reſpondebat quicquam. Secundus fuit, quod ſuſtinuit patienter verbera eorum,&c. Hæc manus nos protegit, Eſai.42. Sub vmbra manus ſuæ protexit me. Hanc manum porrigit nobis, vt ad ſe trahat: Iob 14.Operi manuum tuarum porriges dexteram. Porrigamus autem illi, & nos manum noſtram,ſi extrahi de luto volumus. Sit minor digitus obedientia,habens tres articulos:vt ſit humilis, facilis, hilaris. Secundus .i. medicus ſit temperantia: tres articuli, abſtinentia,continẽtia,modeſtia. Tertius digitus, .i. medius alijs longior,iuſtitia: tres articuli, ablatorum reſtitutio, debitorum ſolutio, maleficiorum punitio. Quartus digitus .i. index,ſit prudentia: tres articuli:præteritorum memoria,præſentium intelligentia,futurorum prouidentia. Quintus digitus .i. pollex,ſit fortitudo:duo eius articuli,audax aggreſſio arduorum, fortis perpeſſio durorum.

XCII.

CASSIOD.*Com.in Pſ.ad illud Pſ.* 108. Fiat ei ſicut veſtimentum,quo operitur:*ait ſic:*Supra dixit: induit, quod pertinet ad tunicam. Nunc verò dicit ſicut veſtimentum, quo operitur,quod videtur pallio conuenire,vt geminata veſtis ingentium ſignificet onera peccatorum.

XCIII.

GLO.*ibid.ſic:*Ille pallio operitur, qui in conſpectu hominum de iniquitate gloriatur. *Vbi apparet,eſſe maximam præcedentium peccatorũ ſupplicium de peccatis gloriari.Addatur,quod Sanc. Proſp.Expoſit.ibi ait:*Apertior malitia eſt, qua ſe peccator quaſi pallio tegit, & indè opertus videtur,vndè etiam in oculis hominum gloriatur: malum ſe diſſimulans,ſed oſtentans.

XCIV.

CATE.*Aurea ibi, ex varijs Authoribus ſic collegit:*Zona enim nos pręcingimus,vt prompti ſimus: vndè ille habet peccati maledictionem ſicut zonam,qui peccatum ſuum iam traxit in conſuetudinem, per quam ſit habilis, & promptus ad peccandum, vel maledictionem ſicut zona præcingitur,qui non repentè facit malum, ſed diſpoſitum aggreditur, & ita diligit mala agere,vt ſemper ſit paratus.*S.Remig.Enar.ibi ſic:* Solent,qui vtuntur laxis veſtibus, ſe præcingere;vt expediti ſint ad operandum,quod volunt. Sic populus ille operatur maledictionem. Et præcinguatur .i. expeditus ſit ad omne malum perpetrandum, vt malum non repentinum, ſed diſpoſitum faciat. *Vbi apparet,non de repentè,ſed diſpoſitè peccare,eſſe maximorum delictorum.*

XCV.

S. AMBR.*Com.in Pſ.*118. *Ad illum verſum:* Fiat miſericordia tua vt conſoletur me; *quem ille legit:* Vt exhortetur me; *ait:* Magna eſt ergò miſericordia Dei, quæ non ſolum remiſſionem tribuit peccatorum, ſed etiam certantibũs adhibet exhortationis calcaria, nè ſuſcepti certaminis paſſiones in belli formidine derelinquant.*Et poſt aliqua concludit ſic:*Pleriq; autem habent,qui cõſoletur nos, nec abhorret à vero. Inſtigantis enim aliquem blanda, quædam eſt exhortatio, quæ certatem ſtudio laudis accendat, & velut quadam conſolatione demulceat, nè laborum aſperitate reuocetur.*Vbi Prælati diſcant ſuos ad virtutem exhortare ſubditos:taliter tamen,vt exhortatio,magis conſolatio, quam exaſperatio ſit: talem enim non abhorreant ſubditi, immo deprecentur.Addatur illud S.Hilarij Enarr.ibi:*Nõ enim vt humilitas, ac tribulatio à ſe auferatur orat, ſed vt ſibi ex miſericordia Dei adhortatio in tribulatione præſtetur. Optat ergò diuino prælio in his corporis ſui infirmitatibus militare

Dixitq; Deus: Fiat Lux.

re;optat longo certamine aduerſus mundi huius nequitias conſiſtere; ſed adhortationem ex miſericordia Dei ſperat, vt tribulatus licet, & afflictus, diuinæ adhortationis auxilio firmetur. *Magiſt. Sent. Com. ibi ſic:* In labore enim perfectus vir, non finem laboris; ſed verbum conſolationis petit, vt benè perferat.

XCVI.

LYRA *Poſtil. ibi ſic comment.* Fiat miſericordia tua. In offenſarum mearum deletionem. Et conſoletur me, De ſpe vitæ æternæ.

XCVII.

INTERL. *ibi ſic*, Regeneratio, Fides, Spes, Charitas, ſolatia ſunt in hac miſeria, non gaudia Beatorum. *Vbi apparet, errare, qui in virtutum exercitio gaudia quærunt; cùm non ſint, niſi quædã, in hac miſeria, ſolatia. Addatur, quod ibi dicitur in Catena Aurea*, Hæc autem miſericordia fit cum Deus animæ tribulati; Fidem, ſpem, & charitatẽ infundit: vel iam infuſas adauget, & cuſtodit. *Et illud Beda ibi:* Nunc enim ſunt conſolationes miſerorum: tandem erunt gaudia Beatorum.

XCVIII.

THEODORE. *Com. ibi deſumẽs expoſitionem huius verſus à præcedenti, nempè:* Cognoui Domine, quia æquitas iuſtitia tua, & in veritate tua; humiliaſti me. *ait:* Benè ait noui te & rectè, & iuſtè me condemnaſſe, & varijs calamitatibus me vinxiſſe Fiat miſericordia tua, vt conſoletur me. Sed deinceps benignitatis, & conſolationis eſt tempus. Secundum eloquium tuum ſeruo tuo: Nam his, qui pœnitentia vtuntur, tuam beneuolentiam promiſiſti. Hoc etiã per Eſai. 30. inquit, Cùm autem reuerſus fueris, & ingemueris, tunc ſaluaberis. Et per Hiere. 3. exclamat: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. *Caet. ibi ſic:* Ac ſi apertè diceret: Ex quo iuſtitia tua habet locum ſuum in me: ſupereſt vt gratia tua habeat locum ſuum in me.

XCIX.

S. REMIG. *Enarrat. ibi ſic*: Ideſt, recipiam ego ſeruus tuus, non libertus meus, per miſericordiam tuam conſolationem, quia à te recedẽdo, per iram tuam recepi deſolationem. Vel ſic, Fiat miſericordia tua, vt conſoletur me in futuro. *Addatur illud Beda ibi*: Quaſi dicat: quandoquidem recedenti prius à mandatis tuis facta eſt ira tua, ergò Domine ſeruo tuo redeunti præſta miſericordiam tuam.

C.

LVDOLPH. *Cart. Com. in Pſ. 32. Ad illum verſum*: Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos: quemadmodum ſperauimus in te: *ait:* Sicut ergò in te ſperauimus: ſic ſuper nos tuam miſericordiã ſentiamus: & ſecundum quod orauimus, non ſecundum quod meruimus. Iſtum verſum cogitare debet vnuſquiſq; antequam legatur, vt fideliter dicat: Quemadmodum ſperauimus in te, nè alibi vagetur, & vacet mente. *Addatur illud S. Baſilij, prout in Caten. Dan. Barb.* Videas quomodo ſcite, & prudenter orauit; ſiquidem miſerationum Dei, menſuram proprijs affectum eſſe voluit. Tanta, inquit, fiat miſericordia tua ſuper nos, quantam modo nos in te ſpẽ coniecimus.

CI.

CAETAN. *Com ibi, Ad illud Pſ 96.* Lux orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia: *qui verſus ſequitur illum*: Cuſtodit Dominus animas Sanctorum ſuorum: de manu peccatoris liberabit eos. *ait:* Nè putes prçmiũ iuſtorũ in ſola cuſtodia & liberatione à malo ſiſtere: adiũgit affluentiam bonorum internorum: lucis .ſ. quoad intellectũ, & lætitiæ quantum ad affectum.

CII.

THEODORE. *Com ibi ſic:* Nõ enim omnes homines luce perfrui voluerunt, neq; omnes à fide lætitiam acceperunt: ipſe enim iuſtitiæ Sol ſalutis radios omnibus emiſit, ſed ſunt, qui oculis allucinati ſunt, & lucem cernere noluerunt.

CIII.

S. AVG. *Enar. ibi exortans ad martyrium: ait*, Sed fortè dicturus es: perdo lucem iſtam. Lux orta eſt iuſto. Quam lucem nè perdas? Times nè in tenebris ſis? Noli timere nè perdas lucẽ, imò time nèdum caues perdere illam lucem, perdas illam lucem veram. Quam times enim perdere videmus, quibus donata eſt, cũ quibus tibi cõis eſt. Nunquid ſoli boni vident iſtum Solem, cùm faciat oriri Solem ſuũ ſuper bonos, & malos, &c. Iſtam lucem vident tecum iniqui, vident tecum latrones, vident tecum impudici, vident tecum beſtiæ, muſcæ vermiculi. Qualem lucem iuſto ſeruat, qui & iſtis iſtam dat? Meritò hanc lucem in fide Martyres viderunt. Qui enim iſtam contempſerunt, aliquam viderunt, quam deſiderauerunt, quia hanc reſpuerunt. Lux orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia. Nolite putare, quia verè,

Dixitq; Deus: Fiat Lux.

& in miſeria fuerunt, cùm in catena ambulauerunt. Latus fuit carcer fidelibus, leues fuerunt catenæ confitentibus. Habebant gaudia in catasta, qui Chriſtum prędicabant inter tormenta.

CIV.

IDem ibidem: *faciens myſterium de hoc quod ſolis iuſtis dicatur ortam eſſe lucem, & rectis corde tantum lætitiam, ait:* Non enim iucũditas, quę eſt ſecundũ ſęculum, vera iucunditas eſt: Audi Prophetam Eſaiam cap. 17. Non eſt gaudere impijs dicit Dominus: Gaudere quod vocant impij, nõ eſt gaudere. Quale gaudiũ nouerat, qui hoc gaudium improbabat; Credamus illi fratres, homo erat, ſed ambo gaudia nouerat: Homo erat? vtiq; nouerat gaudia calicis; quia homo erat, nouerat gaudia mẽſæ, nouerat gaudia lecti, nouerat gaudia iſta ſecularia, & luxurioſa: ille qui nouerat illa ait præſumens: Non eſt gaudere impijs dicit Dominus: *Et poſt pauca ſic:* Vtiq; videbat Eſaias homines in potatione, in luxuria, in theatris, & in ſpectaculis, totum Mundum luxuriari varijs nugis: & tamen clamabat: Non eſt gaudere impijs, dicit Dominus: ſi hoc non eſt gaudere, quale gaudium videbat, in cuius cõparatione hoc nõ erat gaudium; Tanquam ſi tu noſſes Solẽ, & alicui laudanti lucernam diceres, non eſt iſta lux Quare lux non eſt? Ille pro magno habet & gaudet, exultat, & tu dicis non eſt iſta lux: *Vbi apparet, Sanctos & pios illudere, & irridere mũdanos in ſuis gaudijs, non gaudentes illos exiſtimantes, quia aliam lætitiam, & aliam lucem cognoſcunt, quæ ſolum orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia.*

Ex Lib. Salom.

C V.

IANSENIVS *Com. in Prouer. Ad illud cap.* 4. Iuſtorum autem ſemitæ quaſi lux ſplendens procedit vſq; ad perfectum diem; via impiorum tenebroſa, neſciunt vbi corruãt: *ait:* Cõparat enim Sapiens ſemitam iuſtorum, hoc eſt eorum vitam & conuerſationem, luci manè ſplendenti, quæ deinde procedente tempore creſcit sẽper magis, ac magis donec perueniatur ad diẽ pfectũ, hoc eſt, ad meridiem, quando iã lux eſt in ſummo, nec amplius creſcit: per quod ſignificare vult iuſtorum ſemitam, & à principio lucem habere, alijsq; prælucere per bonę vitæ exempla, & proceſſu temporis ſemper fieri lucidiorem, dum proceditur de virtute, in virtutem, ita vt ſemper magis, ac magis errorum & vitiorum caligo in iuſto diſpellatur, ſemperq; clariùs, & meliùs ſcandala in hac vita occurrentia, ac mala eminentia & agnoſcantur, & euitentur, donec tãdẽ perueniatur ad diem illum perfectũ, in quo lux eſt in ſummo, nec amplius creſcit; quod eſt in futura vita, vbi Sol eſt iuſtis quaſi in meridie, ipſiq; velut Sol perfectè fulgent, iuxtà illud, Tũc fulgebunt ſicut Sol in Regno Patris eorum. Cõtra via impiorum eſt tenebroſa, aut velut tenebrę ipſę, & caligo, quia plena erroribus, & ignorantia, per quam nec ſatis agnoſcunt peccata, in quæ labuntur, nec mala, in quæ vel hic, vel poſtea ruunt. Vndè ſubijcit: Neſciunt vbi corruant. Sæpiùs enim, & grauiùs peccant, & impingunt, quam putant, & grauiora eos mala tùm hic, tùm poſtea manent, quam præuident.

C V I.

RABBI *Leui Gerſon. prout in Comm. trium Rab. ibidem ſic:* Hæc etiam ideò dicuntur, quòd iuſtorum ſemita cum ad aliquid peragendũ itineri ſe committunt, luce perfundatur, vt offendicula, impedimentaq; deuitent, & dirigantur ad optatam metam pertingendam, cum in vniuerſis diuina ope tuentur. Verum iniquorum iter, cum nefarium aliquid patrare conſtituunt, ſecus prorſus ſe habet, Deus enim illorum cogitationes caſſas, vanaſq; reddit, neq; quod meditabãtur ſcelus præſtare poſſunt. *Addatur illud Rodolphi Berini, Com. ibi:* Prouerbium ſignificat vitam ſtudioſam eſſe expeditam, & ſine periculo. Malorum verò conuerſationem, quæ iocunda videtur his, qui nihil ſapiunt propter carnem, eſſe amaram, periculis, & offendiculis plenam. Hoc enim ſignificat quod dicit: Neſciũt vbi corruãt. Quaſi dicat: Semper periclitantur, & perditio eminet illis.

CVII.

BEDA *Com. ibi, ſic:* Iuſtorum opera in luce ſcientiæ peraguntur, & æternam ducunt ad vitam, quæ eſt perfecta dies. *Vndè benè infertur, non eſſe iuſtum, neq; ad diem futuram peragere, qui ignoranter pergit: & in ſcientia minimè proficere agnoſcitur.*

CVIII.

THODORVS *Peltan. Com. in Prouer. Ad illud cap.* 6. Lex lux: Et via vitæ increpatio di-

Dixitq; Deus: Fiat Lux.

ſciplinæ. *ait:* Nam vt lux Solis indicat quò ſit eundũ, aut deflectendũ, qua rurſum via plana ſit & facilis, quæ contra aſpera, & difficilis, aliaq; eiuſmodi: ita lex Dei demonſtrat, & docet, quid ſit agẽdum, aut vitandum; & quid æquum quid iniquum, quid vitium affine, quid virtute coniunctum.

CIX.

IANSEN. *Com. ibi ſic:* Lex enim Dei ignorantiæ pellens tenebras, demonſtrat quid faciendũ ſit, ſicut lux demonſtrat, quò ſit eundũ. Nec tantum lux eſt, ſed & eſt via vitæ, quia per eius obſeruationem peruenitur tanquam per viam ad vitam. Sæpè enim in ſcripturis Dei mãdata vocantur viæ Dei, ita & hic increpatio diſciplinæ, & eruditionis, hoc eſt increpatio erudiens, & redarguens hominum corruptos mores: per quam intelligit ipſam Dei legem nos increpãtem, aut humanam redargutionem iuxta Dei legem. Benè autem dicit increpatio diſciplinæ, quia eſt, & increpatio indiſciplinata moroſa, & inutilis.

CX.

LYRA *Poſtil. in Prouerb. Illud cap.* 13. Lux iuſtorum lætificat: Lucerna impiorum extinguetur, *ſic commentatur:* Lux iuſtorum, ideſt proſperitas, quæ per lucem deſignatur, ſicut aduerſitas per tenebram. Lætificat populum, quia proſperitate ſua benè vtitur ergà ipſum. Lucerna autẽ impiorum, ideſt proſperitas eorũ. Extinguetur: in morte, vel extinguetur per infamiam, quia abutitur ſua proſperitate. *Vbi apparet, infamiam eſſe quandam mortem, qua proſperitates extingũtur.*

CXI.

RODOLPHVS *Baynus Com. ibi ſic:* Vt Sol exortus ſuo lumine Mundum exhilarat, ſic iuſtorum animi triſtitias huius mundi, & moleſtias facilè diſcutiunt. Quaſi dicat: Mens ſerena iuſtorum alios lætos efficiet.

CXII.

S. IO. *Chriſoſ. Hom. in Mat.* 5. *prout à Salaz. Com. in Prouerb.* 15. *ad illud:* Lux oculorum lętificat animam: *ait:* Nihil eſt, quod hominem ſic præclarum faciat, atq; conſpicuum, etiam ſi magno ambitu optet latere, vt ſplẽdor iſte virtutis, ſicut enim ipſo Sole circundatus; ita vtiq; homo iuſtus clarius refulget, nec in terram lucis radios emittit, ſed ſupra ipſum etiam cœlum proprio fulgore radiat.

CXIII.

OLYMPIOD. *Enar. in Salom. Ecclẽſ. Ad illud cap.* 2. Et vidi, quia tantum præcederet ſapientia ſtultitiam, quantum differt lux à tenebris. *ait:* Tenebræ ipſæ per priuationem lucis fiunt, ita vt lux quidem reuera exiſtat; tenebræ verò nihil pęnitùs ſint. Ita, inquit, igitur eſt ſapientia ad ſtultitiam: opera enim ſtultitiæ tranſeunt, perpetuam punitionem conciliantia ſuis cultoribus, opera verò ſapientiæ in perpetuum durant, æternaq; cultores ſuos lætitia afficiunt. *Vbi, qui ſe operibus ſtultorum opprimi vident: ſperẽt; citò deficient.*

CXIV.

LYRA *Poſtil. in Ecclũ. Ad illud cap.* 22. Super mortuum plora: defecit enim lux eius. *ait:* Ideſt merendi tempus, quod ſignificatur per diem. *Io.* 9. Venit nox, in qua nemo poterit operari .ſ. meritoriè. *Vbi apparet, quid in mortuis ſit lugendum, nempè ab operibus meritorijs deficere.*

CXV.

HVGO *Card. Poſtil. in Eccl. Ad illud cap.* 22. Supra mortuum plora: deficit enim lux eius: & ſupra fatuum plora deficit enim ſenſu. *ait:* Hic hortatur auctor ad compaſſionem. Et tangit breuiter tria genera hominum. Bonum mortuum, morte naturæ: fatuum viuẽtem uita naturæ: malum mortuum, morte culpæ. Omnibus compatiendum eſt, & condolendum, quia ipſa natura hoc docet. Vndè dicit: Supra mortuum: morte naturali. Pro reſurrectione; ſicut dicitur 1. Theſ. 3. Vt non contriſtemini ſicut & cœteri, qui ſpẽ non habent. Defecit enim lux eius .i. vita corporalis. Sic accipitur lux, Iob. 3. Quare miſero data eſt lux, & vita his qui in amaritudine ſunt. Et ſupra fatuum plora multò plus. Defecit enim ſenſu, ſpirituali .i. prudentia, qua bonum eligitur, & malum fugitur.

CXVI.

IANSEN. *Com. ibi ſic:* Significat, quod quemadmodum iuſta de cauſa ploratur ſuper mortuum, eò, quod lux oculorum eius, & omnium ſenſuum exteriorum in eo defecerit, aut quia deficit ei lux Solis, qua prius fruebatur, hoc eſt, quia in eo deficit vita iſta corporalis: ita etiam plorandum eſt ſuper fatuum, quia deficit ſenſu, hoc eſt intelligentia, & prudentia. Imò ſignificat ſuper hanc magis, & maiori iure plorandum, qđ

Digitized by Google

Dixitq; Deus: Fiat Lux.

pluſs ſit deficere mente, quam luce corporali. Significat etiam hac comparatione, fatuum ſimile eſſe mortuo, vt qui deſtitutus ſit vita: quæ homini propria eſt per ſapientiam, & prudentiā. Stultum autem hic, vt in Prouerb. vocat eum, qui Dei timore caret, & rebus huius mundi vanis totus eſt addictus.

Ex Prophet.

CXVII.

PROCOP. *Abb. Com. in Eſai. Ad illud cap. 18.* Ego quieſcam, & conſiderabo in loco meo: ſicut meridiana lux clara eſt, & ſicut dies roris in die meſſis. *ait*: Septuaginta: In mea Ciuitate de qua ſcriptum eſt: Glorioſa ſcripta ſunt de te, Ciuitas Dei: nec eſt, quod in ea vulgare lumen expectes, ſed quale meridiana luce (nullo intuentium diſpendio) roris nube temperatum conſpicitur. *Vbi apparet, doctrinam Eccleſiæ, & ſi ſit magna: neminem tamen offendere: temperatè enim proponitur.*

CXVIII.

THEODORET. *Com. in Dani. Ad illa verba, quę tres pueri cap. 3. inter alia Deo dixerunt orantes, antequam mitterentur in fornace*: Sicut in holocauſto arietum, & taurorum, & ſicut in millibus agnorum pinguium ſic fiat ſacrificium noſtrum, &c. *ait*: Cum enim tua lex, inquit, conſueta ſacrificia tibi offerri non permittat pro arietibus, tauris, & agnis, contritum tibi, & humiliatū cor offerimus, & ſupplices petimus, vt hæc tibi ſint omni ſacrificio gratiora. *Vbi, qui ſe impeditos viderint, nè faciant, aut audiant ſacrum habēt, quod Deo offerant ſacrificium.*

CXIX.

OLEASTER *Com. in Eſai. Ad illa verba Ezechiæ cap. 39.* Bonum verbū Domini, quod loquutus eſt. Et dixit: Fiat tantum pax & veritas in diebus meis: *ad mores poſtquā reprehēdit eos Patres, qui ſola ſua curant, non ea quæ futura ſunt filiorum: ait ſic*: Cum tibi moriendum erat, fleuiſti, & oraſti: modo filiorum & nepotum tuorum miſeriam, ſeruitutem, nihil curas: nō ſic ille qui orabat Pſ. 121. Propter fratres meos, & proximos meos, loquebar pacem de te: Et etiam Chriſtus apud Ioan. 17. non ſolum pro eis rogo, ſed pro eis etiam, qui in me per verbum eorum credituri ſunt.

CXX.

S. *AMBR. lib. 1. cap. 7. de Iacob & vita beata afferens ſupradictum locum, Ezechiam ſic excuſat*: non vtiq; iuſtus Ezechias ærumnam captiuitatis in filios incidiſſe gaudebat, ſed voluntati Domini obuiare non poterat, & ideò mandata eius æquanimiter accipiebat vt ſeruus.

CXXI.

LYRA *Poſtil. ibidem ſic Commentatur*: Fiat tantū pax, recognoſcendo in hoc beneficiū diuinū, de prædicta pœnæ dilatione.

CXXII.

S. *THO. Com. in Hierem. Ad illud cap. 4.* Aſpexi terram, & ecce vacua erat, & cœlos, & non erat lux. *ait*: Et non erat lux, vt videbatur afflictis, quibus omnia videntur tenebroſa.

CXXIII.

THEODORET. *prout in Glo. Ad illud Dan. 2. quando vocatus vt ſomnium Nabuchodonoſor explanaret inter cætera de Deo encomia, ait*: Et nouit in tenebris conſtituta, & lux cum eo eſt: *dicit*: In omnibus grati animi præſefert probitatē, hymnumq; conuertit, argumentum nactus ſomnij inuentionem. *Vbi apparet, Sanctos nullam inuenire occaſionem, ex qua, hymnos in Dei laudem non componant, & cantent.*

CXXIV.

RVPERT. *ABB. Com. in Habacuc. Ad illa verba cap. 3.* In luce ſagittarum tuarum ibunt in ſplēdore fulgurantis haſtæ tuæ. *Intelligens per ſagittas, & haſtam* Domini, *eius ſupplicia: ait ſic*: In luce ſagittarum tuarum, & in ſplendore iuſtitiæ tuæ, quæ eos ad hoc corripuit vt emēdaret, ambulauit populus tuus te timens, te diligens, & magnam tui admirationem habens. *Vbi apparet, diuina ſupplicia non ſolum pœnam præteritorum, ſed lucem, & correctionem ad futura ſecum afferre, ſaltim, vt in hoc caſu. alios punit, alios illuminat percuſſorum exemplo.*

CXXV.

THEOPHILAT. *Com. in Oſe. 6. Ad illud*: Dolaui in Prophetis occidi eos in verbis oris mei & iudicia tua, quaſi lux egredientur. *ait*: Ego nō intermiſi congruenti prouidentia dignari, adeò vt ex Prophetis meis quos vobis adhortatores miſi cauſa mortis extiterim: hoc enim denotat (occidi) Et quoniam dedi ipſis verbū oris mei, vt vaticinarentur, videor eos occidiſſe. Atq; etiā

ſi

ſi cunctos dederitis neci, non potuiſtis tamen irrita facere, quæ de vobis illi præcinuere, quominùs iudicium meum, ceù lumen effulgeat: patiaminiq; omnia, quæ illi dixerunt. *Vbi Prædicatores aduertant, munus prædicationis ſibi iniunctū à Deo, non eſſe aliud quā mors, qua ab ipſo Deo deſtinantur: impÿ autem non putent, quod mortuis Prædicatoribus euadere poſſint, quæ ab illis comminati ſunt pati mala.*

CXXVI.

RVPER. *Abb. Com. in Miche. ad illa verba c.7.* Nè læteris inimica mea ſuper me, quia cecidi: conſurgam, cum ſedero in tenebris Dominus lux mea eſt: *quæ verba ſunt Iudææ captiuæ dicta ſibi inſultanti Babyloniæ: quærit, quando Iudæa lucem Domini in tenebris captiuitatis lucem Domini videlicet, ad quam ſurgere ſe pollicebatur. & ait ſic:* Vbi nanq; filij Iuda captiuitatis, & mæroris tenebras ſubierunt, humiles, & contemptibiles facti in conſpectu Babyloniorum. Ecce Dominus lux eorum fuit, lux illuminans lucernam per gratiam propheticam, quam poneret ſuper candelabrum, vt luceret omnibus, & Regis Nabuchodonoſor, & omnibus, qui in Regno ipſius erant, aduerſarijs quidem eorum ad confuſionē, & opprobrium, ipſis autem ad conſolationem, & gaudium. Danielem loquimur, & ſocios eius, quorum illuminationis hoc initium fuit, quod ſomnium Regis, & interpretationem eius, ipſis orantibus, Danieli reuelauit, quæ prima cauſa illis extitit conſolationis, & honoris, in tantum vt Rex Nabuchodonoſor caderet in faciem ſuā, & Danielem adoraret, qui & hoſtias, & incenſū præcepit afferri, vt ſacrificaretur ei. Tunc in ſublime illum extulit, & munera magna, & multa dedit ei, & conſtituit eum Principem ſuper omnes Prouincias Babylonis, & perfectum Magiſtratuum ſuper cunctos ſapientes Babylonis. Daniel autem poſtulauit à Rege, & conſtituit ſuper opera Prouinciæ Babylonis, Sidrach, Miſach, & Abdenago. *Vbi apparet, bonis oppreſſis tunc Domini lucem illucere, cum ad dignitatem ſumma ſumuntur boni, qui & alios bonos ad coadiutores etiam aſſumunt; tunc enim confidenter ſibi eouſq; inſultantibus, ac prædominantibus impÿs dicere poſſunt,* Conſurgam Dominum lux mea eſt.

CXXVII.

S. *GREGENTIVS Archiep. Tephrenſis Diſputatione cum Herbano Iudæo; per lucem intelligit aduerſitates, & per tenebras, proſperitates; Nam exponens illa verba Eſai. 10.* Et erit lumen Iſrael in Ignem, & ſanctus eius in flamma, & ſuccendetur, & deuorabitur ſpina eius. *quæ verba ille ſic legi:* Erit lux Iſraelis tanquam ignis, & ſanctificabit ipſum in flamma ardenti, &c. *ait ſic*: Nempè anguſtiam, quæ fuit in captiuitate, atq; in terra aliena vehementiſſimum domicilium, & vituperiū gentium, & dolorem, & afflictionem, & metum, ac terrorem mortis, quem Rex Aſſyriorum incutiebat, & captiuitatem ipſorum, & peregrinationem, quam captiui in terra aliena ſuſtinuerūt egentes, lucem caſtigationis, ſiuè emendationis, quæ neceſſariò interna abſumit, tropicè ſignificauit. Siquidem in terra ſua, in requie cum eſſent, obtenebrabantur, & intrepidè peccabant.

CXXVIII.

HVGO *Card. Poſtil. ibi, ſequens illud Rabbinorū, ſ. quod ignis ille, quo Angelus Dominus percuſſit Aſſyrios corpora conſumpſit armis integris remanentibus in præda filÿs Iſrael; myſticè ſupradictum locum ſic explanat*: In hoc facto incendium peccatorum ſignificatur: quibus dicetur: Ite in ignem æternum: Mat. 25. Et ſicut corpora Aſſyriorum combuſta fuerunt: ſed ſpolia remanſerunt: ſic reprobi igne ęterno comburentur: ſed exempla eorum remanent ad inſtructionem iuſtorum. Vndè Num 16. Præcepit Dominus thuribula Chore, & Dathan abſortum à terra, produci in laminas, & affigi altari, in ſignum, & monimentum filijs Iſrael. Prou. 19. Peſtilēte flagellato paruulus ſapientior erit.

CXXIX.

OLEASTER *Com. ibid. ſupradicta verba aliter intelligit, nempè dicta fuiſſe reſpectu eiuſdem populi, quando percuſſit Deo adiuuante exercitum Regis Aſſyriorum. & ait ſic:* Vide rerum viciſſitudinem. Fuerat Aſſur lignum, quo percutiebatur Iſrael, nunc verò eſt lux Iſrael in ignem, & conſumit ſyluam lignorū, quibus percuſſus eſt. *Vbi impÿ potentes, qui re vera ſicut Aſſur, virgæ furoris Domini ſunt, aduertant, quomodo Sanctos, qui lumē, & luces ſunt percutiunt: ab illis enim exiet ignis, quo cremabuntur. Hoc dicit ad mores.*

Dixitq; Deus: Fiat Lux.

CXXX.

OLEAST. *Idem ibid. ad litteram aliter exponit: & ait ſic:* Locus intelligendus eſt de combuſtione facta à Deo in exercitu Sinnacherib tẽpore Ezechiæ: quando Deus, qui eſt lux Iſrael, fuit ignem, ad Aſſyrios comburendos. *Vbi apparet, Deum, & iuſtis lucem, vt illuminet, & lætificet, & impijs ignem in combuſtionem.*

CXXXI.

S. HIER. *Com. ibi ſic:* Lxx Succidi Prophetas veſtros .ſ. pſeudo, vt qui cauſa erroris fuerant proſpera promittentes, occiſi fierent cauſa ſalutis. Et nè diceretis, Prophetis credidimus; etiam ipſos occidi, vt vobis tolleretur occaſio peccandi. *Vbi apparet, mortes Prædicatorum adulantium eſſe à Deo in populi vtilitatem.*

CXXXII.

LYRA *Poſtil. in Eſai. Illud cap.* 5. Aſpiciemus in terram, & ecce tenebræ tribulationis, & lux obtenebrata eſt in caligine eius. *Sic commentatur:* Aſpiciemus terram: præ confuſione non potentes oculos ſurſum leuare, & aſſociat ſe Propheta cum eis, eò quod erat pars illius populi, quamuis mortuus fuerit diù antè iſtã captiuitatem, .ſ. tẽpe Manaſſe Regis. Et lux obtenebrata eſt in caligine eius, quia tribulatio illius captiuitatis fuit tanta, quod tota gloria, quę fuerat in populo Iſrael, videbatur ſimpliciter extincta. *Vbi apparet Sanctos percuti à laboribus, quos patiuntur ſui, etiã in futurum patiendis.*

CXXXIII.

S. CYRIL. *Alexandr. Com. in Eſai. Ad illud c.* 58. Cùm effuderis eſurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt ſicut meridies: *notans, quomodo iam ſupradictum eodem cap. remaneret:* Cùm videris nudum, operi eum, &c. Tunc erumpet quaſi mane lumen tuum. *ait:* Egregia præcepta, & documenta, etiam ſi ſæpè dicantur aliquibus, habẽt tamen vtilitatem. Scribit ſiquidem Paulus ſapientiſſimus his, qui per ipſum crediderunt: Eadem ſcribere vobis, mihi quidẽ non moleſtum, uobis autem tutum: Multipliciter itaq; ad eandem recurrit orationem, dum ueræ laudis vias aperit, & dandorum Sanctis premiorum, ſplendorem enarrat: quo adhuc incitatiores redat eos ad faciendum illa, ex quibus ſuſpici, & in veneratione haberi poſſint, & munificentiam eius, quæ ſuperna eſt aſſequãtur. *Vbi apparet, non eſſe defectum prædicantium eadẽ, ſi bona, & vtilia, ſæpè ſæpius repetendo prædicare.*

CXXXIV.

HECTOR *Pinto Com. in Dan. Ad illud cap.* 2. Et lux cum eo eſt: *ait:* Ipſe tamẽ Deus lux eſt. imò vt pulchrè obſeruauit Baſilius, prima vox Dei lucis naturam creauit: In Mundi principio dixit Deus: Fiat lux, &c. Et præclarè quidem. Vndè enim vox Dei, quæ eſt ipſa lux debuit in ſcripturis incipere, niſi à luce? Vndè debuit Mundi ornatus exordium ſumere, niſi à claritate? Quemadmodum ſi pulchra, ac nitida tabula admirabili artificio picta in ſpelunca quadam ſit collocata, vbi nunquam vlla ſit lux, imò ſumma tenebrarum obductio, nihil vtilitatis affert, nihil iucunditatis: ita ſi mundi machina tanta creaturarum varietate depicta, tot pulcherrimarum rerum ornamenti, decorata eſſet omni lumine pænitùs deſtituta, ac tetris tenebris operta, quid commodi ſecum haberet? quod fructus, quid oblectationis. *Vbi myſticè apparet, per Prædicatores manifeſtari Eccleſiæ pulchritudinem.*

CXXXV.

RVPER. *Com. in Zachar. Ad illud cap.* 14. Et erit in die illa non erit lux, ſed frigus & gelu. *intelligens de vltimo die, nempè Iudicij reſpectu impiorum; ait,* Quomodo autem tunc effugietis, qui nunc fugitis, ſi non erit lux, ſed frigus & gelu? Quale eſt fugere in gelu & frigore, & fine luce? Igitur fiet vobis ſicut in Pſal. 34. Spiritus iuſto iudicio concedens, dicit: Fiat uia illorum tenebræ & lubricum, & Angelus Dominus perſequens eos.

Ex Epiſt. Apoſt.

CXXXVI.

IACOB. *Naclant. Com. in Epiſt. Rom. ad illud cap.* 11. Et Dauid dixit: Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum: *Poſtquã litteraliter ſic de Iudæis explanauit:* Hoc eſt ſacra Scriptura, qua debuerant paſci, refocillari, nutriri, quæ coram ipſis eſt poſita, & varijs ac præcioſis epulis, vitalibuſq; cibis inſtructa, in laqueum, quo nõ ſecùs, ac bruta ligentur, quin & ſuſpendantur. *In obſeruatione ſic ait:* Obſeruandum ex particula, Fiat menſa eorũ coram ipſis in laqueum, vt tali pacto, ad menſam ac-

Dixitq; Deus : Fiat Lux.

accedamus ſacræ Scripturæ, nè cedat nobis in laqueum, quemadmodum ceſſit Iudæis, & quotidie cedit Hæreticis: Quare omnis nauanda eſt opera, vt primũ, illam pia accedamus intẽtione, & per hoc nõ ex curioſitate, vanitate ue aliqua, ſed ex ardore ingẽtiq; deſiderio acquirendæ ſalutis, & per hoc, obſeruãdi quę in illa nobis cõmituntur à Deo: illi ex intimis ſupplicãtes, vt in ſemitam deducat nos mandatorum ſuorũ, quoniam ipſam volumus; quin & cõcupiſcimus mãdata eius ſuper aurum & Topatium, flagitãtes vt Chriſtus, qui eſt ſapientia Dei, ſuo Spiritu nobis aperiat ſenſum, vt intelligamus Scripturas, qui & eſt Agnus occiſus, qui librum aperit, & ſeptem ſignacula eius, quippèqui cum ſcopus ſit legis, & Prophetarum, quæ tanq; in illa continẽtur arcana, valet vnicè reſerare, & cuiuis compertiſſima reddere: deinde & cũ omni accedamus humilitate, haud inſcij, quod plurima in illa cõtẽta ſunt, quæ captum excedunt, & in quibus non expedit quendam ſollicitari; tametſi non deerunt nobis quæ conducunt cuiuſcumq; ſaluti: ſiquidẽ humilibus largitur gratiam, & arcana Dei abſcõduntur ſapientibus huius Mundi: & reuelantur paruulis: Accedamus & fauore Patrum, quandoquidem & ſcriptum eſt Deuter. 32. Interroga Patrem tuum, & dicet tibi, maiores tuos & ãnũtiabunt tibi: fauore inquam, Patrum, hoc eſt, Doctorum, Sanctorum: quoniam Spiritu ſanct. inſpirati locuti ſunt, quos prouidentia Dei adeſſe voluit Eccleſiæ ſuæ ad conſummationẽ Sanctorum, nè velut paruuli circumferamur quouis vẽto doctrinæ in nequitia hominum: Et demũ ſubijciamur ſenſui, & interpetratione Sacroſanct. Eccleſiæ; vt quæ eſt columna veritatis, immo & os Chriſti ſponſi, quo non ſolum hominibus loquitur veritatem, ſed & Angelis multa per illam patefacit arcana, vt Paulus ad Epheſ. 4. docuit. Ergo vt ad menſam hanc reſideamus intrepidi, vtq; Sacroſãctis paſcamur edulijs, his comitibus accedendum eſt, & ingredientes, & egredientes epulabimur, reficiemurq; non ſolum pro nobis, ſed aduerſus omnes qui tribulant nos.

CXXXVII.

CAET. Com. ibi ſic: ſacra enim Scriptura quæ data eſt Iudæis ad fomentum Fidei, ad illuminandum eos circa credenda, verſa eſt propter peccatum Iudæorum illis in laqueum ligantem eos, nè credant Meſſiæ: *Addatur quod Sanctus Auguſt. Tract. in Pſal. 55. pro ũt Beda in compend. Rom. 11. refert.* Quare ergò coram ipſis, ſufficeret fiat me ſa eorum in maſcipulam: ſunt tamen tales qui iniquitatem ſuam nouerunt, & in ea pertinaciſſimè perſeuerant: coram ipſis fit muſcipula eorum, ſed tantum valet animi præſumptio, vt coram ipſis muſcipula ſit, & incidant in eam: *Addatur etiam illud Claudij Guilliandi, Com. ibi*: Harum horribilium pœnarum comminatio nos admonet, nè contemnamus Euangelium, ne in tales pœnas incidamus.

CXXXVIII.

S*ATHAN. Comm. in Epiſt. Ad illud Rom. 7.* Vt fiat ſupra modum peccans peccatum per mandatum. *Subtiliſſimè reſpondet dubio hic incitato, nempè, quomodo per legem gratię fit peccatum peccans ſupra modum: ait enim illud (Fiat) idem eſſe, quod (appareat) & ſic ſe explicat, & S. Apoſtol.* Hoc verò peccatum patuit per mãdatum legis; nè ſecus, ac morbus ſolet, qui cum medicorum medelis, & cura fiat deterior: malam ſui habitudinem dicatur præferre: quandoq; medentis arte nihil profecerit *Vndè Prælati non debent ceſſare ab impoſitione præceptorum, etiam ſi mala per ea probibita ceſſare non videant: ſaltem vt malitia dignoſcatur vitij, quod tot medelis nihil proficere videatur.*

CXXXIX.

S*. AMBR. Com. ibi ſic*: Quid eſt ſupra modum, quaſi datus ſit modus delinquentibus, cum peccare non liceat: ſed Dei verba ſunt dicentis: Non ſunt completa peccata Amorreorum, per quod oſtendit menſuram quandã eſſe delictorũ, quam cũ impleuerint peccatores vita digni minimè iudicantur: ſicut & Pharao qui iſtũ modũ compleuerat, Dei virtutes & ſigna in illum oſtẽſa ſunt, per quæ cœteri territi ad emolumenta vitæ ſe exercerẽt, vt in mortuo vita diſcatur: *Vbi apparet, in deſperatis facere Deum anotbomiam per ſupplicia, quatenùs indè alij ſalutem emendationis, vel cautbela accipiant, & vnuſquiſq; in quolibet peccato committendo attendat, an ſit ibi præfixus modus ſibi præmiſſus peccandi.*

CXL.

D*IONYS. Cart. Enar. ibi ſic*: Vt fiat ſupra modũ peccans peccatum per mandatũ .i. actuale peccatum ex fomite naſcens, quo Deum of-

ſen-

Dixitq; Deus: Fiat Lux.

ſendimus modum excedens per mandatum. Nã idem peccatum lege accedẽte grauius eſt quã antè, & quod ante erat tantummodo peccatum, ſeu culpa, poſtmodum etiã præuaricatio eſt, hoc eſt diuinæ legis tranſgreſſio: Propterea fit ſupra modum peccans peccatum, quia diuerſis de cauſis diſplicet Deo, & varijs modis aduerſatur iuſtitię.

CXLI.

I*ACOB. Naclant. Enar. ibi: alia via ſoluit dubium ſupra poſitum. nempè quomodo peccatum peccans per legem fit ſupra modum. nimirum, quia cum non ſolum à nulla alia lege vim patiatur vt peccet, neq; à diuina faueatur immò contradicatur, propriæ malæ voluntatis incentiuo diuinum trãſgreditur mãdatũ: ſic enim ait.* Fiat ex ſuimet excitatione, puerſoq; ingenio, ſupra modum ſibi à natura permiſſum paſſim, & vndiq; prauis affectibus ſcatens p mãdatũ, ſumpta occaſione, illi omni virili reſiſtẽs, vt quod libidini illius non faueat, ſed illam è regione prohibeat: *Et antea ſic:* Vim lege non ſuppeditante, ſed ipſo propriã iniquitatẽ ſpargẽte: *Vbi apparet, per nullum ſic oſtendi immpetũ peccati, quam per grauitatem præceptorum quæ homo lege contradicente ex propriæ malæ voluntatis incentiuo motus perpetratur.*

CXLII.

P*ETRVS. Lombard. Com. ibi: per peccatum ſupra modum peccans, intelligit diabolum: qui, inquit,* Qui incenſus eſt iracundia contra hominem, & contraria, atq; illicita illi ſuaſit, quia ei vidit à Domino prouideri: *ſic autem verba Apoſt. comm.* Vt peccatum fiat peccans, hoc eſt peccare faciens ſupra modum, .i. pluſquam antè, & hoc per mandatum, quo dato magis inſtitit, vt hominem grauioribus pœnis ſubijceret.

CXLIII.

S. *IOAN. Chryſ. Hom. 30. in Rom. 15. Ad illud, q Apoſt. profecturus Hieruſalem prædicaturus, et Sãctis ibi degentibus ſubſidium, quod collegerat portaturus, ait:* Obſecro vos Fratres per Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ, & per charitatem S. S. vt adiuuetis me in orationibus veſtris pro me ad Deum, vt fidelibus, qui ſunt in Iudæa, & obſequij mei oblatio accepta fiat in Hieruſalem Sãctis, *ait:* Magnum illi certamen propoſitum erat, vndè & illorum preces implorat: non dicit autẽ, vt ad conflictum committar, ſed vt liberer, quẽadmodũ Chriſtus iuſſit Mat. 6. Orate nè intretis in tentationem: Hæc verò dicens, ſignificat malos quoſdam eſſe lupos moleſtos ſibi & inſidiãtes, magiſq; feras rabidas, quã homines, Ex hoc verò aliud inſtruit, nimirum vt oſtendat, quã iuſtè miniſterium hoc Sanctis miniſtrandũ ſuſcepetit, ſiquidem tot adhuc & tanti errant in Iudæa increduli, vt pro ſe orari velit, quo ab illis liberetur. Igitur, qui in medio tantorum hoſtiũ viuebant, quid aliud erant quam fame perituri, niſi aliundè iuuarentur? Neceſſariò igitur aliundè illis afferebatur. Vtq; miniſterium hoc accẽptũ ſit Sanctis. Hoc eſt vt grata ſit victima mea, vt cum alacritate, quæ grata ſunt ſuſcipiantur. Vides quomodo rurſus dignitatem ſuſcipientiũ extollat, ſiquidem tantis precibus agendum, vt quæ mittuntur ſuſcipiant? Ex hoc verò aliud quiddam oſtendit, nempè, quod nõ ſufficit eleemoſynam dediſſe, ad hoc vt accepta ſit. Quando .n. ex neceſſitate quis, & coactè, quando ex iniuſtitia, quando ex vanæ gloriæ ſtudio eleemoſynam tribuit petit omnis fructus.

CXLIV.

I*ACOB. Naclant. Enarr. ibi aliò ducit has Apoſtoli imprecationes: nempè vt liberari ab impijs tantũ reſpiciat, nè ſua impietate impedirent quin iſtæ eleemoſynæ peruenirent, abſq; vlla dilatione ad Sanctos. ait enim ſic:* Vt obſequij mei oblatio, quam delaturus, ac pauperibus diſtributurus ſum, accepta ſit in Hieruſalem, vt quæ nulla ſit perſecutione remorata, aut impedita, ſed opportunè, ac hilari animi excipiãtur ab eis. *Vbi apparet, eleemoſynam eo maiori hilaritate ſuſcipi, quo opportunè fiunt. Addatur quod noſter Doctiſſimus Nicol. Gorran. Com. ibi ait:* Vt libeter ab infidelibus, qui ſunt in Iudæa: nè quod defero auferant.

CXLV.

N*ICOLAVS de Gorran. Com. ibi ſic:* Fiat accepta Sanctis &c. ideſt ſufficiens eorum indigẽtiæ ſupplendę: vel fiat accepta ideſt eis grata, ita per hoc charitatem meam erga ſe intelligãt: Ambr. Magnus profectus ei cuius miniſterij multi Deũ laudant: *Vbi apparet, inſufficiens, etiam ex charitate factum, non eſſe gratum ſuſcipienti: hoc debet militare in conceptu largientis, non in animo ſuſcipientis: quando non debetur ex iuſtitia: Addatur quod Claudius Guilliand. ait:* Vt ipſi cũ alacritate & gratiarum actione recipiant quæ illis offeram: *Vbi apparet*

pa-

Digitized by Google

Dixitq; Deus: Fiat Lux.

paret, pios in ſuis elemoſinis factis & faciendis ſolũ appetere ſufficientiam ſubueniendorũ, & gratias inde exhibitas Deo: Addatur etiã illud Angelici Doct. Cõ. ibi: Scilicet vt ex hac prouocetur ad gratias agẽdum Deo, vt ad orandum pro ipſis gentibus, à quibus recipiebant: Ecclẽs. 31. Splendidum in panibus benedicent labia multorum.

CXLVI.

S. ATHAN. *Com. in 1. Cor. 3. ad illud:* Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſæculo, ſtultus fiat: *ait:* Aduerte autem, quemadmodum non ſapientiã deponat hic dixerit: ſed fiat incipiens: qeod longè eſt maius: Hoc eſt, nullã exiſtimes habere ex te rerum diuinarum cognitionem, neq; proprijs confidas cogitatibus: ſed in bruti animantis morem, & minus ſagacis, Deum ſequere: nihil hærẽs, nihil dubius: quin omnibus illi in rebus fidem præſtabis: *addatur quod Poſtil. ibi, tenens idem, ait Hugo Card.* Et dicat cum Pſalmiſt. 72. vt iumentũ factus ſum apud te: Luc. 19. Zacheus aſcendit ſuper ficum fatuam vt videret Ieſum: ideſt ſuper Dei ſtultitiam.

CXLVII

S. ATHAN. *Com. in 1. Cor. 8. ad illa verba:* Videte autem nè forte hoc licentia veſtra offendiculum fiat infirmis: *Quæ verba Apoſtolus dixit contra aliquos, qui comedenant de carnibus immolatis, dolis allegabant ſibi minimè nocere poſſe talis comeſtio, quia ſapientes & docti erant, neq; aliquid diuinum in idolis eſſe putabant: aduertẽs quod Apoſtolus primò dixit:* ſed in omnibus eſt ſciẽtia: nũc dicit nè fortè hæc licentia veſtra: *ait:* Nec ſcientia veſtra dixit, ſed licentia hoc eſt, petulãtia veſtra & tumor infirmiores offẽdit: *Vbi apparet, ſciẽtiã quæ operatur vndè infirmi offendantur, non eſſe ſcientiam, ſed licentiam, petulantiam, & tumorẽ, vel vt ait Chryſ. Homil. 21. ibi:* Et non dixit ſcientia veſtra, quod maioris eſſet laudis: neq; perfectio veſtra, ſed licẽtia, quod temeritatis & ſuperbię, & ſtultitię maioris videbatur: *Addatur etiã quod Ioan. Hoſmeiſter. Homil. 1. ibi ait.* Oportet ergò vt hi ſcioli magis expendant quid expediat, quã quod liceat.

CXLVIII.

S. *Amb. Com. in Epiſt. ad Epheſ. ad illa verba c. 5.* Omnia autem cum obiurgantur, à lumine manifeſtantur, omne enim, quod manifeſtatur lux eſt: *ait ſic,* Verum eſt, quia tunc videntur peccata cum obiurgantur, quia qui peccat, quandiù non corripitur, minimè ſibi videtur peccare. In manifeſto ambiguitas non eſt, neq; excuſari põt, quod palam delictum eſt. Sicut enim apparente Sole die eſſe negari iam non poteſt, ita nec manifeſtato peccato obiurgatio facta videri.

Ex Apocal.

CXLIX.

S. THO. *Com. ibi: Ad illud cap. 18.* Et lux lucernę non lucebit tibi amplius. *ait:* Ideſt ad tuam delectationem. Eccl. 11. Dulce lumen, & delectabile oculis videre Solem, tunc non poterit videri Sol ab eis, quia ſtabit in Oriẽte, vbi creatus eſt, vt dicitur Abacuch 3. Nec deſcendet amplius ſub terra, nè eius lumine perfruantur damnati, vt dicit Iſidorus.

C L.

PANNON. *Complect. ibi ſic:* Nec lucis ſolatia habebunt, denſiſſimis compreſſi tenebris, & clauſi perpetuò horrore carceris inferni: vt qui internam fidei lucem contempſere dum viuerent, poſt mortem in tenebris ſint externis, quos mitti iubet rex in tenebras exteriores, &c. Math. 22.

Finis Noni Text.

Et facta eſt Lux.

I.

S. *GREGORIVS Nyſſenus Hexam. Tenet, iſtam lucem nihil aliud fuiſſe, quam ignis, qui & quia ſupreſſus ab aquis, in viſceribusq; terræ incluſus, & quia ex defectu materiæ, nõ permittebatur ſplendeſcere: Et notans etiam quomodo cum in illa elementorum congerie ita plus in omnibus inuolutus eſſet, quod nulla de illo in illo priori mentio fieret, facta de terra, aqua, & aere, tamen in ipſo primordio rerum ordinationis, & compoſitionis primus omnium diuiſus, ſplendenſq; in vniuerſo apparuit, dicit ſic:* Nam cum vno diuinæ voluntatis motu nuper indiſtincta rerum vniuerſitas ſimul extitiſſet, omniaq; elementa inter ſe concreta, permixtaq; eſſent, ignis vbiq; diſſeminatus erat, obſcuruſq; iacebat, materiæq; in potentia ſupprimabatur. Verum quoniam vis eius velox, atq; agilis eſt, ſimul atq; rerum naturæ ad Mundi conſtiturionem à Deo motus principiũ, atq; incitatio adhibita eſt, antè illa omnia (quæ grauiora ſunt) exiliens, lumine cuncta ſtatim illuſtrauit. *Vbi apparet, moraliter, quod etſi pij, & virtuoſi in rerum confuſione à malis ſuppreſſi, & quia non occupantur, deliteſcant, obſcurèq; hic, illicq; diſſeminati; tamen vbi primo (Deo diſponente) res ad ordinem redigi incipiunt, cæteris retromanentibus (vt craſſioris ingenij) ipſi ſuper æthera volant, ſplendenteſq; eminent.*

II.

H*VGO de Sancto Victore de Sacram. lib. 1. p. 1. cap. 9. Ad illam quæſtionem, nimirum, in qua nam Mundi parte iſta primo creata lux apparuerit: dicit ſic:* Cum qua (quia dies prima exorta eſt) ego crediderim magis illam, quando facta eſt, apparuiſſe vbi Sol quotidiano curſu circũuectus oriens emergitur, eodem tramite circuncurreret. *Vbi non ineptè probatur conuenientia aſſertionis illius dicentium Beatiſſimum Baptiſtam in manus Beatiſſimæ Virginis natum fuiſſe. Conuenientiſſimũ enim erat, vt ibi appareret iſta lux Solem diuinum præcedens, & eius vices antè gerens, vbi idem Sol ortus emergens apparuit poſtea. Neq; Sanctus Pater videtur ablongari ab allegoria, ſiquidem infra ibidem cap. 12. accumulans ſimilitudines ad probandam conuenientiam, vt Solem iſta lux præcederet: ait:* Sic lex præceſſit gratiam, ſermo, ſpiritum. Sic præcurſor Ioannes Chriſtum, lux lucem, lucerna Solem.

III.

S. *DROGON lib. 1. de Sacramento* Dominicæ *paſſionis. Conſiderans in hoc ſtatu terræ ſupra huc vſq; deſcripto; deſcriptum etiam pœnitentem nuper à peccati nihilo egreſſum in perſona eiuſdem ſic clamat ad Deum:* Quare in anima mea opus hoc non operaris? Anima enim mea inanis, & vacua eſt, & tenebræ ſuper faciem abyſſi. Dic, vt fiat lux: & fiet. Iam creaſti eam, vt aliquid fiat; crea eam, vt lux ſit. Dic vt fiat lux, & fiet lux. Hoc opus & in Lazaro, & in Paulo operatus es. Illius facies ſudario ligata erat; quia tenebræ erant ſuper faciem abyſſi: huius ab oculis tanquam ſcamæ ceciderunt, vt reuelata facie gloriam Domini ſpecularetur: Quæ cor meum aſſiduè coram te faciunt dormitare. Per has Apoſtoli, & in agone tuo dormitabant, erant enim oculi eorum grauati. *Vbi apparet, pœnitentem non debere ſatisfieri, ex eo, quod de peccato ſe videat, quaſi denuò recreatũ, niſi nouam lucem à Deo poſtulet, quatenus de confuſione præteritæ vitæ omninò exire valeat: aliàs dormitabit, & dormiet iterum in ſuis tenebris.*

IV.

H*VGO Card. Poſt. in Ezech. ad illud c. 3.* Vt adamantem, & vt ſilicem de faciem tuam: nè timeas eos; neq; metuas à facie eorum. *Aſſert quandam doctrinam congruentem cuidam digno notando in noſtro textu. Nimirum ſolum de luce in peculiari dici facta exiſſe à manu opificis: nam cætera tantum in genere facta prædicantur, nempè:* Et factum eſt ita. *Nullo in peculiari nominato ſicut hic* Et facta eſt lux. *Ratio litteralis eſt: quia (vt patet in ſequentibus) nulla creatura creata fuit, quin poſtea per aliam perficeretur. Cœlũ luminaribus, aer auibus, terra plantis, & animalibus, aqua piſcibus poſtea perfecta facta fuerunt: Lux ſola alieno non indiguit ornatu, neq; perfectionem mendicata eſt:* Facta eſt lux. *Myſticè; ſic conuenit fuiſſe Prædicatores Euangelicos (qui lux ſunt Mundi) tam perfecti, quod nullo indigerent. Nam non minus eos reticeri à veritate cogit indigentia, quam puſillanimitas. Hæc ſunt* Hugonis *verba ad textum Prophetæ:* Dedi tibi gratiã, quod non propter honorem tibi exhibitum ab auditoribus refrenetur lingua ex verecundia, & nè propter deſpectum eorum taceas ex infirmi-

Digitized by Google

Et facta eſt Lux.

nitate. Adamas enim in auro poſitus, non eleuatur, nec indè gaudet. Silex conculcatus, non ſentit, nec contriſtatur. Illud Eſai. 27. Non ſum turbatus te paſtorem ſequens, Ecce Silex. Et diẽ hominis, non deſideraui. Ecce Adamans.

V.

S. *AVG. lib. 1. cap. 11. Contra Aduerſarium legis, & Prophetarum, qui irridebant Chriſtum Dominum veram eſſe lucem, qui illuminat omnem hominem: arguit inter cæteros textus dicens:* Et illumina oculos meos, nè vnquam obdormiã in mortem. Neq; enim hoc orabat homo vtiq; mortalis, nè vnquam corpore moreretur, aut corporalibus oculis ſomnus nè veniret optabat, ſed eos vtiq; oculos ſibi illuminari petebat: de quibus Apoſt. dicit Epheſ. 5. Illuminatos cordis veſtri. *Vbi apparet, duo eſſe impoſſibilia, & impetrabilia, non mori ſ. & non dormire corporaliter.*

VI.

MAGIST. *lib. 2. ſent. diſt. 13. Nõ acquieſcit opinioni illorum, qui dicunt, hanc primo creatam lucẽ conuerſam in Solis ſubſtantiam omninò deperiiſſe; & ad argumentum in contrarium, nimirum non apparere, neq; videri ſiquidem non aliam videmus lucem, quam Solis, & luminarium, dicit ſic:* Põt dici in ea parte cœli eſſe, in qua Sol eſt: non qđ ipſa ſit Sol, ſed ſic ſit ei vnita, vt diſcerni non valeat. *Vbi apparet moraliter, quam præiudiciale ſit Magnatibus approximare. Opprimunt enim maieſtatis ſuæ ſplẽdore omne decus, & apparentiam inferiorum, & minorum ſibi vicinantium, ita vt videri minimè poſſint. Non ſic diuina maieſtas ſecundum illud Lucæ 9. vbi poſtquam Euangeliſta dicit faciem Chriſti Domini apparuiſſe ſicut Sol reſplendentem, addit ſic,* Erant autem Moyſes, & Elias viſi in maieſtate. *Nuſquam enim diuinæ maieſtatis approximatio humanam ſuffundit, quin apparere & videri non valeat.*

VII.

HVGO *de Sancto Victore lib. 1. par. 1. cap. 15. referens diuerſas opiniones, circa quidnam factũ de iſta luce, cùm hodie nullam aliam ſciamus lucem, preter quam ea, quæ eſt in luminaribus, quæ quarto die fuerunt creata, dicit ſic:* Alij dicunt diſperſam per ampla aeris ſpatia vim lucendi, & illuminãdi amiſiſſe: *Vbi moraliter erudiuntur magiſtri & litterati (q. luces ſunt mũdi) nè per aeris vanitatẽ diſpergantur, ſed ſe intra ſe colligant, nè vim lucendi & illuminandi amittant: ſicut accidit quamplurimis, etiã ex primarijs Eccleſiæ.*

VIII.

HONCALA *Com. in Geneſ. Poſtquam, vt inquit, cum Beato Ambroſio notauit ſimplicitatem verborum, quibus Deus lucem fieri iuſſerit: cui protinus correſpondit facta talis & tam ampla lux, etiam ex ore eiuſdẽ Sanct. Ambroſ. dicit ſic:* Plena vox luminis non diſpoſitionis apparatum ſignificat: ſed operationis reſplẽdet effectu: *Vbi moraliter Prælati habent documentum vt eorũ præcepta, & cõciones, & doctrinæ ſint plena lumine, & magis effectiuæ, quam diſpoſitæ, & apparatæ.*

IX.

LAVRENTIVS *Iuſtinian. Sermo. in feſto SS. Innocent. ſic:* Legimus enim in creatione Vniuerſi ſic ſcriptum: Dixit Deus: Fiat lux: & facta eſt lux: & ſic de cœteris, quæ enarrare longum eſt: cœterum quum illi omnia ſuppetat, poſſe quum vult, rariſſimè tamen in ſpirituali diſciplina & perfectione virtutum, quempiam cõſumatum effecit, ſine diuturna, laborioſaq; exercitatione.

X.

HVGO *de Sancto Victore de Sacrament. lib. 1. part. 1. cap. 9. afferens hunc locum dicit ſic:* Si autem quæritur qualis hæc lux fuit, corporea, an incorporea; Quantũ ego arbitror, rectiſſimè reſpondetur, corporalibus rebus, & inuiſibilibus illuminandis, nonniſi lucem corpoream cõgruere potuiſſet: *Vbi moraliter apparet, gubernãdis hominibus (qui totaliter ſpiritualibus cõtemplationibus non vacant) non eſſe congruũ præponi Prelatos merè ſpirituales.*

XI.

S. *GREG. Nyſſen. Hexam. ſic:* Simul igitur cũ reliquis rebus omnibus generata eſt lux; ſed nõ extemplo rebus omnibus preluxit, quãdiù partes obſcuræ vim eius illuſtrem impediuerũt: At ſimulatq; ratio conceſſa eſt Deo, ignea vis illuſtrandi præfulſit omnibus, ſibiq; naturæ leuitate, ac mobilitate facta via proſiluit: At tunc quidẽ vniuerſa in ſe coacta Mundum obibãt: mox autẽ proprijs partubus in ea, quæ ſibi cognata coniũctaq; erant, diuiſa eſt: *Vbi moraliter apparet, non deeſſe in Republicis & cõmunitatibus, viros doctos, ſed non apparent, quia non permittuntur, qui habita exeundi in luce facultate, per ſe ſine alterius vllius ful-*

Et facta eſt Lux.

fulcimento ſublimantur, & *ad modum lucis,quę in Solem,Lunã,Stellas,quaſi partubus diuiſa fuit, quã-plurimos ſibi ſimiles in ſcientia,& virtute,diſcipulos faciunt,& erudiunt , quibus deinceps communitates illuſtrantur: dicitur tamen lux tunc creari,quia tũc lucere incæperit.*

XII.

S. *BASIL. Hexam. Homil. 2. notans tam abſolutũ effectum protinus ſubſequentem diuinam iuſſionẽ dicit ſic* Vbi præcipit omnipotẽs virtus,mox ſeruit effectus: *Vbi moraliter apparet, inobedientias, maxima ex parte prouenire ex infirmitate præcipiẽtium,qui vel ex defectu potentiæ,vel ex negligentia, & remiſſione, remiſſe & non potenter imperant.*

XIII.

R *VPER. Abb. in Ezechi. lib. 1. cap. 13. Ex horum verborum tenore , quæ combinat cum illis Ioan. 1.* Omnia per ipſum facta ſunt: *Oſtẽdit vnionem veteris & noui teſtamenti: nam ad illa verba Prophetæ cap. 1.* Cumq; ambularent animalia,ambulabant pariter & rotæ,iuxta ea, & cum eleuarentur animalia de terra, eleuabãtur ſimul & rotæ: Quocunq; ibat ſpiritus, illuc eunte ſpiritu,& rotæ pariter leuabantur ſequentes eum: ſpiritus enim vitæ erat in rotis. *Intelligens per quatuor animalia,quatuor Euangelia, & per rotas,legem, & Prophetas dicit ſic*: Ita ambulantibus,& ita eleuatis animalibus,pariter & rotæ ambulabũt, & pariter eleuantur; quia,videlicet, quocunq; pergit Euangelium Chriſti: lex & Prophetæ comitantur. Neutrum quippè ſine altero cuiq; ſuſcipere conceditur,& quantumlibet vicem habeat corticem litteræ lex, æquali cum Euangelio maieſtate honoratur,& glorificatur in uno,eodemq; ſpiritu *Ponenſq; exemplum proſequitur:* Quis enim dignè ſuſcipiens illud de Verbo Dei dictum Ioann. 1. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil : non ſtatim intelligens eadẽ veneratione ſuſcipiat illud de pſal. 148. Quia ipſe dixit, & facta ſunt : ipſe mandauit & creata ſunt. Item illud Moyſi Gene. 1. Dixit Deus: Fiat lux. Et facta eſt lux Dixit Deus: Fiat hoc, uel illud,& factum eſt ita ? Ergò cum euntibus ibãt, & cum ſtantibus ſtabant; & cum eleuatis à terra pariter eleuabantur, & rotæ ſequentes ea. *Concludit autem ſic* : Proindè non putent Iudæi, quod cum animalia hæc abire , & ad gentes ire fecerunt,lex & Prophetę apud illos remãſerint, uel quod cum hæc animalia foris ſtant extra Synagogam ipſorũ,lex,& Prophetæ intus ſunt: quia (ſi uerus eſt hic Propheta ipſorum) cum cum euntibus abierunt, & cum foris ſtantibus animalibus noſtris rotæ iſtæ, de Synagoga illa egreſſæ,ſtant: foris ſtant ſpiritus uitæ, qui & in rotis : & intra ſuam ſynagogam abdita ſola eſt littera, quæ occidit.

XIV.

H *VGO de S. Victore de Sacram. lib. 1. par. 1. cap. 15. Ad hunc locum ſic*: Et ſunt qui quęrãt,quid de illa luce factum ſit,propterea quod iam nulla eius ueſtigia reperiri poſſunt , ex quo Solis claritas illuxit? Alij dicunt diſperſam per ampla aeris ſpatia uim lucendi, & illuminandi amiſiſſe: ſupereſſe tamen ad huc quaſdã tenues reliquias,quæ in ambitu firmamenti intrinſecus huc illucq; ſparſim diligentius intuentibus nocte demonſtrentur: die uerò eas, maiori, nè uideri ualeant,Solis claritate abſcondi. *Vbi habemus clarum thypum aliquarum antiquarum Religionum Templariorum,& ſimiliũ,quæ cùm à principio Eccleſiam ſatis illuminauerint, poſtea per aerẽ vagationem à ſuis egredientes limitibus totam vim lucendi amiſerunt: extinctæq; ſint. Vndè quæ ſtant: videant nè cadant,& intra limites ſuæ clauſuræ,& inſtituti,ſe contineant.*

XV.

H *ONCALA Com. in Gene. Notans iſtam celeritatem,qua ortus lucis deſcribitur; nimirum:* Dixit Deus. Fiat lux. Et facta eſt lux. *Ex mente, vt inquit, S. Ambroſij dicit ſic* : Sicut enim lux ipſa citò cœlum,terram,maria illuminat;& momento temporis ſine ulla comprehenſione rerectis ſurgentis diei ſplendore regionibus, noſtro ſe circunfuudit aſpectui; ita ortus eius citò debuit explicari . *Vbi apparet, principia originis alicuius rei,ſemper eſſe concinentia futuris progreſſibus. Non enim poterit in inſtanti omnia luſtrare,qui tardè in lucem exijt.*

XVI.

S. *AVGVST. lib. 22. contra Fauſtum Manich. cap. 13. qui dicebat, Deum ambulaſſe in tenebris antequam fieret lux,quod probabat,ex eo, quod ſupra ſcriptum eſt,tenebras eſſe ſuper faciem abyſſi: non ſolum eum irridet dicens,* Tanquam nos abyſſum dicamus Deum,vbi tenebræ erant: quia lux ibi non erat,antequàm Deus faceret lucem; *ſed*

etiam

Et facta eſt Lux.

etiam eos conuincit,ex eo,quod confitentes, Deum lucem feciſſe, aſſerere non erubeſcebant, Deum ante in tenebris ambulaſſe.& concludit ſic: Dixit Deus: Fiat lux.Et facta eſt lux. Quam non feciſſet,niſi lucifica lux. *Vbi elucet maximum argumentum prioris,naturaliſq; ſcientiæ Ordinis Prædicatorum, etiam antequam habuiſſet Angelicum Doctorem. Nam talem lucem facere non potuiſſet,niſi lucifica eſſet lux. Puerulus enim, & tabula raſa habitum Prædicatorum induit S.Thomas.*

XVII.

S. AMBROS.*Hexam.lib.1.cap.9.ſic:* Non ideò dixit,vt ſequeretur operatio, ſed dicto abſoluit negotium. *Vbi moraliter apparet, diuina præcepta nullam expectare executionis moram.*

XVIII.

GVLIELM.*Pariſienſ.1 p. de Vniuerſo p. 1. Ad illam quæſtionem, nempè, quanta nam fuerit magnitudo illius primæ creatæ lucis; reſpondet ſic:* Non enim modicum fuit corpus lucis illius, cũ ex ea formandum eſſet corpus Solis, quod conſtat eſſe tantæ magnitudinis.*Vbi reſponſionis materiam habent Dominicani interrogantibus, quanta nam foret ſcientia primaria Ordinis Prædicatorum; tanta,dicunt,vt ex illa formaretur Sol Eccleſiæ, Diuus Thomas.*

XIX.

S. ISIDOR.*Hiſpalenſis:lib.1. ſentent. Loquens de Angelis,quorum creatio hic communiter deſcripta intelligitur:ait ſic:*Angeli ſemper in Deo gaudent,non in ſe. Malus verò ideò eſt diabolus, quia non quæ Dei, ſed quæ ſua ſunt requiſiuit. Nulla autem maior iniquitas,quam nõ in Deo, ſed in ſe velle quempiam gloriari.

XX.

S. *Idem, ibidem ad idem præpoſitum, iterum ait ſic.*Vnicuiq; etiam,ſicut prædictum eſt,propria officia ſunt iniuncta,quæ eos promeruiſſe in mundi conſtat exordio. Nam quia Angeli, & locis,& hominibus præſunt, per Prophetam teſtatur Angelus dicens:Princeps regni Perſarum reſtitit mihi. *Vndè apparet,nullum eſſe locum, cui Angeli non præſint. Præſunt enim, & auſpicijs operum omnium.*

XXI.

I*Dem ibid. ad idem præpoſitum, ait,* Seraphin quoq;ſimiliter multitudo Angelorũ eſt, quę ex Hebræo in Latinum,ardentes,vel incendentes interpretantur. Qui idcircò ardentes vocantur,quia inter eos,& Deum nulli alij Angeli cõſiſtunt: & ideò quantò vicinius coram Deo cõſiſtunt, tantò magis claritate diuini luminis inflammantur. Vndè & ipſi velãt faciem,& pedes ſedentis in throno Dei, & idcircò cœtera Angelorum turba videre Dei eſſentiam plenè non ualet,quoniam Seraphin eam tegit. *Vbi apparet, inter cætera, quod ſi aliorum Angelorum interpoſitio impedit,nè alij inflammentur in Dei amore ſicut illi, quibus nullus alius intermediat, quid erit,ſi res terrenas,terrenarumq; creaturarum aſpectus, & affectus interponatur hominibus?*

XXII.

I*Dem ibidem,ad idem præpoſitum inter cętera: ait* Poteſtates ſunt,quibus virtutes aduerſæ ſubiectæ ſunt, & indè poteſtatum nomine nuncupantur, quia maligni ſpiritus eorum poteſtate coercentur,nè tantum Mundo noceant, quantò cupiunt. *Vbi apparet, poteſtatem in Dei miniſtros non exerceri,niſi ad malos, impioſq; coercendos; non ad bonos,pioſq; tyrannizandos.*

XXIII.

I*Dem, ibidem,ait:* Cherubim autem,& ipſe ſublimes cœlorum poteſtates,& Angelica miniſteria perhibentur, qui ex Hebræo in linguam noſtram interpretantur ſcientiæ multitudo. Sũt autem ſublimiora agmina Angelorum, qui pro eo, quod vicinius poſita diuina ſcientia cœteris amplius pleni ſunt, Cherubin,hoc eſt plenitudo ſcientiæ appellantur. *Vbi apparet,plenitudinem maiorem ſcientiæ in nullo melius probari, quam per maiorem ſanctitatem,& Deo maiorem, viciniorẽq; appropinquationem.*

XXIV.

I*Dem,lib.1.ſentent.cap.10.Loquens de eadem materia ait:* Angeli in uerbo Dei cognoſcunt omnia antequam in re fiant, & quæ apud homines adhuc futura ſunt, Angeli iam reuelante Deo, nouerunt. Præuaricatores Angeli,etiam ſanctitate amiſſa,non tamen amiſerunt uiuacem creaturæ angelicæ ſenſum Triplici enim modo præſcientiæ acumine uigent: ideſt ſubtilitate naturę,experientia temporum, reuelatione ſuperiorum poteſtatum.

XXV.

ALEXAND.*de Ales 2.par.q.46.memb.5. art.3. Tenet, quod ex iſta luce facta fuerunt poſtea quar-*

Et facta eſt Lux.

quarta die luminaria; Sed opponit ex aliquibus, quod opera prima diei omnia reputantur perfectiora ſecundum Damaſcenum, qui tàm opera ſeptimi, quàm primi aſſerit perfectiora omnibus cœterorũ dierũ operibus; & ſi quarta die neceſsè fuit, lucem in Solem, & Lunam tranſmutari clarè conſtat, & ſequitur nõ fuiſſe prima die perfectam creatam, ſed diminutam. Cui oppoſitioni ſic reſpondet: Dicimus, quod re uera lux illa facta eſt, non diminuta, ſed perfecta: ſecundum, quod competebat uſui, ad quem tunc erat: Nec oportebat aliquam traſmutationem fieri circa eam, ad hoc ut ad illum uſum eſſet .ſ. ut eſſet cauſa perfecta generationis, & corruptionis in inferioribus; competebat ut ex ea fierent luminaria. Vndè concedimus, quod à primo nihil egreditur incompletum: & imperfectũ; quod .ſ. non ſit ſufficiens ad uſum, ad quem ordinatum eſt. *Vbi apparet, quod non ex eo, quod res pro tunc perfectæ ſunt ad aliquem effectum: ſequitur aptas, & perfectas eſſe pro nunc, vel ad altum, vel ad eundem ampliatum, & ſubleuatum: & ſic debent admittere nouam tranſmutationem, vel non tali ſe intromittere muneri.*

XXVI.

PROCOP. *Com. in Gene. Verba iſta, ideſt celeritatem in illis deſcriptam, ſic explicat:* Prima Dei vox omnia repleuit luce, cuius hæc fuit natura, vt ſua virtute celerius omni cogitatione penetrauerit omnia, in primis tamen tenuiora, & pellucidiora, ſicut eſt aeris natura. *Vbi moraliter apparet, non ſemper miniſtris, Doctoribuſq; Euangelicis attribuendũ eſſe populi ignorantiã (ſi celeriter, & diligenter ſuum exequendum munus diſcurrant) ſed indiſpoſitioni ipſorum, quibus prædicant. Opaciora enim ſunt alia alijs.*

XXVII.

RVPER. *Abb. in Gene. lib. 1. cap. 11. Tenens ideò iſtam ſententiam coniunctam poni illi ſuperiori:* Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas. *Vt intelligeretur, huius creationẽ eſſe effectum S. S. qui pro complemento totius Trinitatis prædicationis, hic poſt Patrem, & Filium tertiò nominatur. Notans, quomodo iſta lux egreſſa non ſolum totum illuminauit Mundum, ſed quarto die in tantam luminarium multitudinem diuiſa fuit: dicit ſic:* Dignus enim eſt effectus hic, qui totius Trinitatis, molimina cõſequutus eſt, ſcilicet, S.S. ſuper aquas aſpirantis, Patris intonantis, & ipſius tonitrui, ideſt verbi, quo dixit: Fiat. Siquidem talis creatura cauſa digna eſt, propter quam vt fieret verbum illud, intonatum eſt, quod concutiens abyſſos, vel aquas, & eas, quæ ſuper aquas erant, huiuſmodi lucis fecit emicare cateruas. *Vbi non poſſumus non præſumere S.Sp. ſuis concutere alis, totiuſq; Trinitatis iuſſu:* Fiat lux: *fundatum Prædicatorum Ordinem in Toloſanis partibus hæreſiaticis tenebris tũc maximè contenebratis, ſiquidem huiuſmodi vidimus ex illa lucis emicare cateruas. Dignus planè eſt effectus, hic, &c.*

XXVIII.

PAYVA *Luſitanus vnus ex Theolog. Sacroſanct. Concil. Trid. pro magnanimo Rege Sebaſt. ſer. 1. feriæ 4. poſt 2. Domin. quadrag. Subminiſtrat materiam non incongruam, vndè reſponderi poſſit cuidam hic inſurgenti dubio. Nimirum ad quid Moyſes ſic celeriter nobis inſinuauerit huius lucis creationem ad Dei præceptum, it aut præmiſſo:* Dixit Deus: Fiat lux. *Immediatè ſine vlla mora ſequatur:* Et facta eſt lux. *Videlicet, quia cum iſta lux educi iuſſa fuit ex materia illa (in puris naturalibus exiſtente) tenebroſa, edoceremur naturales defectus nihil obuiare, quin diuinæ legi præcipienti obtemperetur. Nam afferens illud Marc. 10.* Erant autem in via aſcendentes Hieroſolymam: & præcedebat illos Ieſus, & ſtupebant, & ſequentes timebant. *Aſſignãs rationem quare Euangeliſta ſimul cum diſcipulorum tam prompta obedientia, nimirum (ſequentes) hinc, ſtupentes, & inde (timebant) poſuerit; ait ſic:* Quia cum res per Dei legem regulatur naturales defectus, & repugnantiæ non impediunt Euangelicam perfectionem. *Vbi omnes edocemur, vt malam, & deprauatam obuiantem voluntatem corrigamus, tollamuſq; è medio (hoc enim noſtri muneris eſt, qui domini noſtri arbitrij ſumus) cęterum verò de naturalibus impedimentis nè ſolliciti ſimus, de tenebroſa materia dicente Deo:* Fiat lux. Facta eſt lux: *& ad mortem, crucisq; paſsionem præcedente Ieſu Apoſtoli ſtupebant, timebant, nihilominus ſequebantur.*

XXIX.

HVGO *Card. Poſtil. in Ezech. ad illud cap. 3.* Auribus tuis audi; Et vade. *Affert quandam doctrinam congruentem, cuidam in noſtro textu notando. Nimirum, antè lucis manifeſtationem præceſſiſſe Dei vocem, & præceptum iubentis ipſi luci, vt fieret. Videlicet, quia Prędicator, qui lux eſt mundi* prius

Et facta eſt Lux :

prius debet audiendo diuinam legem inſtrui; quam prædicando publicè appareat. Nam afferens Cardin. etiam illud Marc.7. Miſit digitos ſuos in auriculas eius:& expuens tetigit linguam eius, &c. Et ſtatim apertæ ſunt aures eius,& ſolutum eſt vinculum linguæ eius,& loquebatur rectè: *ait ſic:* Prius eſt audire per obedientiam, & operis impletionem, quam ire ad prædicationem. Grego. Audimus, cum verba Dei facimus: & tunc proximis rectè loquimur, cum prius ipſi fecerimus.

XXX.

S. *THO.1.p.q.67.art.4.ad 2. Ad illa quæſt. non ſemel hic ſolutam: nempè, quid factum fuerit d illa primo creata luce; cui alij dicunt deperijſſe adueniente Sole, alij in Solem, & luminaria transformatam eſſe, ait ſic:* Alij dicunt, quod illa nubes adhuc remanet, & eſt coniuncta Soli, vt ab eo diſcerni non poſſit. Sed ſecundum hoc illa nubes ſuperflua remaneret. Nihil autem eſt vanum in operibus Dei. *Vbi, qui ad aliquod munus facti in Eccleſia, munus ſuum non exercent: intelligant ſibi ex duobus vnum eſſe eueuturum: vel reformari, vel perire, conſeruari.n. minimè cohæret diuinæ prouidẽtiæ.*

XXXI.

S. *ISIDOR. Hiſpal. Originum lib.7.cap.5. loquens de Angelis, quorum creatio hoc in textu communiter deſcripta intelligitur. ait ſic:* Quibus ideò pictorum licentia pennas facit, vt celerem eorum in cuncta diſcurſum ſignificent, ſicut & iuxta fabulas Poetarum venti pennas habere dicũtur, propter velocitatem ſcilicet. Vndè ſcriptura ſacra dicit, Qui ambulat ſupra pennas ventorum.

XXXII.

S. *Idem, ibidem, poſtquam vnicuiq; ordini Angelicæ ſecundum rerum nomina officia diſtributa deſceipſit: ait ſic:* Hæc igitur vocabula agminũ Angelorum ita ſunt ſpecialia ordinum ſingulorum, vt tamen ſint ex parte communia omnium. Nã dum Throni ſedes Dei, in quorundam Angelorum ordine ſpecialiter deſignentur, tamen per Pſalmiſtam, Qui ſedes ſuper Cherubin dicitur. Sed ideò iſti ordines Angelorum priuatis nominibus appellantur, quia hoc ipſum officium in proprio ordine plenius acceperunt. *Vbi apparet ſimilitudinariè, quod licet munia peculiaria alicuius Religionis inueniantur exercitata ab alia, plenius tamen debent intelligi fungi in proprio ordine, vt prædicatio in Ordine Prædicatorum, &c.*

XXXIII.

R. *VPERT. Abb. in Gene. lib.1. cap.8. Tenet, hanc lucem fuiſſe formatam ex ipſarum tenebrarũ materia: & indè ſumit argumentum, vt reſpondeat cuidam dubio communiter excitato. Nimirum, quare cum hactenus mentio facta ſit de terra, aqua, & et de ipſis tenebris, nulla tamen mentio ſit de igne nobiliſſimo elemento? Cui reſpondet, ideò, quia hic ſolum mentio fit de illis rebus, ex quibus aliquæ aliæ creaturæ fuerunt productæ. Et incipiens à tenebris, dicit ſic:* Conſtat autem, quia de tenebris, quæ erant ſuper faciem abyſſi lux effulſit, teſtante Paulo 2. Cor.4. cum dicit: Quia Deus, qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere: illuxit in cordibus noſtris: Non ait: In tenebris; ſed de tenebris Deus lucem ſplendeſcere dixit. Porrò de terra, & aquis productæ ſunt omnium ſpecies rerum, quas nouimus. Solus ignis licet gignentibus terræ, & aquis cooperetur, nihil tamen ex ipſo gignitur. Et proindè de hoc elemento non iniuria ſiletur. *Vbi apparet, in domo Dei non nominari, niſi fœcunda, etiam ſi aliàs obſcura. Sterilia verò, etiam ſi nobiliſſima, & primaria, tacentur.*

XXXIV.

M. *AGISTER ſent. lib.2. diſtin.13. Quærit, quomodo lux illa poterat lucere, cum abyſſus omnem terræ celſitudinem tegeret? Reſpondet autem ſic:* Nec mirum lucem in aquis poſſe lucere, cùm etiam nautarum operatione ſæpiùs illuſtrentur: qui in profũdum merſi, miſſo ex ore oleo, aquas ſibi illuſtrant. *Vbi moraliter apparet, quod cauſa, quare barbaræ nationes non conuertuntur, non eſt, quia ſpiſſæ ſunt, maximaq; ignorantia concretæ; vt aliqui allegant Prædicatores: ſed quia miniſtri non ſunt induſtrioſi, neq; ſecum in ore, neq; in corde oleũ charitatis portant, quod ſi euomitum fuerit. Profundiſſimas, & ſpiſſiſſimas illuſtrabit aquas. Iumlius Epiſcopus Aphricanus Com. in Gene. ſic addit:* Si .n. homo talia per oleum ſui oris, poteſt, quantam Deus per ſpiritum oris ſui lucem creare poſſe credendus eſt? *Vbi ad præpoſitum alia eſſe poteſt ratio: nempè quia miniſtri aliquãdo non ſunt miſſi à Spiritu Sancto, neq; creati legitimè.*

XXXV.

H. *VGO Cardi. Poſtil. in Gene. ſup. quæſt. ſic:* Licet enim aquæ totum aeris ſpatium continerent, erant tamen vaporales, & tenues, vndè poterat ibi lux lucere. *Vbi apparet moraliter, non omnẽ igno-*

Et facta eſt Lux.

ignorantiam audientium lucem doctrinæ impedire, ſed tantum illa, quæ ſpeſſiſſima eſt.

XXXVI.

STEVCVS *in Coſmopæa. loquens de iſta primo creata luce: ſic ait:* Hunc fuiſſe Solem, vna tantũ deterret, plures autem mutant, perſuadẽtq; nos aſſerere rationes: Deterret, quod quarta die factum eſſe Solem, Lunam, & Stellas, Theologus videtur dicere: Quod autem in cõtrarium, ta tũ non vociferatu magno, nos attrahunt rationes: hæ in primis ſunt, quod ſolus Sol dictus, quia Luceat ſolus: lucis corporeæ eſt genitor: ſolus is ignis cœleſtis, vna terreſtris Mundi lucerna quã ſuper cãdelabrum Mundi, vt ab omnibus videretur, poſuit Deus: *Vbi ſimilitudinariè dicere fas eſt, quod ſi non conſtaret Angelicum Doctorem in tempore ſcripſiſſe, nemo probiberet quin æterna ab æterno diceretur eius doctrina: ſiquidem ſola lucet: & computata cum illa, quam ab æterno Deus ſuper candelabrum illuminandam Eccleſiam propoſuit, eſt eadem: computentur verba antiquorum conſiliorum, vt Doctiſſimus Grauina clarè oſtendit: ſunt eadem ac poſteà docuit S.Thom.: vndè iuſtè Sol vocatur, & dicitur.*

Expoſitiones ſententiarum, quæ inueniuntur in Cap. Parabolicis Iob. Pſal. Lib. Salom. Prophet. Epiſt. Apoſt. Apocal. in quibus eſt aliquod horum verborum. Facta eſt. Lux.

Ex Iob.

XXXVII.

GLOS. *Ad illud Iob cap. 3.* Quare miſero data eſt lux: *ait:* Ideſt, proſperitas in peregrinationis miſeria, quia ſi non iuſtum pœnitùs opprimit, tamen mentem in amorem Dei, & in diſpenſationem ſui diuidit. *S.Greg. de Prælaturis intelligens, quas pij recuſant: ait:* Quia etſi vident nequaquam ab ea, ſcilicet luce, ſe funditus opprimi: penſant tamen ſollicitè cogitationem ſuã, in amore Domini, & eius diſpenſatione partiri.

XXXVIII.

HVGO *Card. Poſtil. ibi ſic:* Lux vitæ, ſeù proſperitas: ac ſi dicat: Fruſtrà habet claudus pulchras tibias: Prouer. 17. Quid prodeſt habere diuitias ſtultò, cum ſapientiam emere nõ poſſit.

XXXIX.

OLYMPIOD. *Prout in Catena Græca ſic:* Quando igitur tu Domine vitæ lucem mortalibus impartiris: circuncide dolores, circuncide animi ægritudinem. Nam vt nunc eſt, hac, quæ doloribus conferta eſt iuta, mors eſt obtabilior.

XL.

S. IO. *Chryſoſt. vt ibi ſic:* Nec verò criminantis hæc verba ſunt. Nec enim ea, quæ non eadem mente promuntur, eodem modo ſunt accipienda: ſed mærentis aſciſcitantis ſunt illæ voces: Quid ſit, cur ij, qui calamitatibus vexandi erant, in vitæ ſtadium ingrediantur. Nam ętatem cum alijs degere iucundũ ſit ijs, qui ſplendore præditi ſunt, & firma corporis fruuntur valetudine. Quibus verò hęc ipſa denegata ſunt, vitęq; angoribus, & miſerijs conficiuntur; non video, quid commodi huic ipſi vitæ poſſint adferre; illi enim vtilitatem quampiam fortaſsè præbuerint; at hi quænam? *Vbi apparet, nihil ſic mirandũ, quam pauperes, debiles, & miſerijs afflatos vitam deſiderare.*

XLI.

IDem, *vt ibidem ſic:* Hinc intelligimus non vitam ſolum, ſed etiam ad hominum commoda demigraſſe.

XLII.

GLO. *ibidem ſic:* Illis ergò, qui penitùs mundo mori volunt Mundus ipſe adhùc viuit: dum eos non amatus amans quibuſdam occupationibus aſtringit. Deſiderant enim Sancti ſępè ab omni vita temporalis gloriæ ſe extinguere, ſed occulto Dei iudicio ſæpè compelluntur occupari inuicti honoribus, vel regimine præeſſe.

XLIII.

CAET. *Com. ibi, Ad illud cap. 18.* Nõnè lux impij extinguetur? *ait ſic:* Incipit itaq; narrare miſerias, quæ ſolis impijs eueniunt, incohans ab extinctione doctrinæ, quæ nominatur lux, eò quod doctrina illuminatiua eſt mentium.

XLIV.

IDem *ad verba immediatè ſubſequentia:* Lux obtenebreſcet in tabernaculo illius. *ait:* Ad inſtar

Et facta eſt Lux.

ſtar deficientis luminis in tabernaculo deſcribitur defectus celerrimus doctrinę impij, dicendo quod in proprio tabernaculo obſcurata eſt, hoc eſt in propria familia defecit. *Vbi apparet, maximum argumentum eſſe ſanctitatis alicuius Fundatoris Religionis, non deficere lucem doctrinæ in tali Religione.*

XLV.

S. GRE. 14. *Moral. 3. Ad eadem verba ſic ait*: Si plerunq; triſtitiam tenebras accipimus, non immeritò lucem accipere gaudium debemus. Lux ergò in tabernaculo illius tenebreſcit: quia in eius conſcientia, quàm malè inhabitat gaudium, quod de temporalibus rebus fuerat, deficit. Vndè & aptè ſubiungitur: Et lucerna, quæ ſuper eum eſt, extinguetur. Lucerna lumen in teſta eſt, lumen verò in teſta, eſt gaudium in carne. Lucerna ergò, quę ſuper eum eſt extinguitur, quia cùm malorum ſuorum retributio impium ſequitur, in eius mente gaudium carnale diſſipatur. Benè autem de lucerna hac non dicitur, quæ apud eum eſt, ſed quæ ſuper eum eſt; quia iniquorum mentem terrena gaudia poſſident, ſicq; eam, in voluptatibus abſorbent, vt ſuper ipſam ſint, non apud ipſam. *Vbi apparet, gaudium de terrenis tantum apud impios extare, quandiù ipſi conſcientiæ ſuæ tabernaculum non ingrediuntur, & quod pij ſi mundi gaudia habent, nō habentur ab eis.*

XLVI.

DIONYS. Cart. *Enar. ibi, Tropologico intell. ſic*: Naturale enim lumen rationis per peccatū excæcatur, quamuis non proſus tollatur. Teſte enim deuotiſſimo, ac diuino Dionyſio, peccatū naturalia non aufert, ſed inficit.

XLVII.

S. GREG. 17. *Moral. 14. Ad illud Iob 26.* Terminum circundedit aquis, vſq; dum finiantur lux & tenebræ. *ait*: Sin verò, lucis nomine iuſtos accipimus; tenebrarum verò appellatione peccatores: vndè & Paulus dicit Epheſ. 5. Eratis .n. aliquandò tenebræ, nunc autem lux in Domino; hoc ipſum, quod diximus, ſentire nil obſtat: quia perfecta æternitatis ſcientia nulli tribuitur, quouſq; curſus iuſtorum, iniuſtorūq; finiatur. *Et ante hæc ſic*: Quia humani generis ita ſcientiam moderatur, vt quouſq; viciſſitudines alternantium temporum tranſeant, perfectè ad cognitionem claritatis intimę non pertingat. *Vbi apparet, in hac vita neminem ſcientiam Dei perfectam habere & quod nulla ſcientia ſubitò acquiritur; ſed lucis, & tenebrarum alterna viciſſitudine adipiſcitur, neceſſè ſit.*

XLVIII.

CATEN. *Græca, Ad illud Iob cap. 29.* Et lux vultus mei, non cadebat in terra. *ait*: Nihil obſcuri, tenebricoſiuè in meis ſermonibus inerat; immò verò cuncti vberem lucem, perſpicuitatemq; tenebantur. Vultus autem Doctorum eorum ipſorum eſt doctrina: animorum enim ſimulachra ſermones ſunt, atq; ex charactere ſermonis parentem agnoſcimus non minus, quam è filiorum forma, eos, à quibus ſunt procreati. Fortaſsè etiam, quia ſuam grauitatem, & in facinoroſis obiurgandis acrimoniam demonſtrauit: qui autem ex hoc genere ſunt triſtes, atq; à riſu abhorrentes eſſe ſolent: idcircò addidit; Adſpectus mei hilaritas non concidebant, ſed grauitati ſplendor iungebatur. *Vbi apparet, eſſe rarum obiurgando vitia ſimul cum grauitate vultus, quæ terreat, oſtendere hilaritatem faciei, quæ correctionem mitiget.*

XLIX.

CAET. *Com. ibi ſic*: Iuxta Hæb. habetur: Et lumen faciei meæ non facient cadere. Tanquam viſus radios (iuxta antiquorum opinionē, quod viſio fit extra mittendo) deſcribitur intuitus oculorum ipſius Iobis tantæ authoritatis, vt annotauerint etiam oculorum Iobis motus ad aſpiciendum hunc, vel illum, hoc vel illud. Huiuſmodi enim annotatio aſpectionum tanquam radiorum deſcribitur, dicendo: Et lumen faciei meæ non facient cadere, tanquam vanum quid cuius caſus non æſtimatur, ſed excipient tanquā pretioſum quid, tanquam habens myſterium. *Vbi Principes, & Prælati docentur, vt non caſu, ſed maxima deliberatione hunc, vel illum reſpiciant, ita quod de quolibet eius viſu myſterium colligant ſubditi.*

L.

DIONYS. Cart. *Enarr. ibi ſic*: Poteſt & ita exponi, quod lux vultus ſui .i. viſus exterior nō cadebat in terram, ideſt ad terrenorum immoderatum aſpectum non ferebatur, vt viſus illorū, qui terrena cœleſtibus præferunt. Ideòq; inſtar porcorum ad carnalia intuenda iugiter flectunt viſum, vel vagi ſunt oculis. Sicut Salomon lo-

Et facta eſt Lux.

quitur Eccleſ. 2. Oculi ſtultorum in finibus terræ.

L I.

GLO. *ibi ſic:* Lux vultus B. Iob, in terram non cadit: quia terrena per concupiſcentiam non aſpexit. Lux etiam vultus Domini in terrã non cadit, quia viſionis eius claritas, peccatoribus non apparet. Eccleſia etiam clara myſteria terrenis non prædicat.

L I I.

S. HIERON. *Com. ibi ſic:* Gratia reuerentiæ, quã in eius facie refulgentem contuebantur, apud prædictos nõ pro nihilo habebatur. Nõ .n. aliquid eius nutibus fruſtrà fieri exiſtimabant; idcircò quaſi magnum, atq; præcipuum in ſe prædicti ſuſcipiebant, quicquid in ſerenitate vultus illius contemplabantur.

LIII.

S. GREG. *Papa Moral. 29. cap. 64. Ad illa verba Iob cap.* 38. Auferetur ab impijs lux ſua: *poſtquam cap. præcedenti per lucem explanauerat fidem, à qua in fine ſæculi Antichriſtus quamplurimos faciet retrocedere: capite aſſignato ait ſic:* Nemo autẽ ſibi incautè blandiatur, & idcircò ſe à tali occaſu extraneum credat, quia ad illius tempeſtatis procellam peruenire ſe non exiſtimat. O quanti illius tentationis tẽpora non viderunt, & tamen in eius tentationis procella verſantur. Cain tẽpus Antichriſti non vidit, & tamen membrum Antichriſti per meritum fuit. Iudas ſæuitiam perſecutionis illius ignorauit, & tamen viribus crudelitatis eius auaritia ſuadente ſuccubuit. Simon diuiſus longè ab Antichriſti temporibus extitit, & tamen eius ſe ſuperbię miraculorum potentiã peruerſæ appetẽdo coniunxit. Sic iniquum corpus ſuo capite, ſic membris membra iunguntur, cum & cognitione ſe neſciunt, & tamen praua ſibi actione copulantur. Neq; enim Pergamus Balaam libros, aut verba cognouerat, & tamen eius nequitiam ſequens, voce ſupernæ increpationis audiebat Apocal. 2. Habes illic tenentes doctrinã Balaã, q docebat Balac mittere ſcãdalũ coram filijs Iſrael, & edere, & fornicari. Thyatiræ quoq; Eccleſiam ab Hiezabel notitia, & tempora, & loca diuidebant: ſed quia eam par vitæ reatus aſtrinxerat, ineſſe ei Hiezabel dicitur, atque operibus peruerſis inſiſtere, Angelo atteſtante, qui ait: Habeo aduerſus te aliqua: quia permittis mulierem Hiezabel, quæ ſe dicit Prophetã, docere, & ſeducere ſeruos meos fornicari, & manducare de idolo thytis. Ecce, quia reperiri potuerunt, qui Hiezabel vitam reproba actione ſecuti ſunt: Hiezabel illic inuenta memoratur, quia videlicet prauum corpus coniuncti mores vnum faciunt, etiam ſi hoc loca, vel tempora ſcindunt. Vndè fit in peruerſis ſuis imitatoribus, & iniquus quiſq; maneat, qui iam præterijs, & in ſuis operatoribus ipſe iniquorum auctor iam appareat, qui nec dum venit.

Ex Pſal.

L I V.

CASSIOD. *Com. ibi ad illud Pſal.* 113. Et facta eſt Iudæa ſanctificatio eius: Iſrael poteſtas eius: *ait:* Sicut ille populus cum exiret de Ægypto, ſanctificatus eſt in Iudæa, ideſt, in terra promiſſionis, colendo Deum verum, quæ terra erat antè per idolatriam polluta: & ſicut potẽs factus eſt in ea: & qui in Ægypto erant ſerui, ibi facti ſunt domini: Ita exeuntes à peccato, ſanctificat Iudæa, ideſt confeſſio: & per eã facti Iſrael, poſſunt reſiſtere vitijs: Vndè ſequitur Iſrael poteſtas eius. *Vbi apparet, per confeſſionem non ſolũ mũdari animam à peccatis præteritis, ſed & robur accipere, ad reſiſtendum tentationibus futuris.*

L V.

CAETANVS *Com. ibi ſic legens cũ Hebræo:* Fuit Iudas ſanctificationi eius: *ait:* non inuenitur alibi in ſacra ſcriptura res geſta hic ſignificata: Aiunt autẽ, quod aperto mari rubro à Deo, populus timuit ingredi apertum mare: ſed Tribus Iuda animæquior, confidens in Domino, & credens verbis Moyſi, prima ingreſſa eſt apertum mare, & ſic reliquus populus ſecutus eſt: & propterea hic dicitur: fuit Iudas, hoc eſt, Tribus Iudæ ſanctificationi eius, Dei: nõ q̃d ſanctificauerit Deum in ſeipſo, ſed quia ſanctificauit Deum coram populo, credendo, parendo, atq; honorãdo Deum. Hoc enim eſt facere Sanctum Deum corã populo, quia eſt efficere vt habeatur, & honoretur vt Sanctus, vt excelſus ſuper omnia: teſtatur ipſe Deus hoc eſſe ſuũ ſanctificari à nobis Num. 20. dicens ad Moyſem, & Aaron, dubitãtes de verbis Dei ad aquas cõtradictionis: Quia non credidiſtis mihi, vt ſanctificaretis me corã filij

Et facta eſt Lux.

filij Iſrael,&c. *Vbi apparet, Chriſtianos ſua bona conuerſatione Deum apud infideles facere Sanctum, & è contra.*

LVI.

D*HAYMON.Com.ibi ſic:* Ideſt terra illa facta eſt sãctificatio illius populi, quia ibi potuerunt cæremonias illas, & ſacrificia Deo perſoluere, in quibus illi populi ſanctificabantur: *Vbi apparet, Ciuitates & Populos per ſacrificia Deo exhibita, ſanctificari & emundari.*

LVII.

G*Loſ.moraliter ibi ſic:* Facta eſt Iudæa,&c. ideſt vera, & perfecta confeſſio: Iudæa nanq; confeſſio interpretatur: Iſrael poteſtas eius: ideſt Angelus cuſtos ipſius: quia ſicut Angeli ſe retrahũt à cuſtodia hominum, propter peccatorum multitudinem, ſicut in eorum perſona dicitur Hierē. 1. Curauimus Babylonem, & non eſt curata, derelinquamus eam, ira redeunt ad cuſtodiã ipſorum, propter veram pœnitentiam.

LVIII.

L*YRA Poſtil.ibi ſic:* Facta eſt Iudæa sãctificatio eius: quia in Iudæa viguit cultus diuinus, & ſciẽtia legis, & Prophetarum.

LIX.

B*EDA Com.ibi ſic:* Incipit autē quis de Aegypto exire, cum incipit cor ſuum Deo applicare, & ſuaui iugo eius deuotũ animũ ſubdere, recedens à priſtinæ ignorantiæ ſuæ deſiderijs, quaſi ab operibus luteis, in quibus fruſtrà laborabat: quia vt alibi dictum eſt, manus eius in cophino ſeruierũt: Exiuit de populo barbaro, quãdo ſeparat ſe à ſocietate blaſphemorũ, & à cõſortio malignorum, & ſic Iudæa fit ſanctificatio eius: Interroget enim ſe quiſq; ſi fides cor eius circumcidat, ſi confeſſio cor eius purget: quia nõ qui in manifeſto Iudæus eſt, ſed qui in occulto: neq; in carne circumciſio eſt, ſed quæ in ſpiritu: Et ſi hoc in ſe inuenerit, ſanctificatus eſt, & facta eſt Iudæa ſanctificatio eius, & Iſrael, ideſt, viſio, & cognitio Dei fit poteſtas eius: quia qui prius in Aegypto erant impotentes, fiunt potētes; datur enim eis poteſtas filios Dei fieri: Dum autē hæc fiunt, multa impedimenta ſæcularia occurrunt: obſtrepit mare ideſt multæ linguę amicorũ carnalium diſſuadentium, & aliorum terrenorũ: ſed poſtquam cognoſcitur exeũtis de Aegypto cor paratum eſſe ſperare in Domino, & in ſpe illa confirmatum fugit mare: quia ſubſtrahit ſe ab impedimentis, & ſic panditur via ad ſpiritualem libertatem exeunti.

LX.

I*NCognitus Expoſ. ibi ſic:* Per hoc autem vult oſtendere Pſal. beneficium quod ſuis præſtat, qui de Aegypto peccati exeunt, quia. ſ. illos sãctificat, fortificat; ſanctificat, quia facta eſt Iudæa ſanctificatio eius: fortificat, quia factus eſt Iſrael poteſtas eius: Primò ergò ſanctificat, quia facta eſt Iudæa ſanctificatio eius: Quid .n. Iudæa ſanctificat niſi ſacramentũ pœnitẽtię, & cõfeſſionis? nam Iuda, confeſſio, interpretatur: Iudæa ergò exeuntes de Aegypto ſanctificat, quia criminis debita confeſſio, & culpam delet, & infũdit gratiam: Pſal. 95. Cõfeſſio, & pulchritudo in cõſpectu eius, ſanctitas & magnificentia in ſanctificatione eius: vndè ait Gloſ. Confitendo, fit homo de fędo pulcher: ſi igitur amas pulchritudinem, confitere, vt ſis pulcher, ideſt, iuſtus: Ideò dixit, cõfeſſio prius, & poſt ſubiunxit, & pulchritudo, &c. Secundò, illos fortificat: propter quod ſubdit: Iſrael poteſtas eius. Quid enim tantum fortificat pœnitentem contra viria quantum conſiderare Chriſtum Iudicem iuſtum, à quo nihil celari poteſt, quia omnia nuda. & aperta ſunt oculis eius? Et iſta ſpeculatio Chriſti per Iſrael ſignificatur. Nam Iſrael interpretatur, videns Deum. Iſrael ergò poteſtas eius, quia Chriſtum mente videre fortificat pœnitentem.

LXI.

S. *PROSP. Expoſit. ibi ad illud Pſ.* 118. Hæc facta eſt mihi, quia iuſtificationes tuas exquiſiui. *ait:* Accipiatur de nocte, quia ſuperiùs dixerat: Memor fui nocte nominis tui. Quæ facta eſt mihi, .i. vt prodeſſet mihi: quoniam hæc ipſa humilitas in loco peregrinationis huius, quæ meritò nox intelligitur, prodeſt eis, qui ſalubriter exercentur in ea, vt diſcant non ſuperbire, propter quod malum in iſtam noctem pulſus eſt homo.

LXII.

B*EDA Com. ibi ſic:* Hæc nox .i. nebula mortalitatis, & paſſibilitatis facta eſt mihi vtilis, per hoc quia ego attendens, quod per neglegētiam præceptorum tuorum in hanc miſeriam inciderim eò ſtudioſius exquiſiui iuſtificationes tuas, ideſt præcepta tua iuſtificantia, vt quæ ne-

Et facta eſt Lux.

glecta fuerunt ad mortem: obſeruata mihi eſſent ad ſalutem.

LXIII.

CATE. *Aure. ibi ſic. Auguſt. Caſſiod.* Hæc nox, in qua multæ tentationes oriuntur, facta eſt mihi, ideſt pro me, vt .ſ. prodeſſent mihi: & vt ex hoc diſcam non ſuperbire, quo vitio cecidit homo in hanc noctem.

LXIV.

S *HIER. vt in Cate. Aure. ibi ſic*: Facta eſt mihi Facta eſt mihi hæc lex conſolatio, & non ſcandalũ, vt diligentius iuſtificationes tuas ſcrutari valeam. *Vbi apparet, leges pijs non eſſe ſcandalum, ſed conſolationem, vt per eas aptius, quæ Deo placita ſunt inquirant.*

LXV.

S. *REMIG. Enar. ibi, Ad illud Pſ. 128.* Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me: confortata eſt, & non potero ad eam. *In perſona Chriſti intelligẽs totum Pſal. dictum: ait,* Huc uſq; perfectionem iuſtitiæ, quæ fuit in eo, commendauit. Et quia plena beatitudo non dum eſſet in eo, niſi perfectam haberet ſapientiam, dicit etiam plenariam in ſe fuiſſe ſapientiam, per hoc quod dicit: ſciẽtia tua, quam ſpiras fidelibus, vel qua tu ſciri poteris: mirabilis ideſt, digna admiratione, & deſiderabilis facta eſt alijs ex me, quæ per primum Parentem eam à ſe recipientem quaſi vilem facta eſt contemptibilis: quia dum ego in ea perſeueraſſem, & plenariè ipſam ſapientiam docuiſſẽ, quæ prius quaſi vilis æxiſtimabatur, mirabilis & prætioſa nimiſq; deſiderabilis ab hominibus reputabatur. Quæ ſcientia per Adæ inobedientiã debilitata in hominibus, ita vt paruam Dei cognitionem haberent, per obedientiam meam cõfortata ideſt, corroborata eſt in mẽbris meis: *Vbi apparet, ſine ſcientia nullam eſſe perfectam beatitudinem. & quod hãc, perdidit inobedientia, reparauitq; ac confortauit obedientia.*

LXVI.

I*Dem ibi ſic:* Aliter. Et quanquam hæc ſcientia per me alijs ſit facta mirabilis, tamen non potero ad eam, .i. reputo me non ſufficientem ad eam obtinendam per me ſecundum infirmitatem humanæ naturæ, niſi te cuſtodiente. In hoc maximam membris præſcribit humilitatẽ, nè euaneſcant in cogitationibus ſuis, ſi promoti fuerit ad aliquam ſcientiam, cùm ille, in quo ſũt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ reconditi, fateatur ſe impotentem ad obtinendam eam.

LXVII.

CATE. *Aure. ib ſic,* Auguſt. Glo. Card. Vel ex perſona filij prodigi ex me .i. peccato meo, mirabilis, & incomprehenſibilis mihi facta eſt ſcientia tua, ideò non eſt mihi facilè cõtemplari quem ſuperbus reliqui: vt prius erat, cum eſſem apud te: quando dixi: da mihi portionem ſubſtantiæ. Confortata eſt .i. inualuit, adeò, quod non potero ad eam attingere, ſcilicet ex me. *Vbi apparet, difficultatem penetrandi diuina myſteria oriri ex noſtro peccato, neq; ſic pœnitentes poſt peccatum diuina penetrare, ac innocentes antè culpã cognoſcebant. Addatur, quod S. Proſp. expoſit. ibi ait:* Mea, inquit, ſuperbia, & diſceſſione factũ eſt, vt obſcuraretur cor meum, nec poſſent mihi tua patere iudicia: dum enim mea libertate delector, factus ſum egentior, atq; tenetior: ex me mihi iſta difficultas conualuit: ex me extra lumẽ ſcientiæ tuæ factus ſum, ad quod niſi ex te redire non potero.

LXVIII.

H*VG. Card. Poſtil. in Pſal. 96. ad illud:* Lux orta eſt iuſti, & rectis corde lætitia: *ait: L*ux ideſt, exempla Sanctorum, Math. 5. Vos eſtis lux Mũdi: Et poſteà ſic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videãt opera veſtra bona, &c. Philip. 2. Lucetis ſicut luminaria in Mundo: hæc ergò lux dirigit hominem in via iuſtitiæ: & cor eius erigit ad ſuperna: ſi aũt cor erigitur ad ſuperna, vbi eſt gaudiũ æternum, & ineſtimabile, impoſſibile eſt qn aliquã guttã hauriat. Vnde additur: Et rectis cordæ lætitia. *Addatur illud Origen. lib. 1. in Iob.* Sicut cœli luminaria, ac ſydera in firmamento cœli à Deo collocata cunctis indeſinenter, quæ ſub cœlo fulgerit, atq; omnibus, quę ſuper terrã ſunt, per tempora, ac tempora, per generationes, & generationes mirabiliter lucent, alia quidem per noctem, vt Luna, & Stellæ: alia nihilominus per diem, vt Solis ſpecioſiſſimi radij. Sic & Sãctorum virtutis inſignia, atq; beatiſſimi eorum agones, omnibus in perpetuum ſingulariter lucent, omnibus in æternum bonorum formã tribuunt, omnibus ſub Sole pietatis exemplum oſtendunt. Sic itaq; effulgent, atq; emicant, alius fide fulget, vt Abraham: alius caſtitate, vt Ioſeph, &c.

S. AV-

Et facta eſt Lux.

LXIX.

S*AVG. Enar. ibi ſic:* Quæ lux oritur iuſto & quæ non oritur iniuſto, non iſta lux, quam facit oriri ſuper bonos, & malos: Eſt alia lux, quæ oritur iuſto. *Et poſt pauca ſic:* Tobias cæcus erat, & filium ſuum uiam Dei docebat. Noſtis enim, q̄a Tobias filium ſuum admonebat, & dicebat: Fili, fac eleemoſynas, quia eleemoſynæ non permittunt ire in tenebris. Et loquebatur ille, qui in tenebris erat. Videtis, quia eſt alia lux, quæ oritur iuſto, & rectis corde iucunditas? Oculos non habebat, & filio ſuo dicebat: Fac eleemoſynas, &c. Nec timuit, nè diceret in corde ſuo filius ipſius: Tu enim eleemoſynas feciſti, quare cæcus mihi loqueris? Ecce eleemoſynæ ad tenebras te perduxerunt: & quomodò mihi dicis: eleemoſynæ non ſinunt ire in tenebris? Quare ille dicebat iſta cum fiducia, niſi quia aliam lucem uidebat: Filius patri manum tenebat vt ambularet, ſed pater filium viam docebat vt viueret. Eſt ergò alia lux, quæ oritur iuſto.

L X X.

N*ICETAS Com. in Orat. 40. D. Greg. Nazianz. Afferens per occaſionem illum verſum Pſ. 96.* Lux orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia: *ait ſic:* Sociam autem, comitemq; luminis lætitiam dixit, vt illius aſſeclam, atq; à Dauide coornatam. Huius autem filius Salomon Prouer. 4. ait, Lux iuſtis omni tempore: tum rurſus Dauid à Deū clamat Pſ. 75. Illuminans tu mirabiliter à montibus ęternis: nos enim intermedia Angelorum opera colluſtramur, qui quidem montes dicuntur, quod ſublimes, & cœleſtes ſunt, atq; ad vitiū flecti, vel nullo modo, vel non ſine magna difficultate queant, æterni autem, quia immortali conditione ſunt. At nunc quidem Dauid ſupplici oratione ait: Emitte lucem tuam, & veritatē tuam Pſ. 42. Nunc autem vt voti compos factus, his verbis gratias agit: Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, hoc eſt ſigna, & notas habeo ſplendoris diuino beneficio accepti. Quæ tandem ſigna & argumenta? Prophetiæ decus, & oblectationem. Dediſti enim, inquit, lætitiam in corde meo. *Vbi apparet, non eſſe luce diuinæ gratiæ illuminatum in cuius corde, & vultu lætitia non apparet: vocat enim Deus lucem diem, & tenebras noctem. Hæc triſtitiæ, illa lætitiæ ſymbolum gerens.*

Ex Lib. Salom.

LXXI.

C*LO. in Prouer. 31. ex Diuo Hieronym. Ad illud:* Facta eſt quaſi nauis inſtitoris de longè portans panem. *ait:* Nauigator dicitur inſtitor, eò quod acquirendis mercibus ſedulus inſtat. Sicut ergò inſtitoris nauis onerata mercimonijs, quæ in patria ſua abundant, ſuper mare portat, vt vēditis, quæ attulerat cariora domum reportet: ſic Eccleſia, ſic anima perfecta virtutum diuitijs gaudet onuſtari, quibus maiora diuinæ gratiæ dona mereatur. Optimum .n. commercium cū bona, quæ valemus operantes, primū hanc mercedem à Domino recepimus, vt ad maiora ſemper augenda proficiamus, deindè vitam æternā. Sic ſancta anima, quaſi nauis inſtitoris, quæ trāſit deſiderio fluctus ſæculi, ſola, quæ in cœlis ſperat gaudia, meditatur ęterna, ꝓ quibus abundantiùs adipiſcendis, quicquid occurrit aduerſi ſuperare contendit. Quæ de longè portat panē ſuum, quia in cunctis quæ agit, æternam tantum retributionem expectat, ſolum viui panis ſaturitatem deſiderat, qui dicit Math. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. In proximo panem recipit, qui in eo, quod iuſtè agit, humani tantum fauoris præmia petit, nullo vitæ æternæ intuitu, de quibus dicitur Mat. 6. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam.

LXXII.

H*VGO Card. Poſtil. ibi ſic.* Inſtitutor dicitur negotiator, ſiuè mercator: eò quod acquirendis mercibus ſedulus inſtat: iuxta illud: Impiger extremos currit mercator ad Indos. Per mare pauperiem fugiens per ſaxa, per ignes. Hic eſt Chriſtus, qui merces ſuas attulit de patria ſua in terram noſtram, & alias retulit: deitatem dedit, & humanitatem accepit: diuitias ſummas attulit. Vndè ſup. 7. Non eſt vir in domo ſua: abijt via longiſſima, ſacculum pecuniæ ſecum tulit, & paupertatem noſtram aſſumpſit. 2. Cor. 8. Scitis gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniā propter vos egenus factus eſt cùm eſſet diues: vt illius inopia vos diuites eſſetis. De hoc dicit B. Bernar. In cœlis omnium bonorum affluentia ſuppetebat: ſed paupertas non inueniebatur:

porrò

Et facta eſt Lux.

portò in terra abundabat hæc ſpecies,& neſciebat homo pretium eius. Hanc quærere venit filius Dei, vt eam nobis ſua æſtimatione faceret pretioſam. Super hoc admiratur Eccleſia cantans: O admirabile commercium.

LXXIII.

IDem ibi ſic: Inſtitores fuerunt Apoſtoli,Doctores,Prædicatores, Prælati, qui comparandis bonis mercibus debent eſſe intenti. De quibus Ezech.27. Negotiatores tui Tyre,à multitudine cunctarum diuitiarum argento,ſtāno,ferro, plūboq; repleuerunt nundinas tuas: Græcia & Tubal & Moſoch,ipſi inſtitores tui. Iob 28. Terra, de qua oriebatur panis igne ſubuerſa eſt: locus ſaphiri lapides eius,& glebæ illius aurum: ſemitam illius ignorauit auis: nec intuitus eſt illam oculus vulturis: non calcauerunt eam filij inſtitorum. Nauis eſt Eccleſia,quia clauſa debet eſſe inferius ad aquas diuitiarum, & delitiarum temporalium,quę vt aqua fluunt;ſuperiùs debet eſſe aperta, liberè recipiens de cœlo pluuiam gratiarum. Itē ſicut nauis arcta fuit in principio tempore Martyrum,ita arcta erit in fine tempore Antichriſti lata in medio tempore Confeſſorū: ſed iā nimis incipit arctari: vndè patet quod finis inſtat: Item nauis inundatione fluctuum exaltatur verſus cœlum: ſic Eccleſia inundatione perſecutionum, & tribulatione ſublimatur ad cœlum: vndè Geneſ. 7. Factum eſt diluuium quadraginta diebus: & quadragīta noctibus ſuper terram: & multiplicatę ſunt aquæ:& eleuauerunt arcam in ſublime à terra: Arca hæc idem eſt quod nauis: Et de hac dicitur Mat.14. Veſpere autem facto, ſolus Ieſus erat ibi: ſcilicet in monte; nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus: ſic vt ergò nauis inſtitoris onerata mercimonijs, quę in patria eius abundant, portat ea per mare,vt eis vēditis, quæ attulerat cariora Domi reportet: ſic Eccleſia diuitijs bonorum operum,tribulationum, tentationum,perſecutionum,miſeriarum gaudet onuſtari: quibus maiora bona gratiarum mercetur.

LXXIV.

ITRA Poſtil. ibi ſic: Sicut enim in naui inſtitoris portantur diuerſa vitę humanę neceſſaria,ſic in ſcriptura continētur omnia neceſſaria ad ſalutem.

LXXV.

DIONYS.Cart Enar.ibi ſic: Quēadmodū enim nauis negotiatoris repletur mercibus, atq; ea quæ habet defert ad alios, vt indè apportet quæ ibi abundant,atq; de apportatis ſuſtētetur, ac lucra obtineat,ſuiſq; prouideat: ſic planè Eccleſia diuinis præceptis,conſilijs,doctrinis,refectionibus internis eſt plena, quæ & alijs vndiq; Euāgelizat,& proximis ſuis cōmunicat, & eorū ad quos proficiſcitur, virtutes,exēpla, documēta,miracula intuetur,deſcribit, ac ſecum reportat,quibus ſuos prædicādo inflammat, nutrit,ac perficit. *Vbi apparet, non eſſe mirum Eccleſiam de miraculis Sanctorum cæteriſq; lætari; ſiquidem lucra recipit ſuarum mercium, legis,diſciplinæ, ſalutariūq; ſuorum documentorum, quibus talia negotiata eſt.*

LXXVI.

IANSEN.Com.ibi ſic: Ipſa ergò cum domi maneat, nec cum mercatoribus extremos currat ad Indos, tamen velut nauis quędam neceſſaria à longè aduehens, etiā ipſa ſua exteris communicando, portat de longè panem ſuum: *Et poſt pauca ſic*: In eo ergò conſtituitur mulieris laus, quod manuali opera etiā peregrinas opes, & nō ſolum quæ domi naſcuntur,inferat in domū mariti,non tamen ad luxum,ſed ad neceſſitatem, quæ nomine panis deſignatur. *Vbi apparet, nullā de induſtria debere laudari mulierem,quæ non intra ſuas portas exerceatur, & cuius lucrum non ad neceſſitatem ſed ad luxum proueniat.*

LXXVII.

CAETANVS Com. ibi ſic: Prouidentia vxoris extenſa declaratur ad habebdum neceſſaria ad victum etiā à partibus remotis: Quum enim non ſufficiunt ea, quæ in patria ſunt, oportet à remotis partibus habere. Et quoniam hoc cōmodiùs fit per naues propterea vxor prouidens à remotis aſſimilatur naui mercatoris, quo ad hoc,quod à remotis faciet venire panem ſuum.

LXXVIII.

IDem Com.in Eccl 31. *Ad illud*, Multi dati ſunt auri caſus, & facta eſt in ſpecie ipſius perditio eorum. *ait, quod Græcè ſic legitur*: Multi dati ſunt in caſum propter aurum, & facta eſt perditio eorum coram facie ipſorum. *Et dicit*, Quo ſignificātur multos auri gratia præcipitatos eſſe, & lapſos in magna mala, eorumq; perditionem fuiſſe palam,& coram oculis eorum.

Idem

Et facta eſt Lux.

LXXIX.

IDem ibi ſic: Noſtra lectio ſic accipienda, vt per caſus auri intelligantur ruinæ mala, & incommoda, quæ aurum eis attulit, quæq; auri gratia perpeſſi ſunt, vt ſit ſenſus: Multi inciderunt grauia mala, & incommoda, quibus eis aurum cauſa fuit. Propter aurum enim multi non tantum in grauia peccata prolapſi ſunt, ſed etiam in multa incommoda, dum vel ex nimia auri cupiditate ſe ſe grauibus expoſuerunt periculis, vel propter aurum, quod poſſidebant ab alijs occiſi ſunt, aut alias malè affecti. Idem ſignificat ſequens pars, nempè, quod perditio eorum facta eſt ex eo, qđ ſpeciem auri dilexerunt, quodq; eius ſpecie capti ſunt. *Vbi apparet, aurum non ſolum nocere poſſeſſione, imò (quaſi à prima radice) periculoſum eſſe aſpectu.*

LXXX.

INTERL. ibi ſic: In caſum auri datur, qui eius ambitione capitur. Et facta eſt in ſpecie perditio illorum: qui eius amore vltra modum ardeſcunt. *Lyra autem Poſtil. ibi ſic:* Quàm nimis concupierunt. Perditio illorum: per iniuſtitiam malè aquirendo, & per auaritiam malè conſeruando. *Vbi apparet, quod & ſi de malè acquiſitis nõ proſit eleemoſyna; tamen malè acquirentes non benè conſeruando, non crimen auaritiæ effugiunt, & de duobus condemnabuntur.*

LXXXI.

HVGO Card. Poſtil. ibi ſic: Multos perdidit aurum, & argentum. Craſſo dixerunt Parthi: Aurum ſitiſti, aurum bibe. Machab. 6. legitur de Antiocho, quod perambulabat ſuperiores partes Syriæ, vt pecuniã congregaret: & malè mortuus eſt. Et Heliodorus egregiè verberatus vſq; ad mortem: quia templi ærarium ſpoliabat. Machab. 31.

LXXXII.

DANIEL Recuper. Com. in Prouerb. 4. Ad illud Iuſtorum ſemita, quaſi lux ſplendens: Et creſcit vſq; ad perfectum diem: Via impiorum tenebroſa neſciunt vbi corruant. ait: Cicero omnia rectè facta in luce ſe collocari volũt. *Et poſt pauca:* Creſcit vſquequo perfectus eſt dies, i. ab auroræ ortu, donec Sol ad ſummum noſtri hemiſpherij peruenerit gradum. Ita homo iuſtus ſemper proficiendo ſe ipſo fit melior: nam (vt inquit Bernardus) in via Dei non progredi, eſt retrogredi. Igitur puris cogitatibus, ſanctis affectibus, vtilibus ſermonibus, ac officioſis operibus, quotidiè iuſti in ſtudio pietatis proficiunt: nemo enim repentè fit ſummus. *Addatur illud Dionyſ. Cart.* Hoc eſt de fide tranſijt ad ſpem, de ſpe ad compræhenſionem, de charitate ad beatificam fruitionem. De qua via loquitur Eſai. 3. Hæc eſt via, ambulatè in ea.

LXXXIII.

S. HIERO. Com. in Prouer. Ad illud cap. 13. Lux iuſtorum lætificat: lucerna autem impiorũ extinguetur. ait: Lux iuſtorum, quæ perpetuò lętificat, ſpes eſt futurorum. Lucerna impiorum, quæ repen è extinguitur, felicitas eſt ſæculi labentis. *Addatur illud Ianſen. Com. ibi:* Benè notãdum, quod lucem iuſtis, impijs lucernã tribuit. Lucerna enim accenditur ad tempus lumen præbituræ, & nonniſi nocti ſeruit, ad exortum verò lucis mox offuſcanda, & extinguenda. Ita & impiorum prædictus fulgor, in tenebroſo hoc Mundo videtur ſplendere, at omnis hic ſplẽdor euaneſcet extremo adueniente die, aut exoriẽte veritatis fulgore. Iuſtorum autem ſplendor velut lux Solis. Eſt lux vera, quæ nulla alia lucę ſuperatur, nec vnquam deſinit, ac ſola ſolidè exhilarat animos hominum.

LXXXIV.

THEODORVS Peltan. Com. ibi ſic: Aſſignare videtur diſcrimen inter vitam iuſtorum, & impiorum. Etenim iuſtorum vita haud abſimilis eſt auroræ: nam vt hæc lux paulatim creſcit, donec tandem perueniat ad ſummam claritatẽ, hoc eſt ad meridionalẽ: ita quoq; iuſti de virtute ad virtutem procedunt, donec ad illum diem perueniant, quæ noctem non habet. Verũ impiorum vita nocturnis tenebris ſimilis eſt, nã vt hæ obſcurę, & caliginoſæ ſunt, vt, quæ in illis gradiuntur, grauiter identidẽ impinguant (neq; enim vbi vadant ſatis intelligunt) ita etiam impij de vno peccato in aliud, de vno errore in alium, prolabuntur: *Vbi apparet, non eſſe mirum videre profectus illorum, & defectus iſtorum, illos in melius proficiſci, iſtos in deterius ſemper ire.*

LXXXV.

HVG. Card. Poſtil. in Prouerb. 9. ad illud Quia mandatum lucerna eſt, & lex lux: ſic commẽtatur: Mandatum lucerna eſt, quaſi lumẽ in teſta quoad vetus teſtamemntum: vbi erat ſpiritus in lit-

Et facta eſt Lux.

litterá: & veritas in figura: Et lex lux quoad nouum teſtamentũ: vbi nuda & aperta eſt veritas: *Vbi apparet ratio, quare Iudæi legentes vetus teſtamentum, aſſiduè nihilominus cæci permanere videntur, nimirum quia nolunt, vt Gedeon frangere teſtã, vt lux clarè appareat, vndè infidelitatis exercitus ſuperentur:* ſicut in die Madian.

LXXXVI.

S. *IOAN. Chryſ. prout à Salazar. Com. in Prouerb. ad illud cap. 15.* Lux oculorum lætificat animam: *Quæ verba 70. legunt ſic:* Oculis contēplãs pulchra, lætificat cor: *Quod moraliter ſupradictus autor retorquet myſticè ad exempla Sanctorum: quæ ait S. Greg. Papã appellare:* Viridaria: *Et alibi:* Spirituale pratum: *ait inquam Chryſ:* Quemadmodũ qui laborant ab oculis, ſi ſpongias, quæ veſtium cyaneo colore pannos terentes, frequenter in eo intueantur, ex colore magnum capiunt morbi lenamen: ſimiliter, & tu ſi Dauidis imaginem præ oculis habeas, & in hac aſſiduè defigas oculos: etiam ſi millies oculum mentis obtũdat ira ad hoc virtutis exemplar reſpiciēs, perfectã conſequeris ſanitatem, puramq; animi Philoſophiam, & tranquillitatem.

LXXXVII.

L*YRA Poſtil. in Eccleſ. ad illud cap. 2.* Et vidi quia tantum præcederet ſapientia ſtultitiam, quãtum differt lux à tenebris *ſic commentatur:* Quia tantum præcederet ſcientia ideſt diuinorum notitia, ſtultitiam ideſt huius notitiæ carentiam: Quantum differt, &c. notitia enim recipit nobilitatem ab obiecto, & ideò dicit Phil. Lib. cœli, & mundi, quod deſiderabilius eſt modicum cognoſcere, de ſuperioribus, & diuinis, etiam medio topico, quam multa etiam per certitudinem de inferioribus, & terrenis, ideò ſubditur: ſapiētis oculi in capite eius: ideſt in ſuperiori parte animæ, quæ vacat diuinorum contemplationi: ſtultus in tenebris ambulat, quia ſola terrena & ſenſibilia conſiderat, quæ comparata ad Deũ ſunt quædam tenebræ.

LXXXVIII.

C*AET. Com. ibi ſic:* Vtrumq; verbum futuri eſt temporis apud Hebræos: lux naturæ, lux doctrinæ, lux virtutum, lux deniq; gratiæ lætificabit & ipſum iuſtum, & alios: Quo contra lucerna impiorum tam materialis quam doctrinæ extinguetur à vitijs eorum ſuffocantibus vel ventilãtibus illam: *Vbi apparet, ſcientiæ lucem non poſſe inextinctam diu perſeuerare in impio.*

LXXXIX.

P*AVLVS de Pal. in Eccl. ad illud cap. 22.* Super mortuum plora, defecit enim lux eius: & ſup. fatum plora defecit enim ſēſu: ait Dominus dicit Mat. 6. Lucerna corporis tui, eſt oculus tuus: quo ſcilicet fruetis rebus tuis tēporalibus: Plora igitur mortuum, quia videre hæc, & his frui iam non poteſt: vt dixit Ezechias Eſai. 38. Dixi non videbo Dominum Deum in terra viuentium, nõ aſpiciam hominem vltrà: plora ſimiliter fatum, quia caret ſenſu, & luce interiore, quo ſpiritualia videre, & eis frui debuerat.

XC.

H*VG. Card. Poſtil. ibi moraliter ſic commentatur:* Supra mortuum in peccatis: plora: condolēdo: nec eſt præmiſſio: ſed præceptum: ibi 38. fili in mortuũ produc lachrymas: & quaſi dira paſſus incipe plorare: Sap. 7. Mortuo nõ prohibeas gratiam: non deſis plorantibus in conſolatione: & cum lugētibus ambula: deficit enim lux eius: ideſt, vita animæ ſuæ: De qua Epheſ. 5. Fuiſtis aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino: Et ſupra fatum plora: deficit enim ſēſu, ideſt, intelligentia, De his enim duobus plorandum eſt: ſ. de defectu gratiæ, & de defectu intellectus: nam per gratiam viuit affectus: & per intelligētiam viuit intellectus: vndè tunc planè mortua eſt anima, cum deficit gratia, & intellectus.

Ex Prophet.

XCI.

O*LEASTER Com. in Eſai. ad illa verba cap. 64.* Ciuitas Sancti tui facta eſt deſerta: *Quæ ille ſic vertit:* Ciuitas ſanctitatis tuæ, &c. *Ad mores ait ſic:* Admonui ſæpius, Sanctos veteris teſtamenti, ex cauſis proprijs facere cauſas Dei, vt eas curet, non vt alienas, ſed vt ſuas: cupibant iſti inimicorum vindictam, patriæ reſtitutionem, neq; tamen hoc audent petere: timēt etiam dicere: vindica iniuriam noſtram: ſed deprecantur eũ vindicare iniurijs ſibi & Sanctis ſuis illatis: iſtud pertinet ad quod ſequitur, de domo ſanctificationis, & gloriæ, in qua patres eum laudauerãt: licet enim non reſtituas nobis patriam propter nos, redde tamen, quia in ea sũt Ciuitates tuæ ſanctæ, preſer-

Et facta eſt Lux.

ſe rtim Syon, & quoniam perdis laudes, quibus te ibi laudare ſolebāt patres noſtri. Sic ſuperiùs Ezechias. Domine ſaluum me fac,& Pſalmos noſtros cantabimus.

XCII.

IDem Com.ibi in Eſai.Ad illud cap.5. Vinea facta eſt dilecto meo in cornu filio olei.*ad litteram ait ſic:* Vult autem per hoc ſignificare,ſe plantaſſe Iudæos in terra pingui, & eminenti, qualis erat terra promiſſionis. *Ad mores autem ait ſic:* Conſidera quæſo, quam benè te colat Deus quum nihil prætermittat, quod ad bonum cultorem pertineat, ita vt nihil amplius deſiderare queas. Plantauit te in loco eminenti, & pingui. *Vbi apparet, nihil deſiderari amplius poſſe, quam fieri Cardinalem, cum pinguibus beneficijs.*

XCIII.

HVGO Card.Poſtil.in Hierem.2.ad illud:Quam vilis facta eſt nimis iterans vias tuas. *ait:* Ideſt ſæpè reiterans peccata Pſ.82.Diſperierunt in endor:quod interpretatur,fons generationis; Hi ſunt, qui generationem peccati ſemper habēt in fonte, quia ſunt ſemper in principio peccandi.Et ideò facti ſunt vt ſtercus terrę. Eſa.57. Humiliata es vſq; ad inferos: in multitudine laboraſti,nec dixiſti quieſcam. *Vbi apparet, nihil fœtidiùs Deo ſicut peccati continuatio, & reiteratio.*

XCIV.

LYRA Poſtil.ibi ad illud cap.7.Nunquid ergò ſpelunca latronum facta eſt domus iſta, &c. *ait:* Quaſi diceret, ſicut ſpelūca enim latronum eſt eis ad refugium,& ad repoſitionē ſuorū furtorum, ſic ad templum recurrebant pro ſalute conſequenda, & ibi offerebant prædas, & latrocinia. *Vbi apparet,cenſura illorum, qui de malè acquiſitis miſſas, & eleemoſynas faciunt pro ſalute conſequenda.Addatur,quod ait Hugo Cardin. Poſtil.ibi:* Hoc etiam dicitur de Eccleſijs, in quibus recipiuntur res, vel eleemoſinæ fœneratorum,vel raptorum.Latrones enim ſpolia ſua reponunt in ſpeluncis.

XCV.

HVGO Card.Poſtil.ibi ſic: Vel quia ſecundum Auguſtinum, furtū eſt attrectatio rei alienæ inuito domino; cùm omnes animæ ſint Domini,vt dicitur Ezech.18. Ecce omnes animæ meæ ſunt,vt anima patris,ita & filij mea eſt.Furtum ergò faciunt mali Prelati malo exemplo, vel doctrina animas à Domino auferendo.

XCVI.

LYRA Poſtil.ibi ad illud cap.15.Plaga mea deſperabilis renuit curari,Facta eſt mihi quaſi mendacium aquarum infidelium. *ait:* Dicuntur aquę,infideles, torrentes, qui ad tempus fluunt aquis,quę adueniente ſiccitate deficiunt, & per hanc ſimilitudinem inſinuat Propheta, quod conſolatio temporalis ſibi deficiebat, quando ea indigebat,ſicut aqua torrētis magis eſſet neceſſaria in ęſtate, quam in hieme.

XCVII.

GLO. Moraliter ad illud Thren. 1. Princeps Prouinciarum facta eſt ſub tributo. *ait;* Sarracenorum, & aliorum infideliū in pluribus partibus Orbis, & in illis, qui liberi ſunt ab humano tributo, per peccatum, dęmonibus ſunt ſubiecti.

XCVIII.

LYRA Poſtil.ibi ad illud: Peccatum peccauit Hieruſalem: propterea inſtabilis facta eſt: *de Eccleſia intelligens: ait:* Non potens reſiſtere aduerſarijs propter Dei offenſam, non propter eius impotentiam.

XCIX.

OLEAST.Comm.in Eſai.Illa verba cap.23. *vbi exprobat Propheta quandam Inſulam, & inter alia, ait:*Meſſis fluminis fruges eius.& facta eſt negotiatio gentium.In aquis multis ſemen Nili. *Quæ verba ſic vertens*: Et in aquis ſemen Sichor, meſſis fluminis prouentus eius. *Sic explanat ad litteram:* Aliæ vrbes habent è terra victum ſuum,illa verò omnia hęc habuit ex aquis, quibus omnia hæc ad eam vehebantur,& ex negotiatione ſua.*Vbi apparet à contrario eſſe excellētiam alicuius regni omnia habere intra ſuos terminos,& nihil expectare à negotiatione exterorum.*

C.

S.BASIL.prout in Glo.Ad illud Eſai.cap.1. Quomodo facta eſt meretrix Ciuitas fidelis plena iudicijs:*ait:* Idq; ob repudiatum fidei verbū, cui ab exordio iuxta Patrum traditionem ſponſalitio iure copulata eſt, qui eam exhibuerunt vni viro virginem caſtam. *Vbi apparet, Ciuitates meretricare per receſſum à fide. Addatur illud Com. Hugo.Card.Poſtil.ibi*: Quomodo facta eſt meretrix:Non tam corpore fornicando: quam mente recendo à Deo.

Et facta eſt Lux.

C I.

SCYRIL. *Alex. Com. in Eſai. Ad illud cap. 44. vbi Deus conqueritur de idolatria Iſrael, dicens:* Plantauit pinum quam pluuia nutriuit, & facta eſt hominibus in focum. Sumpſit ex eis, & calefactus eſt, & ſuccēdit & coxit panes. De reliquo autem operatus eſt Deum, & adorauit. *ait:* Ex quibus oſtendit eos, qui Deos fingere ſolent, nè materiam quidem vndè fierent ignorauiſſe, nè poſſint aliqui dicere iuxtà Græcæ nationis opinionem, quę in adytis erant repoſita, ac dedicata, à Ioue delapſa, & ſua ſponte nata ex ſe genita fuiſſe. Quod autem diuinæ creationis inſtitutum adulterent, arguit cum ait: Lignum in ſylua plantatum, & pluuiarum in miniſterio, ac ope enutritum, vt hominibus in cōbuſtionē ſeruiret. Qui autem ex his, quæ combuſtioni deſtinata erant, deos faciunt, ipſi ſimul cum illis ignis alimentum erunt. *Vbi apparet, & quod nil magis accuſat Principum, & Regum idolatras, quam cognoſcere materiam vndè ſunt facti: & eſſe adulterare opus creationis diuinæ ad aliud excellentiùs vti rebus, quam eſt id, ad quod à Deo creatæ ſunt.*

CII.

HVGO *Card. Poſtil. in Eſai. illud cap. 59.* Quia corruit in platea veritas: & æquitas non potuit ingredi. Et facta eſt veritas in obliuione. *ſic poſtillat:* Myſticè: Quia corruit in platea veritas: & æquitas nō potuit ingredi: Et facta eſt veritas in obliuione: *ſic poſtillat:* Myſticè: quia corruit in platea veritas: in platea ſcilicet Summi Pontificis: vel in platea quæ erat ante Prætoriū Pilati: ibi quippè corruit veritas: vbi Iudæorum ſola peruerſitas: & æquitas non potuit ingredi: licet perſuaderet multum Pilatus Chriſtum nō crucifigi: tamen in corda eorum nō potuit ingredi veritas, ſiuè æquitas, vt Chriſtum non Barrabam peterēt dimitti: Et ex indè: facta eſt Iudęis: veritas in obliuione: ideſt ipſe Chriſtus: quia vſq; hodiè eſt velamen ſuper faciem eorum: 2. Cor. 4. *Vbi apparet, per negotiationem veritatis in plateis Curiæ alicuius Regni: perdi omninò fidem, & Chriſti cognitionem. Addatur eiuſdem commentum litterale ſic:* Et facta eſt veritas: tàm teſtium, quā Iudicum: In obliuione: & ita perijt iudicium.

CIII.

SHIER. *Com. in Eſai. Ad illud cap. 64.* Domus ſanctificationis noſtræ, & glorię noſtrę vbi laudauerunt te patres noſtri, facta eſt in exuſtionem ignis, &c. *ait:* Poſſumus hæc referri ad Eccleſiam, vel ad ſancti viri animam: quæ rectè appellari poteſt ſpecula, & viſio pacis, quando Pater, & Filius, & S. S. habitauerint in ea. Sin verò vitio, vel noſtro, vel populi, huiuſcemodi Sion à Domino fuerit derelicta, ſtatim patebit incendio ignitarum diaboli ſagittarum. Omnes enim adulterātes quaſi clibanus corda eorum. Et expulſo pudicitiæ frigore, libidinis in templo Dei flamma graſſabitur: vt quidquid in nobis glorioſum prius, & inclitum fuit, corruat, deleatur, & pereat. Et impleatur illud, quod in Pſ. 73. dicitur: Combuſſerunt igne ſanctuarium tuum: prophanauerunt in terra tabernaculum nominis tui, quem ſolus poteſt reſtringere; de cuius ventre fluunt aquæ viuentis flumina. *Vbi apparet, pudicitiam eſſe frigorem, qui carnali igni concupiſcentiæ reſiſtit: vndè non mirum, ſi vbi impudens aliquis fit in luxuriæ flammas ardere conſpiciatur. Addatur illud Glo. ibi:* Allegoricè, Domus Dei Eccleſia, vnaquæq; fidelis anima, quæ aliquando ignibus luxuriæ corrumpitur, & auaritiæ.

CIV.

CAPELLA *Cart. Com. in Hierem. Ad illud cap. 3.* Frons meretricis facta eſt tibi: *ait:* Chald. Paraph. Impudentia, quaſi mulieris meretricis fuit tibi, noluiſti humiliari. Extremum malum, quando pudorem omnem exuimus. huc efernata peccando libido adducit, vt neq; Deum timeamus, neq; homines vereamur, ſed & de peccatis gloriemur. Qui huiuſmodi eſt fit ſupra modum peccans, dum nihil eſt, quod eum retineat.

CV.

THEODORE. *Com. in Hiere. Illud cap. 12.* Facta eſt hæreditas mea mihi, quaſi leo in ſylua. Dedit contra me vocem, ideò odiui eam: *ſic cōmentatur:* Facta eſt hæreditas mea, &c. Qui pro ſponſa effecta eſt fera, quæ ſponſum deuorauit: Dedit ſuper me vocem ſuam. Veritatem Prophetiæ docent Euangelia; vndè diſcimus, quo pacto clamabant, Tolle, Tolle, Crucifige eum. *Addatur commentum Glo. Britonis ex Origene:* Non eſt mirandum, ſi tunc truci beluæ comparata ſit hæreditas, cum vſq; hodie ſint leones in ſylua anathematizantes Chriſtum, & blaſphemantes, & fidelibus inſidiantes.

Et facta eſt Lux.

CVI.

CAPELLA *Cart.Com.ibi ſic:* Vt homines in ſylua audito rugitu leonis fugiunt, ſic ego, ait Dominus impijs vocibus huius populi coactus eum reliqui, & quem vnicè diligebam, odio proſecutus ſum. Hoc quidem fecit populus ille Iudæorum, cùm Dei cultu relicto, falſos Deos coluit. Sed expreſſiùs cum eum negauit, & crucifigi magnis vocibus poſtulauit. *Vbi apparet, benignitas Dei, etiam cum nos deſerit, qui non abire, ſed coactus metubundus dicitur fugere.*

CVII.

LYRA *Poſtil.in Hiere. Ad illud cap.* 15. Facta eſt mihi quaſi mendacium aquarum infideliũ. *ait:* Dicuntur aquæ infideles torrentes, qui ad tempus fluunt aquis, quæ adueniente ſtate ſiccatæ deficiunt, & per hanc ſimilitudinem inſinuat Propheta, quod conſolatio temporalis ſibi deficiebat, quando ea indigebat, ſicut aqua torrentis magis eſſet neceſſaria in æſtate, quam in hyeme.

CVIII

DIONYS. *Cart. Enar. in Hiere. Ad illud cap.* 25. Dereliquit quaſi leo tabernaculum ſuum, quia facta eſt terra eorum in deſolationem. *ait:* Deus templum ſuum deſeruit ſicut leo. Quemadmodum enim leone cuſtodiente locum, aliæ beſtiæ non audent accedere: eò autem recedẽte, accedunt ſecurè: ſic quandiù Deus templum cuſtodiuit, non poterat deijci: Deo autem ipſum derelinquente, à Chaldæis eſt demolitum. Quia facta eſt terra eorum: vtpotè Iudæorum: in deſolationem.

CIX.

HVGO *Card. Poſtil. in Hierem. Ad illud cap.* 49. Nunquid nõ eſt vltra ſapiẽtia in Theman? Perijt conſilium: inutilis facta eſt ſapientia eorũ. *ait:* Theman: Ciuitas eſt idumææ, in qua ſolet vigere ſapientia ſæcularis. Quaſi diceret: Sapiẽtia veſtra non poterit vos liberare, Eſai. 47. Defeciſti in multitudine conſiliorum tuorum: ſtent, & ſaluent te augures cœli, qui contemplantur ſydera: & ſupputant menſes, vt ex eis nuntient ventura tibi. Ecce facti ſunt, quaſi ſtipula, ignis combuſſit eos. Baruch. 3. Non eſt uiſa in Theman .ſ. ſapientia. *Addatur illud Lyra Poſtil. ibi:* Quaſi dicat: non: & tamen in illa Ciuitate uigebat ſtudium ſapientiæ; & quia deficiente conſilio contra periculum non reſtat, niſi fuga. Ideò ſubditur: Fugite terga facite, &c.

C X.

IDem ibid. ſic: Theman, interpretatur (defectio) & ſignificat proſperitatẽ mundanã, quæ multis ſuauis eſt. Iob 28. Non inuenitur ſapientia in terra ſuauiter uiuentium. Luc. 2. Quærebant eũ inter cognatos, & non inuenerunt. *Vbi apparet, ſcientias debere addiſci, extra delitias, & procul à cognatis.*

CXI.

S. PASCHASIVS *Ratbbertus, prout à Michaele Ghisler. in Catena. Ad illud Thren.* 1. Facta eſt quaſi uidua domina gentium. *ait:* Propheta propterea plangit, non tantum, quia ſedet puluereis, & terrenis operibus ſordidata, imò quia ſola ſedet. Porrò ſola, quia quaſi uidua: Vidua verò, eò, quod pro fœditate turpitudinis ſuæ ab ſponſo ſit relicta. Sed notandum, quod quaſi vidua, & non verè vidua dicitur: quoniam etſi ab ſponſo deſpicitur, ſponſalitatis tamen eius iura manent; vt ſi redierit, prioraq; dilectionis opera compleuerit, ſponſum ſaltem per pœnitentiam, immortalitatemq; recipiat. *Addatur illud Dionyſ. Cart. ibi ſic:* Non fuit viduatus Iſrael, & Iuda à Domino Deo ſuo. Nam etſi ad tempus permiſit Deus altiſſimus, qui fuit maritus, & ſponſus ſuæ plebis, ſeù ſynagogæ fidelis, ſynagogam à Chaldæis dirè affligi, non tamen totaliter eam reliquit. Immò ea per Babylonicam captiuitatem purgata, ad priſtinam amicitiam ipſam recepit, ad terram natalem reduxit, ciuitatem, & templum reſtituit.

CXII.

HECTOR *Pinto Com. in Ezech. Ad illud cap.* 1. Facta eſt ſuper eũ manus Domini: *ait:* Dare manus apud Hebræos ſignificat aliquandò auxilium poſtulare, in quam ſignificationem accipitur à Hieremia aiente in quinta lamẽtatione. Aegypto dedimus manum. Ac ſi dicat: Ereximus manum noſtram Aegyptijs, vt nos iacẽtes, & debilitatos ſubleuarent; atq; occidẽtibus opẽ ferrent. Cum autẽ dare alicui manum ſit ab eo opem implorare, extendere deorsũ ad aliquem manum, erit illi opitulati, & labenti, ac inclinato præſidiũ ferre. *Vbi apparet, nunquam Deum Sanctos prædicare mittere quin manum auxilij ſui eis porrigat.*

Et facta eſt Lux.

CXIII.

THEODOR. *Com. in Ezechiel. Sect. 6. ad illud de Rege Sedecia loquentem*: Facta eſt ergò vinea, fructificauit in palmites, & emiſit propagines: *ait*: Regem vitem nuncupauit: vitis autem in terra plantata, & proprias huic tribuit radices, & humorem ab hac exaurit. *Vbi apparet & Regum cogitationes omnes debere eſſe circa populum ſibi ſubditum, & populum debere tributa miniſtrare Regibus, quibus vireſcant, & ſuſtententur*.

CXIV.

S. HIERO. *Com. ibi ad illud*: Et emiſit propagines: *ait*: Ideſt legatos ad Regem Aegyptiorum dirigere, & ab eo contra Regem, cui ſubditus erat, auxilium poſtulare: *Theodoret. vbi ſup. ſic*: Miſit igitur pecunias, inquit, Regi Aegyptiorum Sedecias, vt illius auxilio ipſe & populus tutelam adipiſceretur: *Vbi apparet, legatos & pecunias eſſe Regum propagines*.

CXV.

HECTOR *Pinto vbi ſup. ad illud ibi*: Et facta eſt altera Aquila grandis, magnis alis, multiſq; plumis: *Poſtquam ait*: Hoc eſt Nabuchodonoſor Rex Babylonis, qui ideò per magnam Aquilam intelligitur, quia quemadmodum ea habet inter aues principatũ, ſic ille inter homines: Magnis alis ideſt magnos habens exercitus, qui nomine alarum ſignificantur apud Eſai. 8. Erit extenſio alarum eius implens latitudinem Terræ, &c. & apud Hier. 49. Extẽdet alas ſuas ad Moab. Apud latinos etiam ala dicta eſt equitum turma, quod pedites tegat alarum vice: Et in acie ala dextera locatus, & in ſiniſtra inſtar alarum auiũ: *Vbi apparet, illos Reges plus volare poſſe, qui maiores habuerint exercitus*.

CXVI.

IDEm *ibidem proſequens ait*: Multiſq; planis: Erat hic Rex ditiſſimus, & potentiſſimus: conſidera obſecro altè rem hanc, illamq; tecum perpende, & memoria repete: mundi gloria cũ leuibus plumis, quæ vento circunferuntur, hoc loco comparatur: Quemadmodum plumæ aues ferunt in ſublime: ſic mũdi diuitiæ & dignitates ſolent homines extollere, & vanitates in aerem eleuare: Quemadmodum accipitres pennis freti, volentes altiùs aſcendere, & nubes penetrare, ob nimis excelſum volatum amittunt: ſic qui ꝓſperitatis plumis innixi elatione eriguntur, quò altiùs aſcẽdunt, eò infeliciùs præcipitãtur: Hæ ſunt plumæ vanitatis, quas Deus in Leuitico præcipiebat euellere, & in locũ cinerum ꝓijcere: Locus cineris eſt memoria mortis, vbi ea quæ mortales iudicant eximia, ad quæ cupiditate incenſi rapiuntur, reuoluere debemus, conſiderãtes quam breui omnia illa euaneſcunt, & conſũmãtur, & nos cum illis in cinerem cõuertamur: Arbores in Sylua cognoſcũtur, quædã ob truncorum differentiam, quædam ob frondium, aut florum, aut fructuum ꝓprietatem: Hoc quippè eſt, dum viuunt: ſed traditæ igni, & in cinerẽ cõuerſæ cognoſci nequeũt: Qui fieri poteſt, vt miſtis cineribus proceram pinum, aut excelsũ populũ ab humili myrto, & parua frutice poſſis vnquam diſcernere: ſic homines dum in Mũdi degunt cinere, cognoſcuntur, ob maiorum ſtipirẽ, quidam ob verborum folia, hic in flore pulchritudinis, ille in honeſtatis fructu, nonnulli in cortice ruſticitatis, alij verò in lenitate manſuetudinis. Sed cum mors eos reducit in cinerẽ, & omnia miſcet, & confundit quis poterit ex cineribus ex terra, & puluere illos cognoſcere?

CXVII.

IDem *ibidem concludens, ait*, Falco, & niſus, & aliæ aues ex accipitrum genere dum viuunt, magni æſtimantur; nutriuntur magnis delicijs, & in manibus geruntur magnatum; ſed cum moriuntur, proijciuntur in ſterquilinium. Contra verò Perdices dum viuunt affliguntur ab omnibus, quilibet agricola in eas irruit, & impetum facit: ſed mortuæ afferuntur ad Principis menſam, eiq; honorificè offeruntur. Ità multi, qui in hac vita illuſtres, & præclari cenſentur, rebuſq; vtuntur ſecundis, illis ad uoluntatem ſtantibus, migrantes è uita mittuntur in inferni ſterquilinium in æternum cruciandi, alij autem, qui in uita uarijs torquentur calamitatibus, & ob præclares virtutum actiones in hominum ſceleratorum odio incurrunt, &c. excedunt è uita ad menſam adferuntur Principis cælorum.

CXVIII.

S. HIERO. *Com. in Ion. Ad illud cap. 1.* Dominus autem miſit uentum magnum in mare, & facta eſt tempeſtas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri. *ait*: Põt fuga Prophetæ, & ad homini referri in cõi perſonam, qui Dei præcepta contemnens, receſſit à facie eius, & ſe Mundo

Et facta eſt Lux.

do tradidit, ubi poſteà malorũ tẽpeſtate, & totius mundi contra ſe ſæuiente naufragio, compulſus eſt ſentire Deum, & reuerti ad Deũ quẽ fugerat. Vndè intelligimus etiam ea, quæ ſibi homines æſtimant ſalutaria, Deo nolente verti in perniciem, & non ſolum non prodeſſe auxilium, his quibus præbetur, ſed & ipſos qui præbent, pariter conteri. Sicut legimus victum ab Aſſyrijs Aegyptũ, quia opitulabatur Iſraeli contra Domini voluntatem. Periclitatur nauis, quæ periclitantem ſuſceperat, vento maria concitantur, in tranquillitate tempeſtas oritur: nihil, Deo aduerſante, ſecurum eſt.

C X I X.

SCYRIL. *Alex. Com. in Eſai. ad illud cap.* 5. Aſpiciemus in terram, & ecce tenebræ tribulationis: Lux obtenebrata eſt in caligine eius. *ait:* Nec enim ſine cauſa facit futurorum prædictionem: & accuratè narrat magnitudinem malorũ, vt quoniam ſæpè indociles ſumus, & ſermonem ad pœnitentiam vocantem negligimus, ſaltem metuentes, nè tam grandi pœna inuoluamur, Dei timorem in nobis ſuſcipiamus, & dediſcentes mala, animum deinceps ad bonum amplectendum conuertamus.

C X X.

GLO. *In Eſai. Ad illud cap. 8.* Quod ſi non dixerint iuxta verbum hoc, non erit ei matutina lux. *ait:* Hoc eſt, ſi populus iſte noluerit veritatẽ à Domino quærere, non habebit Chriſtum, .ſ. lucem veritatis, quam negligit. *Vbi apparet, lucem diuinam debere quæri, & nõ deſpici, vt inueniatur.*

CXXI.

INTERLIN. *in Eſai. Ad illud cap.* 5. Aſpiciemus in terram, & ecce tenebræ tribulationis, & lux obtenebrata eſt in caligine eius, *ſic correſpondet:* Aſpiciemus in terrã; Qui modo ſuperbi. Et ecce tenebræ. Deſperatio. Et lux. Spei quam in Domino habuimus. Obtenebrata eſt in caligine eius. Tribulationis. *Vbi apparet, non multum fidendum eſſe in ſpei anchora in tribulationibus: aliquando enim ſunt tam immanes, quod lucem ſpei etiam obtenebrant.*

CXXII.

DIONYS. *Cart. Enarr. in Eſai. ad illud c. 58.* Cũ effuderis eſurienti animam tuam, & animã uacuam, & animam afflictã repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt ſicut meridies. *ait:* In aduerſis, & ſæculi huius caligine, in tenebris ignorantiæ, & peccati, gratia tibi præſtabit: à periculis cuſtodieris, in omnibus proſperè ages. Et tenebræ tuę erunt ſicut meridies: Ideſt aduerſa, & aſpera conuertentur tibi in proſpera, & mala in bona, peccata in virtutum incrementa. *Vbi apparent, eleemoſynæ maximi prouentus. Nec mirum eſſe videre eleemoſinarũ, quaſi in medijs peccatis conuerti ad Deum, in aduerſitatibus ad proſperitatem, in arduis ſapiẽtem videri. Addatur illud Aluares Com. ibi:* Non patietur te errare in via ſalutis: nec erit vulgaris lux tua, ſed qualis eſſe ſolet in meridie.

CXXIII.

THEODORE. *Com. in Hiere. ad illud c.* 4. Aſpexi terram, & ecce vacua erat, & nihil: & cœlos, & non erat lux in eis: *ait;* Hæc euenire ſolẽt his, qui delabuntur in calamitates, quibus lux nõ videtur eſſe lux, nec dies eſſe dies, neq; dulcia dulcia, ſed omnia mutantur in contrarium.

CXXIV.

DIONYS *Cart Enar. in Oſe. Ad illud cap. 6. vbi poſtquam Deus minat Iſraelem maximas calamitates, & mortes, ait,* Et iudicia tua quaſi lux egredietur; *ait:* Iudicia tua paſſiua, ideſt pœnę, quas ſibi infligam, quaſi lux egredientur, quoniam manifeſtè patebunt, vt pro manifeſtis peccatis, inferatur manifeſta punitio, ſicq; pœna ſit correſpondens peccato.

CXXV.

THEODORE. *Com. in Michæ. illud cap.* 7. Nè læteris inimica mea, quia cecidi: conſurgam cũ ſedero in tenebris, Dominus lux mea eſt. Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei, donec cauſam meam iudicet: educet me in lucem videbo iuſtitiam eius. *ait:* Reſurgam diuina curatione ſubleuata: ipſe in tenebris agentem mihi ſuam lucem afferet. Nunc verò iram Dei ſuſtinebo, quia peccaui contra eum: cognoſco enim vltionis æquitatem, cum peccati magnitudinem conſidero. Sed tamen expecto iuſtum iudicium aduerſus eos, qui bellum intulerunt. Etſi enim ego pœnas perſolui, de his, quæ deliqui, tñ illi iniuſtè cõtra me vſi ſunt voluntate, & ſententia. *Vbi apparet, benè compati, & iuſtè pati, conſiderata nequitia propria, & iniuſtè conſiderata voluntate eorum, qui affligunt, & puniunt.*

LY-

Et facta eſt Lux.

CXXVI.

LYRA *Poſtil.in Abacuch. Ad illud cap.3.* Splendor eius,vt lux erit, & cornua in manibus eius. *ait:*Ideſt,armorum exercitus Cyri,& Darij, qui dicitur ſplendor Dei, eò, quod ille exercitus erat executor diuinæ iuſtitiæ. *Vbi apparet, Deum ſplendere in inimicis noſtris, cùm per illos nos punit.*

CXXVII.

S. SEVERVS,*prout in Glo.ibi ſic:* Splendorem, inquit,diuinam doctrinam, vel Euangelicā legem,quæ noſtris mentibus lux fuit. Cornua in manibus eius. Potentia, & miracula vocat. *Vbi apparet, per lucem doctrinæ, & poteſtatem miraculorum Deum Mundum ad ſe adduxiſſe.*

CXXVIII.

LYRA *Poſtil.in Zachar.Ad illud cap.12.* Et erit in die illa non erit lux: ſed frigus, & gelu: *ait:*Non erit lux .ſ. reprobis, quorum erit maior numerus: ſecundum quod dicitur Mat.7. Lata eſt via,quæ ducit ad perditionem,& multi intrāt per eam.Sed frigus .i. horror,& timor, quæ per gelu,& frigus deſignantur,eò,quod ex frigore timor cauſatur refugiente ſanguine ad cor,& ſic membra exteriora,redduntur frigida,& trementia.

CXXIX.

S. HIERON.*Com.ibi ſic:* Cumq; dies aduentus fuerit impletus,non erit lux, ſed frigus, & gelu refrigerata omnium charitate, & præ multitudine malorum, quæ ſuper ventura ſunt, frigeſcentibus cunctis, & calorem priſtinæ fidei perdentibus.

Ex Epiſt. Apoſt.

CXXX.

IOAN.*Hoſmeiſter Com. in 2.Cor. Ad illud cap.7.* Sicut omnia vobis in veritate locuti ſumus, ita & gloriatio noſtra, quę fuit ad Titum veritas facta eſt.*ait:* Gloriatus ſum de vobis ergà Titū. At cū Titus ad vos venit reperit vos tales, quales vos ergà eum commendaueramus: atq; hoc me ſingulari,quodā gaudio afficit. *Et poſt pauca ſic:*Iam plura bona de vobis pollicebar Tito, cū ipſum ad vos mitterem, quod ſi aliter rem inueniſſet,nónè ego iam meritò pudeſcerem, vt qui malos laudauerim, & bonum virum Titum deceperim? Sed quoniam & in commendatione veſtri verax inuentus ſum,non ſum pudefactus, nec Titum peregrinationis ſuæ pudet. *Vbi apparet,quā pudendum ſit Sanctis impios apud pios laudibus efferre.*

CXXXI.

S. ANSEL.*Com.ibi,notans, quomodo & doctrinæ ſuæ ibi mentionem faceret,ait:* Apparuit ei veritas,dum videret ita eſſe vt dixeram. Efficientia enim veſtræ correctionis tam vera facta eſt, quantum & prædicatio noſtra. Veritas .n. arguentis apparet,ſi hi,qui arguuntur, incipiunt ſe emendare,quia dum correcti immutantur teſtimonium perhibent arguenti. *Vbi apparet,per obſtinationem impœnitentium, obſcurari doctrinam Prædicantium.*

CXXXII.

THEODORET.*Com.ibi,etiam notans æquiparationem doctrinæ Euangelicæ,ac eorum laudum quam Apoſtolus facit: ait,* Experientia didicit vera eſſe,quæ à me ſæpè de vobis dicta ſunt.Nihil vnquam falſi dicere in animum induximus; ſed vobis etiam veram doctrinam tradimus; & veſtras laudes veritate exornauimus. *Addatur illud Theophil.Com. ibi:* Quemadmodum igitur hæc omnia vera,ſic quæcunq; de vobis gloriatus sū, vera viſa ſunt.*Vbi documentum habent Prædicatores adulatores; nè aliquem in ſuis laudent concionibus,cuius laudis veritas non pari paſſu, cum Euangelica,quam prædicant,currat.*

CXXXIII.

HVGO *Card.Poſtil.in Epiſt. ad Epheſ. Illud c.5.* Fuiſtis enim aliquandò tenebræ,nunc autē lux in Domino,*ſic commentatur:* Eratis enim,&c. Quaſi diceret: Prædicta dimiſiſtis,& ideò non eſt reuertendum ad ea. 1.Ioa.2. Tenebræ tranſierunt,& verum lumen iam lucet. Nunc autem lux in Domino. Ideſt.Diſcreti,docti,& alios docentes. Mat.5. Vos eſtis lux mundi. Philipp. 2. Inter quos lucetis ſicut luminaria in firmamēto.

Ex Apocal.

CXXXIV.

GLOS.*Moraliter in Apocal. Illud cap.8.* Et primus Angelus tuba cecinit. Et facta eſt grādo,& ignis mixta ſanguine,& miſſum eſt in terram,& tertia pars terræ combuſta eſt.*moralizando*

Et facta eſt Lux.

do: ait: Per ſeptem Angelos, qui dicuntur tuba canere ſecundum literalem ſenſum, ſignificantur ſeptem Hæreſiarchæ, qui fuerunt Angeli Sathanæ, & per ipſos moraliter ſignificantur homines maliuoſi, & maligni: Et facta eſt grando, ideſt tẽpeſtas grandis, quæ ſequitur ad turbationem pacis: Et ignis miſta, ſcilicet iracundiæ, nam ira eſt acceſſio ſanguinis circa cor: miſta in ſanguine: nam ad iſta ſequitur ſanguinis effuſio: Et tertia pars. i. laici, qui ſunt tertia pars populi: Aliæ duę partes ſunt clerici, & religioſi, in turbatione verò pacis laici percutiuntur corporaliter, quia pũgnant manualiter: *Vbi apparet, ſanguinem miſtum iræ dari non poſſe, niſi vbi manualis eſt pugna: & quod hæreſim ſequitur Reipublicæ turbatio.*

CXXXV.

L*YRA Poſtil. ibi ſimiliter de hæreſibus intelligens, ait:* Et facta eſt ideſt grandis tempeſtas, quæ nomine grandinis frequẽter & vulgari locutione deſignatur in Eccleſia, quæ per hoc fuit intra ſe diuiſa: vndè dicitur 10. lib. Eccleſiaſticę hiſtoriæ: Ea tẽpeſtate facies Eccleſiæ fœda, & admodum turpis erat, non enim ſicut prius ab externis, ſed à proprijs vaſtatur: fugabat alius, & alius fugabatur, & vterq; de Eccleſia eſſe ſe dicebat: *Vbi apparet, Eccleſiã quę per perſecutiones infidelium decorabatur: per Schiſmata, & hæreſes denigrari.*

CXXXVI.

C*OEL. PANN. Col. ibi ſic ait:* Per hęc tria, videlicet, grandinem, ignem, & ſanguinem omne genus perſecutionis comprehenditur, quod in ſummo furore ardoreq; vſq; ad ſanguinem ſæuit, quod primũ ſub Apoſtolorum tempore fuit iuxta viſionis ordinem: *Et poſt pauca ſic:* Non quia poſterior hæc ætas noſtra iiſdem careat malis, vt non ſuos habeat ignes, non grandines, non ſanguinem: Habet certè: nam quæ tunc facta ſunt, fiunt & modo ſicut & poſteà donec finiatur Orbis: Cum dicat Paulus: Omnes illi qui piè viuere volunt in Chriſto, perſecutionem pati, neceſſum eſſe, quis hac tempeſtate piorum careat aut grãdine obrectationum, aut igne inuidiæ, aut ſanguine funeſtiſſimi odij; vt etiam ſi ſanguis non aliquando fundatur è corpore noſtro, tamẽ parricidiale odium vicem ſuppleat ſanguinis, quod ipſum ſit origo vndè ſanguis fundatur proximi: nam de corde prodeunt homicidia.

CXXXVII.

D*IONT. Cart. Enar. ibi ſic Com.* Per primum Angelum tubam canentem primus prædicatorum Eccleſiæ ordo, videlicet Apoſtolorum chorus, tubaliter prædicans deſignatur: Per grãdinem quę percutit, verba Apoſtolorũ, quæ corda prauorum, arguendo percutiebãt, & conuertebant, intelliguntur: Per ignem, amor & gratia Spiritusſancti: Per ſanguinem cruor Chriſti pro hominibus fuſus: Hi verbo Dei percuſſi, & Spiritus ſancti igne ſuccenſi ſunt, quæ grãdo & ignis mixta ſunt ſanguine, ideſt virtute dominicę paſſionis.

CXXXVIII.

G*LOſ. moraliter ibi ad illud:* Et ſecundus Angelus tuba cecinit, & tanquam mons magnus igne ardens miſtus eſt in mare: Et facta eſt tertia pars maris ſanguis: *ſic moralizat:* Iſte fuit Macedonius, qui dixit Spiritumſanctum nõ eſſe Deũ, & ſic ipſum repulit à Deitate, & ideò per ipſum ſignificantur illi, qui repellunt viam Spiritus ſancti in electione Prælatorum, & ſic procurant litigia aduocatorum: & facta eſt tertia pars: &c. quia per talia litigia proceditur aliquãdo ad effuſionem ſanguinis: *Vbi apparet, cenſura & periculum illorum qui in ſuis electionibus viam Spiritus ſancti declinant, & litigijs ſe implicant.*

CXXXIX.

C*OEL. PANNO. vbi ſup. ad illud ibi de tertio Angelo, ad cuius ſonum, cecidit illa Stella ſuper tertiam partem aquarum, & fontium, & fluminum: quod ſequitur:* Et facta eſt tertia pars aquarum in abſinthium: *ait:* Scriptura ſacra cum per ſe ſit dulcis ſuper mel, & fauum: pura velut argentum purgatum ſeptuplum, vitalis verba vitæ habens, vertitur tamẽ in abſyntium, aconitis hæreticorum: à quibus ſubindè turbatur, & lætalis efficitur, vt bibi nequeat. *Et poſt pauca ſic:* Et quidem ſacra Scriptura falſa interpretatione amareſcit, ſitq; impotabilis, & lętalis: non quod omnino in ſe fiat talis, ſed dum ſuperat amaritudo errorum, tollitur dulcedo, ac natiua illa ſuauitas intelligẽtiarum.

CXL.

H*VG. Card. Poſtil. in Apocal. ad illud cap. 12.* Nunc facta eſt ſalus & virtus & regnum Dei noſtri ſic commentatur: nunc facta eſt ſalus: Eccleſiæ: per gratiam operantem: & virtus

per

Et facta eſt Lux.

per gratiam coperantem: Et regnum Dei noſtri factum eſt,ideſt collatum eſt Eccleſiæ per gratiã confirmantem.

CXLI.

IDEm *ibidem ſic*: Vel ſic: nunc facta eſt ſalus.i. remiſſio peccatorum: Et virtus i.robur benè operandi: Et regnum.i.auxilium diuinũ ſcilicet vitia calcandi.

CXLII.

BEDA *Com.in Apocal.ad illud cap.*16. Et facta eſt Ciuitas magna in tres partes.*ait*.Triforme bellum impia ciuitas infert Eccleſiæ Chriſti. Quam Gentiles,& Iudæi aperto certamine,hęretici ſubdola defectione, falſi fratres praui in feſtant exemplis. Quod & ſupra in tribus equis malis,roſeo,nigro, & pallido figuratum eſt.

CXLIII.

GLO.*de tempore Arrianorum,moraliter exponens ait*,Eccleſia,quę debet eſſe ciuium vnitas. Facta eſt in tres partes. Nam aliqui adhærebant Arrij doctrinæ, aliqui verò doctrinæ Eccleſiæ aliqui erant dubij de vtraq;

CXLIV.

S. THO. *Com. ibi ſic*: Tres partes dicit propter tres modus peccandi,per impotentiam,per malitiam,per ignorantiam.Item mali omnes dicuntur tres partes,quia peccant in Deum, in ſe, & in proximum. Item peccant corde, ore, & opere.

CXLV.

IO.*Gagnæus Com.in Apocal.ad illud cap.*18. Cecidit cecidit Babylon magna,& facta eſt habitatio dæmoniorum, & cuſtodia omnis ſpiritus immundi.*ait*:Sicut in electis ſuis habitare Deus dicitur,& verè de ijs Paulus ait: Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos;rectè quoq;Babylon illa ſpiritualis dæmoniorum habitatio, & cuſtodia omnis ſpiritus immundi,& volucris immundæ dicitur.

Finis Decimi Text.

Explicit Secunda Particula Primæ Partis Primi Tomi Expoſitionum ſelectarum SS. Patrum, Doctorumq; Claſſicorum in totum Sacrum Textum, continens mille,& ducẽtas Expoſitiones.
Laus Deo, cœteriſq; ſupra nominatis meis, ac huius Operis ſingularibus Patronis.

INDEX LOCORVM SAC. SCRIPTVRAE, qui ſelectè à SS. PP. Doctoribuſq; claſsicis inueniuntur expoſiti ex profeſſo in hac ſecunda Particula Primæ Partis Primi Tomi huius Operis.

Primus numerus denotat Text.: Secundus Notat.

GENE.

2 Terra autem erat inanis & vacua. 1. vſq; 70

Tenebræ erant ſuper faciem abyſsi. 7. 1 vſq; 40

Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas. 8. 1. vſq; 56

Dixitq; Deus: Fiat lux. 9. 1. vſq; 45

Et facta eſt lux. 10. 1. vſq; 36

32 Vidi Dominum facie ad faciem. 7. 219

EXOD.

20 Ego ſum Deus zelotes. 8. 201. 206.

LEVIT.

10 Sanctificabor in ijs, qui appropinquant mihi 7. 212

DEVT.

16 Non apparebis in conſpectu Domini vacuus 6. 120

IOB.

3 Quare miſero data eſt lux? 9. 49. 50. 51. Text 10. 37. vſq; 42

Obſcurent eum tenebræ, & vmbra mortis. 7. 41 vſq; 45

4 Vidi eos qui operatur iniquitatem, & ſeminant dolores, flante Deo, periſſe &c. 8. 61. vſq; 64

Et cum Spiritus me præſente, tranſiret, inhorruerunt pili carnis meæ. 8. 65. 66. 67

5 Nihil in terra ſine cauſa fit. 6. 76. 77. 78

6 Inuolutæ ſunt ſemitæ greſsuum eorum: ambulabunt in vacuum. 6. 120. 121. 122

7 Ego habui menſes vacuos, & noctes laborioſas. 6. 113. vſq; 119

Nihil enim ſunt dies mei. 6. 79. 80

8 Spiritus multiplex ſermonis oris tui. 8. 57. vſq; 60

9 Æſtimabit abyſſum quaſi ſeneſcentem. 7. 66. vſq; 74

12 Si continuerit aquas omnia ſiccabuntur. 8. 99. 100

15 Et auferetur à ſpiritu oris ſui. 8. 68. vſq; 71

17 Caligauit ad indignationem oculus meus, & membra mea &c. 6. 98. vſq. 101

18 Nonne lux impij extinguetur arctabuntur greſſus eius &c.? 9. 52. 53. Text. 10. 43

Lux obtenebreſcet in tabernaculo eius: & lucerna, quæ ſuper eum eſt, extinguetur. 9. 54. Text. 10. 44. 45. 46

19 Fugite ergo à facie gladij: quia vltor iniquitatum &c. 7. 84 85. 86

20 Doctrinam quam me arguis audiam & ſpiritus intelligentię meę reſpõdebit mihi. 8. 72

Omnes tenebræ abſconditæ ſunt in occultis eius. 7. 46. 47

Non remanebit de cibo eius, & propterea nihil remanebit de bonis eius. 6. 81. 82 83

22 Qui dicebant Deo: Recede à nobis, quaſi nihil poſſet facere omnipotens. 6. 84. 85. 86

Viduas dimiſiſti vacuas. 6. 71. vſq; 75

26 Sic in tenebris quaſi in lucem ambulant. Leuis eſt ſuper faciem aquæ. 7. 75. vſq; 83

26 Qui tetendit aquilonem ſuper vacuum. 6. 124

Qui ligat aquas in nubibus ſuis &c. 8. 101

Terminum circũdedit aquis vſquequo finiantur lux & tenebræ. 10. 47

Spiritus eius ornauit cœlos, & obſtetricante manu eius eductus eſt coluber &c. 8. 25 73. vſq; 77

27 Diues cum dormierit, nihil ſecum ferret &c. 6 103. vſq; 112

Viuit Deus qui abſtulit iudicium meum, & omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meam. 8. 79. 80

Et ſpiritus Dei in naribus meis. 8. 78

28 Abyſſus dicit: non eſt in me. 7. 48. vſq; 55

29 Radix mea aperta eſt iuxta aquas. 8. 102

Et lux vultus mei non cadebar in terram. 9. 46. 47. 48. Tex. 10. 48. vſq; 52

Verbis meis addere nihil audebant. 6. 87. vſq; 92

30 Redactus ſum in nihilum. 6, 123

Quorum virtus manuum erat mihi pro nihilo. 6. 102

Verſa eſt in luctum cythara mea &c. 8. 43

Et erunt ſicut paleæ ante faciem venti. 7. 87 88. 89

Diſsipauerunt itinera mea: inſidiati ſunt mihi, & præualuerunt: & non fuit qui ferret

a auxi-

auxilium. 8. 95. 96. 97

31 Semper enim quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui. 8. 92. 93. 94

32 Plenus ſum ſermonibus, & coarctat me ſpiritus vteri mei. 8. 81. vſq; 84

Nihil locutus eſt mihi, & ego non ſecundum ſermones veſtros reſpondebo. 6. 93. vſq; 97

33 Spiritus Dei fecit me: & ſpiraculum omnipotentis viuificauit me. 8. 85. vſq; 90

34 Si direxerit ad eum cor ſuum: ſpiritū illius & flatum ad ſe trahet. 8. 91

38 Auferetur ab impijs lux ſua. 9. 55. Text. 10. 53

In ſimilitudinem lapidis aquæ durantur: & ſuperficies abyſsi &c. 7. 55. 56. 57

Nunquid ingreſſus es profundum maris. In nouiſsimis abyſsi &c.? 7. 58. vſq; 64

Superficies abyſsi conſtringitur. 7. 65

Quis enarrabit cœlorum rationem &c. 6. 39

40 Mittet contra eum fulmina, & ad locum alium non ferrentur. 8. 98

41 Quis reuelabit faciem indumenti eius? 7. 90 vſq; 95

P S A L M.

2 Quare fremuerunt gentes; & populi meditati ſunt inania. 6. 132. vſq; 138

5 Quoniam non eſt in ore eorum veritas: cor eorum vanum eſt. 6. 222. 223

7 Si dedi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis. 6. 139. vſq; 153

10 Pluet ſuper peccatores laqueos, ignis & ſulphur &c. 8. 103. vſq; 108

11 Vana locuti ſunt vnuiquiſque ad proximum ſuum. 6. 224. 225. 226

14 Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus. 6. 172. vſq; 184

17 Et comminuam eos, vt puluerem ante faciem venti. 7. 125. 126

Ab increpatione tua Domine: ab inſpiratione ſpiritus iræ tuæ. 8. 109

19 Et holocauſtum tuum pingue fiat. 9. 56. vſq; 63

22 Dominus regit me; nihil mihi deerit, &c. 6. 154. vſq; 159

23 Innocens manibus &c. qui non accepit in vanum animam ſuam. 6. 227. vſq; 231

32 Ponens in theſauris abyſſos. 7. 119. 130

Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos: quē admodū ſperauimus in te. 9. 64. vſq; 68. 100

34 Fiat via illorum tenebræ, & lubricū & Angelus &c. 7. 97. vſq; 106

Fiant tanquam puluis ante faciem venti. 7. 123. 124

35 Iudicia Dei abyſſus multa. 1. 120. 122

37 Corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ. 7. 127. vſq; 129

38 Poſuit ori meo cuſtodiam cum conſiſteret peccator. &c. 8. 81.

Et ſubſtantia mea tanquam nihilum ante te. 6, 185, vſq; 193

39 Ferant confeſtim confuſionem ſuam, qui dicunt mihi: Euge, euge. 8. 125. vſq; 128

Abyſſus abyſſum inuocat. 7. 117. 118. 120. 121 201

40 Et ſi ingrediebatur vt videret: vana loquebatur. 6. 232. vſq; 235

Benedictus Dominus Deus Iſrael a ſæculo, & in ſæculum: fiat Fiat. 9. 59

44 Dominus ſuper aquas. 8. 9

52 Spiritum rectum innoua in viſceribus meis. 8 112. vſq; 116

Et ſpiritum ſanctum tuum, nè auferas a me 8. 117 118

Spiritu principali confirma me. 8. 136. 137

54 Timor & tremor venerunt ſuper me, & contexerunt me tenebræ. 7. 107. vſq; 111

55 Pro nihilo facies illos: in ira populos confringes. 6. 194. vſq; 198

57 Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens. 6. 199. vſq; 204

58 Et tu Domine derridebis eos, & ad nihilum deduces &c. 6. 205. vſq; 208

59 Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana eſt ſalus hominum. 6. 236. 237

In Deo faciemus virtutem: & ipſe ad nihilum deducet &c. 6. 209. vſq, 214

61 Veruntamen vani filij hominum, mendaces in ſtateris. 6. 238. vſq; 242

62 Ipſi vero in vanum quæſierunt animam meā. 6 243. 244

68 Fiat menſa illorum coram ipſis in laqueum. 9. 70. vſq; 76

Fiat habitatio eorum deſerta: &c. 9. 77. vſq; 82

71 Et benedictum nomen maieſtatis eius in æternum: fiat. fiat. 9. 83

72 In ciuitate tua imaginem ipſorum ad nihilum rediges. 6. 215

Et renes mei commutati ſunt, & ego ad nihilum redactus ſum. 6. 216. vſq; 218

73 Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt. &c. 6. 260. vſq; 167

79 Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ, & turbati ſunt abyſsi. 7. 114. 115

Fiat manus tua ſuper virum dexteræ tuæ. 9. 84. 86

80 Si populus meus audiſſet me &c. pro nihilo forſitan inimicos eorum humiliaſſem. 6. 219. vſq; 221

82 Os meum aperui, & attraxi ſpiritum. 8. 133. 134. 135

88 Nihil proficiat inimicus in eo. 6. 168. vſq; 171.

92 Dominus ſcit cogitationes hominum, quoniā vanæ ſunt. 6. 245

96 Lux orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia. 9. 101. vſq; 104. Text. 10. 68. 69. 70

102 Quoniam ſpiritus pertranſibit in illo, & non ſubſiſtet; &c. 8. 111
103 Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur. 8. 110. 119
Qui facit Angelos ſuos ſpiritus. 8. 120. vſq. 123
Abyſſus ſicut veſtimentum. 6. 54
Verbo Domini cœli firmati ſunt: & ſpiritu oris eius &c. 8. 129
Auferes ſpiritum eorum, & deficient. 8. 124
106 Qui ſatiauit animam inanem &c. 6. 126. vſq; 131
Aſcendunt vſq; ad cœlos, & deſcendunt vſq; ad abyſſos. 7. 116
108 Fiat ei ſicut veſtimentum quo operitur. 9. 92 93. 94
113 Facta eſt Iudæa Sanctificatio eius. 10. 54. vſq; 60
118 Hæc facta eſt mihi: quia iuſtificationes tuas exquiſiui. 10. 61. vſq; 64
Fiat miſericordia tua vt conſoletur me. 9. 95 vſq; 99
Fiat cor meum immaculatum in iuſtificationibus tuis: vt non confundar. 9. 87. 88
Fiat manus tua vt ſaluet me: quoniam mandata tua dilexi. 9. 89. 90
121 Fiat pax in uirtute tua &c. 9. 85
126 Niſi Dominus ædificauerit domum: in vanum laborauerunt. &c. 6. 246
Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere. 6. 247
134 Omnia quæcunq; voluit Dominus fecit. 6. 6
138 Et dixi: forſitan tenebræ conculcabũt me &c. 7. 112. 113
Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me. 10. 65 67. 67
Quo ibo à ſpiritu tuo? 8. 132
147 Mittit chryſtallum ſuum ſicut buccellas: ante faciem frigoris eius &c. 7. 131. 132. 133
Mittet verbum ſuum, & liquefaciet ea: flauit ſpiritus eius &c. 8. 130 131
148 Laudate Dominum de terra, dracones & omnes abyſsi. 7. 134. 135

PROVERB.

3 Ne contendas aduerſus hominem fruſtra cũ ipſe tibi nihilum mali fecerit. 6. 271. 272
Sapientia illius erumperunt abyſsi &c. 7. 142 142
4 Iuſtorum autem ſemitæ quaſi lux ſplendens procedit: &c. 9. 105. 106. 107. Text. 82
5 In plateis aquas diuide. Habeto eas ſolus, nec ſint alieni participes tui. 8. 150. 151
6 Lex lux: & via vitæ increpatio &c. 9. 108. 109 Text. 10. 85
7 Abominatio eſt Domino pondus & pondus 6. 239
8 Quando præparabat cœlos aderam: &c. 9. 35
Nondum erant abyſsi, & ego iam concepta eram. 7. 145
10 Argentum electum lingua iuſti: cor autem impiorum pro nihilo. 6. 287. vſq; 291
12 Doctrina ſua noſcitur vir: qui autem vanus & excors eſt, patebit contemptui. 6. 301. vſq; 304
13 Eſt quaſi diues cum nihil habeat: &c. 6. 173. vſq; 282
Lux iuſtorum lætificat: lucerna impiorum extinguetur. 9. 110. 111. Text. 10. 83. 84
14 Vbi non ſunt boues, præſepe vacuum eſt. 6. 251 vſq; 259
15 Lux oculorum lætificat animam. 9. 111. Text. 10. 86. 88
19 Qui tãtum verba ſectatur; nihil habebit. 8. 283
21 Qui congregat theſauros lingua mendacij vanus & excors eſt. 6. 305. vſq; 308
24 Erue eos, qui ducuntur ad mortem &c. 6. 284 vſq; 286
Ira non habet miſericordiam, nec erumpens furor &c. 8. 154. 155
27 Quomodo in aquis reſplendet vultus per ſpicientium; ſic corda hominum manifeſta ſunt prudentibus. 7. 35
31 Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo: &c. 6. 309. vſq; 312
Facta eſt quaſi nauis inſtitoris &c. 10. 71. vſq; 77

ECCLESIASTES.

2 Et vidi quia tantum præcederet ſapientia ſtultitiam, quantum differt lux à tenebris. 9 113. Text. 10. 87
3 Et deprehendi nihil eſſe melius, quàm lætari hominem in opere ſuo. 6. 292
10 Si ſpiritus poteſtatem habens aſcenderit ſuper te, locum tuum nè dimiſeris. 8. 141. 144
11 Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas: quia &c. 8. 143

CANT.

1 Nigra ſum, ſed formoſa. 7. 39
5 Oculi eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum. 7. 14
8 Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione &c. 6. 293. 295. 205

SAP.

1 Spiritus ſanct. diſciplinæ effugiet fictum. 8. 152
Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. 8 146
2 Sermo obſcurus in vacuum non ibit. 6. 260 261
3 Vacua eſt ſpes illorum, & labores ſine fructu. 6. 262
Sapientiam enim & diſciplinam qui abijcit infelix. &c. 6. 263
6 Benignus eſt enim ſpiritus ſapientiæ. &c. 8. 148
7 Eſt enim illa ſpiritus intelligentiæ, ſanctus, multiplex &c. vnicus ſubtilis. 8. 138. 147
Suauis. 8. 139
Mobilis. 8. 140

Multiplex diſſertus. 8. 145
Multiplex humanus. 8. 149
8 Diuitias nihil eſſe dixi in comparatione illius 6. 296. vſq; 299
9 Senſum autem tuum quis ſciet: niſi tu dederis ſapientiam tuam &c. 8. 153. 14
Dediſti in mari viam &c. Oſtendens quoniā potens es ex omnibus ſanare &c. 6. 264. 265 266

ECCLI.

1 Altitudinem cœli, & latitudinem terræ, & profundum abyſsi quis dimenſus eſt. 7. 146 147
2 Quaſi à facie colubri fuge peccata. 7. 153
4 Libera eum, qui iniuriam patitur de manu ſuperbi &c. 8. 156. 157. 158
5 Et ne dixeris eſt mihi ſufficiēs vita: nihil enim proderit in tempore vindictæ. 6. 300
11 Error & tenebræ peccatoribus concreata ſunt 7. 136. 137
16 Ecce Cœli, & cœli cœlorum: abyſſus & vniuerſa terra & quæ in eis ſunt in conſpectu eius commouebuntur. 7. 148
Qui minoratur corde cogitat inania. 6. 148. vſq; 250
19 A facie verbi parturit fatuus tanquam gemitus partus infantis. 7. 155. 156. 157
21 Via peccantium complanata lapidibus, & in fine illorum inferi, & tenebræ. 7. 138
22 Arenam & ſalem, & maſſam ferri facilius eſt ferre, quam hominem imprudentem, & fatuum & impium. 8. 158
Sicut paleæ in excelſis, & ſementa ſine impenſa poſita &c. 7. 154
Super mortuum plora, defecit enim lux eius: &c. 9. 114. 115. 116. Text. 10. 89. 90
23 Omnis homo qui tranſgreditur lectum ſuum contemnens in animam ſuam &c. 7. 140
Oculi Domini multo plus lucidiores ſunt ſuper ſolem &c. 7. 149
24 Et conſilium illius in abyſſo magna. 7. 150
Et profundum abyſsi penetraui. 7. 144
29 Propter mandatum aſſume pauperem, & propter inopiam eius ne dimittas eum vacuū. 6. 267. vſq; 269
31 Multi dati ſunt in auri caſus &c. 10. 78. vſq; 81
35 Non apparebis in conſpectu Domini vacuus. 6. 270
42 Abyſſum & cor hominis inueſtigabit &c. 7. 151. 152
43 Cogitatione ſua placauit abyſſum. 7. 143

ESAI.

1 Terra veſtra deſerta. 6. 335
Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis &c. 10. 100
2 Repleta eſt terra argēto & auro &c. 6. 137. 336
Ingredere in petra & abſcondere in foſſa humo à facie timoris Domini. 7. 183. 189. 190
4 Si abluerit Dominus ſordes filiarum ſyon &c. 8. 160. 161
5 Ne offeratis vltra ſacrificium fruſtra &c Neomenias veſtras &c. non feram. 8 197
Aſpiciemus in terram: & ecce tenebræ tribulationis &c. 7. 159. Text. 9. 132. Text. 10 119. 121
Vinea facta eſt dilecto meo in cornu filio olei 10. 92
6 Ecce tenebræ operient terram &c. 7. 198
Plena eſt omnis terra gloria eius: 6. 26. 34
8 Et ad terram intuebitur, & ecce tribulatio & tenebræ. 7. 158
Quod ſi non dixerint iuxta verbum hoc, non erit matutina lux. 10. 120
9 Computreſcet iugum facie olei. 7. 191. 192
10 Et erit lumen Iſrael in ignem, & ſanctus eius in flāma. 9. 127. 128. 129
11 Leuabit manum ſuam ſuper flumen in fortitudine ſpiritus ſui. 8. 187. 188
Spiritus Scientiæ & pietatis, & repleuit eum ſpiritus timoris Domini. 8. 168. 176. 180 181. 182
Et percutiet terram virga oris ſui, & ſpiritu labiorum ſuorum &c. 8. 159
12 Mundamini, qui fertis vaſa Domini. 8. 200
14 Ecce ego creo cœlos nouos &c. 6. 9
18 Ego quieſcam & conſiderabo in loco meo ſicut meridiana lux clara eſt, &c. 9. 117
19 Stulti facti ſunt Principes Taneos &c. Dominus miſcuit in medio eius ſpiritum vertiginis. 8. 185. 186
22 Terra, terra audi ſermonem Domini. 6. 330
24 Ecce Dominus diſsipabit terram, & nudabit eam. 6. 319
26 Concepimus, & quaſi parturimus, & peperimus ſpiritum. 8. 173. 174
Diſsipatione diſsipabitur terra. 6. 334
29 Vſq; ad ſenectam, ego ipſe, & vſq; ad canos ego portabo. 8. 198. 199
Et ſicut ſōnians eſuriens, & comedit, cum autem fuerit expergefactus &c. 6. 323
30 Spiritus eius velut torrens inundans vſq; ad medium colli &c. 6. 325. 192
32 Stultus cum fatua loquetur &c. & vacuam faciet animam eſurientis. 6. 326
34 Et extendetur ſuper eam menſura, vt redigatur ad nihilum. 6. 320. 321
37 Ecce ego dabo ei ſpiritum &c. 8. 194. vſq; 196
Ne timeas a facie verborum eius &c. 7. 165
39 Bonum verbum Domini, quod locutus eſt: dixit: Fiat pax &c. 9. 119. 120. 121
40 Qui dat ſcrutatorum ſcrutatores quaſi nō ſint, & iudices velut inane fecit. 6. 15. 16. 316
Menſus eſt pugillo aquas, & cœlos palmo. 8. 162. 163. 183. 184
Omnes gentes quaſi non ſint: ſic ſunt coram eo. 6. 338. 339

41 Ec-

41 Ecce omnes iniuſti,& vana opera eorũ. 6.341
42 Ponam ſpiritum meum ſuper eum. Non contendet. 8. 172
44 Plaſtæ idoli omnes nihil ſunt : & amantiſsima eorum non proderunt eis. 6. 314. 315
45 Ego Dominus faciens lucem & creans tenebras. 7. 40
49 In vacuum laboraui,ſine cauſa &c. 6.324.328 329
51 Conſurge induere fortitudinem brachij tui: &c. 7. 196. 197
55 Sic erit verbum meum &c. non reuertetur ad me vacuum. 6. 327
Omnes ſitientes venite ad aquas. 8. 167. 193
57 A facie mali colligetur iuſtus. 7. 195
58 Cum effuderis eſurienti animam tuam &c. 9. 133. Text. 10. 122
59 Cum venerit quaſi fluuius violentus, quẽ ſpiritus Domini cogit. 8. 176. 191
Quia corruit in platea veritas & æquitas non potuit ingredi &c. 10. 102
Et facta eſt veritas in obliuionem. 7. 37
61 Spiritus Domini ſuper me: &c. 8. 175
63 Quaſi animal in campo deſcendens, ſpiritus Domini ductor eius fuit. 8. 189
Quaſi nihilum poſſederunt populum ſanctum tuum. 6. 322. 343
64 Ciuitas ſancti facta eſt deſerta. 10. 91.
Domus ſanctificationis noſtræ & gloriæ noſtræ vbi laudauerunt te patres noſtri &c. 10. 103

I E R E M.

1 Ollam ſuccenſam ego video: & faciem eius à facie Aquilonis. 7. 168 184. 185
2 Duo mala fecit populus meus;me derelinquerunt.fontem aquæ viuæ &c. 8. 54
Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas. 10. 93
3 A voce equitis, & mittentis ſagittam, fugit omnis ciuitas. 6. 193
Frons meretricis facta eſt tibi. 10. 104
4 Intuitus ſum & non erat homo &c. 7. 175
Aſpexi terram,& ecce vacua, & nihil. 6. 340. Text.9. 121. Text. 10. 123
7 Nunquid ergo ſpelũca latronum facta eſt domus iſta? 10. 94. 95
10 Et cadet morticinium hominis quaſi ſtercus ſuper faciem regionis. 7. 174
12 Facta eſt hæreditas mea mihi quaſi leo in ſylua. 10. 105. 106
14 Maiores miſerunt minores ſuos ad aquam: venerunt ad auriendum, non inuenerunt &c. 6. 317. 331.332. 333
15 Facta eſt mihi quaſi mendacium aquarum infidelium. 10. 107
Plaga mea deſperabilis renuit curari, &c. 10 96
16 Non ſedi in conſilio ludentium, & gloriatus ſum a facie manus tuæ. 7. 176
20 Et factus eſt in corde meo, quaſi ignis exæſtuans. 8. 201. 202. 81
23 Meſſis fluminis fruges eius, & facta eſt negotiatio gentium &c. 10. 99
Quia a facie maledictionis luxit terra 7. 173
25 Facta eſt terra in deſolationem à facie iræ columbæ. 7. 160. 188. 194
Dereliquit quaſi leo tabernaculum ſuum, quia facta eſt &c. 10. 108
Bibite, & inebriamini,& vomite, & cadite. 7. 164. 169
32 Ecce munitiones extructæ ſunt aduerſus ciuitatem,vt capiatur, & Vrbs data eſt in manu &c. 7. 186. 187
44 Plantauit pinum quam pluuia nutriuit, & facta eſt hominibus in focum. 10. 101
46 Surge & reuertamur ad populum noſtrum, &c. a facie gladij columbæ. 7. 172.180
44 Nunquid non eſt vltra ſapientia in Theman? &c. 10. 109. 110
50 Sagitta eius quaſi viri fortis interfectoris,non reuertetur vacua. 6. 342
51 Confuſus eſt omnis conflator in ſculptili,quia mendax eſt conflatio eius: &c. 6. 313

T H R E N.

1 Facta eſt quaſi vidua domina gentium,10.111 112
Princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo 10. 97
Peccatum peccauit Hieruſalem,propterea inſtabilis facta eſt. 10. 98

E Z E C H.

1 Et vidi quaſi ſpeciem electri &c. 9. 22
Et quatuor facies vni &c. 7. 177. 178
Spiritus quoq; leuauit me & aſſumpſit. 8.166 169
Spiritus vitæ erat in rotis. 8. 170. 190. Text. 10. 13
Facta eſt ſuper eum manus Domini. 10. 112
Cum ambularent animalia,ambulabant pariter & rotæ &c. 8. 190
3 Et aſſumpſit me ſpiritus, & audiui poſt me vocem commotionis magnæ. 8. 50
Vt adamantem, & vt ſilicem dedi faciẽ tuam. 10. 4
Auribus tuis audi. 10. 29
17 Facta eſt ergo vinea,fructificauit in palmites, & emiſit propagines. 10. 113. 114
Et facta eſt altera Aquila grandis &c. 10. 113 115. 116. 117
26 Cum dedero te vrbem deſolatam,ſicut ciuitates quę non habitantur,&c.7. 199. 200. 201
31 Ecce Aſſur,quaſi cedrus è libano pulcher &c. 7. 202. vſq; 205

D A N.

2 Et nouit in tenebris conſtituta, & lux cum eo eſt. 9. 123. 134

3 Be-

3 Benedicite lux & tenebræ Domini. 7. 6.
3 Sicut in holocauſtum arietum &c. ſic fiat ſacrificium noſtrum. 9. 118
3 Suſcitauit Dominus ſpiritum ſanctum pueri iunioris. 8. 171. 179

O S E.

2 Vadam poſt amatores meos, qui dant panes mihi &c. 8. 178
6 Dolaui in prophetis occidi eos in verbis oris mei &c. 9. 125. 131
Et iudicia tua quaſi lux egredietur. &c. 10 124
10 Tranſire fecit Samaria Regem ſuũ quaſi ſpumam ante faciem aquæ. 7. 179
12 Oleum in Ægyptum ferebat. 8. 203

M I C H E.

7 Ne læteris inimica mea ſuper me &c. 9. 126 Text. 10. 125

Z A C H.

4 Et erit in die illa non erit lux ſed frigus. &c. 9. 135. Text. 10. 128. 129

I O E L.

2 Et Dominus dedit vocem ſuam ante faciem exercitus ſui. 7. 181
2 Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem &c. 8. 164

A M O S.

3 Nunquid auferetur laqueus de terra antequã quid ceperit? 6. 318
5 Quomodo ſi fugiat vir a facie leonis, & occurrat ei vrſus. 7. 182

A B A C H.

3 Dedit abyſſus vocem ſuam. 7. 161. 162. 163 167. 170. 171
Gurges aquarum tranſijt. 8. 165
In luce ſagittarum tuarum ibunt. &c. 9. 124
Splendor eius erit vt lux. 10. 126. 127

R O M.

1 Incompoſitos. 6. 368. 369. 372. 377. 378. 379
Qui prædiſtinatus eſt Filius Dei in ſpiritu ſãctificationis. 8. 210
Inuiſibilia enim ipſius a creatura Mundi. &c. 6. 349. 356. 357. 358
4 Ipſe ſpiritus poſtulat pronobis. 8. 222. 232 246
5 Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum. 8. 240
7 Vt fiat ſupra modum peccans peccatum per mandatum. 9. 138. vſq; 142
8 Quicunq; enim ſpiritu Dei aguntur &c. 8. 205 211. 214. 219. 226. 247
Lex enim ſpiritus in Chriſto Ieſu. 8. 249
Et nos ipſi primitias ſpiritus habentes: & ipſi intra nos gemimus. 8. 248
Non accipiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore. 8. 236
Spiritus adiuuat infirmitatem noſtram. 8. 215
10 Ne dixeris in corde tuo; quis aſcendet in cœlum &c. 7. 220
11 Et Dauid dixit; Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum. 9. 136. 137
Dedit illis Deus ſpiritum compunctionis. 8. 237. 238. 239
14 Regnum Dei non eſt eſcas, & potus &c. 8. 223
15 Obſecro vos fratres &c. vt adiuueris me in orationibus veſtris &c. vt fidelibus qui sũt in Iudæa & oblatio obſequij mei accepta fiat. 9. 143. 144. 145
18 Vos autẽ in carne nõ eſtis, ſed in ſpiritu. 8. 233

I. C O R.

2 Quæ loquimur non indoctis humanæ ſapientię verbis. 8. 7.
Nos autem non ſpiritum huius Mundi accepimus. 8. 245
3 Siquis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſæculo: ſtultus fiat. 9. 146
Charitatem autem non habuero, nihil ſum. 6 350. 351
Spiritus enim omnia ſcrutatur &c. 8. 243
4 Neſcitis quia templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis. 8. 221. 250
Quid vultis? In virga veniam ad vos, an in charitate, & ſpiritu manſuetudinis? 8. 228 229
Neq; me ipſum iudico &c. 7. 22
8 Videte ne forte hæc licentia veſtra offendiculũ fiat infirmis. 9. 147
12 Nemo poteſt dicere Dominum Ieſum, niſi in ſpiritu ſancto. 8. 216. 217. 242
13 Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate: tũc autem facie ad faciem. 7. 218. 219
14 Et ſpiritus Prophetarum Prophetis ſubiectũ eſt. 8. 218
15 Gratia eius in me vacua non fuit. 6. 363
Cum ſciatis, quod labor veſter non eſt inanis in Domino. 6. 359

II. C O R.

3 Vbi ſpiritus Domini: ibi libertas. 8. 230. 231
4 Deus qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere: &c. 9. 17. 20. Text. 10. 33
5 Qui dedit nobis pignus ſpiritus. 8. 209. 235
7 Sicut omnia vobis in veritate locuti ſumus, ita & gloriatio noſtra quæ fuit ad Titum veritas facta eſt. 10. 130. 131. 132
12 Nunquid & Titus vos circunuenit? Nonne eodem ſpiritu ambulauimus? 8. 234
Nulla enim in re inferior fui ab ijs qui ſunt ſupra modum Apoſtoli. 6. 353

E P H E S

1 In quo credentes, ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto. 8. 241
4 Obſecro itaq; vos ego Paulus vinctus in Domino &c. 8. 252
Qui aſcendit ſuper omnes cœlos, vt adimpleret omnia. 6. 3031
Vnum corpus, & vnus ſpiritus. 8 220

No-

Digitized by Google

Index locorum ſacræ Scripturæ.

Nolite cōtriſtare Spiritū Sāct.8. 212.213.244
Renouamini ſpiritu mentis veſtræ. 8. 208
5 Eratis enim aliquando tenebræ, nunc aūt lux in Domino. 7. 209. vſq; 211.Text.9. 23
Nemo vos inanibus ſermonibus decipiat. 6 360. 165
Omnia autem à lumine manifeſtantur &c. 9 148

G A L.

2 Et contuli cum illis Euangelium, quod prædico &c. 6. 364
4 Fratres obſecro vos. Nihil me læſiſtis. 6. 354
5 Vos enim in libertatē vocati eſtis fratres &c. 8. 227
6 Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto &c. inſtruite in ſpiritu lenitatis. 8. 204 225
Non efficiamini inanis gloriæ cupidi, 6. 366

C O L.

1 Qui eſt imago Dei inuiſibilis. 6. 373. 374
2 Videte nequis vos decipiat per philoſophiam, & inanem fallaciam. 6. 346.347. 367. 370 371. 3

I. T H E S.

2 Nam ipſi ſcitis fratres introitum noſtrum ad vos,quia non inanis fuit. 6. 344. 345. 348 361
3 Propterea & ego amplius non ſuſtinens, miſi ad cognoſcendum fidem veſtram:&c.6.362
5 Spiritum nolite extinguere. 8. 224

II. T H E S.

Dilectum veritatis non habuerunt vt ſalui fierent &c. 8. 239

I. T I M.

1 Regi ſæculorum &c. inuiſibili &c. 6. 375

H E B R.

4 Et non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius. 6. 386
Quapropter intermittētes inchoationi Chriſti ſermonē ad perfectiora feramur. 8.251
5 Qui cū ſit ſplendor gloriæ,& figura.&c. 9.11

I A C O B.

2 Vis autem ſcire ô homo inanis,quoniam fides ſine operibus mortua eſt. 6. 355
4 An putatis, quia inaniter ſcriptura dicat: Ad inuidiam concupiſcit ſpiritus ? 8. 206. 207

I. P E T R I.

1 Non vacuos, nec ſine fructū vos conſtituent, 6. 352

I. I O A N.

1 Deus lux eſt,& tenebræ in eo non ſunt.7.212 vſq; 215
2 Tenebræ tranſierunt, & verum lumen iam lucet. 7. 216. 217

M A T.

6 Theſaurizate vobis theſauros in cœlo. 6. 63
26 Etſi oportuerit me mori tecum nō te negabo 6. 225

M A R C.

7 Miſit digitos ſuos in auriculas eius &c.10.29
10 Erant autem in via aſcendentes Hieroſolymā &c. 10. 28

L V C.

2 Eſurientes impleuit bonis; & diuites &c.6.64
8 Et rogabant illū,ne imperaret illis, vt in abyſſum irent. 7. 23. 24. 33
22 Occurret vobis homo amphoram aquæ portans. 8. 35
3 Niſi quis renatus fuerit ex aqua,& Spiritu Sācto:&c. 8. 38
7 Qui credit in me, ſicut dicit ſcrip. flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. 8, 28
11 Tollite lapidem. 6. 45
13 Spiritus Sanct. qui à me procedit. 8, 3.
14 Spiritus veritatis qui à Patre procedit. 8. 29
17 Et nunc clarifica me tu Pater apud temetipſum &c. 9. 10

A C T.

9 Apertiſq; oculis nihil videbat.
17 Incitabatur ſpiritus Pauli videntis idolatriæ deditam ciuitatem. 8. 202
Inueni aram, in qua ſcriptū erat:Ignoto Deo

A P O C A L.

1 Nihil horum timeas, quæ paſſurus es. 6. 380. vſq; 384
2 Qui habet aures audiat quid ſpiritus dicat Eccleſijs. 8. 255
4 Statim fui in ſpiritu. 8. 253.fui in ſpiritu dominica die. 8. 254
6 Et dicunt montibus,& petris:cadite ſuper nos & abſcōdite nos a facie ſedētis ſuper thronum. 7. 221.ſq;236
8 Facta eſt grando, & ignis mixta ſanguine. 10 134. 135. 136
Et facta eſt tertia pars maris ſanguis. 10 138
Et facta eſt tertia pars aquarum in abſinthiū, 10. 139
9 Vidi ſtellā deſcendentem de Cœlo, & data eſt illi clauis putei abyſſi, 7. 231. vſq;237
9 Et aperuit puteum abyſſi &c, 7. 238. vſq;243
9 Et habebant ſuper ſe regē abyſſi &c.7.244.248
11 Et cum finierint teſtimonium ſuum.beſtia,quę aſcendit de abyſſo faciet contra eos bellum 7. 249. vſq; 252
12 Nunc facta eſt ſalus & virtus & regnum &c. 10. 140
14 Amodo iam dicit ſpiritus,vt requieſcant a laboribus ſuis. 8. 256
16 Et facta eſt ciuitas magna in tres partes . 10. 143. 144
17 Veni oſtendam tibi damnationem meretricis magnæ &c. 8. 257
18 Et lucernæ non lucebit tibi amplius. 9 149. 150
Cecidit Babylon magna , & facta habitatio dæmoniorum. 10. 145
20 Et vidi Angelum deſcendentem de Cœlo habentem clauem abyſſi.7.253.vſq; 255
Et miſit eum in abyſſum. 7, 256
Catenam magnā in manu ſua.7.257.259

FINIS INDICIS LOCORVM.

Digitized by Google

INDEX RERVM NOTABILIVM, quæ ex profeſſo à SS. Patribus, Doctoribuſque Claſsicis probatæ inueniuntur in hac Secunda Particula Primæ Partis Primi Tomi huius Operis.

Primus numerus denotat Text. Secundus Notat.

A

ABſcōdi debet peccator intra plagas Chriſti Domini. 7. 189
Abſentia lucis, etiam aliquãdo vtilis eſt hominibus. 7. 6.
Abſtinere prælatos ab accipiendis muneribus, diuinæ debet attribui gratiæ. 8. 234
Abundant ſemper pij etiam ſi pauperes ſint. 9. 85
Abundatio rerum temporalium, intellectum obſcurat. 7. 204
Abuſus condemnatur, non vſus temporalium bonorum. 8. 7
Acceptio perſonarum minimè apud ſanctos datur 6. 183
Actiones iuſtorum ſib attribui vult Spiritus Sanct. 8. 213
Acquirere, quæ non poſſidenda ſunt, dignũ eſt maxima reprehenſione. 7. 187
Adoptiui filij, partus ſunt intellectus. 9. 4.
Aduerſitates hominibus non caſualiter, ſed determinatã, & regulariter, ſemper a culpa. 6. 77
Aduerſitates Deus affert peccantibus & ingratis, eodem modò quo eis attulit proſperitates. 8. 69
Aduerſitates minimè frangunt, niſi quem ex tollit proſperitas. 7. 112
Adulatorum pericula & mala 6. 306
Adulantium linguæ animas in peccatis ligãt. 8. 125
Adulter omnia crimina ſequitur ad quæ illum impetus ſuæ paſſioniis inclinat. 7. 77
Adulter nulla difficultate a ſua paſſione deſiſtit. 7 79
Adulter omnis, timidus eſt. 7. 80
Affectum ſuum faciunt pij menſuram diuinæ miſericordiæ, quam implorant. 9. 100
Afferenda ſunt a longe, quæ in patria inueniri minimè poſſunt. 10. 77
Afflictis omnia obſcura, & tenebroſa videntur. 9. 122
Agere bene dici poteſt qui agitur, ſi a bono agatur 8. 247
Agere debemus ad ſalutem noſtram: non ſperare agi. 8. 219
Alta loquuntur ſancti aliquando, vt impiorum præſumptionem deijciant & reprimant eorum, qui multa ſe ſcire præſumunt. 8. 73
Ambitioſè qui omnia occupare intendunt loca, ab omnibus locis multoties expelluntur. 7. 70
Amat Deus abſq; vlla indigentia. 8. 24.
Amic magis debent dolere cum viderint amicos inſipientes, quam cum viderint pauperes. 6. 99
Amorem diuinum ne illo inflãmemur impedit quæcunq; intermedians creatura. 10. 21
Amor diuinus, terrena facit deſpicere. 8. 147
Amori diuino debemus noſtrum eſſe. 8. 2
Amoris ſui ſpiritum minimè communicat Deus alicui, quem prius ab impiorum conſortio non ſeparet. 8. 161
Amor Dei filium incarnare, & pati coegit. 8. 176
Angeli ſancti Montes & petræ refugij peccatorum 7. 221
Angeli Sancti lætantur, & gratias Deo agunt cum per confeſſionem conuertitur peccator. 7. 166
Angelicas poteſtates in mundum miſit Deus reprimere dæmoniorum potentiam. 8. 4
Angeli quare ſpiritus, & ignis vocentur. 8. 121
Angeli vocantur prædicatores propter duo. 8. 123.
Angelorum perfectio, & in bono firmatio; Spiritui Sanct. attribuitur. 8. 129
Angeli omnibus præſunt locis. 10. 20
Angeli ſancti creatam & increatam lucem Mundo nuntiarunt primi. 9. 9
Angeli non in cœlo, ſed extra creati fuerunt, & ibi tranſlati. 9. 24
Angeli Sancti exemplaria fuerunt horum viſibiliũ luminarium 9. 44
Angeli Sãcti ſunt cœlorum plenitudo: & etiam hominum. 6. 32
Angelis quare alæ depingantur. 10. 31
Angelica ſcientia quomodo viget. 10. 24
Angelici Doctoris doctrina germana, ac eadem cũ antiqua prima, Eccleſiæ a Deo tradita, & a Sanctis Patribus, ac conſilijs edocta. 10. 36
Angelicus Doctor, & eius diſcipuli quomodo intelligendi ſunt ſequi Sanct. Patrum doctrinam. 8. 190

Anima etſi inuiſibilis: tamen aliquo modo cognoſci poteſt. 6. 375
Anima vigilare incipit, cum corpus obdormit in morte. 6. 103
Animam ſuam qui non æſtimat, plurimnm aſcendere non poterit. 6. 229
Auimam fruſtra accepit qui non facitid ad quod eam accepit. 6. 230
Animæ profectus aſſiſtentiam Spiritis Sanct. oſtendunt. 8. 20
Anima noſtra eſt ſpeculum in quo in hac vita Deũ videre poſſumus. 7. 218
Anima rationalis naturaliter deſiderat ſcire. 8. 19
Anima in gratia eſt templum Dei:in peccato habitatio dæmoniorum. 10. 145
Anima rationalis Angelis & Deo ſimilis:paruo vẽto etiam ſeu flatui aſſimilatur
Animal obediens ſe debet vnus quiſq; Deo exhibere. 8. 189. Text. 9. 146
Anorhomyam facit Deus ſupplicijs ſuis in deſperatis,quatenus per illos alios corrigat 9. 139
Antichriſti præcurſor,& prædicator erit diabolus. 7. 237
Antiquitatis præeminentiæ cum vitæ ſanctitas adiungitur ſummam perfectionem facit. 8.15
Apparere diſponit Deus, quicquid perfectum creat & facit. 9. 7. 8
Apoſtoli cœli vocantur,& ornati die Pẽtecoſt. 8.75
Approbatio eſt piis, impiorum derogatio. 6. 179
Aqua de ebrijs conquæritur. 8. 26. 31
Aqua, & Spiritus Sanctus vicinæ res ſunt. 8. 38
Aquæ elementi maximæ excellentiæ. 8. 30. 35
Aquarum tria genera infunduntur nobis per Spiritus ſancti internam viſitationem. 8. 131.
Arma neceſſaria non ſunt, vbi diuina probantur auxilia. 6. 209
Armis operum bonorum contra inimicos, nos roborare debemus. 6. 153.
Arrogantiam maximam arguit in aliquo exiſtimare alios minimè poſſe perficere, quod ipſe non ualet. 6. 95
Arrogantia, & ſcientia incompatibiles ſunt. 6. 347
Aſcenſionem Chriſti, ſecuta eſt Mundi ditatio. 6.30
Aſperitates multas proſperitatibus impiorum commiſcuit Deus. 7. 139
Aſtutias impiorum contra bonos,non ſolum punit Deus:ſed ex illis bona ipſis p. js elicit. 7. 150
Aſtutiam impiorum malignam, ad bonum præordinat ſæpe Deus. 7. 151
Aſtuti & turbulenti homines, factis ſuis oſtendunt non diuinam,ſed humanam ſe habere ſcientiam 7. 53
Auaritia eò creſcit,quo & diuitiarum poſſeſſiones 6. 33
Auaritiæ crimen non euadunt, qui male parta prodige expendunt,ſed de duobus punientur. 10.80
Auaritiam Chriſtianorum,accuſat philoſophorum antiqua vana prodigalitas. 9. 57
Auari ſubſtãtia indigens, quia à nullo videtur. 6. 24
Auarus omnis,eſt pauper,etiam ſi multas poſſideat diuitias. 6. 275
Auari parum ſibi miniſtrare faciunt, ne teliquiæ pauperibus remaneant. 6. 81
Audientibus reuerentia neceſſe eſt erga prædicantes: prædicantibus vero prudentia. 6. 87
Audire minime, dicuntur verbum Dei per vnam ex aliquibus bene aſſignatis rationibus. 8. 255
Auditores impij,prædicatorum verba, quæ minime intelligunt,vel ipſos pungunt,diſſuta,& abſq; ordine prolata affirmant. 8. 60
Auditores non concurrunt, niſi ad bonos prædicatores. 6. 251
Auditores impij, prædicatoris verba non faciunt: ſed iudicant. 8. 72
Aurum eſt fomentum belli, & diſſenſionum. 6. 336
Aurum,& argentum multos perdiderunt. 10. 81
Auri caſus nõ ſolum multi, & magni,ſed ineuitabiles, etiam præuiti. 19. 81
Aurum uon ſolũ nocet poſſeſſnm.ſed viſum. 10. 79
Auſteros homines,non facit Spiritus Sanct. ſed humanos. 8. 149
Authoritate & reputatione, plena mala:facilius decipiunt. 6. 370
Authoritatis diuinæ conſideratio, reprimit tyrannos ab appreſione miſerorum. 8. 94
Authores nos facit Deus mirabilium quę ipſe pronobis operatus eſt. 7. 196
Axilium apportunum, ſolus Deus præſtare poteſt. 7. 237
Axilium diuinum tunc bene contra inimicos fidei ſperare debemus cũ opera virtuoſa operati fuerimus. 6. 211
Auxilia dæmoniorum qui ſe deceperunt, & non Sanctorum inuocabunt impij in vltimi iudicij tribulationibus. 7. 222
Auxilijs ſuis Deus non deeſt peccatoribus, quatenus de peccato exire poſſint. 9. 30
Auxilium diuinum authoritatiue ſibi depoſcit,qui viam mandatorum Dei elegit. 9. 90

B

Baptiſmum quare ſingulariter in ſymbolo dicatur in remiſſionem peccatorum. 8.8
Baptiſmatis gratia ab exordio Mundi inuitur. 8.34
Baptiſmum eſt lux, quæ baptizatos denocte obſcura,conuertit in clarum diem. 7. 208
Baptiſmate fiunt Chriſtiani luces. 9. 32
Baptiſmatis veritas minimè euacuatur perfictè accedentem. 8. 152
Baptizatis & operandi ſibi,& alijs prædicandi obligatio iniungitur. 9. 22
Baptizatorũ, progreſſus vſq; ad prædicationis munus bene deſcribuntur. 8. 110
Beatitudo,nulla eſt perfecta ſine ſcientia. 10. 65
Beati, Cœli luminaria ſunt. 9. 35

Bella nobis inferunt infideles ex diuino beneplacito, non ex ſua voluntate. 7. 194
Benedicere, Deum incipitur hic: perficitur in gloria 9. 69
Beneficia diuina quæ ſancti in hac vita in arras recipiunt, non tollentur, ſed perficientur in altera 8. 241
Beneficia & præmia, extenſa manu debent conferri; ſupplicia vero, contracta. 8. 162
Beneficia quibus Deus cumulat a peccato nouiter egreſſos. 10. 60
Beneficia diuina nobis nõ conferuntur pro magnitudine Dei, ſed pro captu noſtro. 6. 18
Beneficia ſua duabus de cauſis Deus peccatoribus improperat. 6. 86
Beneficia diuina qui acceperint debent a peccatis abſtinere, nè ſibi auferantur. 6. 85
Beneficiorum diuinorum eò capaciores ſumus, quo nos inanes & vacuos omni cognoſcimus bono. 6. 51
Beneficiorum receptorum a Deo recordatione, exageratur culpa in eum peccantium. 6. 84
Beneficiorum diuinorum incapax non eſt omnis qui licet peccator, illa tamen appetit. 6. 127
Beneficiorum a Deo receptorum recordatio, eſt maximum motiuum ad benefaciendum egentibus. 6. 284
Beneficiorum præteritorum recordatione allicit nos Deus, vt alia expectemus futura. 7. 197
Boni & iuſti ſemper in melius proficiunt. 10. 82
Boni ſemper progrediuntur in melius, mali in peius 9. 105
Boni ſunt ignis quo eorũ perſecutores cõſumuntur 9. 129
Boni oppreſſi conſolantur, cum aliquos pios ad dignitates aſſumi vident 9. 127
Bonorum proſperitas æterna, impiorum caduca. 10 83.
Bonorum abſentia, impios æternizat, & eſſe eis tribuit. 7. 17
Bonos interimi a malis minimè poterunt, niſi per acto munere ad quod a Deo deſtinati ſunt. 7. 249
Bonos de Mundo tollit Deus, ne impiorũ ſupplicia videant. 7 195
Bonos percutit Deus ad caſtigandum: impios ad lædendum. 8. 183
Bonitas diuina ocioſa minimè eſſe valet. 9. 25
Bona cæleſtia, & magna, faciliter inueniuntur; a contrario terrena. 8. 54
Bona pro ſemetipſis amanda ſunt, non pœnæ timore. 8. 230
Bona quæ nobis Deus tribuit ante certamen, oſtendunt qualia erunt poſt victoriam. 8. 240
Bona facere impij aut non incipiunt: aut ſi incipiunt, non in bono diu permanent. 6. 120
Bona nulla a nobis habemus. 6. 182
Bona non facere, inſuper & mala cõmittere quantum ad deſperationem impellat. 6. 194
Bona quæ poſſidemus ſunt a Deo: mala autem, quæ patimur a nobis oriuntur. 7. 136
Bona facta a ſanctis, cum vanæ gloriæ aſcribuntur maxime ipſi pij percutiuntur. 6. 149
Bona quæ indifferenter bonis & malis conceduntur, apud pios pro nihilo computantur. 6. 297.
Bona iuſtorum, cum diripiuntur non ſolum euomuntur: ſed omnia alia etiam bene aquiſita euomere faciunt. 6. 323
Bona vnde ſint, & mala vnde exoriantur vult Deus ſemper vt ſciatur. 7. 2
Bonum non a contrarijs: ſed a congruentibus elici debet. 7. 16
Bonum propoſitum ſi euertere nequeat inimicus parum prodeſt, ſi voluntatem ſuggerat. 8. 141
Bonum nullum Deus fecit, quin remedijs quibus alicui prodeſſe potuerit, non prouiderit: 6. 266
Bonorum operum exercitio plus aſcenditur: quam ingenij acumine. 6. 76

C

Cadere in peccatum miſerrimum, ſed ſupra omnem miſeriam eſt non habere aliquod bonũ quo innixus aſſurgat. 6. 142
Calamitas nulla eſt, quæ aliam non vocet, & afferat ſecum 7. 201
Calamitoſis nihil lucidum, nihil dulce videtur. 10. 123
Calumniantium mox eſt, vt licentioſius iniurient, oſtẽdere ſe minimè læſos ab illis quos calumniare intendunt. 6. 97
Capacitatẽ, & motus in melius immutãdi, maximè reſpicit Deus vt ſuum impertiatur ſpiritum. 8. 52
Capacitatem habentes alicuius boni: tali carere, eſt nimis ſtupendum. 6. 55
Capacitatem noſtram ſolus Deus adimplere poteſt 6. 59
Cardinales ſunt fundamenta Eccleſiæ. 7. 148
Cardinales debẽt aſſiſtere Sum. Pont. cum rebelles Imperatores cogit Eccleſiaſticam iuriſdictionẽ renunciare. 7. 255
Caro noſtra in hac vita minimè totaliter Deo offerri poteſt, 9. 58
Caro noſtra indigna viſu erat ante Chriſti incarnationẽ. 6. 12
Carnem non affligi, non exorant ſancti: ſed ne anima in afflictione corruat. 9. 89
Carnem noſtram leuiorem reddidit Chriſtus Dominus per ſuam paſſionem. 8. 233
Caſus timeat carnalis qui ad huc eſt, quantumvis ſpiritualiter viuat. 8. 225
Caſus impiorum ſunt irreparabiles. 7. 89
Caſus ignominia, non ſolum conſideratur ex loco a quo: ſed etiam ex loco in quem. 6. 42
Caſus impiorum vult Deus ſciri ad aliorum cautelam. 6. 178
Caſus nec vident impij: & ſi vident euitare minimè valent. 7. 101
Catenati, & charitate vniti ſunt boni. 7. 257

Digitized by Google

Cauſas proprias faciũt ſancti cauſas Dei,vt ſic me-
lius eis propitietur. 10. 91
Cæcitas mentis, nunquam prouenit niſi ex præiacente culpa. 7. 243
Cæleſtium minima cognitio excedit quācunq; maximam terrenorum ſcientiam. 10. 87
Cæleſtium notitiam Deus magis per ſe intus inſpirando docent. 6. 39
Cæleſtium amore pergant qui ſe contemnere terrena viderint minimè poſſe. 6. 63
Cœlum aſpicere non audent peccatores peccatorũ ſuorum confuſione. 7. 159
Charitas non conſolatur de proprio bono,cum pati conſpicit proximum. 8. 248
Charitatem ſe habere minimè probare nititur, qui diuiſiones in vna communitate, vel facit vel fouet. 6, 350
Charitatis operibus non ſolum ſancti toti incumbunt, ſed inſuper ab omnibus contemni appetunt 6. 293
Charitas ſola eſt ſanctorum virtus: cæteræ etiam poſſunt inueniri in impijs. 8. 151
Ciuitates ſolum per bonos dicuntur populoſæ. 9. 79
Ciuitates depopulatæ dicuntur,ſi ciuibus ſuis naturalibus careant,etiam ſi exteris plenæ ſint. 9. 81
Clerici linguæ latinæ ignari,qui inſuper coacte horas canonicas perſoluunt,bene admonētur 8. 216
Cogitationes hominum vanæ ſunt. 6. 245
Cogitationes impiorum ita notæ quaſi illas verbis protuliſſent. 6. 134
Cognitio & ſcientia intolerabiliores facit perpeſſos labores. 9. 50
Communiora debent ſemper primo fieri. 9. 16
Commentatores Sanct. Patrum non addant, ſed tātum eorum exponant iam dicta. 6. 92
Cōmunitas tota iuſte declamatur propter aliquorum defectus, 6. 208
Communitas aliqua non tantum à defectu bonorũ deploranda eſt,quantum a defectu feminis,vndè viri docti germinari poſſint. 6. 58
Complices illi ſolum nominatim debent diffamari qui magis defectuoſi fuerint, 6. 1
Concionatorum verba, interficerę debent impios, ne vltra peccatores & impij ſint. 8. 159
Confeſſio non ſolum animam purgat a culpa, ſed vires ad reſiſtendum tētationibus tribuit. 10. 54
Confeſſio pænitentis,à fide debet incipire. 9. 40
Confeſſio peccatorum ſignificat confitentem delictis minimè delectari. 7. 47
Confeſſionis ſacramentalis confuſio, &ſi magna, maximè tamen meritoria. 8, 128
Confeſſores peculiari obligatione debent eſſe ſancti 8. 42
Confuſio rerum non ſolum incompoſitam, ſed & inanem ac vacuam reddit vnam communitatem 6. 66
Confuſionem duplicem habet peccator. 9. 88
Conſcientiæ iudicium in hac vita procedit in impijs iudicium futurum in altera 7. 117
Conſeruari, ac tueri in aliquo eſſe, æquiparat in tale eſſe fieri, ac creari 8. 120
Conſilia impiorum & ſibi inania, & alijs fructuoſa. 6. 137
Conſilia & ſapientiam humanam ſine Deo, irridet Deus. 10. 109
Conſilia diuina adimplent impij, dum ſua maligna exequi putant, 6, 133
Conſilia diuina,quæ hic non intelliguntur, vnde deſpiciuntur:in altera intelligentur, & admirabuntur. 7. 150
Conſolationes diuinæ in hac vita aliquādo deſūt ſanctis, quandò ſibi magis neceſſariæ putant 10. 96.
Conſultor impius dicitur qui non ſecundum intellectus dictamen,ſed ſecundum voluntatis inclinationem conſulit. 6. 301
Contendere nemo cum alio debet. 6. 272
Contemplatiua vita purior actiua, actiua verò cōtemplatiua magis fructifera 6. 258
Contemplationis dulcedinem tollit, & deprimit infirmitatis noſtræ pondus. 8. 65
Cōtentiones alienę ſunt a nomine Chriſtiani. 8. 172
Contentioſus non debet dici, qui pro emendatione vitij cum iniquo contendit. 6. 271
Conuerſioni Mundi ad fidem, tria concurrerunt. 10. 137
Conuertūtur quam plurimi, ſed iterum ad vitia reuertuntur. 6. 120
Contriſtari de malis fratrum: Spiritum Sanctum in ſe habere denuntiat. 8. 212. 213
Contumelijs afficere ſe non iniuriantem, nimis irrationabile. 6. 96
Conuerti a peccatis nemo valet, niſi Deus feruorē ſuæ charitatis infundat. 7. 131. 132
Cor mūdum ſe habere nemo dicere poteſt, bene tamen poſtulare. 9. 87
Corda blanda proprius elegit Spiritus Sanct. 8. 41
Corda pura Spiritus Sanct. libenter ſemper quærit. 8. 56
Corda iniquorum ſolam ſatanicam ſcientiam in ſe habere poſſunt. 7. 234
Corde conſultamus quicquid manibus operamur 6. 227
Correctio curanda eſt:non ſtatim admouenda ſupplicia. 8. 204
Corrigit Deus dupliciter peccatores vt emendentur. 7. 106
Coronæ certitudo laborem in timidum facit. 6. 382
Corpus curatur ab omnibus: anima vero a paucis 6. 231
Corporis incompoſitio, incompoſitionem mentis denuntiat. 6. 377
Corporalis noſtra recta figura exterior: interiorem quid debeat agere admonet animam. 8. 113
Corpulenti,& graſſiores non tantum placent Deo, quantum macilentiores. 6. 14

Creationis opus adulterat,qui creaturas plus facit quam id ad quod a Deo creatæ ſunt. 10.101

Creaturæ ſunt Dei veſtigia, quorum perfectiones contemplando Deus inuenitur. 6.358

Crux Chriſti clauis paradyſi & inferni. 7. 258

Cruci affixa manus Chriſti potentiam omnem diuinam habebat. 7. 259

Culpa ad iudicium poſt mortem ducitur, etiam ſi diuitiæ malè acquiſitæ hic remanere videntur. 6 103

Culpa etiam ad ſalutem bonorum cooperatur,cautos illos deinceps reddendo. 6. 168

Cultus diuini ſolemnitas pendet a fauore Principũ ſecularium. 7. 167

Cultus diuinus Ciuitates & Regna mundat,& purificat. 10. 56

Cultus diuinus & ſcientia, ſanctificant regna & ciuitates. 10. 58

Cupiditas quò magis arcam implet, eò mentem euacuat. 6. 307

Cupiditas terrenorum, per conſiderationem vitæ Chriſti Domini, placatur in humano corde. 7. 143

Curioſi, maligni alienæ vitæ,quicquid defectuoſum vident:in corde coaceruant. 6. 234

D

Damnatio impiorum non immoderate neq; ſine menſura fit. 8. 193

Damnati ad vitam redire cupiunt, non vt viuant ſed vt peccent. 7. 67

Dare pro ſola Dei dilectione magis meritorium, quam pro redemptione peccati, aut gloria conſequenda. 6. 295

Defectuum rei cognitio, honorat authorem talem perficientem. 6. 38

Defectus maiorum non debent publicari, etiam cũ ijdem de minoribus diffamantur. 6. 19

Defectus in nobis non ſunt mirandi: benè tamen profectus. 6. 21

Defectus ſuperiorum bene intelliguntur, cum defectus inferiorum præconizantur. 7. 9

Defectus eſſe non poſſunt, vbi Deus aſſiſtere cognoſcitur. 7. 11

Defectus ibi potius deplorandi ſunt vbi talium bonorum præſentia maximè neceſſaria eſt. 7. 37

Defectus priores cum prædicamus, eſt vt eorum ſubſequentes magis effulgeant gratiæ. 7. 39

Deficere in minoribus, qui in maioribus perfectus eſt: non arguit impotentiam, ſed inuoluntarium 6. 60

Dæmones aſſiſtere minimè poſſunt, vbi Spiritus Sancti præſentia adeſt. 8. 1

Deſperationem per quos gradus incurrit peccator 7. 164

Deſpici a Deo eſt ſumma pœna. 6. 205

Deſiderare multum debet, qui multum a Deo accipere vult. 6. 126

Deſiderando tantum conſumere tempus: eſt quid vacuum,& vanum. 6. 115

Deſiderãti animo celeritas ipſa tarda videtur. 8. 96

Detractor eſt arcus diaboli a quo in bonos emittit ſagittas ſuas. 7. 193

Detractor cum dolore dicit ſe detrahere fratri: ſed minimè ſe poſſe tacere confitetur. 7. 155

Deuotio quò maior, eo Deo acceptior eſt quæcunq; noſtra oblatio. 9. 56

Deus continet illa in quibus habitat, & non continetur ab illis. 8. 221

Deus ad ſuam cognitionem neminem, via ardua & ſuam excedente capacitatem trahit. 6. 13

Deum tanto excelſius quis laudat, quanto clarius cognoſcit. 7. 58

Deo qui aſſociari vult, & ab eo illuminari: peccata deſerat. 7. 212

Deus etſi ænigmaticè in hac vita ſolum videri poſſit: ſunt aliqua ænigmata tam clara quod in illis bene dici poſſit Deũ videri facie ad faciem. 7. 219

Dei ſcientia in hac vita minimè perfecta haberi poteſt. 10 47

Deus beneficus eſt, ex bonitate, non ex neceſſitate naturæ. 8. 2

Deo quæ peculiari denominatione attribuuntur, non ſunt vt vulgaria iudicanda. 8. 5

Dei obliuione induratur cor. 7. 56

Deo & eius honori, omnia ſicut ab ipſo accepimus: debemus impendere. 8. 90

Diabolus coquus tentationum. 7. 185

Diaboli equus,& arcus eſt omnis peccator. 7. 193

Diabolus homini ſemper occurrit, ſub ſpecie boni 7. 95. 96

Diabolus vt teneret. varias induit perſonas conformes vitio de quo ſuggerit. 7. 92

Diabolum virtutibus, non potentia, debemus ſuperare. 6. 213

Diabolus ſæuiens in ſanctos, non nocet, ſed prodeſt. 6. 169

Diabolus illas ſolas animas occupare intendit, quas vacuas ſine Deo eſſe cognoſcit. 6. 124. 151

Diaboli pudor, eſt noſtra ſalus. 8. 126

Diabolus quomodo ſpiritus a Domino nequam dicatur. 8. 78.

Diabolum & impios Deus ſæuire permittit, & refrenat. 7. 254

Diabolus a bonis per diuinam potentiam expulſus crudelius ſæuit in impios. 7. 256

Diabolus quomodo dicitur poteſtatem in malos habere. 7. 231

Diabolum cognoſci voluit Deus vbicunq; Euangelium prædicari voluit. 7. 245

Diaboli poteſtate, poſſunt quicquid poſſunt iniqui. 7. 247

Diabolum iniquis præeſſe, iuſtis iudicijs Deus permiſit 7. 248

Diaboli tres damnationes. 7. 253

Diaconi & ſubdiaconi, quanta debent pollere mũditia. 8. 200

Dies

Dies obſcura ſordida 7. 45
Dies peccatoris,miſerrimi ſunt 9. 43
Difficultas penetrandi diuina myſteria ex noſtra culpa maximè originem habet. 10. 67
Dignitates,quæ in Deo non radicatæ ſunt, inanes, & vacuæ ſunt. 6. 16
Dignitates maximas habere, cum magnis redditibus,eſt ſummum in hac vita bonum. 10. 92
Dilatio ſupplicij,eſt gratia. 9. 121
Diligentia inferiorum ingeniorum, accuſat negligentiam ſublimium. 6. 76
Diſcipulis effulgentibus,magiſtrorum extinguitur nomen. 9. 34
Diſcordiæ tempore,periculoſum eſt aſſumi ad prelaturas. 7. 179
Diſpoſitione carentia,inania ſunt: quantumcunq; ſubſtantialia. 6. 35
Diues dici minimè poteſt,qui Deo careat, &ſi etiã auro & argento nimis amplificatus videatur. 6. 276
Diues dicitur, non qui diuitias habet,ſed qui diuitijs tumet. 6.105
Diuites epulones duo mala committunt, pro quibus peculiariter duobus puniuntur ſupplicijs. 6 82
Diuitiæ auari vanitatem habent, non veritatem, nomen, non vſum. 6. 277
Diuitiæ inconſtantes valdè ſunt. 6. 278
Diuitias velle acquirere labore,& ſollicitudine,niſi Deus det:vanum,& ridiculum. 6. 282
Diuitiæ & theſauri exaltant homines in hac vita.7. 203
Diuitiæ & temporales proſperitates: ſicut mundanos exaltant, ita humiliant, & deijciunt. 7. 204
Diuitiæ nihil dicuntur eſſe,quia in maxima neceſſitate non iuuant. 6. 298
Diuitiæ minimè nos ſatiare poſſunt: 6. 299
Diuitiæ iniuſtè acquiſitæ, &ſi ad vitam ſufficiunt, minimè tamen proſunt ad mortem. 6. 300
Diuitias oſtentare, cum pauper ſit quiſq; condemnabile. 6. 273
Diuitiarum viri ſolum ſunt illi, qui diligendo poſſident. 6. 161
Diuitiæ in malam partem ſumptæ non ſolum pecunias,ſed omnia carnalia deſideria ſignificant, 6. 167
Diuitiæ impiorum ſunt ſomnium, 6. 108
Diuitijs,annihilantur homines. 6. 296
Diuitię ſtulti nihil valent,ſiquidem ſapientiam illis comparare non poteſt. 10. 38
Docere prius quam diſcatur reprobat Spiritus Sanct. 6. 302
Docti non videtur in vna republica, non quia non ſunt,ſed quia non quæruntur, nec permittuntur apparere. 10. 11
Doctorum lingua,aratrũ,doctor bos dicitur.6.255
Doctorum modernorum adinuicem controuerſiæ inacceſſibilem faciunt ſanctorum patruum doctrinam,veramq; Theologiam. 7. 60
Doctorum impiorum vita, intellectui & ſcientiæ eorum minimè concordare videtur. 8. 169
Doctores illi cõfidenter admittendi ſũt, qui Sanct. Patruum veſtigia ſecuti fuerint,alij ſemper ſuſpicioni ſubiacent. 8. 188
Doctores moderni qui à ſanctorum antiquorum Patrum doctrina deuiant,quantam occaſionem præbeant hæreticis detrahendi catholicæ doctrinæ, 9. 28
Doctores vbi deſunt, quantum deficiat. 6.253.254
Doctrinam malam permittit Deus immitti in impios quatenus neq; aſſurgere ſciant. 8. 104
Doctrina & ſcientia eſt primum, in quo Deus impios, punit. 10. 43
Doctrina vulgaris,& prima principia, non ſũt prædicanda doctis. 8. 251
Doctrina, cui deeſt auditor, eſt indigens & vacua. 6. 23
Doctrina manuali, & non quæ difficilè in mentem venire poteſt, debent prædicatores populum inſtruere. 6. 7.
Doctrinam antiquorum Patruum aliqui moderni nunc reprobant,quia ab infantia in eorũ improbum affectum nutriti ſunt. 6. 46
Doctrina non deeſt in Eccleſia, ſed qui illam querere ſciant,& velint. 6. 331
Doctrinam ſuam debent doctores moderni conferre cum antiqua ſanctorum Patruum. 6. 364
Dolores faciunt mortem, vita optabiliorem. 10.39
Donis Dei nemo beatus qui donanti extitit ingratus. 8. 245
Donorum diuinorum multiplicitas, non probat ſanctitatem,vbi deeſt charitas, & vnio proximi 8. 142
Dormire, & mori, excuſare minimè poſſunt homines, 10. 5

E

EBrij ſunt ingrati aquæ. 8. 31
Eccleſiæ doctrina &ſi magna, neminem tamẽ offendir, quia temperatè ſe pro captu, omnibus communicat. 9. 117
Eccleſia magis contriſtatur de illis qui pro ſuis laboribus neq;cæleſtia,neq;terrena præmia acquirunt, quam de illis, qui terrenis fruuntur felicitatibus, aut præmuntur pro iuſtitia aduerſitatibus. 6,113
Eccleſia quomodo a Paganis, a Iudæis, à falſis fratribus impugnatur, 10. 142
Eccleſia Arrij tẽpore in tres diuiſa partes. 10. 143
Eccleſię ſalus per quæ facta eſt. 10. 140. 141
Eccleſia, quæ per infide lium perſecutiones condecorabatur,per ſchiſmata, & hæreſes denigratur, 10. 135
Eccleſia naui optimè comparatur, cuius mercatores Apoſtoli primi fuerunt, nunc Prædicatores 10.73
Eccleſia plangit illos, quos prædicando attrahere non valet, 8. 43

Eccel-

Eccleſia per bona membra impletur. 6. 31
Eccleſia per quæ euacuari poteſt. 6. 40
Eccleſia, ſolum per defectum doctorum & prædicatorum pauper dici poteſt. 6. 22
Ædificat Deus cõtrarijs illis per quæ deſtruxit diabolus. 6. 246
Ædificia impiorum, quantumlibet ampla palatia, tabernacula dicuntur. 9. 80
Egredientes à peccato mirificè deſcribuntur per ſuos gradus. 10. 59
Electionis, ſeu reprobationis aliorum ratio, homo inueſtigare non debet. 7. 65
Electores, qui viam Spiritus Sanct. declinant, & litibus ſuas proſequuntur electiones, maximè ſe exponunt, etiam corporali periculo. 10. 138
Electores impij, ſimul cum male electis peribunt. 6. 313
Electores mali ſocij ſunt diaboli, qui primus malus elector extitit. 6 315
Eleemoſyna ſola inuenitur in alia vita, ex omnibus humanis opibus. 6. 164
Eleemoſyna, eo acceptior, quo celerius fit, & opportunè. 9. 144
Elemoſynæ ſpecies eſt, ab iniuria aliquem liberare. 8. 156
Eleemoſynæ, maximæ vtilitates. 10. 122
Eleemoſyna alleuiatur peccator ab onere peccati. 7. 192.
Eleemoſynas qui facit, ſua in cœlũ præmittit opes. 6. 111
Eleemoſynæ meritum non conſequitur, cum fit ſolum ex præcepto: niſi concomittetur affectus. 6. 268
Eleemoſynæ duæ rationes obligantes. 6. 260
Eleemoſynæ prætextu nos nõ debemus excuſare ab expenſis diuini cultus. 6. 270
Eleemoſynis fieri pauperem eſt eſſe diuitem: ſicut ditari latrocinijs, eſt eſſe pauperem. 6. 279
Eleemoſynarijs ſuccurit Deus in medijs peccatis, ignorantijs, & maximis tribulationibus. 10. 122
Eleemoſynarij habent pro magna gratia, ſi a pauperibus hilariter eorum recipiantur eleemoſynæ. 9. 143
Eleemoſinarij duo ſolum attendunt, & Dei gratias exhibendas, & ſufficientiam pauperum. 9. 145
Eleemoſynarij non debent velle cognoſcere illos, quibus eleemoſynas faciunt nec indigent. 8. 143
Eloquentiæ impetu feruntur hæreſes, vt ignorantes, & ſimplices decipiant. 8. 165
Eloquentiæ debet commiſceri diſcretio. 6. 289
Eloquentiæ bonum, & malũ bene diſputatur. 8. 145
Emendatione, euaduntur ſupplicia. 8. 228
Eminent impij, vbi deſunt pij. 7. 20
Epiſcopi qui ſalutem animarum zelantes, doctores & prædicatores, proprijs expenſis, non conducũt arguendi ſunt nimis. 6. 257
Epiſcopi per ſuæ conſecrationis vnctionem hylares ſe eſſe obligant. 8. 175
Epiſcopi prædicare debent ſuis ſubditis. 6. 317
Epiſcoporum infamia, in Chriſtum redũdat. 7. 242
Errare minimè poſſunt pij, cum impij in erroribus ſemper verſentur & ignorantijs. 9. 106
Errat in omni opere, qui Deum ducem relinquit. 8. 185
Eſuriem diuinorum bonorum dari minimè poteſt, quin cognitio vacuitatis talium præcognoſcatur 6. 131.
Ætas dignitatem non facit, ſed ſanctitas. 8. 22
Euangelica prædicatio pergere non poteſt, vbi miſericordia non præit. 8. 188
Euangelium, quanto excedat narratione, Moyſaicã ſcripturam. 9. 37
Euangelij prædicatio omnem multitudinem humaſcientiæ ad ſuum ſuperauit obſequium. 7. 171
Euangelica prædicatio Mundum adimpleuit. 6. 34
Euangeliſtæ in omnibus fuerunt conformes. 7. 178
Euaſio impiorum à ſupplicijs dura eſt Sanctis & pijs. 6. 197
Euchariſtiam ſumentibus, nihil deeſt. 6. 155
Euchariſtiæ pinguendo, ſunt lacrimæ 9. 59
Euchariſtiæ Sacramentum, quare omne, vocetur ſacrificium? 9 62
Euchariſtiæ Sacramẽtum, pingue dicitur, ſi nos illo impinguamur. 9. 63
Excellẽtiæ alicuius ſingularis prædicatio in Script. cætera præcedentia a tali excludit prærogatiua 9. 33
Executionis moram, nullam expectant diuina præcepta. 10. 17
Exempla exteriora de ſe debent de aliquibus virtutibus pbere Prælati, & ſi de alijs ſufficit vt Deo ſoli rationem præbeant. 9. 21
Exempla mala de amore terrenorum dare alijs, dignum eſt maxima Dei punitione. 6. 218
Exemplo malo ſeducere plebem eſt in prælatis, & prædicatoribus crimen furti, & latrocinij. 10. 95
Exempla Sanctorum oculos noſtros purgant, & illuminant. 10. 86
Exempla mala impiorum remanent ad eruditionem bonorum. 9. 128
Exercitibus infidelium glorioſum ſe oſtendit Deus contra peccantes fideles. 7. 190
Exercitus, ſunt alæ regum. 10. 115
Expeditos habere ſenſus ad viam ſalutis parum intereſt, ſi cor a pertinacia non eſt ſolutum. 8. 237
Exploratores maligni, multa falſa fingunt & dicunt vt ſatisfaciant illis qui illos explorare miſerunt. 6. 232
Exponere diuinam legem minimè bene valet, qui illam minimè ſeruare ſtudet. 8. 133
Exterior incompoſitio denuntiat interiorem inſipientiam. 6. 369

F

FAcies cum videtur, exinde cætera iudicantur. 7 34. 35

Facies bonorũ lætificãt omnes, & Soli orienti cõparantur 9. 111
Faciei hilaritatem in vitiorum obiurgatione conſeruare: eſt quid magnum. 10.48
Facere dicitur Deus illa opera, quæ nos etſi faciamus, ſine illo tamen facere non poſſumus. 8.243
Facere, magis eſt, quam imperare, vt fiat. 9. 12
Facere debemus primo, poſtea venuſtare. 6. 20
Factum à Deo, propter ſeipſum, quin alijs proſit? nihil debet intelligi. 6. 267
Factum, qui ſe in vnoquoq; genere à Deo cognoſcit, non ab alio perfici ſperare debet. 6.48
Factorem noſtrum, ex eo quod Deus ſe prædicat, nos portare ſe obligat, & ſubuenire. 8. 198
Facturam, valdè longè præcedit conſeruatio. 9.11
Falſitatibus diuitias acquirere, non ſolum malum animæ, ſed periculoſum vitæ corporali. 6.305
Fallacia, & deceptio etiam bona, & officioſa datur. 6.371
Flagella diuina irrationabiliter homines pati repugnant. 8.160
Familiæ, & Regna illa citius finienda iudicanda ſunt, quæ in vanis hominibus incipi cognoſcuntur. 6.320
Familiæ piorum, vt permaneat, fundat Deus non in vanitatibus, ſed in fide, & veritate: & è contra impiorum. 6.321
Familiæ impiorum, etiam cum ipſis in pœnam, conſumuntur. 8.62
Familia illa in qua ignorantia viget, oſtendit impiũ fuiſſe ſuum progenitorem, & fundatorem. 10. 44.
Faſtidium, ſolum à nobis diuina excludit beneficia 6. 130.
Faſtidientes bona ſua, Deus renuit conſolare. 6. 129
Fatuus magis lugendus eſt, quam mortuus. 9.115
Fatuus mortui ſimulacrum. 9. 116
Fautores impiorum, ſimul cum ipſis a Deo puniũtur. 10. 118
Fœcunda ſolum nominantur in domo Dei. 10.33
Fœda, & difformia: inaniter appatere, vel videri ſtudent. 6.56
Fœnerari ab impijs, nõ-pmittit Deus ſanctos. 6.171
Ferre diuinam vindictam minimè poterit aduenientem, qui antea minimè per Dei timorem præuiderit. 8.92
Feſta Sanctorum ebrietatibus celebrare, maximè Sanctos offendit. 6.210
Feſtiui dies non ſunt ad vacantiam corporalium tantum laborum: ſed ad ſpiritualium contemplationem. 8.254
Fides ſine operibus: vana eſt. 6.355
Fides eſt primum quod refulget in conuerſo. 9.38
Fides in tot infidelium Regnis non propagatur, miniſtrorum negligentia. 10. 34
Fides, & charitas refrigerantur in mundo præ malorum multitudinem. 10.129
Fidei noſtræ fructum debet Chriſtianus colligere, non rationes curioſè inueſtigare. 7. 220
Fidei contradicentes humanæ rationes: nihil contra illam concludunt. 6. 346
Fidei noſtræ myſteria melius eſt, vt rudibus obſcuris terminis adæquatis proponantur, quam clarius diminutè. 7.32
Fidei noſtræ dogmata nõ probant viſiones, niſi authenticæ in Sacro Text. Prophetis .ſ. & Apoſtolis factæ, 8. 164
Fidem ordinariè negant in tormentis, qui ſecundum illam viuere noluerunt in pace. 9. 55
Fidem non habet, qui hic omnia vult habere, quæ in futuro habenda ſunt. 8. 235
Fidei lumen minimè illuminat terrena amantes. 7. 198
Fidelium comparatione, cæteræ gentes nihil ſunt. 6 338
Filij fornicationis, omnes ſunt ignobiles. 7. 250
Filiorum ſibi factas iniurias, erubeſcunt patres nobiles nominare. 6. 145
Filiorum & poſteriorum mala non condolere, lætumque tantummodo eſſe de proprio præſenti bono, redarguitur. 9. 119
Filiorum mala æquanimiter tolerare, non denotat crudelitatem erga filios, ſed conformitatem, diuinæ voluntati, quæ obuiari minimè poteſt. 9. 120
Filij Dei fiunt, & non naſcuntur. 8. 226
Finem ſuum qui non conſequitur in vanum exiſtere dicitur. 6. 28
Firmamur à ſpiritu ſanct. dupliciter. 8. 136
Fragilitatis humanæ humilis confeſſio neceſſaria eſt, vt Spiritus Sanctus ad nos venire dignetur. 8. 125
Fragilitas vbi datur ſimul cum ignorantia, ſuperueniẽte diabolo impellente, ſemper itur de malo in peius. 7. 99
Fratribus, qui ligati ſunt charitate, omnia ferunt. 8. 252
Fraudulentias diaboli, & ſi magnæ: Deus ſuis ſemper reuelat. 7. 94
Fructum vnuſquiſq; recipiet, ſecundum quod operatus fuerit, 8. 64
Fructus audientium, eſſe dat Prædicantibus. 6. 353
Fructifera quę non ſunt in vnoquoq; genere, pro nihilo in Domo Dei reputantur. 6. 327
Fugere debent peccatores iram Dei, ſicut & iuſtos ſe illi opponere. 7. 183
Fugere dicitur Deus metebundus, non abire iratus: cum nos per peccatum deſerit. 10. 106
Fugere ſine luce, & frigoris tempore, eſt quid inferni pœnas ſignificans. 9. 135
Futura mala prædicunt ſancti, quantenus per timorem corrigantur impij. 10. 119

G

GAudere nequeunt impij quantumlibet terrenis immerſi gaudijs. 9. 104

Gaudia

Gaudia huius vitæ ſolis illis placent,qui æterni ſupplicij notitia carent. 6. 292
Gaudium tandiu habent impij, quandiu conſcientiam ſuam non intrant. 10. 45
Genealogizare, eſt indicium magnæ ſuperbiæ. 6.94
Gloria noſtra non ſufunditur, ex diuinæ gloriæ præſentia. 10. 6
Gloria & honor impij, ſimul cum eo finitur. 8. 70
Gloria omnis & viriditas impiorum in hac vita,cõſumpta videbitur & nullius momenti in altera. 7. 88
Gloriæ vanæ, nõ veræ; interdicitur cupiditas.6.367
Gloriam vultus Chriſti Domini non videbunt impij in finali iudicio. 9. 46
Gloriam Dei qui perdit, parum ei humana proſperitas prodeſt,imò nocet. 9. 49
Gloriari de peccatis,obſtinationem generat, 7.137
Gloriari extra Deum,maxima,& diabolica iniquitas eſt. 10. 19
Gloriantes de peccato arguuntur. 9. 92
Gradatim faciant Principes magnos ſuos ſubditos 6. 36
Gradatim operatur Deus. 6. 45
Gratia cum ſimul deficit, & intellectus: eſt maxima miſeria,& morti comparatur. 10. 90
Gratijs & donis Deus vocat ad ſuum amorem, laboribus interogat, & examinat an ametur. 8. 95
Gratiæ gratis datæ cum per peccatum abſunt, non ſtatim per pænitentiam redeunt. 8. 118
Gratia peccatores anihilat, non vt non ſint: ſed vt peccatores deſinant eſſe, 6. 206
Gratiam a Deo habemus:peccatum, a nobis. 9. 23
Gratia qui poſſident caute viuant, ne perdant: qui non habent,non deſperent habere. 9. 17
Gratiæ lex mitem nobis exhibet Deum, quem abſterum lex pronuntiabat antiqua. 8. 184
Gratia perſeuerantiæ ſi deſit: parum prodeſt ad vitæ ſanctitatem aſſumi. 8. 166
Gratiæ plenitudo quot modis inueniatur. 8.146
Grauant ſanctos, etiam leuiſſimæ culpæ, & extra Deum cogitationes. 8. 66
Graues ſunt,& æſtimatur, impij in pauperes in hac vita: ſed leues,& nullius ponderis apparebunt in altera. 7. 87.
Graue, & oneroſum eſſe ſubditis,& conſortibus arguit abſentiam,& carentiam Spiritus Sanct. 1.39
Grauius,nihil eſt ſtulto. 8. 158
Graues ſi ſint ſubdicti & negligentes ad bona opera:parum valet agilitas & diligentia præpoſiterum. 8. 170
Grauitas morum eſt prædeſtinationis indicium. 7. 81
Grauitatem ſeruare minimè poſſunt vitioſi, præcipue luxurioſi. 7. 82
Grauitas ſenſus nequit eſſe vbi multiplicitas eſt ſermonis. 8. 57
Gubernandis hominibus,non merè ſpirituales, ſed aliquantulum humani quærendi ſunt prælati. 10 19
Gubernare per ſe prælatos: excellit gubernationẽ, quæ fit per miniſtros. 9. 270
Gubernari a Spiritu Sanct. qui renuit: fruſtra eum in Baptiſmo recepit. 8. 214
Gubernat Deus Sanctos ita interius, quod ab illis gubernari videtur exterius. 8. 205
Gubernatio diuina & ſi nobis ignota: nihil tamen abſq; pondere, & menſura fieri debemus credere 8, 163
Gubernationi diuinæ ſpectat: tentationes diaboli permittere. 8. 77
Gubernatores neq; debent eſſe ſenes curui per ætatem,neq; iuuenes per laſciuiam. 8. 186
Gradibus tribus aſcenditur ad virtutem. 8. 193
Gubernatori;& iudici, quæ ſint neceſſaria, 8. 177

H

Habitare minimè permittit Deus impios in loco vbi eum offenderunt. 9. 77
Habitatoribus ſuis euacuari terras,eſt ſupplicium pro maximis culpis. 6. 319
Hæreſis non poteſt latere, vbi libertas adeſt 7. 233
Hæreſis fornicarias facit ciuitates,& regna. 10.100
Hæreſis & ſi pios, & ſanctos inficionare contendat, non tamen eos vincere vnquam poterit.7. 241
Hæreſim ſemper ſequitur Reipublicæ perturbatiõ. 10. 134
Hæreſes & ſi multum Eccleſiam moleſtare videantur: non multum durabunt. 6. 199.
Hæreſes minime diabolus exerceret, & faceret niſi Deus permitteret. 7. 235
Hæreſes ordinariè,ab Eccleſiaſticis litteratis exeũt. 7. 239
Hæreſum clauis, ſunt Principes ſæculares. 7. 236
Hæretici & Iudæi quare diuinam legentes ſcripturam in ſuis tamen obſtinati permanent erroribus. 7. 38
Hæretici fruſtra de ſacramentorum vſu gloriantur 8. 220
Hæretici qui ad nos è ſuis domicilijs veniſit: noſtra videntes non eſt mirum ſi non reducantur.6.233
Hæretici inaniter de Sacramentorum vſu gloriantur 6. 109
Hæretici omnes leuis ſunt cordis. 7. 75
Hæretici catholicas veritates ſuis cõmiſcere erroribus fruſtra conantur. 8. 203
Hæretici liberi ſunt,& inuerecundi. 7. 240
Hipochritæ non tantum exterius faciunt malum, quin plus intus faciendum deſiderent,& ſtatuant. 7. 46
Hypochritæ cum intus ſint fragiles exterius ſe fortes conantur oſtendere. 7. 55
Hipochriſis eſt abyſſus, quam tamen Deus intuetur 7. 252
Hiſtoriatores, & Philoſophi nunquam de vno ad alterum, narrando vel philoſophando, tranſeant extremum. 8. 76
Hyſtoriatores non immorentur in explicandis eſſentijs illarũ rerum, quæ valde tritæ, & cognitæ ſunt. 8, 16

Index Rerum Notabilium

Homo peculiariter dicitur creatura Mundi, per quā Deus cognoſcitur. 6. 357
Homo eſt numus Dei. 6. 374
Homo eſt quaſi phantaſma. 6. 136
Homo eſt minus quam ipſa vanitas. 6. 238
Homo non eſt aliquid niſi ad comparationē beſtiarum. 6. 191
Homo contra Deum pugnans, eſt irridendus, & dolendus. 6. 135
Homo ſolum per doctrinæ defectum difformatur. 6. 41
Homo totaliter denominatur a virtute vel vitio, qđ in illo regnat. 7. 210
Homo eſt totum, quod Deus in terra reſpicit. 5. 26
Homines deficere aliquando non eſt mirum. 8. 211
Honores maiores humilioribus debent Principes conferre. 6. 374
Honorum priuationes ſolum in illis ſunt deplorandæ, qui talium capaces intelliguntur. 7. 19
Humana natura, quam parum debet de ſcientia ſibi a Deo communicata præſumere. 10. 66
Humanitatis noſtræ miſeriæ cognitio: beneficium incarnationis exaltat. 6. 339
Humiliat Deus vtiliter ſuos cum cadunt ne de inceps ſuperbiant. 10. 61
Humilitas mentis, eſt nobilis inopia. 6. 274
Humilitatis virtus a Deo eſt, non a nobis. 6. 205
Humilitatis radix. 6. 181
Hnmilitatis noſtræ cognitionē gignit cognitio magnitudinis diuinæ. 6. 185
Humilitatem debet habere, qui Spiritum Sanct. ad ſe venire deſiderat. 8. 119

I

Ignorantes minimè ſunt iuſti & pij. 9. 107
Ignorantia, arguit Spiritus Sanct. abſentia. 8. 33
Ignorantia, arguit a Spiritu Sancto minimè factum eſſe aliquem. 8. 87
Ignorantia laborare, vbi ſcientiæ, ſtudia vigent, eſt maxima calamitas. 10. 109
Ignorantia populi non ſemper ſuperioribus, & doctoribus attribuenda eſt. 10. 26
Ignorantia non omnis impedit doctrinæ lucem: ſed illa, quæ eſt ſpeſſiſſima. 10. 35
Ignorantia cognita in peccante, tollit omnem admirationem cuiuſcunq; erroris, & inordinationis peccati. 7. 211
Ignorantia ſuperiorum facile deducitur ex ignorantia inferiorum, 7. 8.
Ignorantia ſubditorum non ſemper eſt ex defectu doctrinæ, ſed multoties ex eorum craſſitudine vel alio intermediante oritur impedimento. 7. 12. 36
Ignorantiam cum aliquis habere cognoſcitur: difficile de eò bonum aliquid opinari poteſt. 7. 161
Imperfectionis arguendus non eſt qui licet imperfecta faciat: tamen per ſe perficere valet. 6. 43
Imperare, labor non eſt. 9. 2
Impios non adulare, imò ad nihilum, omnibus modis deducere, eſt laudabile. 6. 180
Impij non mirum ſi irruāt deterius: cum iuſti in melius ſemper proficere videantur. 10. 84
Impij decurrunt vt pereant. 6. 200
Impios incolumes conſeruat Deus, ad punitionem & eruditionem bonorum, cum peccauerint. 7. 130
Impiorum omnis proſperitas, ſimul cum ipſo perit. 9. 53
Impij mortui in alijs conſimilibus reſurgunt, & venturi, in alijs ſibi paribus anticipantur. 10: 53
Impij dum viuunt æſtimationem habent magnam, poſt mortem nullam. E contrario pij 10. 117
Impotentiæ impedimento, qui ſe excuſant a bene faciendo: attēdat habere deſuper inſpectorem Deū, qui ſcit quantum quiſq; valeat, 6. 284
Incipientes in quocunq; genere pro nihilo ad huc computantur in eodem genere. 6. 322
Incompoſita; videri minimè permittenda ſunt. 6. 5
Indigens eſt tam ille cui ornatus, ac ille cui ſubſtantia deeſt, 6. 23
Indignatus ſolum erga ſanctos dicitur Deus cum eis labores infligit: impijs vero, non indignans, ſed iudex eſt. 6. 100
Infamia eſt quædam mors. 9. 110
Infamia peccati oritur ex inſipientia peccantis. 7 128
Inferni pœnas debent prædicatores vehementius populo prædicare. 7. 33
Inferni conſideratio in hac vita, eſt vmbra reſpectu ipſius realis gehennæ. 7. 44
Inferni pænæ quales erunt damnatis. 8. 107
Infideles inconſtantes, & immudæ conuerſationis. 7. 115
Infideles ſubditi regibus Catholicis quare non conuertantur: admirandum quid. 6. 254
Inimici ſunt fructiferi. 6. 140
Inimicis non ſufficit parcere, niſi etiam beneficijs cumulemus. 6. 141
Inimicis non parcens, verbo ſuo ſe condemnat. 6. 143 144
Inimicos habere: non eſt in culpa: facere autem deteſtabile. 6. 134
Inimicis noſtris vtriuſq; hominis Deus pro nobis non reſiſtit. ſi nos illi peccando contradicimus. 6 220
Inimicos noſtros peccatis noſtris contra nos iuuamus. 6. 170
Initia ſemper fuerunt progeſſibus concinnentia. 10 15
Iniurias, proprijs dimmittere, non eſt ita laudabile ac alienis. 6. 146
Iniurias tolerare ab illis quibus benefecimus: maximi eſt meriti. 6. 148
Inſolentia impiorum in bonos, & ſi fortiſſimos caligare facit, infirmiores omnino in fide errare conatur. 6. 98
Intellectus impii parum durat. 6. 288
Intellecta bene, pro uiſis reputantur. 6. 349

c Inni-

Inuidiam non generat Spiritus Sanct. ſed ad mutuã prouocat charitatem. 8. 207
Inuiſibes ſunt multoties res, quia lux deeſt vt videãtur, non quia indignæ fiat viſu. 6. 65
Inundationes, ſunt lugubræ terræ veſtes. 6. 53
Ioannis Baptiſtæ laus communis circa eius natiuitatem approbatur. 10. 2
Ira mixta ſanguine non datur, niſi vbi ad manualẽ deuenitur pugnam. 10. 134
Iram diuinam nemo fugit, niſi qui ad Deum confugit. 8. 132
Ira ſtulti, abſq; miſericordia. 8. 154
Irrideri à iunioribus eſt maxima ignominia, etiam pijs & ſanctis. 6. 94
Iudæi accuſantur ab eiſdem Sanctis Patribus, de quibus vanè gloriantur. 7. 230
Iudæi in Chriſtum feraliter, & non rationabiliter ſæuierunt. 6. 138
Iudæi propriæ ſunt diaboli manſiones. 6. 125
Iudæi inaniter gloriantur ſe habere ſacram Scripturam, cum Chriſtum non recipiant. 10. 13
Iudæi illaqueantur ne credant, eadem ſcriptura, quæ ad credendum eis data fuit. 9. 137
Iudæi conuincuntur à Chriſtianis eiſdem ſcripturis quibus illi ipſos conuincere conantur. 9. 70
Iudæis, Scriptura ſacra eſt laqueus. 9. 71
Iudæi Xp̃um non vident in ſacra ſcriptura, quia litteram integram conſeruare ſtudent, non ſenſum penetrantes 10. 85
Iudæi non eſt mirum ſi crudeles fuerunt in Chriſtũ, cum hodie tales eos videamus cõtra Chriſtianos 10. 105
Iudæi qui Chriſtũ Dominum fugere putauerunt cũ venit in Mundum: incurrent in iudicio. 7. 182
Iudæorum obſtinatio, & gentium vocatio, diuino iudicio relinquendæ ſunt. 7. 57
Iudæorum conuerſionem quantum Chriſtus Dominus appetiuit. 8. 324
Iudex diuinus vt euitetur, ante iudicium debet placari, & exorari. 7. 84
Iudex qui videtur iudicare non ſecundum humanũ iudicium, ſed ſecundum Deũ: timetur a ſubditis. 8. 181
Iudicium finale non ſolum cum fiet, ſed cum præuidetur: timorem nimium incutit. 8. 93
Iudicium finale & ſi impij dicant credere futurum, factis tamen negant. 7. 84
Iudicium finale, qui prædicare præſumpſerit, debet ſe ab omnibus Mundanis rebus abdicatum oſtendere. 7. 186
Iudicium finale non aliter effugi poteſt, quam à malo ceſſando. 7. 85
Iuſtè benè poteſt dari quis pati conſiderata culpa: & iniuſtè conſiderata malitia miniſtrorum talis ſupplicij 10. 125
Iuſtificatio impij, glorioſior Mundi creatione. 6. 4.
Iuſtificationis opus vſq; ad finem ſæculi durabit. 8. 3

L

Labia rectè loqui non ſufficit, niſi cor etiam, quæ rectè loquũtur, rectè etiam cognoſcat. 8. 116
Laborare quis vt pereat, quam inſanum. 6. 308
Laborant impij, non minus ac ſancti: ſed vtrorumq; laborum valdè diſſimilis eſt exitus. 6. 262
Laborare ſine præmio: eſt quid vacuum. 6. 116
Labores noſtri minimè leguntur in diuinis litteris, quia ad eorum menſuram ſolatia non inueniantur 6. 127
Laboribus, creſcit ſpes in iuſtis. 9. 67
Labores futuros ſuorum, dolent ſancti, ac ſi eſſent præſentes. 9. 132
Labores paſſi ſine charitate, non merito, ſed perfidiæ attribuendi ſunt. 6. 351
Laborum pro Chriſto narratio, nunquam eſt importuna, quanroties repetatur. 6. 359
Labor qui fructum non parit, inanem reputant ſanct. 6. 362
Labores ſuos nihil putant Sancti eſſe, reſpectu Dei. 6. 324
Labor attenditur in Domo Dei, non fructus. 6. 328
Labor quo acquirũtur res, æſtimationem eis præbet. 6. 343
Lacrymas in altera vita; erumpet ſuperbia eorum qui in hac ſuperbierunt. 8. 105
Lacrymæ ſunt effectus Spiritus Sanct. 8. 50
Lacrymæ quæ effunduntur pro cæleſtibus ſunt perẽnes, & nullam lætitiam admittunt. 8. 246
Latent pij quia ſupprimuntur ab impijs: ſed data opportunitate, ſuper ipſos opprimẽtes aſcendunt 10. 1
Laudare impios, maximè erubeſcunt Sancti. 10. 130
Laudari nolũt Sancti niſi de his, quæ vera ſunt. 6. 240
Laudari ab illis, de bonis, eſt æſtimabile, qui etiam à malis reprehendunt. 6. 241
Laudandi Deum, nullam omittunt pij occaſionem 9. 123
Laudes ſuas non recitant Sancti, niſi coactè vel ratione gratitudinis Deo. 6. 147
Laudibus diuinis, cum bonis intereſſe: opinionem malã, ſaltim ſuſpendit, alijs etiã in contrarium obſtantibus. 7. 162
Legati ſunt palmites regum. 10. 114
Lex diuina lux eſt. 9. 108
Lege lata peccare, eſt grauius offendere: quam ante 9. 140
Lege lata peccare; oſtendit maximum peccati impetum. 9. 141
Lege lata; diabolus vehementius hominem tentat. 9. 142
Leges & præcepta minimè omittant imponere Prælati: etiam ſi mala prohibita ceſſare non videant. 9. 138
Leges & præcepta pijs non ſunt ſcandala: ſed conſolationes. 10. 64
Lætantur pij cum puniuntur impij: non quia maleuoli, ſed quia Deo ſe conformant. 6. 198

Læti-

Lætificat Deus pios iiſdem ſupplicijs,quibus conterit impios. 9. 130
Lætitia vultus ſuperiorum, non debet reſpicere terrena bona ſubditorum. 9. 47
Lætitia,& pax, quæ ſecundum Deum eſt:eſt,quæ ab Apoſtolo commendatur. 8. 223
Liberare à temporalibus ęrumnis, nemo ſine potentia,poteſt:à ſpiritualibus omnes. 6. 286
Liberare non contentus eſt Deus iuſtos a malis, niſi inſuper lucem quò ad intellectum, & lætitiam quò ad affectum eis tribuat. 9. 101
Liberari à Deo ab inimicis fidei ridiculè ſpectat Chriſtianus, qui Deo offendendo peius inimicatur. 6. 221
Liberat Deus ſeruos ſuos ab inimicis ita,vt iſtis det etiam locum pænitentiæ. 7. 165
Liberat Deus ſuos perfectè, & ab omni parte calamitates tollit. 7. 191
Limites legis ſolum obſeruare non eſt adeò meritorium. 6. 147
Linguæ frena eò ſuperbi laxant: quò potentiores ſe vident. 8. 68
Lingua mendaci, qui congregare diuitias dicantur propriè,& eorum periculum. 6. 308
Lingua offenditur cum conſulitur:ac manu eum occiditur. 6. 136
Literatis impijs: ipſæ litteræ, ſunt laquei. 9. 72
Locus ſecurus nullus eſt,neq; tranquillus:cum Deus eſt in contra. 10. 118
Locum ſuum debent tenere ſingula, vt communitas pulchra appareat. 7. 31
Loca illa,inuocatus Deus familiarius viſitat:vbi primo viſus dignoſcitur. 8. 38
Loca ad quæ impij, cum mittuntur, repugnant ire: non poſſunt non eſſe bona, etiam ſi ex aliqua parte ſit opinio in contrarium. 7. 161
Locutionis torrens in Sanctis, non ſemper attendit neceſſitatem audientium,vt fluat: ſed à plenitudine ſcientiæ multoties erumpit. 8. 81
Loquax homo ſecretum audiens, vel videns: quin illud patefaciat ſe continere valet. 7. 157
Loquelæ multiplicitas vbi datur: deeſſe ſenſus grauitatem intelligitur. 8. 57
Loquentium, diuerſi gradus mirificè deſcribuntur. 8. 57
Loqui liberè non poteſt, quem mala conſcientia accuſat. 8. 231
Loqui fortiter ore proprio in tribulationibus: magnanimitatem oſtendit. 8. 58
Loqui de Deo nemo debet, antequam ab eo illuminetur. 6. 247
Loqui benè non eſt mirum,qui Spiritus Sanct.plenus cognoſcitur. 8. 86
Loquuntur multa impij, aut ex vanitate, aut ex impatientia. 8. 84
Luce intellectuali priuatur fatuus,ac mortuus homo luce hac materiali: vndè vterq; lugendus. 10. 89
Luce corporali meritò priuabuntur damnati, quia ſupernaturalem, dum viuerent contempſerunt. 9. 150
Lux alia oritur iuſto, quæ iniuſtis non oritur. 10. 69
Lux interior intellectus, quæ à Deo tribuitur:non ſine lætitia in affectu venit,nec inuenitur. 10. 70
Lux diuina,vt inueniatur:debet quæri, non deſpici. 10. 120
Lux Mundi cum Deus dixit eſſe Apoſtolos tria deſignauit. 9. 4.
Lux nulla eſt in inferno, niſi quanta ſufficit vt pænas ſuas damnati videant. 7. 138
Lux diuina omnibus offertur, ſed ſolis iuſtis tribuitur. 9. 102
Luxuriæ vitiū cū concomitatur ignorantia, & ſuggeſtor inſuper; eſt ſumma miſeria. 7. 97
Luxuriæ vitium inter cætera magis rationem abſorbit. 7. 102
Luxuriæ vitio ſi adiungitur ſuperbia: irremediabilis datur caſus. 7. 104
Luxuriæ vitium qui ſuperare ſe viderint in carne: attēdāt nè à ſuperbiæ peccato vincātur in ſpiritu. 8. 12
Luxuriæ peccatum debet exagerari: impunè enim exiſtimant luxurioſi peccare. 6. 365
Luxuriæ vitium per Dei amorem euaditur: & poſt euaſionem ſequitur humilitas in euadente. 6. 216
Luxurioſi omnes,falſi loqui ſunt,& vani. 6. 226

M

MAgiſtrorum bona ſparſa fama multum conducit,vt diſcipuli,eius acquieſcāt doctrinæ. 6. 91
Magnatorum vmbra,inferiores non refrigerat: ſed obſcurat, 7. 27
Magnatibus ap,pximare minoribus,nociuū eſt. 10. 6
Magni faciunt Sancti alios: quia ſeipſos pro nihilo reputant. 6. 176
Maiorum perfectiones, oſtendunt Deum non defectu potentiæ: ſed prouidentia minora imperfecta condere. 6. 29
Mala in hac vita indifferenter veniunt ad bonos, & malos: in altera ſolos impios quærent. 8. 98
Mala impiorum non ſolum coercet Deus: ſed in bonum conuertit. 8 25
Mala magna per ſe quendam bonum etiam proclamant,& petunt reparatorem. 7. 30
Mali bonis nocere cupientes, ſibi ipſis nocent. 6. 244
Mali inanes, & vacui bono: boni inanes & vacui à tumore ſuperbiæ. 6. 64
Malignus quando reuera efficitur homo. 6. 173
Malitiā priorem,reuocat Deus cōuerſis in memoriā: nè ad illam reuertantur. 7. 206
Malitiæ ſuæ, nullus extra ſe quærat authorem. 7. 28
Malum nullum eſt hominibus, niſi peccatum. 7. 28
Malum poſſe inferre per ſe ſine alterius adiutorium: eſt dęmoniacum. 8. 97
Manomotapæ Imperator,ope Fratrum Ordinis Prędicatorum conuerſus ad fidem: & ab vno eiuſdem ordinis religioſo baptizatus. 9. 25
Māſuetudinis encomijs,ſe dn̄t denominari prçlati,ēt ſi pu-

ſi puniendi habeant poteſtatem. 8. 229
Manus quibus mala inferāt pijs,nō inueniūt multoties impij,qui talia facere præmeditabātur.6.163
Mare caneſcit cū per ceti natationem mouetur.7.72
Maria Virgo Beatiſſima Scripturæ Sacræ myſteria profundius omnibus penetrauit. 7. 144
Maria Virgo Beatiſſima,cor peccatoris ſua interceſſione penetrat. 7 ibid.
Mariæ Virginis Beatiſſimæ Conceptionis immaculatæ myſterium non eſt mirum ſi neq; exprimatur in ſcriptura,neq; clarè cognoſcatur a Sanctis, & viris doctis. 7. 145
Martyres eò Deo gratiores,quo ad martyrium ſubeundum fuerunt feruentiores. 9. 60
Martyrum, & Confeſſorum differentia.9.61
Materiæ tractandæ ſunt a prædicatoribus magis pro audientium capacitate:quam pro earum dignitate. 6. 6
Membra humana nunquam debent operari, niſi a dictaminè rationis mota. 6. 78
Membra quæ ſuū non exercent officium, non membra,ſed vmbra membrorum debent vocari. 6.100
Memoriam Dei quandiù peccatores non perdunt,de eorū ſalute non eſt deſperandum, & è contra. 9. 54
Menſa quot modis diuerſi generis hominibus fit in laqueum, & in ſcandalum. 9. 76
Mentis noſtræ profunditas, nobiſmet &ſi latent. Deo perſpicua eſt 7. 22
Mentis humanę profunditas, neq; ab ipſo homine, ſed a Deo ſolo cognoſci valet. 7. 121
Miniſtros ſenes, & non iuuenes debent mittere Epiſcopi & Prælati. 6. 333
Miniſtrorum Dei poteſtas eſt ad coercēdos impios non ad tyrannizandos bonos. 10. 22
Minorum & inferiorum miſerię ſemper ab expanſione maiorum & ſuperiorum veniunt. 7. 4. 15
Minores mala minimè perpetrari poſſunt, niſi ſibi aſſiſtere cognoſcāt potentiam, & maiorum fauorem. 6. 132
Miracula Sanctorum ſunt lucra legis diuinæ. 10. 75
Miracula Sanctorum ſunt manus,quibus Deus Chriſtum Dominum exaltat. 9. 84
Miraculorum potentia,& doctrinæ luce Deus Mundum ſuperauit. 10. 127
Miſerabilis res quæ in eſſentialibus incōpoſita eſt, in accidentalibus viſu indigna. 6. 3
Miſeriæ quæ peccatum ſequuntur, vtiles ſunt pænitentibus ad cautelam. 10. 62
Miſeria vltima eſt, neq; à ſe aliquod habere bonum, neq; a Deo. 6. 49
Miſericordia diuina non ſolum nobis remittit peccata,ſed exhortat ad virtutem. 9. 95
Miſericordia diuina non ſolum delet peccata,ſed ſpe vitæ æterne conſolat. 9. 95
Miſericordiæ diuinæ tempus, & locus eſt, cum iuſtitia ſuam exercuit punitionem. 9. 98
Miſericordia & leuamen, cum punimur, a Deo ſolum debet expectari qui punit. 8. 199
Miſericordia conſolidat homines,nè ſuperbia comminuantur. 7. 126
Miſericordia ſemper quærit miſeriam. 7. 118
Miſericordiam diuinam tantam quis accipiet, quātum ſe in Dominum conijecerit. 9. 65
Miſericordiam Dei nimis ſperare, contempta iuſtitia,aut è contra,iuſtitiam nimis timere,&c. eſt vanè credere vtramq;6.243
Miſſam qui audire impediti fuerint, ſeipſos ſacrificium Deo offerant. 9. 115
Moribus inurbanis procedit omnis impius. 6. 370
Mors oēs adæquat, etiam ſi dum viuerent longè alter alterum præcelleret. 10. 116
Mortis hora oculos impiorum aperit. 6. 104
Mortis vmbra,quanta propriè ſignificet. 7. 41. 42
Morte repentina occūbunt vt plurimum impij. 8. 71
Mulier de nulla debet laudari induſtria, quæ intra ſuæ domus portas non fiat.10.76
Mulier non de pulchritudine debet laudari, ſed de Dei timore. 6. 309
Mulieri retribuendum in iudicio non eſt ſecundum pulchritudinem;ſed ſecundum opera. 6. 310
Mortui lugendi ſunt,quia à bonis operibus ceſſant. 9. 114
Mundana deſpicientes apud impiorum æſtimationem pro nihilo reputantur. 6. 123
Mundanarum rerum vanitatis conſideratio differētes effectus cauſat in pijs & impijs.7.71
Mundus vincitur per cōtemptum,ſicut diabolus per reſiſtentiam. 6. 177
Mundi amatores eò magis in eo demerguntur, quò plus eum diligunt. 7. 63
Mundi huius bona ſoli illi æſtimant, qui fidei calorem,per peccata perdiderunt. 7. 184
Mundum diligere quantum ridiculum ſit. 8. 111
Munus ad quod electi fuerunt quiq̄ue in Eccleſia, ſi adimplere deſinant, & reformationem admittere nequiuerint,ſe omninò finiendos intelligant. 10 30
Mutabilitatem, & alterationem patitur quicquid Deus non eſt. 6. 33

N

NArratio ſemper res difformiora oſtendit,quam reuera ſunt. 6. 54
Naſci ad tribulationes, & infortunia,eſt quid mirādum. 9. 51
Natura nemo eſt beatus,ſed gratia, 9. 24
Natura benè diſpoſita &ſi ad bonum maximè conducat, nonniſi Deo auxiliante ad perfectum deuenire,valet. 8. 122
Naturæ ordini attribuere diuina ſupplicia, inſolentes facit impios cum puniuntur, & impœnitentes 7. 74
Naturæ dona bona ſunt, ſi illis non abutantur homines. 8. 7.
Naturæ cauſæ apparere non debent, vt Spiritus Sancti opus aliquod intelligatur. 8. 10

Natu-

Naturæ fragilitati, cum ignorantia accedit : caſus minimè vitari poteſt. 7. 98. 99
Naturales defectus non impediunt perfectionem cum per diuinam legem regulantur res. 10. 28
Naturalis rationis lux, ſemper lumen ſupernaturale præcedit. 9. 41
Naturalia per peccatum & ſi non tollantur, tamen inficiuntur. 10. 46
Neceſſaria pro tempore, ſunt primo prouidenda. 9. 31
Neceſſariorum appetitus & poſſeſſio non nocet, ſecus tamen eorum quæ ad luxum expectant. 8. 178
Neceſſitas operis in operãte: tollit & minuit operis excellentiam. 9. 45
Neceſſitas humana quamplurima deificauit. 6. 47
Negatur Deus, & confitetur non ſolum ore, ſed factis. 8. 217
Negotia ſui muneri commiſſa ſubtiliter tractant pij, & Sancti: 8. 138
Nihil ſe facere putant Sancti, quia quid eis deſit faciendum reſpiciunt, non quod factum eſt. 6. 324
Nihil deeſſe Sanctis in hac vita quomodo intelligẽdum eſt. 6. 158
Nihilum & inane ſunt erga Deum Principes terræ. 6. 15
Nobiliora multoties ab ignobilioribus præceduntur 7. 1
Nobilium ſtegmata, multoties contraria oſtendunt conditionibus talium. 7. 188
Nocere nobis nemo poterit, Deo renuente. 7. 40
Nocte res viſæ ſemper maiores apparent. 8. 67
Nomen amittunt impij in inferno. 6. 201
Nomina & encomia prima erga Deum tandiu res conſeruant, quandiu priores non ammittunt perfectiones. 7. 25
Nouiter ſemper inchoare nos facit feruor Spiritus Sancti vbi adeſt 8. 208.

O

Obedientialis potẽtia & diſpoſitio valdè prodeſt ad perfectionem conſequendam. 7. 10
Obedientia prompta, eſt ſignum aſſiſtentiæ Spiritus Sancti 8. 39
Oblationes factæ de rapinis, & vſuris, non debent acceptari ab Eccleſiaſticis. 10. 94
Obſtinatio peccatorũ obſcurat doctrinam prædicãtium. 10. 131
Obſtinationem Deus non facit: ſed fieri ſinit. 7. 133
Occioſitas, mater paupertatis. 6. 363
Ocultare facienda conſortibus, vel indicar animi diuiſionem, vel timere impugnationem. 9. 3
Occultè operari, mali operis argumentum. 9. 18
Occultorum Dei, abſq; temeritate Sancti, rationes præbent. 7. 122
Oculi Eccleſiæ ſunt homines literati. 6. 101
Oculi piorum ad terrena, per affectum non declinãt. 10. 50
Oculis diuerſis videt Deus iuſtos, & impios. 6. 376
Oculos quos hic delectatio clauſit, in altera vita pena aperiet. 6. 112
Odium eſt mors, & vt talis timetur a pijs. 7. 111
Odium impiorum in bonos quantumlibet fortiter conceptũ; per bonorum manſuetudinem caſſatur 6. 204
Odium omne finitur: niſi quod ex inuidia naſcitur. 8 155
Odium & cetera malorũ Chriſtianorũ mala æquiparant tyrannorum perſecutiones paſſas in primitiua Eccleſia. 10. 136
Offendere illum cui omnia parent, eſt nimis horrendum. 7. 158
Offenſas diuinas etiam ipſa irrationabilia, & inſenſibilia dolere ſe oſtendunt. 7. 175
Operis iacto fundamento, nullus ſibi, ante finẽ conſequutum, applaudat. 6. 70
Opera vniuſcuiuſq; eum qualis nam ſit prædicant: 6. 356
Opera bona & vera non ſufficit facere coram calumniatoribus. 6. 235
Opera bona hæreticorum & impiorum, pro nihilo æſtimat Mater Eccleſia. 6. 102
Opera bona qui operantur, nè ſolliciti ſint de earum publicatione: Deo enim hoc incumbit. 9. 27
Opera quæ permanentia non ſunt : minimè à Spiritu Sancto iudicanda ſunt. 9. 14
Operator aliquis vt perfectus dicatur, quid requirat 9. 15
Operari nemo poteſt, niſi adſint quinq; 8. 17
Operatur diuersè in nobis Spiritus Sanctus ſecundũ diuerſam, quam in nobis inuenit diſpoſitionem; 8. 236
Operationes diuinæ, cum incipiunt, ſemper antecedit Spiritus Sanct. 9. 1
Opinionis bonæ falſam habere æſtimationem ab alijs non condemnatur, ſed appetere. 6. 366
Oppreſſores miſerorum non declinabunt gladium diuinæ vindictæ quouſq; ab oppreſſione ceſſauerint. 7. 86
Oppreſſos liberate per ſeipſos, non debent dedignari potentes 8. 157
Oppreſſoribus innocentum dat Deus audaciam, vt inſurgant cõtra potentiores ſe, & ſic corruant in vindictam oppreſſionum ſimplicium. 8. 196
Onerofa ſunt peccata. 9. 92
Opprimi à ſtulto, nemo timeat, citò enim deficiet. 9. 113
Orationis locum habet vnuſquiſq; intra ſemetipsũ 8. 250
Orationes noſtras dirigit Spiritus Sanctus, cum nos errare vider per ignorantiam, & non per iactantiam. 8. 215
Orationibus noſtris annuit Deus nõ provt nos poſtulamus, ſed prout nobis conuenire videt. 8. 222
Orationem inflammatè facere, eſt effectus Spiritus Sanct. 8. 232
Ordo, etiam in brutis eſt materia vndè Deus laudatur 7. 135

Orna-

Ornare,excellit creationis excellentiam. 8. 40
Ornatus & pulchritudo, eminet ſubſtantiã rei. 9. 19
Ornatus corporis nimius in mulieribus,inhoneſtam denuntiat animam. 8. 257
Ornatum & perfectionẽ nullam facit Deus, quin vt videatur prouideat. 9. 7
Ornatum debemus expectare à Deo, qui nos fecit 6. 45
Ornatis diuinis donis, non ſinit Deus cõmiſceri illos,qui à talibus ſpoliantur in pænam. 8. 72
Os noſtrum feneſtra vna ex illis eſt, per quam mors intrare cognoſcitur. 8. 134
Oris vitium,in ore punitur. 8. 68
Ore malitiam proferre, tolerabilius, quam illam in corde retinere 6. 291

P

PActis impiorum,minimè fidendum eſt. 6 372
Parochum,cum diabolus per peccatum habet, totam ſe putat habiturum parochiam.6. 252
Patientiæ tres gradus. 6. 152
Patiuntur iuſtè, qui ſimilia alijs intulerunt. 6. 145
Pauper vocem exactoris minimè timet: benè tamẽ diues. 6. 280
Pauper,in vnoquoq; genere non dicitur abſolutè,niſi ille,cui potentia etiam acquirendi deeſt.6.27
Pauper, dici non poteſt,cui Deus adeſt. 6. 52
Pauperibus ſubueniendum eſt,non alia ratione, niſi quia pauperes ſunt. 6. 267
Pauperibus quicquid in hac vita elargitur, in aliam portatur. 6. 82
Pauperum manus gazophilatium Dei ſunt.6.165
Peccare ex profeſſo, maximum omnium malorum. 9. 94
Peccant homines,quia tria minimè conſiderant. 7. 147
Peccandi impoſſibilitas, ſoli Deo conuenit. 7. 214
Peccandi ſunt tres modi. 10. 144
Peccator ad pænitentiam currens,& Deus occurrẽs mirificè deſignantur. 6. 62
Peccator &ſi ſine Deo in peccato,non tamẽ inhabilis,quin per pænitentiam ad priſtinam reſtituatur gratiam 10. 111
Peccator pænitens,vt vacuos debet deplorare dies quibus fuit in peccatis. 6. 118
Peccator omnis, eſt tenebroſus in fide, frigidus in charitate,& malum exemplum præbens.7. 209
Peccatoris duæ pænæ. 6. 207
Peccatoris motio redire cupientis à peccato ad gratiã:viſitationibus Dei internis attribuẽda eſt.7.61
Peccatoris cor immundum, & inconſtans. 7. 149
Peccatores pęnitentes,Deus velut lapides pretioſos theſaurizat. 7. 119
Peccatum, per quæ ad ſummum deuenit. 8. 239
Peccatum nullum eſt, quod diuina potentia reformare non valeat. 8. 36
Peccatum per pęnitentiam non tollitur vt non fuerit; ſed nẽ imputetur. 8. 115
Peccatũ quibus gradibus,vſq; ad exterius apparet.7 185
Peccati ſaporem verum,qui non habuit, illud minimè euitare poteſt.7. 127
Peccato,quatuor concurrunt. 8. 103
Peccata fucata, & cohoneſtata, pernicioſiora publicis,& fædatis. 7. 43
Pæna in altera vita aperit oculos,quos hic clauſerat culpa. 6. 103
Pæna damni,eſt ẽt priuatio ſocietatis cũ animabus iuſtorum. 6. 106
Pænitentes nouiter à peccato egreſſi, non omnem appetant ſtatim apprehendere perfectionem, ſed paulatim procedant,lumine à Deo ſibi primo cõceſſo,contenti. 9. 26
Pænitens non debet contentus eſſe à peccato exire, niſi lucem, qua vltra in melius progrediatur exoret. 10. 3
Pænitentes ſunt Dei Beniamin. 9. 86
Pænitens verus quicquid bonũ facit:vacuum & premio indignum exiſtimat. 6. 119
Pænitentia eſt lux animæ. 9.39
Pænitentia vera,Spiritus Sanct. recuperatus:vt conſeruetur,debemus orare. 8. 117
Pænitentia,& paſſionis Domini memoria: neceſſariæ ſunt ad euitandos huius vitæ laqueos, & pericula. 7. 103
Pænitentia,peccatum tegit. 7. 42
Pænitentia aliud eſſe dat, ab illo quo peccator erat antea. 7. 200
Perfectæ fuerunt aliquæ res ad aliquem effectum pro tunc,quæ ad idem producendum aptæ non ſunt pro nunc. 10. 25
Perfectus vt dicatur quis neceſſè eſt: vt nulla congruens ſuo ſtatui, perfectio illi deſit. 6. 50
Perſecutiones impiorum timendæ ſunt,&ſi parum durare cognoſcantur. 6. 203
Philoſophi gentiles,& Iudæi:diuites vocantur.6.209
Plorandi nominatim in communibus calamitatibus illi ſunt, qui notiores, & proximiores. 6. 2
Prædicare neminem Deus mittit,quin auxilium ſuũ illi tribuat. 10. 112
Prædicatio debet eſſe moderata,& ad capacitatem auditorum menſurata. 8. 101
Prædicatio,diſcriminibus radicatur. 6. 348
Prædicatio illa plena dicitur,quæ conſtantia prædicatoris completur. 6. 361
Prædicatio, eſt ſagitta. 6. 342
Prædicatio illa debet ſperari eſſe fructuoſa, quæ in principio difficultates patitur. 6. 345
Prædicatio vera, & Apoſtolica:peccatores turbat,& promouet ad pænitentiam. 7. 114
Prædicationis verbum eſt aqua,qua mens irrigatur noſtra. 8. 102
Prædicationis verba, debet præcedere mandatorum Dei,prompta in prædicante obedientia. 10.29
Prædicationis munus, eſt vitæ euidens à Deo immiſſum periculum. 9. 125
Prædicationẽ,ſẽper ſequitur iniquorũ perſecutio.7. 170

Digitized by Google

Prædicantium obiurgationes deſpiciunt ſuperbi, tanquam non ſibi factas. 6. 93
Prædicator neq; honoribus, neq; minis debet terreri à veritate dicenda. 10. 4
Prædicator impius, quicquid ſua prædicatione replet: ſuo malo exemplo euacuat in auditoribus. 6. 326
Prædicator plenus debet eſſe laboribus, vacuus ab mercedis intentione. 6. 329
Prædicatores ſunt prima Eccleſiæ gratia, vndè cæteræ apparent & manifeſtantur. 9. 13
Prædicatores terrenis dediti, fructum nullum facere poterunt. 6. 330
Prædicatores egregios facit Deus, ex maximis peccatoribus. 7. 131. 133
Prædicatores non ſolum doctè, ſed dulciter debent prædicare. 6. 88
Prædicatores paſcunt populum, & paſcuntur ab illo 6. 251
Prædicatores qui nō faciunt quæ facienda prædicãt: mendaces ſunt in ſtateris. 6. 239
Prædicatorum ordinis ſciẽtia à principio ſuæ fundationis benè infertur illos, ex eò, quod exierit Angelicus Doctor. 10. 16. 18
Prædicatorum ordo præſumi poteſt peculiariter à S. Spiritu afflatum in ſuo mirabili principio, & à tota Santiſſima Trinitate. 10. 27
Prædicatores infidelium magis ab irrefragabilibus eorum dogmatibus argumenta deſumant, quam à Sacræ Script. teſtimonijs. 6. 7
Prædicatores neminem in ſuis concionibus laudent, cuius laudis veritas, non æquiparare poſſit veritatẽ euangelicæ doctrinæ, quam prædicant. 10. 132
Prædicatores vt fructum faciant, à vanis & gaudijs huius Mundi debent eſſe alieni. 6. 344
Prædicatores magnos facit Deus ex maximis peccatoribus. 8. 130
Prædicatores quomodo ſtabiles ſimul, & mobiles debeant eſſe. 8. 140
Prædicatores, minimè prodeſſe cognoſcant. 8. 81
Prædicatores cum prohibentur ſubtilia coram rudibus noſtræ fidei tractare, non intelligitur de neceſſario credendis. 8. 48
Prædicatores nō debent laborare vt innoteſcant, ſed vt proſint. 8. 150
Prædicatorum noſtri temporis parum fructum, & nimium laborem plangere debemus. 8. 173
Prædicatores adulatores occidit, & punit Deus in audientium vtilitatem. 9. 131
Prædicatores ſunt media, per quæ Eccleſiæ pulchritudo manifeſtatur. 7. 134
Prælatura illa excellenſior, quæ remotior eſt à communicatione, & dependentia ſubditorum. 8. 47.
Prælaturas adipiſci per malorum ſuffragia, eſt maxima infamia. 7. 251
Prælaturas & proſperitates Sancti timent, quia ſi nō totaliter à Deo abſtrahuntur in illis, ſaltem diuiduntur. 10. 37
Prælaturis priuari impios in hac vita, ſunt æternæ cōdamnationis præludia. 6. 107
Prælatus bonus pios promouet, & impios reijcit à dignitatibus. 6. 172
Prælatus bonus mala ſibi contra ſubditos ſuggerentes, à ſe proijcit, & annihilat. 6. 184
Prælatus à longe debet cognoſcere ſibi ſubditos timentes Deum. 8. 182
Prælatus quatuor debet habere facies. 7. 177
Prælati aliqui idola vana dicuntur. 6. 341
Prælati, & Prædicatores ex eo, quod lux Mundi vocantur, innocentiam vitæ, & nunquam à diabolo ſe ſuperatos profitentur. 7. 213
Prælati ſoliciti debent eſſe de ſubditis, ne ſibi eorum imputentur defectus. 6. 362
Primordia praua parum obſunt, vbi ſubſequentia bona & illuſtria videntur. 7. 5
Principes tria debent attendere in ſubiectis, ſi in eis faciendis errare nolunt. 6. 10
Principes neminem ſubito in aliqua excellentia à toto genere perficiant. 6. 14
Principes dirigentes: Principes etiam rectè vocantur. 8. 112
Principum defectus, maximè apparent in illis, qui illis proximiores ſunt. 7. 21
Priuatio nulla eſt, quæ ſecum non importet memoriam boni quo priuatur. 7. 18
Promiſſiones diuinæ fallere non poſſunt; impediri, benè per noſtra demerita. 6. 219
Prophetiæ donum, & prædicationis minimè ocioſum vult Deus eſſe. 8. 202
Proſperitates non quærunt pij, inſuper libenter aduerſitates tolerant. 6. 117
Prouidentiæ diuinæ optima deſcriptio. 8. 25
Pudicitia eſt frigus, quo carnalis extinguitur concupiſcentia. 10. 103
Publicæ perſonæ ſi ſint impiæ & ſibi, & alijs nocent: & contrario ſi ſunt bonæ conuerſationis. 7. 207
Pudor eſt frenum peccati. 10. 104
Pugnare confidenter nos iubet Deus, non quia pugna parua: ſed quia magnum eſt adiutorium. 6. 384
Pulchrum eſſe in vnoquoq; genere, & eſſe: Valde differunt. 6. 9
Punit Deus peccatores ex ira, bonos autem ex benignitate. 7. 224

Q

Qualitates non minus dant eſſe, quam ſubſtantia ipſa. 6. 37

R

Rationis lumine per culpam intus extincto: corpora exterius temerariè, & incompoſitè feruntur. 6. 378
Rationis naturalis diſcurſus, eſt primum quo peccator ad cõuerſionem, peccatiq; renunciationem ſe debet mouere. 9. 42
Rationalium creaturarum nullam Deus abſolutam fecit à principio. 10. 9
Rectas, nō obliquas quærit Spiritus Sanct. animas. 8 112

Re-

Redeuntibus præſtat Deus miſericordiã, ſicut iram tribuit recedentibus à ſe, 9. 99

Reges creſcunt & per filiorum propagationem, & & per diuitias,pcipuè per mare ſibi allatas.7.205

Reges & Principes ſuperbi,in vltimo iudicio à pauperibus poſtulabunt auxilium, quos hic deſpexerunt. 7.228

Reges vt euitent pericula amittendi propria, omittunt expuguare aliena regna. 8. 195

Reges neminem caſualiter debent reſpicere, vt ſubditi eorũ obſeruent intuitus & venerentur.10.52

Reges terræ qui proprie dicantur. 7. 229

Reges & Principes quales ſe debeant in omnibus erga ſubditos habere. 9. 48

Reges non mageſtate, aut poteſtate, ſua regna adimpleut:ſed beneficentia. 6. 26

Regum & principum idolatræ, ex eò accuſantur magis, quia fragilem materiam vndè ſint facti quotidiana experiontia norunt. 10. 101

Regum infidelium coaduuatio, maximum impedimentum eſt Euangelicæ prædicationi. 7. 287

Regum cogitationes debent eſſe circa populi bonũ & populi debent eis expenſas neceſſarias tribuere 10. 113

Regum viſus,& intuitus,ita debent eſſe circunſpecti, quod de quolibet eorũ oculorũ motu,ſubditi faciant myſterium. 10. 49

Regimina Mundi & honores: Muudus ipſis Sanctis talia repueutibus offert. 10. 42

Regnare diabolum in vna republica cognoſcetur ſi boni deuallentur,& mali conſeruentur. 7. 246

Regna plena dicuntur non per aurum, gemas &c. ſed per fructus, & animalia ibi naſcentia. 6. 69

Regna & ciuitates deſertæ fiunt,non per habitatorũ abſentiam:ſed per Dei receſſum. 9. 78

Regna quandiu Deus cuſtodit, nemo inuadere audet: ſecus ſi illa deſerit. 10. 108

Regnorũ excellentia maxima eſt, omnia intra ſuos terminos neceſſaria habere:neq; à mare aliqua expectare. 10. 99

Reguntur difficilè tria corporis organa. 8. 148

Reincidere in culpã iam emendatam periculoſius eſt, quam de nouo committere. 7.129

Religiones & religioſi fugianr omnem vanam diſtractionem,ſi lucere conſeruariq; in Eccleſia deſiderant. 10. 7

Religiones,ſunt Eccleſiæ corda. 7. 108

Religiones illæ Spiritualiores dicentur, quæ ſimul cum ſanctitate vitæ maiori zelo ſaluti animarum incumbunt. 8. 23

Religiones ſingulæ munia peculiaria habent, quæ licet in alijs,exerceantur,non tamen tam perfectè ac in propria. 10. 32

Religionum quæ per vanitatem euanuerunt; ſingulare typum. 10. 14

Religionum anima,ſunt earum ſalutaria ſtatuta. 6. 335

Religioſi ſi ignorantes fuerint: ſæculares etiam ignorantia lauorabunt. 7. 14

Religioſorum defectus, & bonorum quare notantur, magis quam ſæcularium, & impiorum. 7. 27

Remiſſio peccatorum, quam facile fiat per Spiritũ Sanct. 8. 49

Remiſſioni imperandi: debet attribui ſubdictorum inobedientia. 10. 12

Remorari Sanctos à via ſalutis faciunt impij:ſed nõ multo tempore permanent.6. 202

Reiteratio peccati, & continuatio eſt quid nimis Deo fætidum,& odioſum. 10. 93

Repentinæ actiones hominum, non tunc fieri, cum videntur, debemus iudicare: ſed tantummodo eò vſq; impediras. 8. 171

Repetitio,cum materia eſt egregia, non eſt condemnanda. 9. 133

Reprehenſiones illæ ſunt ſine odij ſuſpicione, vbi delinquentes arguentem non læſerunt. 6. 354

Reprehẽſiones exteriores parum proſunt, niſi Deus interius moueat,& moueat corda. 8. 109

Reprehenſiones iuſtorum; ſemper impij à paſſione procedentes iudicant. 8. 59

Reprehẽſio debet eſſe diſciplinata,& vtilis: eſt enim aliqua,quæ neq; diſciplinat,neq; prodeſt. 9. 109

Reprehenſiones, & obiurgationes grauitatem peccati peccantibus oſtendunt.9.148

Reputationis amiſſio, non minus annihilat homines,ac ſi eſſentia priuati fuiſſent. 6. 325

Requies bonorum incipit à morte.8.256.

Res illas magis fædat Deus, quibus magis nos indigere cognoſcit.4.647.

Reſtaurando nos Deus, ſequutus eſt creationis ordinem.9.10.

Reſpirationi,qua viuimus, ingrati ſumus, cum non benè loquimur.8.79.

Reſpiratio humana propriè Spirituiſanct. attribuitur.8.80.

Reſpirationis ſolum ſubtractione: poteſt Deus oẽs punire.8.91.

Retributionem æternam, non temporalem: expectant Sancti.10.71.

Riſus & ſtultitia:lachrymæ,& ſcientia germanãtur. 8. 168.

S.

SAcrificium noſtrum debet eſſe triplex. 9.57

Saluare nos valet Deus,quantumuis impios, abſque vllo ſui labore.6.195.

Saluat Deus multos abſq; vllo talium præcedente merito,niſi quod ipſe eis dedit.6.196.

Sanctos Deus in hac vita exaltat,non ad fruitionem ſed ad miniſterij neceſſitatem. 7. 52

Sancti ſunt refugia ad, quæ peccator debet confugere in ſuis tribulationibus. 7. 223

Sapientes huius Mundi, per ſe;diuina carere ſapientia profitentur. 7. 48

Sapientes apud ſe: pronihilo apud Deum reputantur. 6. 175

Sapiẽtia impiorũ contra Sanctos,non eſt timẽda.9. 52

Sa-

Sapiẽtia humana,ſpiritui debet ſubijci, neq;altiora, quærere. 8. 7
Sapientia humana obſcuritatem errorum ſemper de ſe mittit:ſicut diuina, lucem & veritatis ſplendorem. 7. 238
Sapientia humana non indigent Sancti: cum ſuprema & diuina illuſtrentur. 8. 44
Sapientia,non in aliquo determinato inuenitur loco: ſed vbicumq; Diuina ope & ſtudio,quæritur.7.51
Sapientiæ diuinæ ſolus largitor eſt Deus:non homo, ac cæterarum rerum inuentor. 7. 50
Sapientiam oſtentantes cum ignorantes ſint:irridẽtur,ac illi qui diuites ſe iactant cum nihil habeãt 6. 281
Scientia diu perſeuerare non ualet in impijs. 10. 88
Scientia non inuenitur,neq; in delitijs,neq; adiſcitur inter cognatos. 10. 110
Scientia quæ operatur vndè infirmi offendantur, non eſt ſcientia, ſed licentia & inſolentia. 9. 147
Scientia carentes, cum mortuis computantur.6.304
Scientia mali, non minus neceſſaria eſt:quam ſcientia boni. 7. 244
Scientiæ magnitudo,in nullo magis probatur :quam per maioris ſanctitatis demonſtrationem. 10.23
Scientiam alicuius ſuperexcellentis materiæ, minimè habere dici poteſt : qui ſola facilia eiuſdem ſcit. 7. 146
Scientiam ſi Deus ſubtraxerit ab Eccleſia, omnia omninò peribunt. 8. 99
Scientiam carnalem cum quis ſe iactat habere: cæleſti ſe carere pronunciat. 7. 54
Scriptura veteris teſtamenti,ſemper nouum inuocat 7. 120
Scriptura Sacr.menſa diuerſis epulis referta,eſt.9.74
Scriptura Sacr. laqueus & damnatio eſt illis doctoribus,qui dicunt & non faciunt. 9. 76
Scriptura Sacr. naui comparatur mercibus onuſtæ 10. 74
Scriptura Sacr. falſa interpetratione impotabilis fit. 10. 139
Scriptura diuina paſcua Chriſtianorum. 6. 154
Scriptura Sac.&ſi diuerſos queat tolerare ſenſus:littera tamen ſemper immobilis perſeuerat. 8. 55
Scripturæ Sacr. intelligentia, eſt magis diuinæ gratiæ,quam ſtudijs,& induſtriæ humanæ. 7. 142
Script. Sacr. expoſitores, eam adimplent, & ditant. 6. 44
Scripturæ Sacræ obſcuritas, non in medulla, ſed in cortice. 7. 7
Scripturam Sacr. quomodo debemus legere,nè nobis noceat, ſed proſit eius lectio.9.136
Scripturam Sacram legunt in ſpiritu, qui non litteram,ſed ſenſum attendunt. 8. 253
Scrupula,fragilibus periculoſiſſima.7. 124
Secretum impij ſeruare minimè poſſunt. 6. 290
Secretum ſeruare, minimè poteſt fatuus, & iniquus. 7. 156
Similitudinem Dei impij in inferno retinere non poſſunt. 6. 215
Senectus, quamplurima habeat bona. 7. 29
Senes prælati, nec videre crimina,nec potentes ſunt illa punire.7. 69
Senes impropriè dicuntur viuere. 6. 80
Senſus noſtri ſunt feneſtræ per quas ventus ſpiritum extinguens,intrat. 8. 224
Sermo iuſti,ſplendet pulchrè:& ſonat rectè.6.287
Societas cum impijs maximè inclinat in malã partem opinionem,quæ de aliquo habenda eſt.7.162
Societas impiorum,rariſſimè non officit. 8. 11
Solem minimè videbunt damnati. 9. 149
Sollicitatores rerum impudicarum, pudę ſiunt,ſi ita vt ſuggerunt non fiat. 8. 127
Solidum nihil habet malitia 7. 100
Somnus impiorum in pręſentia differt à requie beatorum. 6. 160
Somnus eſt vita præſens. 6. 161
Spes eſt meritum ad cuius menſuram diuina nobis impertitur miſericordia. 9. 64. 67
Spei cõſonantem vitam debet agere, qui diuinã miſericordiam ſe ſperare pronunciat. 9. 68
Specioſa ſola, viſibilia dicuntur. 6. 50
Spiritus Sanctus non datur niſi vnitis Chriſto Domino.8.249
Spiritus Sanct. ſpem noſtram corroborat. 8. 209
Spiritus Sanct.tria neceſſaria in nobis operatur,quæ benè in tribus quibus apparuit figuris deſignantur. 8. 153
Spiritus Sanct.Voluntariè operatur : non neceſſariè 8. 45
Spiritus Sanct. non vulgaribus, & terrenis inſidet cordibus, ſed ſublimibus & ſpiritualibus. 8. 51
Spiritus Sanct. & monet nos ad benè faciendum : & ſe vt nos deficientes, adiuuare poſſit. 8. 53
Spiritus Sanct.matris vicem erga nos gerit in Diuinis. 8.16
Spiritus Sanct. plenitudo diuinarum operationum. 8. 18
Spiritus Sanct. omnia viuificat. 8. 20
Spiritus Sanct. in quibus ab ſpiritu huius Mũdi differat. 8. 21
Spiritus Sanctus quare non ſolum rectus, ſed principalis appelletur Spiritus. 8. 111
Spiritus Sanct. tria operatur in homine. 8:137
Spiritus Sancti donis Deus peccatores ſubuertit. 8 100
Spiritus Sancti perſona: nonniſi pura conſcientia dignoſci poteſt. 8. 6
Spiritui Sanct. rerum perfectio attribuitur in diuinis. 8. 74
Spiritum Sanct. Deum eſſe clarè oſtenditur. 8. 83
Spiritu guſtato,deſipit omnis caro. 6.217
Spiritualibus ac temporalibus : etiam Deus reficit ſuos. 6. 156
Splendet Deus in inimicis noſtris,cum per illos nos punit 10. 126
Statum priorem peccati ſemper Deus vult nobis in meu-

in mentem venire. 6.68
Student quā plurimi magis curioſa, quam fructuoſa, ideò neſciunt etiam prima Theologiæ principia. 6. 332
Subſtantia noſtra niſi à Deo adiuuetur, nihil boni de ſe habet. 6 189
Subſtantia noſtra in hac vita nihil eſt comparatione illius quam habebimus in æternitate. 6. 190
Subſtātia noſtra cum nihil dicitur: intelligitur comparatione ad diuinam. 6. 193
Subtilitates Prædicantium, telis araneæ comparantur. 6. 367
Superbia, eſt maxima, quæ alijs nocet tempeſtas. 8. 106
Superbia radix auaritiæ. 6. 166
Superbiæ terminus, eſt cōfuſio,& deſperatio. 19. 121
Superbiæ finis, eſt deſperatio. 7. 116
Superbire de culpa, quam nepharium. 6. 228
Superbos reprimi à diuina potentia: eſt materia diuinarum laudum. 7. 134
Superiora nō quærant principiantes in virtute, antequam in inferioribus fundamentum iaciant. 6. 8
Superioritas Spiritus Sancti, quam ſuauior ſit, humana ſuperioritate. 8. 32
Supplicia quantumlibet magna, impij non timent, ſi non perpetua fore excogitant. 7. 66
Supplicia minata ſi non infligantur impijs: pij de mercede ſibi promiſſa dubij remanent. 7. 68
Supplicia diuina, ſemper terminum, & modum habent. 8. 192
Supplicia diuina quantumuis ipſis impijs leuia appareant,& pro uoto illis ſuccendentia: ſemper sūt grauiſſima. 8. 195
Supplicia non debent oriri ab indignatione; ſed à dignatione,& conuenientia. 7. 142
Supplicia diuina, quæ impij timent, cum ſe euadere viderint: ne glorientur, non enim euadent, ſed infelicius incurrent. 7. 24
Supplicia diuina non ſolum peccata præterita purgant: ſed ad emendationem illuminant. 9. 124
Supplicia manifeſta infligit Deus publicis peccatis. 10. 124
Supplicia infert Deus: abſq; vlla animi perturbatione. 7. 160
Supplicia diuina peccatori inflicta ex eò cognoſcētur data vel ad emendationem, vel ad exterminium: ſi peccator vel emendetur, vel in peccato perſiſtat. 7. 169
Supplicia impiorum, minimè vult Deus: vt à pijs videantur. 7. 195
Supplicia diuina, & velociter, & cum impetu impios conſumunt. 8. 63
Supplicijs illuminantur impij, qui in proſperitatibus excæcati fuerunt. 9. 127
Supplicijs quibus à Deo afficimur: nos materiam miniſtramus. 8. 61
Supplicijs impiorum, fæcundantur, & emendantur pij. 7. 174
Suppliciorum diuinorum tempore, ludos, & recreationes quærere: maxime deteſtabile. 7. 176
Suppliciorum miniſtri, etſi neceſſarij, non tamen oſtentandi, ſed abſcondendi ſunt. 7. 23

T

Tacere non poſſunt Sancti, etiam ſi ſua verba impijs minimè prodeſſe videant. 8. 81
Tarditas eſſe non poteſt, vbi Spiritus ſanct. adeſt. 8. 37.
Tarditas, opus coinquinat. 6. 256
Temporalia nihil ſunt. 6. 162. 340.
Temporalia, qui putant æterna, & ſupplicia impunita remanſura: vacua ſpe nituntur. 6. 263
Temporalium affectio, minorat hominem. 6. 248
Tempus omne, quo ad perfectionem non peruenitur: vacuum vocant pij. 6. 114.
Tenebræ peccatorum, ſunt triduanæ. 7. 193
Tentat diabolus eò ſubtilius: quò magis per reſiſtētiam frangitur. 7. 93.
Tentat diabolus aliter ſanctos, aliter impios: iſtos clare: illos ſub ſpecie boni. 7. 90
Tentare nos & ſi diabolus iniuſtè appetat: iuſtè tamen à Deo nos tentare permittitur. 8. 78
Tentationi omni, ſine reſiſtentia ſucubuut impij. 7. 76. 78
Tentationem, conſenſu præueniunt impij. 7. 123
Tētationes ſuas diabolus multipliciter cooperit. 7. 91
Tentationes non quærunt Sancti: imò ab illis liberari exorant. 9. 143
Tentationibus addi ſuggeſtionem incitantem, eſt enormium delictorum ſupplicium. 8. 108
Tentationibus diaboli & ſi exerceantur electi: tamen felicior eſt ſors illorum qui abſq; vlla tentatione beatitudinem conſequuntur. 8. 77
Terra, impios à ſe proijcere contendit. 6. 334
Terræ, quæ inundationes patiuntur, diuites minimè eſſe poſſunt. 6. 17. 53
Terræ propriæ cupiditate nimia, Iudæi Chriſtum occiderunt: ideò eam amiſerunt. 6. 213
Terræ ſterilitatem mittit Deus: propter vnum ex quatuor peccatis. 7. 173
Terrenæ diuitiæ non implent: ſed inflant. 6. 273
Terrena non prodeſſe tolerabilius eſſet: ſi tamen nō nocerent. 6. 314
Terrena omnia immunda: & ad infera ſemper procliua. 7. 83
Terrena, quare nihil videntur Sanctis. 6. 174
Terrena eò verius Sancti deſpiciunt, quò ſublimius cæleſtia cognoſcunt. 6. 78
Terrenis, Eccleſia clara diuina myſteria minimè prædicat. 10. 51
Terrena, coluntur ſolum ab illis: qui cæleſtia ignorāt 9. 36
Theologiam adipiſcere non poſſunt: terrenorum cupidi. 6. 250
Theologiam deglutire non ſufficit: niſi dentibus diſcutiatur ſtudij. 8. 167
Thomas Angelicus vltimus omnium Sanct. Patrum locu-

Digitized by Google

locutus fuit, & quid honoris indè ei aduenerit. 6. 90
Thomæ Aquinatis Angelici doctoris maxima excellentia. 8. 78
Tomiſtica doctrina, quare perfecta. 6. 89
Timere homines minimè poteſt, qui Deum ſibi aſſiſtere cognoſcit. 6. 380
Timeri non debent tribulationes: quæ multum durare non valent. 6. 381
Timere conceditur naturæ: dummodo timor non obruat ſpiritum. 6. 383
Timere mortem, & perſecutiones, non eſt mirum in Sanctis. 7. 109
Timent Sancti perſecutiones, ne perdant amorem & dilectionem fratrum ſuorum, ſe perſequentium. 7. 110
Timere nimis humanam potentiam: timorem diuinum excludit. 7. 140
Timent ſemper impij mala ſibi futura: accuſati à cōſcientia. 9. 82
Timor cauſatur à corporis frigore. 10. 128
Timoris diuini Sapientiam, Mundus, & infernus ſe minimè habere profitentur. 7. 49
Timoris, & tremoris differentia. 7. 107
Timorem domini qui habuerit, nunquā indicando errabit, aut iniuſtam ſententiam proferet. 8. 180
Timore Dei ſemel abiecto, ad omnia prorumpitur vitia. 7. 83
Tyranos occidit Deus citò, inſuper prolem exeis remanere minimè permittit. 6. 316
Titulo bono nunquam impij cognominantur in domo Dei, niſi per hyroniam. 7. 188
Toleranda ſunt aliqua de ſe non bona, nè diabolo, & inimicis exhibeantur: dummodo ſub aliquo bono colore cohoneſtentur. 8. 197
Tormenta peccantibus Deus auget: cum renuunt per leuiora emendari. 7. 168
Tribulationes emittit Deus vt nos præparet ad aliquam magnam pacem fruendam, & tranquillitatem. 7. 226
Tribulationis tempore, recurrunt Chriſtiani ad Prelatos, & religioſos 7. 227
Tributa, & vectigalia ſunt aquæ quibus exercitus Regum irrigantur. 7. 202
Tributarij ſunt non minus impij Chriſtiani diabolo degentes in pace, quam captiui ſaracenorum. 10. 97
Trinitatis omnes tres perſonę, Spiritus vocantur. 8. 114
Triſtitia & ſi in mente reſideat: tamen præ nimietate redundat in corpore. 6. 99

V

Vacuus in conſpectu Dei apparet, qui pro virtute hic non laborauit. 6. 220
Vana eſt omnis perfectio, quæ ab homine dependētiam habet. 7. 215
Vanagloria, cordis munditiam deſtruit. 6. 228
Vana ſunt illa, quæ ad præordinatum finem ad quē facta fuerunt, non inſeruiunt. 6. 164
Vani, quò per vanitatem aſcendunt: eò velocius finiuntur. 6. 223
Vanitatem in corde, in ore, ad proximum loqui: quomodo intelligatur. 6. 224
Vanum eſt, quicquid timore Dei caret. 6. 313
Varietates vitæ impiorum, à cōtemptu Dei erga ipſos eueniunt. 6. 192
Verbum Dei eſt laqueus, quo venantur homines ad Deum. 6. 318
Verbū palliatum, impunitum non remanebit. 6. 261
Verbum ocioſum nullum abſq; ſupplicio pertranſibit. 6. 260
Verba cohibere, ſapientis eſt opus 8. 83
Verba tantum ſectari, nihil prodeſt. 6. 282
Verba illa inania dicuntur, quæ te, vera eſſe minimè oſtenduntur. 6. 360
Verba prima Principum debent eſſe læta plenaq; beneficijs. 9. 5
Verbis illius minimè fidendum eſt, cuius cor vanum cognoſcitur. 6. 222
Veritas vbi negociatione venditur: fides periclitatur 10. 102
Vera multoties non creduntur verba, quia vana eis comiſceri ſentiunt auditores. 8. 85
Veſtes & corporum geſtus hominis interiorem animum prædicant. 6. 368
Veteris teſtamenti obſcuritas, per paſſionem Chriſti Domini ablata fuit. 7. 217
Victorias ſibi, & non Deo attribuere, eſt maxima ſtultitia. 7. 80
Victorias ſecuræ ſibi promittant, qui de uitijs ſe per opera bona triumphare cognouerint. 6. 214
Viduarum neceſſitatibus, debemus totis viribus ſuccurrere. 6. 74
Viduarum contemptum, cum iuſtitiam petunt, eſt primum de quo Principes & iudices iudicabuntur. 6. 73
Viduas vacuas dimittere, eſt eas de ſuis oppreſſoribus non vendicare. 6. 72
Viduas vacuas à ſe dimittit, qui eas cum indigent iuſtitia, audire contemnit. 6. 71
Viduas vacuas dimittit à ſe non ſolum qui ad ſe.
Viæ, omnia in commoda bene deſcripta. 7. 105
Vindicta à ſuperbia originem ducit: vndè correſpondentibus punitur ſupplicijs. 6. 150
Vinum, etiam natura mites, furioſos facit. 7. 172
Violentia in donis Spiritus Sancti, denotat abundātiam, non vim. 8. 191
Viros fortes & virtute integros, relinquit Deus in aduerſitatibus: vt peccatores, qui puniuntur, cōfortent verbo & exemplo. 7. 225
Viri illuſtres non deſunt in Republica, ſed ſupprimuntur à craſſioribus ne effulgeant. 7. 13
Virtus noſtra tota ſit in Deo. 6. 212
Virtute nil nobilius, nec illuſtrius in homine. 9. 112
Virtutes in hac vita ſunt ſolatia miſerorū: nōn gaudia beatorum. 9. 97

Virtutes poſſeſſas non dimittere in bello ſpirituali, ſufficit vt quis de tentatore victor euadat. 8.144
Virtuoſi volunt aliqui eſſe: ſed ſine vlla repugnantia 6. 120
Viſitare ſubditos non tantum perſonaliter, quantum regimine, & potentia debent principes. 8.13
Vita noſtra, breuis, mala, & incerta. 6. 186
Vita noſtra, veſpere vocatur. 6. 186
Vitæ noſtræ poſtrema pars ſemper obſeurior, & fæx eſt. 6. 188
Vitam præſentem perdere non timet, qui æternam ſcit, & cognoſcit. 9. 103
Vitio vno contentus eſt diabolus quempiam tenere, etiam ſi ab alijs abſtinere uideat. 6. 121
Vitiorum victoria quam homo in ſe videt; ſoli Deo attribuat. 7. 66
Viuere minimè diei poteſt, qui Deo non viuit. 7.199
Viuere deſiderare pauperes, & miſeros: eſt quid maxima admiratione dignum. 10. 39
Victuros fouet Spiritus Sanct: morituros reijcit. 8 73
Vlciſci dum foris quærimus, intus grauiter ferimur. 6. 139
Vltores inimicorum, quantas incurrant calamitates 6. 141
Vltores inaniter ſe de vindicta iactant. 6. 148
Vocis ſtrepitum non faciant prælati cum imperant, ſi nulla ad id cogit neceſſitas. 9. 29
Vocem magnā facit Spiritus Sanct. quam peccator minimè habere in diuina Script. dicitur. 8. 179
Voces prælatorum ſint effectiuæ, magis quam apparatoſæ. 10. 8
Volare ad perfectionem parum poteſt, qui in medio ſæculi viuit. 7. 113
Voluntatem coronat Deus, vbi non inuenit facultatem. 6. 285
Vtilitatem propriam, qui in bonis reſpiciunt operibus ſua ſpe ordinariè defraudantur. 6. 122

X

Xpi incarnatio ditauit terram. 6. 11. 61
Xpus verus proximus noſter cui Petrus vana locutus fuit. 6. 225
Xpus eſt ſtatera noſtra. 6. 242
Xpus Dominus charitatiuè ſe totum pro nobis impendit, inſuper & contemni voluit ab inimicis ſuis. 6. 294
Xpi Domini paſſio, & deſcenſus ad inferos, ſunt inter cætera inſignia myſteria. 7. 62
Xpus Dominus deſcendit ad inferos, vt ibi ambularet 7. 64
Xpi Domini humanitas ita corporeo oculo eſt videnda, quod interior per contemplationem ad eius diuinitatem aſcendat. 7. 178
Xpus poſt ſuum aduentum Mundum regit: quem antea regebat Diabolus. 6. 157
Xpus Dominus voce illa magna qua emittens Spiritum elamans mortuus eſt, Romanorum exercitum contra Iudæos vocauit. 7. 181
Xpus Dominus poſt reſurrectionem ſuam nulli humanæ miſeriæ ſubiectus fuit. 7. 216
Xpi paſſionis memoria audaciam dedit, & animum martyribus. 8. 174
Xpi Domini potentia ſecundum hominem non ad annihilandum Mundum, ſed ad benefaciendum fuit. 8. 219
Xpus de cœlo attullit diuitias quæ hic deerant, & quæſiuit paupertatem, quæ in cœlo minimè inueniebatur. 10. 72
Xpus Dominus, manus Dei; 9. 91
Xpus Sacræ Scripturæ clauis. 10. 13
Xpum Ieſum, Dominum non dicit: qui opera bona non facit. 8. 242
Xpiani propria virtus, eſt patientia, qua ab infidelibus ſecernitur. 8. 244
Xpiani deſides, & pigri, fruſtra in Eccleſia verſantur 9. 6.
Xpiani nomen, benedictum. 9. 83
Xpiani ſua bona conuerſatione apud infideles Deū Sanctum faciunt, & è contra. 10. 55
Xpianis impoſuit Deus iugum charitatis, vice iugi legis: quo nos liberauit. 8. 227
Xpiani in quo eſſent feliciſſimi. 6. 159
Xpiani impij, impijs ſuis operibus contradicunt Sanctæ Eccleſiæ, ſicut hæretici ſua impia doctrina. 6. 93

Z

Zelus emiſſus à Spiritu Sancto neminē excedere obligat. 8. 218
Zelo charitatis loquuntur Sancti, qui emendationē non videntes eòvſq; tacuerunt. 8. 20
Zelatur Deus Mundum animas ad ſe trahentem. 8. 206

Finis Indicis rerum Notabilium.

PARTICVLA TERTIA
PRIMAE PARTIS
PRIMI TOMI

Expoſitionum ſelectarum Sanctorum Patrum, Doctorumq; Claſsicorum in totum hiſtoriale vtriuſq; Sacræ Paginæ.

Geneſ Textus Vndecimus. Cap. I.

Et vidit Deus lucem quod eſſet bona.

I.

S*Anctus AMBROS. Hexam. lib. 1. cap. 9. Notans quomodo lux fuit creatura, quæ à Deo ipſo meruit primo commēdari, laudibuſq; efferri dicit ſic.* Nec immerito tantum ſibi Prædicatorem potuit inuenire: à quo iure optimo prima laudatur: quoniã ipſa fecit, vt etiam cætera Mũdi membra digna ſint laudibus. *Vbi apparet prima laude dignos eſſe illos, qui veluti luces, cæterorum perfectiones oſtendendo, efficiunt vt cæteri laudentur.*

I I.

H*VGO de S. Victore de Sacramentis lib. 1. ſic.* Sed & illud non negligenter tranſeundũ eſt, quod dicitur: Vidit Deus lucem quod eſſet bona; & diuiſit lucem à tenebris, & vocauit lucem diem, ac tenebras noctem. Fecit enim, & vidit: deinde diuiſit, & vocauit. Quare vidit? Noluit prius diuidere, quam vidiſſet. Prius vidit an eſſet bonum, & tunc demum diuiſit lucem à tenebris, & vocauit lucem diem, & tenebras noctem. Adducet .n. omne opus ſuum in iudiciũ. *Vbi Principes habent documentum, ne ſibi credita diſponant antequam diſponendo videant, iudicent; tunc enim bene ſingula pro captu, & merito diuidere, nominareq; poterunt.*

I I I.

A*LEXANDER de Ales 2. par. quæſt. 46. mẽb. 1. art. 3. Tenens, quod ſol fuerit formatum ex iſta luce; ad illam quæſtionem nempe quis nam borum poſſit dicit nobilior? ſic reſpondet.* Si conſideremus lucem iſtam quoad ſuum effectum: & ſolem quoad ſuum; circũſcripto .ſ. effectus illius lucis, quam in ſe includit ſol: dicimus ꝙ effectus illius lucis erat conſeruare res, & declarare: ſolis autem effectus proprius eſt facere generationẽ, & corruptionem: quod autẽ ſeruat, & declarat, hoc accipit ab iſta luce. ſecundum ergo hanc comparationem nobilior eſt effectus lucis, quã ſolis: quia nobilius eſt conſeruare, & declarare; quam facere generationem, & corruptionem: hoc patet: & ideo quoad hoc nobilior eſt lux iſta, quam lux ſolis, ſiue quam ſol. Si vero conſideretur ſol ſecundum quod in ſe includit effectum illius lucis: & cum iſto ſuperaddit alium: ſic eſt dicere; quod perfectior eſt ſol: & quoad hoc materialis eſt illa lux reſpectu illius. *Vbi ſimilitudinarie apparet excellentia doctrinæ Angelici Doctoris ad doctrinam Sanctorum Patrum ex qua prima luce formatus fuit iſte ſol. Nihil .n. inuenietur in ſumma, cæteriſq; S. Thomæ ſcriptis niſi Sanctorum*

Digitized by Google

Et vidit Deus lucem quod eſſet bona.

Patrum doctrina:nũ .n. ſolum illuminat, & conſeruat fidem intra Eccleſiam vt illa: ſed vt magiſter ſcolaſticorum quotidie nouos literatos generat: & vt malleum hæreticorũ quotidie tot deſtruit, & conuincit.

I V.

S. *ISIDORVS de Summo bono lib. 1. cap. 10. ſic.* Non ſepties à Deo viſa, ſeptieſq; laudata eſt creatura, quæ antequam fieret, perfecte ab ipſo eſt viſa: ſed dum nos ſingula videntes laudamus, tanquam ipſe videat, laudetque per nos: ſicut illud Matth. 10. Non eſtis vos, qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis. Proinde ſicut ipſe ſicut ipſe per nos loquitur; ita videt & laudat per nos. *Vbi valde elucet diuina erga nos charitas, quæ cum ſua ab æterno ſciat bona: non tamen illa talia prædicat, niſi ſecundum quod nobis talia videntur, & à nobis, vt talia approbantur. Solemus dicere Petrus v. g. ita diligit Franciſcum, quod per oculos eius videat, & per os eius approbet, vel reprobet; quaſi proprio cedat iudicio, & viſui vt ſententiam ferat.*

V

BEDA *Exam. ſic.* Non velut incognitam antea, repente lucem videns laudauit; quia bonum didicit: ſed eam quam laudabilem eſſe facturum nouerat, iam factam hominibus laude dignam, ac mirandam eſſe declarauit. *Vbi apparet illa eſſe vere dicenda bona opera, non quæ poſt facturam ſuam oſtendunt bonitatem; ſed cuius bonitas antea quã opus fieret præuiſa fuit vt fieret. illud .n. denotat benefacere caſualiter, hoc aũt ex profeſſo.*

V I.

R*VPERT. Abb. in Geneſ. lib. 1. cap. 13. ſic.* Notandum in primis, quod dictum eſt, Vidit Deus lucem, quod eſſet bona. Nemo .n. bonus niſi vnus Deus. Porro quicunq; bonus prædicatur ſiue homo, ſiue Angelus, non niſi reſpectu boni Dei, recte bonus prædicatur: quia cũ nemo ſit bonus niſi vnus Deus, quicunque bonus eſt, vel eſſe dicitur, non niſi in tantum bonus eſt, in quantum bono Deo participatur. *Vbi apparet in vnoquoq; bonitatis genere in tantum bonum aliquid dici poſſe, in quantum abſolutæ bonitati talis generis adhæret, & aſſimilatur.*

V I I.

A*NASTASIVS Synaita Com. in Hexam. notans myſtice quomodo repreſentato baptiſmate in illa aquarum ſuper terram effuſione cũ Spiritus ſancti ſuper eas ambulatione: ſequuntur ſententiæ noſtri, & duorum præcedentium text. ait.* Poſtquam datum eſt, inquit, baptiſma, & quę eſt in eo fides, tanquam illud ſignaculum: Fiet, inquit, lux .i. exerceatur operibus vita Deo grata, ſicut lucês coram hominibus, congruenter Chriſto, qui ſic dixit. Quam etiam cum vidiſſet, laudat. Vidit .n. inquit Deus lucem, & dixit: Bona eſt. Laudat autem, quoniam delectatur huiuſmodi luce. Eſt .n. gaudium propter vnum peccatorem, quem pœnitet. *Vbi apparet quemlibet vnum peccatorem pænitentiam agentem eſſe vnam primariam, claramq; micantem in Eccleſia lucem bonam.*

V I I I.

S. *AVGVST. ſerm. 134. de tempore. Afferens per occaſionem noſtrum textum dicit ſic.* Hanc autem lucem dixit in ſæculo, quia bona eſt: ſecundum hominem non ſecundum Deum. Deus .n. non tantam hanc lucem tribuit, quam poterat ipſe largire: ſed quam tum mortalis oculus capere potuit. Nec qui vniuerſum illuminat, tribueret ſplendorem; niſi quem mortalis capere, aut ſuſtinere vtiq; poſſet. *Vbi apparet diuinorum beneficiorum bonitatem regulari, non per diuinam potentiam, ſed per noſtram capacitatem: neq; .n. bona tunc ſunt quando & ſi diuinam oſtendant potentiam nobis conuenientia non ſunt. Maiorem lucem facere poterat Deus: ſed quis ſuſtineret illam?*

I X.

S. *THOM. 1. p. q. 23. art. 1. ad 3. Aſſignans rationem, quare Moyſes non contentus dicere Deum feciſſe lucem, addidit dixiſſe lucem eſſe bonam: dicit ſic.* Per hoc autem, quod ponimus in eo proceſſionem amoris, oſtẽditur, quod Deus non propter aliquam indigentiã creaturas produxit, neq; propter aliam cauſam extrinſecam: ſed propter amorem ſuæ bonitatis. Vnde & Moyſes poſtquã dixerat: In principio creauit Deus cælum, & terram; ſubdit: Dixit Deus: Fiat lux, ad manifeſtationem diuini Verbi; poſtea dixit: Vidit Deus lucem quod eſſet bona: ad oſtendendum probationẽ diuini amoris. *Vbi apparet amorem nõ tam probari per efficientiam: quam per bonitatem operis.*

X.

V*IELMVS noſter Lectione 11. Ad hunc locum ait.* Verbum .n. videre geminam habet ſignificationem, propriam, videlicet, ac trãſlatiuam; ſicut Rabbi Moſes adnotauit: quarum

prior

Et vidit Deus lucem quod eſſet bona.

prior omnibus nota eſt, ac trita, vt in eiuſmodi aſynthesis: Veni, vidi, & vici: Abij, laui, & vidi: Viui, cognoui, damnaui, quod Iulianus Cæſar de cuiuſdam ſcriptis reſpondit, cui, vt Nicephorus refert, Diuus Baſilius (vt opinatur) accutè ita reſpondit: Vidiſti, non intellexiſti, damnaſti.

X I.

HEVCHERIVS *Comment. in Geneſ. lib. 1. Tenet hic per lucem debere intelligi Angelos bonos; & per tenebras Angelos malos. Quo ſuppoſito notauit nō ſolum anticipatam approbationem, cum cæteris diebus non inueniatur approbatio niſi conſummatis omnibus illius diei operibus: ſed quod in ſpecie illam laudauerit nominando, lucem, cum cætera tantum in genere laudaſſet, nempe: Vidit Deus quod eſſet bonum nulla re ſpecialiter nominata. Et ait ſic.* Ne malum præuaricatorum videretur approbare Angelorum. *Vbi apparet ſemper attendendum eſſe ne in Sanctorum laudibus videantur includi impij. Et ad hoc omnis communis in laudando interrūpatur ordo, & conſuetudo, & exprimātur exceptiones*

X I I.

OLEASTER *Comment. in Penta. Ad hunc locū literaliter ſic.* Complacuit artifici opus ſuū, poſtquam examinauit illud. *Poſtea ad mores, ſic:* Animaduerte, & conſidera diligenter Chriſtiane lector locū hunc, qualiter non ſat fuerit Deo, lucem pulcherrimam creare: niſi etiam, poſtquā condita, & examinaret. Nūquid opus tuum Domine malum eſſe poteſt, aut in eo defectus aliquis contingere, vt examine opus ſit? Et ſi alia opera tua examine indigerent, non tamen lux, quam puriſſimam, & ſpecioſiſſimam facere dignatus es, & ad quam omnia alia examinantur. Quid quæſo me docere vis in hoc examine? Puto te hoc mihi dicere velle; vt examinem, & diſcernam ego tenebras meas: ſi quidem tu tam ſtudioſe examinas lucem tuam. Quid .n. ſunt opera noſtra, ſi ad examen diuini iudicij veniant; niſi tenebræ? *Et poſt pauca ſequitur ſic.* Quare quātumcunq; opus tuum ò homo purum, & bonum tibi eſſe videatur: confer illud ad ſpeculū diuinæ legis, vt emendes quæ in eo emendatione digna depræhenderis, præſenta diuinis obtutibus, & audi ſententiam de opere tuo.

X I I I.

S. AVGVST. *lib. 2. de quæſt. veter. teſta. quæſt. 3. ſic.* Facta eſt lux, & placuit ei qui fecit. Qui opifex in opere ſuo non lætetur?

X I V.

S. BASILIVS *Hexam. homil. 2. Legit cum Hebræo textu: ſic:* Vidit Deus lucem quod eſſet pulchra. *Et ait:* Si bonitas ſiue pulchritudo corporis, tale vt ſit, ſortitur ex moderata partium temperie, ex apparente item & conſpicua coloris bonitate: quonam pacto conſeruatur ratio pulchritudinis in luce, quæ ſuapte natura ſimplex eſt, & omnimoda conſtat partium ſimilitudine? Quia iſtiuſmodi contemperatio luci atteſtatur, & conſentit, non quidem in proprijs ipſius partibus conſiſtens: ſed quod mox conſpecta, nos mærore liberat, animumq; demulcet blāda quadam placiditate. Nam & ratione conſimili, aurū, conſtat dici pulchrum, non vtiq; ex collata inter ſe partium ſymmetria; potius quod probo, & in ſigni colore nos proliciat ad ſui amorem & inuitet. Ad eundem modum Lucifer pulcherrimus eſt ſtellarum, non eo, quia partes habeat iuxta æquali portione contemperatas: ſed quod illius ſplendor effuſus ſemel oculis ſe continentium, & illapſus triſtitiam ex animo depellat, noſque mira circunfundat iucunditate, & recreet. *Vbi moraliter apparet Principes, & Prælatos, non dici pulchros ex eorum partium temperie, & diſpoſitione congruenti: ſed ex ſubditorum lætitia, & recreatione ab ipſis cauſata. Alias qui luces ſunt Mundi turpiſſimi apparēt, & ſi in ſe Narcyſi ſint, & Adonides.*

X V.

RVPERTVS *Abb. in Geneſ. lib. 1. cap. 18. Tenet Deum ſpecialiter nominata luce, illam probaueriti, quod minime feciſſe legitur in cæteris ſubſequentibus diebus, vbi approbatio fuit generalis, nimirum: Vidit Deus quod eſſet bonum: ne .ſ. videretur approbare tenebras. Sed opponit illud Eſai. 35. Ego Dominus formans lucem, & creans tenebras: quem locum adiungens ad illud huius cap. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona, arguit non apparere rationem vnde tenebræ excludendæ eſſent ab approbatione bonitatis. Quod etiam confirmat ex illo Apoſtoli 2. Corint. 4. Deus, qui dixit de tenebris lucē ſplendeſcere &c. ex quo loco conſtat tenebras illas, quæ dicuntur primitus eſſe ſuper faciem abyſſi materiam fuiſſe vnde creata eſt lux. Reſpondet autem difficultati ſic.* Etenim tenebras de quibus ſplenderet formata lux (vt iam dictum eſt creaſſe) quæ & ferebantur ſuper faciem abyſſi, bonum fuit: verum formatam iam lucem in tenebras re-

Et vidit Deus lucem quod eſſet bona.

uerti peſſimum, & apoſtaticũ eſſe, nemo cui dubium ſit. *Vbi myſtice apparet Deum non reprobare peccatores, ex quibus Sanctos ſolet facere: ſed de ſanctitate iterum redire ad vomitum, & tenebras iterum fieri: omnino reprobatum eſſe, vult ab omnibus intelligi.*

X V I.

CAET. *Com. ibi ſic.* Sicut .n. ex hoc, quod artifex videt opus à ſe factũ eſſe bonũ, ipſius iudicio diſcernitur bonũ: ita multo magis ex hoc, quod Deus vidit ab æterno lucem in principio temporis factam, & eſſe, & forę bonam, ipſius Dei iudicio habemus lucis bonitatem. *Vbi apparet deprauitas reprobantium Angelici Doctoris doctrinã, quã ipſemet approbauit Deus auctor illius.*

X V I I.

S. *LAVRENT. Iuſtinianus libello de humilitate cap. 22. ſic.* O bona lux in te decora, per te amabilis, ex te deſiderabilis: quis tuas valet explicare laudes, tuaq; enarrare p̃conia? quis tuas poteſt virtutes pandere, nec non tuos multiplices reſerare effectus? Te nanq; abſente diſcurrunt latrones, domos inuadunt fures, ſylueſtres feræ luſtra propria deſerunt, catuli leonum per nemora, & ſolitudines, deambulant rugientes, vt quærant eſcam ſibi: homines vero ratione vtentes in ſuis recõduntur habitaculis, & veluti inutiles conquieſcunt, ſi tuo careant medio. Porro ſine te proditiones fiunt; perpetrãtur adulteria, & ſcelera nefandiſſima peraguntur; te vero coruſcante, te claritatem tuam per orbem diffundente, patent omnia, agnoſcũtur ſingula, vniuerſoq; more ſuo exultare videntur: Iter inchoactũ viatores arripiunt, ſpem ægri aſſumunt & vires; egrediturq; vnuſquiſque ſeuere, & intrepide ad opus ſuum vſq; ad veſperam: ſocialiter viuit fiducialiter conuerſatur, hilarirer ſe manifeſtat, & procedit ad publicum: palam loquitur, & tanquã rationale animal negotia ſua pertractat.

X V I I I.

BEDA *Expoſit. in Geneſ. ſic.* Per lucem anima oſtenditur, quæ carne præſtantior eſt. Per tenebras autem, caro cum ſuis vitijs, vt Apoſtolus ait: Scio quod non eſt bonum in carne mea.

X I X.

S. *AVGVST. de Ciuit. Dei lib. 11. Tenet eum communi Patrum aſſertione per diuiſionem lucis à tenebris, intelligi debere diuiſionem factam inter ſanctos Angelos, & malos. Sed ſingulariter tenet hanc diuiſionem factam fuiſſe antequam peccarent: vnde dat intelligi ortum fuiſſe malorum Angelorum in Deum odium & iram, nempe quia inter conſortes videbant fieri exceptiones, non extantibus meritis, aut demeritis. Et pro parte diuina reſpondens, aſſerẽs noſtrum textum, quem intelligit, ac ſi dicat:* Præuidit Deus &c. *ait ſic.* Inter illam vero lucem, quę ſancta ſocietas Angelorum eſt, illuſtratione veritatis intelligibiliter fulgens, & ei cõtrarios tenebras .i. malorum Angelorum auerſorũ à luce teterrimas mentes, ipſe diuidere potuit, cui etiã futurum non naturæ, ſed voluntatis malum, occultum, aut incertum eſſe non potuit. *Vbi apparet ſolum Deum pro futuris meritis exceptiones facere poſſe: bene tamen etiam ſi aliqua certa ſcientia conſtet principi de demeritis futuris. Eſt enim eadẽ ratio.*

X X.

S. *AMBROS. Hexam. lib. 1. cap. 9. Notans quomodo Deus ex ſolo viſu lucem approbauerit, cum res approbandæ diligens requirant examen, oculi nanq; ſolam apparentiam iudicant exteriorem: ait.* Lucis natura huiuſmodi eſt, vt non in numero, non in menſura, non in pondere, vt alia, ſed omnis eius in aſpectu gratia ſit. *Vbi ſubditi moralem documentum habent, ne ſuos prælatos examinare, ponderare, menſurare audeant, vt bonos approbent: ſed ſolo ex viſu eorum iucundentur, & læti eorum diſciplinam recipiant.*

X X I.

HVGO *Card. Poſtil. in Geneſ. Ad litteram hunc explanãs locum, adiungens duas ſequentes ſententias, nempe:* Diuiſit lucem à tenebris &c. Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus. *Sic ait.* Circa creaturam notantur tria. Perfectio: vbi dicitur: Vidit Deus lucem quod eſſet bona. Diſtinctio: vbi dicitur: Diuiſit lucẽ à tenebris. Terminus naturæ: vbi dicitur: Factum eſt veſpere, & mane. *Vbi apparet nullam creaturam ſic eſſe perfectam, & bene diſpoſitam, quin terminum non habeat & tempore menſuretur eius perfectio. Solus creator terminum neſcit, neq; vllo temporis ſpatio eius demẽſurãtur natura, & in infinitũ eius procedit perfectio.*

XXII.

HVGO *de S. Victore de Sacram. lib. 1. p. 1. c. 13. Quærit ad cuius exemplar vidit Deus lucem, vt iudicium hoc proferret de eius bonitate? Reſpondet autem, quod in ſemetipſo, qui vera, & increata*

eſt

Digitized by Google

Et vidit Deus lucem quod eſſet bona.

eſt lux. Et addit ſequentia verba. Et in ea luce in qua vidit lucem,quod eſſet bona: etiam cætera opera ſua,quę operatus eſt vidit quod eſsẽt bona:& nihil ſine illa luce vidit,vel bonũ, vel malum: ſiue ex ijs, quæ ipſe bona fecit: ſiue ex ijs, quæ nos fecimus mala: quę omnia ipſe non male,ſed bene vidit. Et ibi vidit,vbi malum nullum vidit. *Vbi Prælati qui non immerito per ſe regulare volunt tam ſuas,quam ſubditorum actiones,vt verũ proferant iudicium Sancti debent eſſe,vt ibi videant vbi malum non videant. alias alijs iudicanda committant nempe pijs,& immaculatæ vitæ.*

X X I I I.

V*ALERIANVS Bergomenſis ſuis quæſtiunculis Reſpondet myſticè cuidam dubio communiter excitato hic. Nimirum an* Deus *lucem bonam eſſe non præuideret cum eam faciendam proponeret, eo* ꝙ *dicitur poſt factam tunc ei bonam apparuiſſe? Dicit autem ſic.* Forſan innuit, quod lux .i. opera noſtra ſumme placent Deo,cũ exhibita ſunt. pluſquam,cum ſunt in ſolo propoſito noſtro.

X X I V.

H*VGO de S.Victore de Sacram.lib.1.cap.17.ſic.* Noluit igitur Deus ad ſequens opus tranſire donec deiudicaſſet primum. Cum ergo vidiſſet de luce quod eſſet bona; tunc ait: Fiat firmamentum.

X X V.

P*ROSPER*[illegible] *in ſent. ſic.* Tria quædam nobis maxime ſcienda de conditione creaturæ oportuit intimari. Quis eam fecerit: Per quid fecerit: Quare fecerit. Si ergo quærimus quis fecerit? Deus eſt. Si per quid fecerit? Dixit, & facta eſt. Si quare fecerit? Quia bona eſt. Nec author excellentior eſt Deo: nec ars efficacior, Dei verbo: nec cauſa melior, quam vt bonum crearetur à bono. *Vbi apparet,quod in iudicio alicuius operis non debemus ſolum reſpicere authorem; ſed media, & finem ſeu cauſam motiuam.*

X X V I.

S*. AVGVST. de Geneſ. ad lit.lib.1.Tenet ideo hic Deum lucem nominatim approbaſſe (quod minime feciſſe alijs diebus ſcribitur) ſimiliter & approbationem anticipaſſe cum cæteris diebus poſt omnia illius diei opera completa dixiſſet,quia bonum eſt: ne videretur approbare tenebras, aut noctem de quibus eodemmet die mentio ſit. Aſſignans autem rationem quare tenebras,& noctem à ſua approbatione excluſerit, ait ſic:* Non .n. hæc nox aliqua ſubſtantia erat,vnde adhuc alia formaretur: ſed ſpatium loci,plenum aere carens lumine diuino; cui vtiq; nocti nihil addendum eſſet in genere ſuo, quo ſpecioſior,ſiue diſtinctior. *Vbi ſpiritualiter apparet Deum peccatores omnino non excludere, niſi cum non habent ſubſtantiam, nec capacitatem, vt in melius commutentur.*

X X V I I.

A*LEXAND. de Ales 2. par. quæſt.46.memb. 5.art.3.Tenens quod luminaria fuerunt formata ex iſta luce primo creata contra illos qui affirmant non omnia luminaria ex eadem formata eſſe materia obijcientes Saturnum, quem dicunt fuiſſe formatum ex craſſiori, ſiquidẽ ſuo curſu tardius omnibus ſe mouet planetis: ſic reſpondet.* Ad id autem quod obijcitur, quo Saturnus tardior eſt: intelligitur non quia groſſius corpus ſit; neq; tardior, vel remiſſior ſit motus eius: ſed quia maius ſpacium deſcribit pertranſeundo quam alij: ideo plus illud exigit de tempore. *Vbi apparet celeritatem operandi iudicandam eſſe in primis ex difficiliori opere, vel facilitate: vt inde arguatur maior, vel minor agentis agibilitas, & diligentia.*

X X V I I I.

A*LEX. idem ad dubiũ idem iterum ſic.* Dicimus, quod ſi mouerentur planetæ motu proprio præter motum ſuarum ſpærarum: ſicut poſuit quidam philoſophus: bene poſſet hoc eſſe: quod Saturnus citius moueretur: ſed non ſic eſt: immo ſphærarum motu mouentur: ſphæræ autem non citius mouerentur. *Vbi apparet ſubditorum negligentius cauſari à Prælatorum tarditate. Vnde illud Ezechielis cap. 1.* Cumq; ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ &c.

X X I X.

S*. AMBROS. Hexam.lib.2.cap.5.ſic.* Vidit mihi: probauit mihi. Quod Deus probauit, tu reprehenſibile ne dixeris: quoniam quod Deus mundauit,tu commune ne dixeris, ſcriptum tibi eſſe meminiſti. Ergo bonũ Dei nemo blaſphemet. *Vbi apparet vera cenſura reprobãtium doctrinam Angelici Doctoris: quam ipſemet Deus vidit, & approbauit.*

X X X.

S*. ISIDORVS Peluſiota Epiſt. lib.2.epiſt.96.Timotheo. Fauet quandã ſolutionem moralem, quæ non inepte congruere videtur illi dubio, nimirum, quare*

Et vidit Deus lucem quod eſſet bona.

quare Deus ſic anticipauerit lucis laudem, vt ipſa facta, ſtatim laudaret, cum non adhuc cætera in ipſomet die opera facienda completa eſſent; quod minime fecit alijs diebus, quibus in fine omnium operum approbationem appoſuiſſe conſtat; videlicet quia ſapientiæ, quæ luci comparata inuenitur prior non debent retardari præmia. Nam Sanctus Pater aſſerens per occaſionem illud Dan. cap. 5. vbi dicitur, quod immediate poſtquam ſanctus Propheta Baltaſſaro expoſuit illas minaces litteras horrendis digitis ſcriptas in pariete iuxta propoſitum præmium illi, qui illarũ ſenſum declaraſſet. Tunc, *inquit textus ſacer*, iubente Rege indutus eſt Daniel purpura, & circũdata eſt torques aurea collo eius: & prædicatum eſt de eo, quod haberet poteſtatẽ tertius in Regno ſuo. *Et immediate*: Eadem nocte interfectus eſt Baltaſſar Rex Chaldæus. *Reſpondet cuidã dubitanti, quomodo cum eadem nocte Rex mortuus eſſet, & res in tali eſſent turbatione potuit fieri, vt eadem nocte ſic ornaretur, & præmium Daniel in integrum, ſecundum propoſitum accepiſſet; Et dicit ſic.* Non .n. dubium quin ſapientię præmia in promptu eſſent, atq; ipſis præſentibus promulgatum, quod tertius in Regia dignitate iã futurus eſſet, hoc eſt, poſt ipſum, ac Reginam.

XXXI.

S. AMBROS. *Exam. lib. 1. cap. 9. Notauit dicere diuinum textum Deum ſolum ex apparentia, & ex ſolo aſpectu lucem iudicaſſe bonam. Et ait.* Bonorum operum proprium eſt vt externo commendatore non egeant; ſed gratiam ſuam, cum videntur teſtantur. Plus eſt, quod probatur aſpectu, quam quod ſermone laudatur. Suo .n. vtitur teſtimonio, non alieno ſuffragio. *Vbi apparet res illuſtres vt laudentur, & approbentur, non indigere alia informatione, quam, videri.*

XXXII.

HVGO *de S. Victore de Sacram. lib. 1. p. 1. c. 12. Intelligens per lucem Angelos bonos: dicit ſic.* Et non ſolum opera alia, quæ in luce fecit, vidit Deus quod eſſet bonum: ſed & ipſam lucem vidit quod eſſet bonum. Nam ipſe Angelus malus transfigurat ſe aliquando in Angelum lucis, & ingerit ſe ad decipiendam mentẽ quaſi lux vera. *Vbi Superiores habent documentum, vt non ſolum ſtudeant prædicatores, & mittere ad erudiendos populos, & infidelium conuerſionem: ſed primum ipſoſmet examinent prædicatores: ne contingat, putantes ſe prouidere de luce, tenebris ingerant tenebras: & loco Angelorum, mittant dæmonia.*

XXXIII.

CAET. *Com. in Geneſ. ad hunc locum ſic.* Videndo, non ex relatione percipiendo vtilitatem, appetibilitatem, ac bonitatem lucis à ſe factæ, illam approbat. *Vbi apparet ſolas diuinas approbationes omni carere poſſe calumnia: cum non per relationem, ſed per apertam viſionem rerum omnium bonitas, vel prauitas Deo inoteſcat.*

XXXIV.

S. AVGVST. *lib. de quæſt. vet. teſt. quæſt. 3. ſic.* Dictum eſt: Vidit Deus lucem, quia bona eſt: & denuo ſunt, qui dicũt, quod mala eſt. Quid ſi ſine teſtimonio eſſet relictum? *Hoc iure optimo dicunt Thomiſtæ aduerſarijs Theologiæ, & doctrina Angelici Doctoris.*

XXXV.

HEVCHERIVS *Comment. in Geneſ. lib. 1. Intelligens per lucem Angelicam naturam, aſſignanſq; rationem, quare inter omnes creaturas ſola dicatur bona peculiariter cum cætera ſolum coniũctæ laudentur: dicit ſic.* Oportebat .n. vt creatura Deo inconcuſſe adhærens, & ſi non ſuo creatori æqualis, omni ſaltem creaturæ prior eſſet, & melior. *Hoc clare videtur applicatum Sacerdotibus, & Religioſis. Si non Deo æquales: alijs meliores.*

XXXVI.

PAVLVS *Burg. Add. Gloſ. 1. [illegible] Geneſ. Poſtquam definiuit ideo terram non fuiſſe laudatam, quia nõ in omnimoda ſui perfectione fuiſſe creatã: ſed poſtea perficiendã plantis animalibus, &c. opponit quod etiam lux informis fuit creata, poſtea perfecta cum in Sole, Luna, cæteriſque luminaribus fuit formata: & tamen laudatur ab opifice Deo. Reſpondet autem ſic.* Ad hoc dicendum, quod lux in prima die facta: licet non eſſet ita perfecta ſicut lux Solis: habebat tamen perfectionẽ ſibi pertinentem quantum ad illud pro quo facta fuit; .ſ. diuiſionem noctis, & diei, vt patet in littera: ſed terra fuit facta ad hoc, vt habitaretur ab animantibus: iuſta illud Eſai. 48. Non in vacuum creauit eam, ſed vt habitaretur. Et quia hæc perfectio ad quam ordinata eſt terrã deerat in primordio ſuæ creationis: idcirco non erat conueniens, vt de ea dicerentur verba prædicta, quę de alijs creaturis, quæ in prima ſua productione perfectiones ad quas productæ ſunt attigerunt.

Vbi

Et vidit Deus lucem quod eſſet bona.

Vbi patet, quod vt res dicantur perfectæ non eſt neceſſe, quod habeant ſummum ad quod peruenire poſſunt: ſed ſufficit vt habeant omne illud ſufficiens ſecundum ſtatum ſuæ profeſſionis: ſufficit ſi ſint luces, vt diſtinguant diem à nocte, licet non ſint Sol, Luna, &c.

XXXVII.

S. *GREG. Nyſſenus Hexam. ſic.* Vere .n. ſolius Dei eſt, intueri quomodo ſit ita bona. Imbecillitas autem naturæ noſtræ, quod fit, perſpicit illa quidem: qua ratione autem fiat, nec perſpicere poteſt, nec laudare. Laudantur .n. quæ cognoſcuntur: non autem quæ ignorantur. *Vbi patet irridendas eſſe hominum laudes, ſiquidem nihil ſciunt eorum, quæ laudant.*

XXXVIII.

HVGO *de S. Victore lib. 1. de Sacram. p. 1. c. 12. Poſtquam dixit ſic.* Non ſolum opera alia, quæ in luce fecit, vidit Deus quod eſſet bonum: ſed & ipſam lucem vidit, quod eſſet bona. *Poſt pauca dicit ſic.* Ergo non ſolum ſtudendum eſt vt lux præcedat in operibus noſtris, & in luce fiant opera noſtra: ſed ipſa quoque lux prius videnda eſt, & conſideranda diligenter. *Vbi apparet, exempli gratia, non ſolum quærendos eſſe prædicatores, literatos, & magiſtros, qui nos doceant; ſed prius examinare, & videre quales nam ſint, boni, ſ. an mali. Neq; ex hoc illi debent conqueri: nam etiã ipſamet examinatur lux.*

XXXIX.

ANASTASIVS *Synaita Hexam. lib. 1. Reſpondet cuidam hic excitato dubio; nempe quare etiam nõ præmiſerit Deus tenebras, & abyſſum eſſe malas, ſicut de luce protulit teſtimonium quod eſſet bona? Ait enim ſic.* Dicens ergo Scriptor: Et vidit Deus lucem quod eſſet bona, oſtendit, quod omnia illa, quæ venerant ante veram lucem, quæ illuminauit omnem hominem venientem in hunc mundum, & terram obſcurarunt, demerſerunt, & ſuffocarunt, non eſſe bona. *Vbi apparet per laudem ſubſequentium ipſo facto debere intelligi reprobata eſſe antecedentia.*

XL.

S. *AVGVST. lib. 22. contra Fauſtum Manich. c. 18 qui dicebat lucem præter Dei opinionem pulchrã, & bonam factam euaſiſſe, ſiquidem ſcriptura ipſum Dei quaſi admiratũ de bonitate lucis introducit dicens:* Vidit Deus lucem quod eſſet bona. *Contra quem, inquam, ſic arguit:* Multa .n. bona videntes non miramur, tanquam præter opinionem ita ſint: ſed tantummodo approbamus, quod ita eſſe debuerint. *Et affert ad probationem illud Matth. 8. vbi Chriſtus Dominus miratur de fide Centurionis. Vbi patet non minus digna eſſe laude, & admiratione, quæ talia ſunt qualia debebant, quã ea, quæ præter opinionem perfecta apparent.*

XLI.

ALBERT. *Magnus de 4. Coequeuis art. 11. ſic.* Quæritur, quid ſit videre lucem quod eſſet bona; antequam .n. facta eſſet lux neſciuit Deus quod eſſet bona? Dicendum, quod videre non ſumitur ibi ſecundum quod eſt principium cognitionis, quæ oritur ex ſenſibus; ſed ſumitur pro ſigno voluntatis, & beneplaciti artificis ad opus perfectum. Ad id .n. quod beneplacet multiplicatur aſpectus oculorum frequenter. Et hoc eſt quod dicit Gloſ. ibidem. Vidit Deus .i. placuit ei in ſua eſſentia, quod prius placuerat in ſua ſapientia. *Vbi non inepta inſurgit expoſitio, & deuota ad illud Ioan. 19.* Cum vidiſſet ergo Ieſus matrem ſtantem, & diſcipulum quem diligebat. *Non ſ. quod vellet ſanctus Euangeliſta inſinuare nouam, & accidentalem viſionem: ſed multiplicationem occulorum Chriſti Domini reſpectus tam in matris conſtantiam, quam in diſcipuli delecti amorem complacentis.*

XLII.

HVGO *de S. Victore lib. 1. de Sacram. par. 1. c. 13 ſic.* Si cætera opera ſua in luce vidit, in qua luce vidit lucem quod eſſet bona, & diuiſit lucẽ à tenebris, vocauitq; lucem diẽ, & tenebras noctem? Nihil .n. videri poteſt ſine luce, ſed nec tenebræ ſine luce videntur, quanto magis lux non videtur ſine luce? Quæ fuit ergo illa lux per quam Deus vidit lucem quod eſſet bona? Sed quomodo per ipſam videre potuiſſet, quod eſſet bona, ſi aliam lucem non habuiſſet, per quam, & in qua ipſam lucem vidiſſet, quod eſſet bona? Nam ſi vidit, quod eſſet bona lux iſta, & vere vidit: in aliquo vidit, de cuius bonitate dubitari non potuit. *Vbi apparet, & quod nulla res debet regulari per ſemetipſa, ſed per aliam; & quod regulæ regulantes prælatorum, qui lux ſunt mundi, debent eſſe tales, vt de ſua bonitate minime dubitetur: Vnde arguendi ſunt impij ſubditi, & defectuoſe, qui vitas ſuorum ſuperiorum cenſurare audent.*

S. Ba-

Et vidit Deus lucem quod eſſet bona.

XLIII.

S. *BASILIVS Hexam. hom. 2. ſic.* Quas nos poſſumus depromere laudes luce hac dignas, quæ initio ſtarim ſuæ conditionis anteuertit, ſuũ vt haberet creatorem prerogariuæ ſuæ pulchritudinis teſtem? *Vnde bene ſequitur laude eſſe dignam Angelici Doctoris Theologiã, quæ initio ſtatim ſuum meruit habere Deum laudatorem.*

XLIV.

S. *AMBROS. Hexam. lib. 1. cap. 9. ſic.* Et vidit, quia bona eſt. Non ex parte Dei, ſed ex generali iudicium eſt. *Vbi apparet neminem laudari, & approbari à Deo, qui generali iudicio talis non ſit, qualis prædicatur à Deo. Vnde non iniuriè æxtimatur reprobatus à Deo, qui communi hominum iudisio reprobatur.*

XLV.

R*VPERT. Abbas in Ioan lib. 5. Aſſerens per occaſionem noſtrum textum. Ad illam quæſtionẽ, quare ſ. Deus approbationem lucis anticipauerit; cũ cæteris diebus nonniſi poſt omnia opera completa approbauerit; ait fuiſſe in cauſa, ne videretur approbare diuiſionem à ſe factam inter lucem, & tenebras. Et tenens in illa diuiſione lucis à tenebris deſcribi deiectio dæmoniorum per peccatum, à cælo, & conſortio Sanctorum Angelorum: nihilominus addit dicens:* Quia videlicet in diuiſione, nullius ſignificatio boni. *Vbi patet, quod etſi diuiſio bonorum ab impijs ſit neceſſaria: bonitatis tamen ſpecimen non habent.*

XLVI.

S. *IO. Chryſ. Hom. 3. in Geneſ. Reprobans eos, qui ſic intelligunt iſtum locum quaſi bonitatem lucis non viderit niſi poſtquam facta eſt: dicit ſic.* Et quis cui cor eſt, tale quidam diceret? Nam ſi homo, qui aliquid per artem operatur, priúſquam fabricet, quod vult facere, & priuſquam formet, ſcit vſum eius, quod elaborare ſtatuit: quanto magis omnium opifex, qui verbo omnia ex nihilo vt eſſent produxit, ſciebat antequam lucem faceret, quod eſſet bona? *Vnde ſequitur non arguere perfectionem in agente bonitas, quæ in facta re inuenta eſt: ſed ea, quæ antequam res fieret præcognita fuit.*

XLII.

S. *AVGVST. de Geneſ. ad lit. lib. 1. Ad illam, quæ immediate ſequitur ſententiam, nempe:* Diuiſit Deus lucem à tenebris: *tenet quod per tenebras, debet intelligi omnis illa materia informis, de qua omnes produxit creaturas, vel quam poſtea per creaturarum eductione informauit. Et ſimul tenens ideo Deum lucem ſpecialiter nominatimq; dixiſſe bonam ne putaretur, ſi generice hoc feciſſet, ſicut cæteris fecit diebus, dicens in genere:* Vidit Deus quod eſſet bonum. *illam approbare informem materiam. Aſſignans autem rationem, quare illam materiem excluſam à ſua approbatione voluerit intelligi, dicit ſic.* Quoniam à formata re ad hoc diſtincta eſt illa informitas, vt non in ea finis eſſet, ſed adhuc formando reſtaret per creaturas cæteras iam corporales. Itaq; ſi poſtea quam diſtincta eſſent illa diuiſione, & vocabulis, tũc diceretur: Vidit Deus quia bonum eſt: hæc acciperemus ſignificare quibus iam in ſuo genere nihil eſſet addendum. Quia vero lucem ſolum ita perfecerat: Vidit Deus, inquit, lucẽ quod eſſet bona. *Vnde bene infertur bonitatis notam à Deo datam non ſolum dicere bonum, prout excludit malum: ſed bonum prout ſic dicit perfectum quod addendum nihil bonitatis ſit. Quare illud,* Bene ſcripſiſti de me Thoma, *non ſolum dicit Angelici Doctoris doctrinam nullam habere malitiam; ſed nihil illi addendum reſtare.*

XLVIII.

H*VGO de S. Victore de Sacram. lib. 1. par. 1. c. 3. Quærit ad cuius exemplar regulauerit Deus lucem, vt iudicium de eius bonitate proferret? Reſpondet autem, quod per ſe increatam lucem: & addit ſic.* In illa .n. luce cum ipſa ſolum ſit bona, videntur, & mala, & bona: Et non ſolum mala, & bona in ea videntur; ſed mala etiam eſſe mala, & bona eſſe bona in ea videntur: propterea quia ipſa vere, & ſumme eſt bona. *Vbi Prælati (qui Dij terræ vocantur) & Principes attendant, quod non ſolum in ſe debent vt in ſpeculo videri bona, & mala ſubditorum quatenus per illos corrigantur, & emendentur, ſeu approbentur: ſed quod bona videãtur eſſe bona, & mala eſſe mala: nam multoties ita bona dedecorant, quod mala videri conãtur: & mala ita condecorare contendant, quod bona volunt ab omnibus dijudicari.*

XLIX.

S. *BERNARD. ſerm. 9. in Cant. Affert quandam doctrinam confirmantem quendam notatum in hunc locum. Nimirum, quia vt in ſupra antecedentis textus expoſitionibus patebit, cum per illud, quod dicitur factam eſſe lucem intelligatur reſeruatio Angelo-*

Et vidit Deus lucem quod eſſet bona.

gelorum ſanctorum: nunc additur perfectionis eorum prædicatio. Quia, videlicet annexum, & conſequens eſt aliquem à defectu Deum reſeruare, & vſq; ad perfectionem perducere. Nam aſſerēs mellifluus Pater illud Pſ.72. Tenuiſti manū dexteram meam: & in voluntate tua deduxiſti me: *ait.* Tenuiſti ne pergerem in defectum, deduxiſti in multiplicem profectum. *Vnde nemo ſe lucem exiſtimet, aut reſeruatum, qui ſe profici minime agnouerit.*

LXIV.

PATVA Luſitanus, vnus ex Theologis ſac. ſanct. Concil. Trid. pro magnanimo, licet infelici Rege deſiderato Sebaſtiano, ſerm. de Nat. Dom. aſſignans quandam doctrinam ſoluentem quoddam dubium hic inſurgens: nimirum, quare cum dicatur facta lucem à Deo: non etiam dicatur bonam factam fuiſſe: ſed viſam tantummodo bonam? Quia, videlicet etſi Deus nos creauerit in lucemq; exire fecerit: non tamen bonos nos efficit, itavt de potentia eius neceſſario boniſſimus ſine noſtris operibus. Nam ad illud Io. 1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. *ait.* Videtis, quod non inquit: ſanct. Ioan. quod fecit omnes filios Dei. Non: ſed quod dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.

LXV.

S. *AVGVST. lib. imperf. de Geneſ. ad lit. Ad noſtrũ text. ſic.* Iſta ſentētia non quaſi inſoliti beneuolentiam, ſed approbationem operis ſignificare oportet intelligi. *Vbi apparet Deum res non per nouam apparentiam, vt cōtigit in hominibus, qui inſolita diligunt, approbantq; ſolum, quia inſolita: ſed per bonam cuiuſcunq; operationem approbare.*

LXVI.

HVGO de S. Vict. lib. 1. de ſacram. par. 1. cap. 13 Ad illam quæſtionem ſ. per quam lucem regulauerit Deus lucem, vt iudicium illius bonitatis proferret: poſtquam reſpōdit, quod per ſe, lucem increatam: ait ſic. Quod .n. ab ipſa diſcordare videtur, malum eſſe videtur: & quod ei ſimile eſſe videtur: bonum eſſe videtur. Per lucem ergo probauit lucem: quia in luce incommutabili vidit, quod lux iſta commutabilis ſuo modo, & ordine bona eſſet. *Vbi Prælati, qui luces ſunt mundi, per Dei ſe regulari ſtudeant, & ſuam malitiam, aut bonitatē ex approximatione, vel elongatione à Dei ſimilitudine clare dijudicent.*

LXVII.

S. *GREG. Pap. Moral. 8. cap. 8. Ad illa verba Iob.* Nec aſpiciet me viſus hominis: *ponit in Deo duas viſiones circa nos. Prima qua nos videt vt Deus, & viſu Deiſico; Secunda, qua nos videt vt homo, & viſu humano: & ait ſic.* Viſus quippe hominis eſt miſericordia Redemptoris, quæ inſenſibilitatis noſtræ duritiam cūm reſpicit emollit. Vnde teſte quoq; Euāgelio dicitur Lucæ 22. Reſpexit Dominus Petrum &c. Exutam vero carnem animā nequaquam iam viſus hominis aſpicit, quia poſt mortem non liberat, quem ante mortem gratia ad ueniam non reformat. *Et poſt aliqua iterum ſic.* In iudicium quippe Dominus veniens, peccatorem videt vt feriat, ſed non videt vt largiēdam ſalutis gratiam recognoſcat: culpas examinat, & vitam pereuntium ignorat. *Vnde bene in noſtro textu exprimitur, vidiſſe Deum; vbi de examine bonitatis lucis agitur: quare homines aduertant humanitatis eſſe reſpicere res, vt medeantur, non vt examinentur.*

Expoſitiones ſententiarum, quæ inueniuntur in Cap. Parabolicis Iob. Pſal. Lib. Salom. Prophet. Epiſt. Apoſt. Apocal. in quibus eſt aliquod horum verborum. Vidit. Lucem. Bona.

Ex Iob.

LXVIII.

S. *THOM. Com. ibi. Ad illud cap. 3.* Expectet lucem, & non videat, nec ortum ſurgentis auroræ: *ait.* Quaſi dicat quamuis naturale ſit, vt in nocte lux expectetur, illa tamen nox diei habet tenebras infinitas, quæ nunquam diuinæ lucis ſucceſſione terminentur. Noctis quidem tenebræ plena luce diei totaliter excludūtur, aurora vero, & crepuſculo diminuūtur. Imprecatur autem prædictæ nocti, nō ſolum vt eius tenebræ non excludantur per diem, ſed quod nec minuantur per auroram. *Vbi apparet diuina ſupplicia impijs à ſanctis imprecata non ſolum non tolli aliquando: ſed neque aliquo interuallo conſolationis minui.*

Et vidit Deus lucem quod eſſet bona.

L X I X.

GLOS. *Moraliter ſic*. Expectet lucem,& non veniat. Ideſt talis cōſenſus malus,ad opus exterius viſibile non procedat.

L X X.

CATENA *Græca ibi legens ita*. Obtenebrentur ſydera noctis illius; ſuſtineant: & ad illuminationem non veniant, & non videat ſtellam matutinam inſurgentem: *ait ſic*. Si ſubtilius ſententiam proſequamur, hæc ait. Peccati, inquit, quam noctem nominat, adumbratæ voluptates, formæq; eximiæ deleantur omnino: neue aliquando virtutem vincat improbitas Idem enim valet, Ad illuminationem non veniant, pro eo enim eſt; Illud cognitum ſit, peccati illecebras ipſas eſſe tenebras, nec boni ſpecie fallat. Abſit enim illi ſtella maturina .i. ratio, quæ propter probabilitatem illuminata videri poſſit opinio. Nam qui libenter ruit ad flagitia, ſæpenumero perſeuerat in prolapſione, aut quia à voluptate comprehenſus eſt, eiuſdemq; illecebris delinitus: aut quia probabiles ſibi fingit rationes, ob quas putat, nequaquam ſe in errore verſari.

L X X I.

S. GREG. 4. *Moral*. 37. *Ad illud Iob. cap*. 3. Aut ſicut abortiuum abſconditum non ſubſiſterem, vel qui concepti non viderunt lucem: *ait*. Abortiuum, qui ante tempus oritur, extinctum protinus occultatur. Quos ergo ſanctus vir alios abortiuos vocat, cum quibus ſe requieſcere potuiſſe conſiderat: niſi electos quoq; qui ab ipſo mundi primordio ante redemptionis tempus exorti ſunt; & tamen huic mundo ſemetipſos mortificare curauerunt? Qui conſcriptæ legis tabulas nō habentes, quaſi in vtero mortui ſunt: quia auctorem ſuum naturali lege timuerunt: & cum venturum mediatorem crederent, ſtuduerunt ſummopere mortificandis voluptatibus, ēt quæ ſcripto non acceperant præcepta ſeruare. Tempus itaq; illud, quod iuxta mundi initium mortuos huic ſæculo patres noſtros protulit, quaſi abortiui vterus fuit. Ibi nanque Abel, qui occidenti ſe fratri reſtitiſſe nō legitur. Ibi Enoch qui talem ſe exhibuit, qui ambulaturus cū Domino transferretur. Ibi Noe, qui per hoc, quod diuino examini placuit, immūdo mundo ſuperſtes fuit &c. Vel qui concepti non viderunt lucem: Hi nanq; qui poſt acceptam legem in hoc mundo nati ſunt, authori ſuo, eiuſdem legis ſunt admonitione concepti: ſed tamen concepti minimè lucem viderunt: quia ad aduentum incarnationis Dominicæ, quamuis hanc fideliter crederent, peruenire nequiuerunt.

L X X I I.

S. IO. Chryſ. *vt à gloſ. ſic*. Se comparat cum inchoaris partubus ad euertendam elationis ſuſpicionem. *Vbi apparet non poſſe ſuſpicari eſſe ſuperbum, qui ſe non perfectum, ſed inchoantem, ſeu inchoactum in quolibet genere boni agnoſcit, ac profitetur*.

L X X I I I.

OLYMPIOD. *ibi ſic*. Cur omnes partus nō abſoluantur, id totum ad arcana Dei iudicia eſt referendum.

L X X I V.

S. GREG. 11. *Moral. Ad illud Iob* 12. Qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucē umbram mortis, *ait*. Cum .n. quoq; miſtica dē occultis Prophetarū uerbis a credēribus agnoſcūtur, quid aliud q̄ profunda de tenebris reuelantur? Vnde ipſa quoq; ueritas diſcipulis in parabolis loquens ait: Matt. 10. Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine. Cum .n. myſticos allegoriarum nodos per explanationem ſoluimus, in lumine dicimus, quod in tenebris audiuimus.

L X X V.

INTERL. *ibi ſic*. Vmbra mortis eſt praua operatio, quę de diabolo quaſi corpore exit, quæ latet operantes, ſed Deus producit in lucem dū ſcire eam facit, ut poſſit deſtrui. *Addatur illud Gloſ. moraliter*. Qui reuelat profunda &c. Quando diaboli machinationes occultas aperit, ut remedium adhiberi poſſit. *Vbi apparet Deum tā noſtra malefacta, quam diaboli machinationes nunquam reuelare, niſi ad deſtructionem ipſarum iniquitatum, & remedium. Vnde reprehenduntur, qui vel ad infamiam, vel oſtentationem ſcelerum, illa detegunt*.

L X X V I.

GLOS. *ibi ex Diuo Greg. tamen: ait*. In lucem autem umbra mortis producitur, cum intellecta morte ſpiritus, quam timere Chriſtus pręcepit, remota punitione carnali, mors carnis minime timetur.

Et vidit Deus lucem quod eſſet bona.

L X X V I I.

L*TRA. Poſtil: ibi ſic.* Ideſt, inhabitantes quaſi in vmbra mortis. Sicut ſunt incarcerati, qui timent quotidie interfici, cum & iſti producuntur in lucem, quando ex inſperato liberantur, ſicut fuit de Ioachim Rege Iudę quem Euilmerodach extraxit de carcere ponens eum inter primos Regni ſui.

LXXVIII.

I*NTERLIN. ibi ad illud cap. 15.* Non credit quod reuerti poſſit de tenebris ad lucem circunſpectans vndiq; gladium: *ait*. De peccatis ad iuſtitiam cum tot vndiq; vrgeant, ſicut inuolutus tenebris de luce deſperat: vnde. impius cum in profundum venerit contemnit. *Vbi apparet effectum multiplicitatis peccati eſſe contemptum, & deſperationem.*

L X X I X.

P*HILIPPVS, vt in Gloſ. ibi ſic.* Quia dum feriri ſe vndiq; credit inſidijs, ſalute deſperata ſemper ad nequitiam creſcit. *Vbi apparet ſupplicia multiplicata nutrire in impios peccati continuationem, & contemptum.*

L X X X.

G*LOS. ibi ad illud cap. 17.* Poſt tenebras ſpero lucem: *ſic.* Lux poſt tenebras ſperatur quia poſt noctem vitæ præſentis æternum lumē proſpicitur.

L X X X I.

L*TRA Poſtil. ibi ſic.* Et rurſum poſt tenebras: Tribulationis: ſpero lucem: Diuinæ conſolationis. Tobiæ 3. Poſt tempeſtatem tranquillum facis, & poſt lachrymationem, & fletum, gaudium, & exultationem infundis. *Addatur illud Interlinialis, ibi.* Quia viciſſim proſpera, & aduerſa alternant.

LXXXII.

S. *GREG. 18. Moral. 23. Ad illud Iob. cap. 28.* Profunda quoq; fluuiorum ſcrutatus eſt, & abſcondita produxit in lucem: *ait.* Teſtamenti enim veteris dicta quaſi anguſti, & clauſi riui fuerant, qui immēſa ſcientiæ ſuæ ſententias collectione obſcuriſſima conſtringebant, At contra doctrina Sanctæ Eccleſiæ riui, & lati, & parentes ſunt: quia eius dicta, & inuenientibus multa ſunt, & quærentibus plana. Ait ergo: Profunda fluuiorum &c. Quia dum ſuis expoſitoribus intelligentiæ ſpiritus infudit, antiquas prophetantiū obſcuritates aperuit. Et hoc iam ſancta Eccleſia per ſpiritum agnoſcit, quod Synagoga prius per litteram intelligere omnino non valuir. Vnde & Moyſes cum populo loqueretur, faciē velabat: vt videlicet deſignaret, quod ille Iudæorum populus legis verba cognoſceret, ſed eiuſdem claritatem legis omnimodo non videret.

*LX*XXIII.

T*ITELM. Elucidat. ibi, ſic.* Quæcunq; vel ſuper terram, vel ſub aquis latitant, quantumuis hominibus ſint occulta, aut ab eorū oculis abſcondita, ipſe cum voluerit, poteſt in lucē proferre, atq; etiam hominibus facere ſuo tempore manifeſta: vt ſicut in vſum hominū omnia formata ſunt, ſic eis in vſum omnia cedant, quātum expedire eis viſum fuerint. Ita quidē corporalia omnia quātūlibet pretioſa, Deo reuelante, alicubi cōtingit inueniri ab hominibus, alia hic, alia ibi. *Vbi apparet nihil creatū pretioſum, quātumlibet occultum, quod aliquando ad hominis vtilitatē non oſtendat Deus: occultat tamen, quia nobis pro nunc, & tunc minime oſtēdi expedire cognouit. Narrabo caſum, quē ab occulatis teſtibus adeo fide dignis audiui, dignus ne pereat, cum omnes bene etiam auditores iam ad meliorem emigraſſe ſæculum opiner. Cum è Ciuitate Malaca quædam nauicula, quam (Galeota) vocant, cum ſeptem, vel octo Luſitanis Goā Metropolim Orientalis ſtatus, nauigarent, ad vnam, quæ eis apparuit inſula applicarent, vt de aqua, cæteriſq; neceſſarijs ſibi prouiderent: quam tamen inhabitatam repererunt. Et cum inter cætera, quæ ibi renouare ſtuduerant, illud vas ligneum in quo ignem accendere ad coquinandum aſſueſcunt, è luto veteri expurgarent, aliudq; nouum de terra illa ſubſtituerent: iterum ad intētam nauigationem profecti ſunt: inſula illa penitus ab oculis per itineris elongationem diſparente. Accidit quod accenſo igne ex eius vi caloreque illa noua terra in aurum liquefactum cæpit effluere. Quod videntes nauigantes, coniecturāteſq; omnem illam inſulam eſſe ex illa pretioſa materia, retro nauigantes, cum aliqui ipſorum peritiſſimi eſſent nauigandi artis, minime illam iterum reperire potuerunt; Quin etiam omnes iſti aliqui ſimul, aliqui ſigillatim, etiam regalibus expenſis, & promiſſis eandem quæſierunt inſulam, in vanum tamen, quia ille, qui abſcondita edit in lucem, forte indicauit non pro tunc, & nunc conuenire Luſitanis tanti auri copiam. Ego meis oculis vidi partem huius auri in*

Et vidit Deus lucem quod eſſet bona.

manu cuiuſdam Patris noſtri Vicarij generalis illius Congregationis,vocabaturq; Fr.Antonius de Horta, qui erat vnus ex illis, qui ſe promittebant inſulam reperire, & præparatus erat Regijs expenſis, & mãdato Viceregis, cum ſanctiſſime obijt, quo mortuo, cæteriſq; illis hominibus ceſſauit illius inquiſitionis ſtudium. Omitto illud, quod ego etiam vidi, de Coſta dapeſcaria, vt vocant, vbi per immemorabilia annorum ſpatia in illo ſinu piſcabantur pene infinitæ margaritæ; & à triginta annorum ſpatio, cum omnibus annis fiat diligentia per natatores demergẽtes in profundum (aſſiſtentibus Miniſtris tam Regijs, quam Epiſcopalibus) nulla omnino inuenitur, quæ piſcari poſſit. Adſui ego quandoq; munus Viſitatoris illius ampliſſimi Epiſcopatus indigne fungens pro Illuſtriſſimo, ac Reuerendiſſimo Domino F. ANDREA de S. Maria Epiſcopo digniſſimo Cochinenſi Ordinis Minorum, qui ſanctiſſime vixit, & per 30. annos illam prudentiſſime rexit Eccleſiam, qua renuntiata prope cẽtenarius in ſenectute bona in quodam reformatiſſimo ſui Ordinis Cœnobio obijt.

LXXXIV.

S. GREG. 20, Moral. 27. *Ad illud Iob. cap. 30.* Expectabam bona, & venerunt mihi mala: præſtolabar lucem, & eruperunt tenebræ: *ait.* Fidelis enim populus expectat bona, ſed mala ſuſcipit, præſtolatur lucem, & tenebras incurrit, quia per remunerationis gratiam intereſſe iam, iamq; Angelorum ſe gaudijs ſperat, & tamen hic diutius dilatus, manus perſequentium tolerat, & qui ſe quantotius æſtimat æternæ lucis retributione perfrui, hic adhuc compellitur perſecutorum ſuorũ tenebras pati. *Vbi ſenes virtuoſi, qui ſuam vitam dilatari vident, quando requieſcere ſperabant, & in extremo ſuorum agonum ab impijs perſequi ſe vident; attendant nil noui pati, aut peregrinum, cum eis fieri.*

LXXXV.

CAET. *Com. ibi. Ad illud Iob. cap. 36. vbi Elibu loquentis de homine peccatum ſuũ confitente: ait.* Liberauit animam ſuam ne pergeret ad interitum: ſed viuens lucem videret: *ait.* Iuxta Hebræum habetur: Redemit animam ſuam à trãſitu in foueam: & vitam ſuam in luce videbit. Dicendo de homine penitente: Redemit animã ſuam, proculdubio pœnitendo, & confitendo peccatum ſuum Deo: redemit autem tum à trãſitu in foueam ſepulchri (per quod inſinuatur, quod propter peccatum merebatur mori) tum ab aduerſitatibus præſentis vitæ, dicendo: & vitam ſuam in luce videbit: ſignificat enim per lucem proſperitates: & per hoc inſinuat, quod per peccatum merebatur pati aduerſitates præſentis vitæ. Et dicendo: Redemit, manifeſtat, quod huiuſmodi humilis pœnitudo, vim redemptionis habet à malis præſẽtis vitæ, quæ homo meritus eſſet peccando.

LXXXVI.

TITELM. *Elucidat. ibi. Ad illud cap. 36.* In manibus abſcondit lucem, & præcipit ei, vt rurſus adueniat: *quod ille legit:* In manibus: *ait.* Idem ipſe lucem iſtam corpoream ſolis huius, quantumquidem ex ſe omnibus in communne lucentem quãdo vult abſcondit, & ſubtrahit ab oculis hominum, perinde quaſi in manibus ſuis eam abſconderet: ad eum modum quo homines candelam, aut faculam modicam accensã manibus ſuis poſſunt obtegere ne videatur ſplẽdor eius: ſic nullo negotio poteſt Deus quaſi in manibus occultare lucem. *Vbi apparet, quod etſi nos debet terreri diuina potentia, cui etiam ordinaria beneficia; ne nobis effluant parere cognoſcuntur: tamen nos debet confortare diuina miſericordia; qui ita iratus ſua à nobis abſcondit beneficia, quin intra & per inter eius digitos minime eluceant, conſpiciantur. Vnde pœnitens dicebat:* Ecce ſicut oculus ſeruorum in manibus Dominorum ſuorum, &c.

LXXXVII.

S. GREG. 26. *Moral. 11. ſequens primam lectionẽ: ait.* Quia æternæ lucis quanta ſit claritas neſciunt, qui tranſitorijs occupationibus obcæcãtur, & dum de terrenis rebus ſuperbiũt, cæleſtis ſibi luminis aditum claudunt. Vnde recte nunc dicitur: Immanibus abſcondit lucem. Sed tamẽ aliquando hos immanes ſuperna gratia reſpicit, atq; ipſis rerum abundantium occupationibus affligit, eorumq; proſperitatibus, aduerſas quidẽ, ſed vtiles tribulationes interſerit, vt contriſtati ad cor redeãt, atq; in perituris rebus, quàm inaniter occupentur agnoſcant. Vnde hic quoque ſubiungitur: Et præcepit ei, vt rurſus adueniat. *Vbi apparet, quod ſicut per terrenorum proſperitates, & nimiam occupationem lux cæleſtis ab immanibus abſconditur: ita per aduerſitates ſuperuenientes reſtituitur.*

H V.

Et vidit Deus lucem quod eſſet bona.

LXXXVIII.

HVGO Card. Poſtil. ibi: Ad illud cap. 37. Nunquid ſcis quando præcepit Deus pluuis, vt oſtenderet lucem nubium eius? ait. Plerumque Sanct. Prædicatores oſtendere ſe, vt proſint, cupiunt, & non poſſunt: aliquando latere appetũt, vt quieſcant, & non permittuntur. Et ideo nemo ſcit, quando lucem nubium pluuiæ oſtendunt, .i. nemo nouit quando Deus virtutem prædicationi præbeat, vt prædicatoris gloria clareſcat.

LXXXIX.

S. THOM. Com. ibi. Ad illud. At nunc non vident lucem, ſubito aer cogetur in nubes, & ventus tranſiens fugabit eas: ait. Ne aliquis crederet, quod cognitio veritatis diuinæ in perpetuum eſſet homini ſubtrahẽda, ad hoc excludẽdum ſubdit (At nunc) i. in præſenti tempore non vident .ſ. homines lucẽ .i. claritatem diuinæ cognitionis. Amico tamen Dei annuntiatur, quod ad eam quãdoq; poſſit aſcendere, vt ſupra dictum eſt: & ad hoc ſimilitudinẽ inducit dicẽs; Subito aer cogetur in nubes; propter congregationem vaporum ab auſtro, & ex hoc redditur aer tenebroſus: ſed huius tenebræ poſtmodum trãſeunt nubibus fugatis. Vnde ſubdit: Et vẽtus tranſiens .ſ. aquilo fugabit eas. Quaſi dicat, per hũc modum licet tũc in tenebris inuoluatur, tamẽ ſuperueniente morte, quæ eſt quaſi quidam trãſitus venti, prædictę tenebræ fugabuntur. *Vbi apparet, mortem Sanctis eſſe vẽtum, quo omnibus diſperſis tenebris, ipſi in lucem clara remanent diuinæ cognitionis, quæ hic ad tempus eis denegata fuerat.*

Ex Pſal.

X C.

LYRA Poſtil. in Pſal. Ad illud 10. Aequitatẽ vidit vultus eius: ait. Aequitatem vidit &c. ad remunerandum, ſicut videt iniquitatem ad puniendum. *Vbi Principes, & Prælati non ſe iactent bona, vel mala opera ſubditorum ſcire: niſi cum publicatione ſcientiæ appareat premium, virtutum, aut ſupplicium ſcelerum.*

X C I.

S. THOM. Com. in Pſal. 32. Ad illud: De cælo reſpexit Dominus: vidit omnes filios hominum: ait. Quanto aliqua virtus eſt altior in ordine, & generẽ virtutis, tãto eſt efficacior ad opera, quæ illi virtuti conueniunt. Et ideo quanto aliqua virtus cognoſcitiua eſt ſubtilior, tanto efficacior in cognoſcendo. Nihil adeò eſt ſublime ſicut diuinus intellectus: & ideo efficacia eius in cognoſcendo eſt maxima. Et ideo dicit de cælo .i. altitudine diuinæ Maieſtatis. Sicut .n. nihil eſt altius cælo in corporalibus, ita nihil altius Deo in ſpiritualibus. Et ideo, quia de alto reſpicit videt omnes filios hominum. Quia quanto plus ex alto videt, tanto plures videt. Prou. 16. Omnes viæ hominum patent oculis eius. *Vbi moraliter non mirum ſi à Prælatis ſciantur omnia, etiam illa, quæ ipſiſmet delinquentibus latent: ex alto enim omnia proſpiciunt.*

X C I I.

LYRA Poſtil. ibi ſic. Vidit omnes filios hominum .ſ. æquales in naturalibus, ſed aliquos elegit ex ſpeciali gratia ad participationẽ beatitudinis ſupernaturalis, ad quam nõ poteſt homo attingere ex naturalibus.

X C I V.

HVGO Card. Poſtil. ibi ſic commentatur. De cælo .i. de Angelis: de quibus reſpicit Dominus ſuper nos: cum eos adminiſtrãdum nobis mittit. Vidit: Oculo miſericordiæ. Omnes filios hominum: Sicut dicitur reſpexiſſe Petrum. Luc. 22.

X C V.

D. HAYMON. Comm. ibi ſic commentatur. De cælo .i. humanitate Filij ſui. Magna .n. Dei miſericordia fuit, quod Verbum ſuum incarnari pro noſtra fecit redemptione. Inde reſpexit intelligimus, quod homo longe propter peccatum à Deo remotus erat: & poſtquã Verbum incarnari fecit: Vidit .i. iam quaſi ex debito reuelauit, dando vires: Filijs hominum: ideſt, rationalium.

X C V.

THEODORET. Com. in Pſal. 96. Illum verſum: Alluxerunt ſlugura eius orbis terræ: vidit, & commota eſt terra: *recurrens ad præcedentem verſum:* Ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius: *de vltimũ iudicium concomitantibus intelligens:* ait. Geminæ ſunt vires Ignis, videlicet & comburendi, & illuminãdi: verum hãc illuſtrãdi vim Sãctorũ chorus cõſequitur. Per alterã vero iniqui homines ſupplicijs afficiuntur. Fulguri verò ſuum aduentum

Et vidit Deus lucem quod eſſet bona.

tum Dominus comparauit. Dicit autem ſic. Vt autem fulgur tranſit ab Oriente, & videtur vſq; ad Occidentem, ſic erit aduentus filij hominis. Vidit, & commota eſt terra. Quis enim formidabile illud iudicium non perhorreſcet? *Vbi inter cætera apparet ratio, quare in tribulationibus, vndè impij exaſperantur: boni latentur; nimirum, quia eodem igne, quo illi comburuntur ad pœnam, et ſupplicium, iſti illuſtrantur ad doctrinam, & meritum, & vltimò ad præmium.*

X C V I.

INCOGN.*Expoſi.ibi ſic*: Per fulgura accipi poſſunt miracula SS. Apoſtolorum & Prædicatorum, quæ toti Orbi alluxerunt, quibus mota eſt terra .i. Gentilitas ad Chriſti fidem recipiendã. Fulgur enim in ſcriptura ſignificat miracula, vt oſtendit Greg. 27. Moral. cap. 8. dicens: Quid .n. per fulgura, niſi miracula ſentire debemus? De quibus per Pſalmis dicitur: Fulgura multiplicabis, & conturbabis eos. Quia viſis miraculis gẽtes conuerſæ de peccatis ſuis ſunt conturbatæ. Ad iſtum intellectum fulgura pro miraculis Sãctorum exponit Greg. 30. Moral. cap. 3. dicens: Fulgura quippè ex nubibus exeunt: Sic mira opera ex Sanctis Prædicatoribus oſtenduntur, qui idcircò nubes vocari debent, quia & coruſcant miraculis, & verbis pluunt. Et quia humana corda poſtquam per prædicationem mota non fuerint, iſtis miraculorum fulgoribus turbãtur, Propheta atteſtante, qui ait: Fulgura multiplicabis, & conturbabis eos. Ac ſi diceret: Cũ verba prædicationis tuæ non audiunt, per prædicantium miracula conturbantur. Vndè aliàs ſcriptum eſt: In lumine tuo iacula tua ibunt in ſplendore fulguris armorum tuorũ. Iacula Domini in lumine ire, eſt verba eius aperta veritate reſonare. Sed quia ſæpè homines verba vitæ, vel intellecta deſpiciunt, adiungũtur etiam miracula. Vndè illic ſubditur: In ſplendorem fulguris armorum tuorum. Fulgur quippè armorũ eſt claritas miraculorum. Armis nanq; nos tuemur: iaculis aduerſa deſtruimus. Arma ergò cũ iaculis ſunt miracula cum prædicamentis. Sãcti enim Prædicatores verbis ſuis quaſi quibuſdã iaculis aduerſarios feriunt. Armis verò .i. miraculis ſeipſos tuentur, vt & quantum ſint audiẽdi ſonent per impetum iaculorum, & quantum ſint reuerendi clareſcant per arma miraculorũ. Vnde & alibi dicitur: Alluxerunt fulgura eius Orbi terræ: & commota eſt terra.

X C V I I.

CATENA *Aurea in Pſ. 105. Ad illud*, Et vidit cum tribularentur: & audiuit orationem eorum: *ex diuerſis authoribus: ait*, Nam licet eſſent iniqui, Deus tamen plenus miſericordia, non neglexit eos. Et vidit cum tribularentur. Ideſt miſericorditer eos reſpexit. In quo docet nos, quod ſi conuerſi ingemuerimus prothinus appropinquant celſis auribus preces humilitatis noſtræ.

X C V I I I.

CASSIOD.*Com.ibi ſic*: In quo duplici modo miſericordia diuinitatis exponitur. Præmiſit enim beneficia, & humana non ceſſauit iniquitas: intulit vindictam, & afflictis iterum dignatus eſt donare clementiam, vt intelligamus ipſum, & bona præmittere: & flagellatis denuò ſubuenire.

X C I X.

IANSEN. *Annot. in Pſ. 42. Ad illud*: Emitte lucẽ tuam, & veritatem tuam: ipſa me deduxdrunt, & abduxerunt in montem ſanctum tuum, in tabernacula tua: *ait*: Per lucem, & veritatem Dei rectè accipitur ſignificari Chriſtus, qni de ſe ipſo dicit Ioa. 8. Ego ſum lux mundi. Et. 14. Ego ſum via, veritas, & vita. Hunc veteri Sãcti emitti è cœlis, poſtulabant vt iuſto Dei iudicio per ipſum liberarentur à poteſtate Satanæ. *Hunc* nos ſecundo emitti poſtulamus, vt per nouiſſimum eius aduẽtum liberemur ab omnibus inimicis, ac transferamur in cœleſtes manſiones.

C.

S. BONAV. *Expoſit. in Pſalter. Ad hunc verſ. ſic*: Eſt emiſſio æternitatis, vndè hoc. Eccl. 24. Ego ex ore Altiſſimi prodiui. Eſt emiſſio temporalis, vnde hoc Iſai. 16. Emitte Agnum Domine. Eſt emiſſio glorificationis, vnde hìc. Eſt emiſſio infuſionis, vnde hoc Pſ. 103. Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur.

C I.

AGELLIVS *Com. in Pſ. ibi ſic*: Poſſumus & aliter lucem Dei, ac veritatem intelligere, vt lux Dei lætum illum Dei intuitum, diuinamque gratiam, atq; miſericordiam ſignificet, qua luce cùm ille nos illuſtrat, cunq; vultum ſuum oſtendit, tum lætitia, & iucunditate perfundimus, vt

Pſ. 4.

Et vidit Deus lucem quod eſſet bona.

Pſ. 4. dictum eſt: Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, dediſti lætitiam in corde meo: & Pſ. 43. Brachium eorum nõ ſaluabit eos, ſed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui, quoniam complacuiſti in eis. Hoc igitur lumen, hanc Dei beneuolentiam, atq; cõplacentiam, ſeu miſericordiam, ſibi vt mittatur orat. Sed quia non ſatis firma eſt voluntas, niſi etiam efficacia conſequatur; qua bonam voluntatem factis exhibemus, neq; illi cui bene volumus, ſatis tuto eiuſmodi beneuolentiæ, quam factis non ſit expertus, confidere poteſt: ideo ad lucem Dei etiam veritatem adiũgi poſtulat, hoc eſt efficaciam illam Dei, qua cui bene vult, etiã benefacit, qua voluntatem factis implet, ac præſtat, & ſibi confidentem non fallit. *Vbi Principes aduertant, quod etſi ad ſubleuandos animos ſubditorum ilaritatem vultus eorum ſit maximum ſolamen; tamen neceſſe eſt, vt talem vultus lucem non concomiteetur veritas operum exhibitionis.*

C I I.

ARIAS *Montan. Conuerſ. Pſalm. ex Hebraica veritate in Latinum carmen; poſtquam poetice ſic recanit*: Lucem, fidemq; (vt pollicitus) tuã Mitte, vt ſacrati mõtis in arduos Ducar receſſus; atq; vt arcis Quas colis, his ducibus reuiſam. *Ad marginem ait ſic.* Mitte iudicij tui claritatem, & gratiam, vna cum conſtantia dictorum tuorũ, quibus iuſtum iudicem, & oppreſſorum aſſertorem te fore recepiſti.

C I I I.

S. *PROSP. Expoſit. in Pſal. 126. Ad illum verſ.* Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere: *ait.* Præſumptionis ſpiritus increpatur, cui vanũ eſt ſuis viribus reuelari; cum gloriæ Chriſti particeps eſſe non poſſit, niſi qui fuerit humilitatis eius verus imitator, & amator.

C I V.

CASSIOD. *Com. ibi ſic.* Adhuc enim ipſos doctores alloquitur: vt efficacius populi corrigantur, cum etiam magiſtros viderint eſſe præmonitos, dicens. Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere.

C. V.

S. *AVGVST. cum gloſ. ſic.* Ideſt ante Chriſtum, lux enim iſta Chriſtus eſt poſt quem ſurgendum eſt non ante: vt ille facit, qui ſe ei præponit, volens hic eſſe altus, vbi ille humilis fuit.

Ex Lib. Salom.

C V I.

HVGO *Card. Poſtil. in Eccleſ. Ad illud cap. 1.* Ipſe creauit illam in Spiritu ſancto, & vidit & dinumerauit, & menſus eſt: *intelligens de Verbo Incarnato cooperatione Spiritus ſancti: ait.* Vidit, .i. viſibilem ſe reddidit. Vnde Baruch 3. Poſt hæc in terris viſus eſt. Et denumerauit .i. numerabilem cum alijs hominibus fecit. Vnde Eſe. 4. Et cum ſceleratis reputatus eſt. Et menſus eſt; .i. menſurabilem ſe fecit. Et ſic oſtenduntur tria mirabilia circa incarnationem; Nam inuiſibilis factus eſt viſibilis: innumerabilis factus eſt numerabilis: immenſus menſuratur, coarctatus intra vterum virginalem.

C V I.

IANSEN. *Com. ibi ſic.* Loquitur autem de ſapientia Dei qua omnia creata ſunt, tanquam de idæa architecti, quam ante opus neceſſe eſt eſſe in mente ipſius, & ab eo perſpectam, & cognitam eſſe, ita vt in ea videat omnium faciendorum, & numerum, & menſuram. *Et ante hoc ſic.* Tria illa vidit, & dinumerat, & menſus eſt, reſpõdent ſuperioribus interrogationibus. Nam ei, quod quæſitum eſt: Quis inueſtigabit, & cui reuelata eſt? reſpondet verbum (Vidit.) Illi: Quis denumerauit? reſpondet: (Dinumerauit.) Illi quod ſuperius additum eſt ab interpetre Latino: Quis dimenſus eſt? Reſpondet, quod hic ab eodem eſt additum: (Et menſus eſt.) Quibus tribus ſignificatur Deum perſpectam, & perfectã habere ſapientiæ cognitionem, quodq; & numeratas, & menſuratas habeat omnes eius rationes, ſecũdum quas operatura erat, itẽ & omnia eius opera, ita vt ſciret, & quot ea eſſent futura, & quanta, iuxta illud Sap. 11. Omnia in menſura, & nu ro, & pondere diſpoſuiſti. *Vbi apparet non eſſe mirum in hominum operibus inueniri, aut diminutionem, aut ſuperfluitatem, cum prædicta ex Sapientis interrogatione ſoli Deo concedantur.*

C V I I.

IDEM *ibi. Ad illud cap.* 18. Vidit præſumptionem cordis eorum quoniam mala eſt, & cognouit ſubuerſionem illorum, quoniam nequã eſt. Ideo adimpleuit propitiationem ſuam in illis, & oſtendit ei viam æquitatis. *ait.* Vidit, inquit, malam admodum eſſe temeritatem hominum,

Et vidit Deus lucem quod eſſet bona.

num, qua præſumunt ſe opponere voluntati ipſius: cognouit item, quod admodum mala, & grauis erit ſubuerſio illorum, & perditio quam ſua temeritate merentur. Ideoq; ne tantam ſubuerſionem incurrerent amplè, & copioſè propitiata eſt hominibus, ipſius gratiam poſt peccata implorantibus: inſuper & oſtendit ei viam æquitatis, & iuſtitiæ, declaratis omnibus modis ſe nolle mortem peccatoris, ſed magis conuertatur, & viuat. Dictio ergo (nequã) qua frequenter vtitur interpres, hic non ſignificat malitiam morum, ſed malitiam afflictionis: Pro ſubuerſione, enim Græce, eſt verbum tale, quod ſignificat ſubuerſionem, & perditionem: item & exitum rei, vado & fabulæ finis, cataſtrophe vocatur. *Vbi apparet Deum, vt nobis miſereatur non ſumere occaſionem a multitudine peccatorum noſtrorum, prout à nobis committuntur: ſed prout per afflictionem; & cordis contritionem ab illis eximus.*

C VIII.

HVGO *Card. Poſtil. ibi. Aliter Verbum (ſubuerſionem) exponit: & ait*. Ideſt malam voluntatem: quæ eſt cauſa ſubuerſionis illorum. Quoniam nequam eſt: Non æqua mala volũtas. Quæ dicitur, ſubuerſio: quia ſicut vas ſubuerſũ operit lucernam, & effudit liquorem diſſimilem: ſic mala voluntas lucem ſapientiæ operit: & liquorem gratiæ effundit. Vnde Prouerb. 15. Cor ſtultorum diſſimile erit: Item 21. Cor fatui quaſi vas confractum, & omnem ſapientiam nõ tenebit. *Vbi apparet non eſſe mirum à literatis, & doctis impijs exire fatua, & inæqualia iudicia, cum per malam voluntatem inæquales ſint, & omnem, quã addiſcerunt, effundant ſcientiam.*

C. I. X.

I*DEM deducens prædictam ſcientiam ab vltimo verbo ſuperioris, nempe:* Effundet ſuper eos miſericordiam ſuam: *ſic commentatur*. Videt oculo miſericordiæ, vel videri fecit. Et quia ſic vidit, uel uideri fecit, ideo miſertus eſt. *Vbi apparet nullum ſignum clarius eſſe diuinæ ſuperuenientdæ in aliquem peccatorem, miſericordiæ, quam facere Deum videri eius peccata, & crimina.*

C X.

L*YRA Poſtil. ibi ſic commentatur*. Vidit præſumptionem cordis eorum: In turris Babel ædificatione. Et cognouit ſubuerſionem illorũ, &c. Nam omnes fere declinauerunt ad idolatriam. Ideo adimpleuit propitiationem ſuam in illis Eos ab idolatria retrahendo. Et oſtendit illis viã æquitatis. Videlicet directionem legis quã dedit, lege naturali iam obſcurata, per peccandi conſuetudinem: *Vbi apparet diuinam miſericordiam tunc abſq; dubio expectandam eſſe, cum generaliter, in vna republica omnes ferè in peccatis prolabantur, & tota ruit in ſubuerſionem conſpicitur. Et quod parum eſt aliquem a via mala abſtrahere, niſi inſuper bona, & recta quam deinceps progrediatur, edoceatur.*

C X I.

HVGO *Card. Poſtil. ibi. Ad illud cap. 45. Loquens de coniuratione Datham, & Abiron*. Vidit Dominus Deus, & non placuit illi, & conſumpti ſunt in impetu iracundiæ. *ait*. Ideſt ſe vidiſſe oſtendit. *Vbi apparet per ſupplicia ſua nobis inflicta Deum oſtendere noſtra ſcelera videre. Addatur commentum Lyræ vbi ſup.* Vidit rebellionem eorum oculo ſuæ iuſtitiæ. *Vbi etiam apparet tandiu peccata noſtra Deum ſuæ miſericordiæ oculo videre, quandiu nos non punit. Vnde (vt ait Beatus Pater Auguſt. in regula) nunquam Deus putandus eſt non videre: videt enim ſemper, ſed patientius aliquando.*

C X I I.

I*DEM Poſtil. in lib. Sap. Ad illud cap. 6.* Ponam in lucem ſcientiam illius: *ſic commentatur*: Ponam in lucem; .i. in euidenti: ſcientiam illius: .i. ſapientiæ .i. faciam ſapientiam cognoſci .i. Chriſtum. *Addatur illud Theophilati in Luc. 16. ſ. conſueuiſſe Dominum in veteri lege ſub nube apparere caliginoſa, vt obſcuritatem, & vmbram legis ſignificaret. Porro in lege gratiæ ſub nube potius lucida*. Ecce nubes lucida obumbrauit eos: *ſunt eius verba*. Quia tranſijt vmbra veteris legis, & tenebroſa obſcuritas. Videtur autem ab Apoſtolis in nube lucida, venit enim veritas, & illuxit gratia Domini, nihilq; tunc tenebroſum eſt. *Addatur illud Lorini Com. ibi: ſic*. Sapientiæ ſicut & Dei, epithetum eſt, vt ſit myſterioſa, & abſcõdita, atq; velut virgo obnuta, quam virginem Hebræi ab abſconſione, hhalmah, uocant. Dauid appellat incerta, & occulta ſapientiæ: Pſ. 50. Aegyptij fabulis philoſophiam ſuam uelabant, obſcuriſq; notis, atq; ſphinges, de quibus Plinius, & alibi prodit, & Clemens Alexand. ante templa colocabant: ſed & cuidam phano Mineruæ,

Et vidit Deus lucem, quod eſſet bona.

neruæ, quæ Dea dicitur ſapientiæ (in cuius galeæ cono in ſtatua phinx eminebat, vt meminit Pauſanias) ſic refert Plutarchus inſcriptum. Ego ſum omne, quod exiſtit eſt, & erit, meumq; templum, nemo adhuc mortalium detexit. *Vbi apparet per Chriſti Domini aduentum diſcoopertam iſtam virginem, tanquam iam nuptijs traditã Chriſtianis: Mineruaq; iactantiam finitam per Theologorum, Doctorumq; ſtudium, in cuius ſignum cum de nullo alio antiquorum Deorum nomen nec Phanum exiſtat Minerua adhuc cõſeruatur Romæ Fratribuſq; Ordinis Prædicatorum tanquam trophæum victoriæ, vt huius veli pcipuis detectoribus, traditũ.*

C X I I I.

LYRA *Poſtil. ibi ſic*. Et ponã in lucem ſcientiam: ſtudioſis tamen, non negligentibus.

C X I V.

IANSEN. *Com. in Eccl. Ad illud cap.* 24. Qui mittit diſciplinam ſicut lucem: *ait*. Inferit ẽt ſimilitudinem à luce ſolis mutuatam: quia hæc aptiſſima eſt ad ſignificandam copiam ſapientiæ quam non parcè Deus clargitur, ſed vt dicit Iacob cap. 1. dat omnibus affluenter: nec improperat, & eiuſdem muneris opportunitatem, vtilitatem, atque naturam. Vt enim lux mortalibus ſumme neceſſaria eſt: ita miſerrima eſt vita hominis ſapientia deſtituta, quæ inſtar lucis eſt ipſi menti, viam rectam commonſtrans, & diſcrimina rerum. Dicit ergo Deum mittere, hoc eſt, emittere diſciplinam, vel doctrinam, & ſapiẽtiã: ſicut lucem: quia .ſ. copioſè eam à ſe in homines diffundit, ſicut ſol lumen copioſum longe, lateq; ſpargit, & quia cum ſumma hominum vtilitate id facit, item quia per eam hominum mentes illuſtrat.

C X V.

HVGO *Card. Poſtil. ibi ad illud cap.* 33. Quare dies diem ſuperat: & iterum lux lucem. *ait.* Myſticè: Dies: .i. nouum teſtamentum: Diem ſuperat .i. vetus teſtamentum conſiliorum additione: & promiſſorum ſolutione: obſcurorum explanatione. Vel lux .i. Chriſtus Ioan. 8. Ego ſum lux Mundi. Et lux Apoſtoli: Mat. 5. Vos eſtis lux Mundi. Lux ergo lucem ſuperat .i. Chriſtus Apoſtolos: naturalium bonitate, gratuitorum firmitate, vtrorumq; vtilitate. *Addatur Comentum Lyræ Poſtil. ibi.* Lux .n. ſolis, maior eſt quam lux lunæ, & aliarum ſtellarum. *Vbi apparet non ſufficere quemquam eſſe Doctorem, vt ſe æqualem omnibus eiuſdem facultatibus Doctoris æquare præſumat. Superat .n. dies diem, & lux lucem. Et hoc etiam in quocunq; alio genere boni obſeruari debet. Neq; .n. ab excellentia, arguitur æqualitas: alij etenim excellentiores eſſe poſſunt in eadem arte.*

C X V I.

IDEM *ibi. Ad illud c.* 36. Oſtende nobis lucẽ miſerationum tuarum: *ait*. Ideſt Chriſtum in carne manifeſta, in quo luceant in nobis miſerationes tuæ. Idem orabat Pſ. 84. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis. *Vbi apparet diuinam miſericordiã tunc primo illuxiſſe mundo, cum Chriſtus Dominus in carne apparuit.*

C X V I I.

LYRA *Poſtil. in Prouerb. Ad illud cap.* 2. Vt ambules in via bona: & calles iuſtorum cuſtodias. *ait*. In via bona virtutum: & refertur hoc ad illud, quod ſupradictum eſt. (Si intrauerit ſapientia cor tuum:) quia ſicut facit declinare a via mala, ita facit ambulare per viam bonam: *Vbi apparet non approbare diuinam ſapientiam habitatricem in ſe habere quenquam, ſolum ex hoc, quod quod declinet à malo: niſi inſuper ſtudeat facere bonum. Addatur illud Ianſen. Com. ibi*. Quia non poteſt quis ambulare in via bona, niſi prius eruatur à via mala, nec ſatis eſt erui à mala via, niſi ſequatur bona, & eadẽ quis via incedere pergat, qua iuſti, qui vel præceſſerunt, vel adhuc ſunt.

C X V I I I.

S. ISID. *Hyſpal. lib.* 1. *Originum cap. vlt. Declarat illam particulam ſecundam huius ſententiæ, explicatiuã eſſe prioris: nẽpe.* Et calles iuſtorum cuſtodias: *ait enim.* Callis, eſt iter pecudum inter montes anguſtum, & tritum, à callo pecudis vocatum, quaſi callo pecudum præduratum. *Cui facto videtur alludere ſapiens cum viam bonam ingredi, & ambulare conſulit, vt ſupra ait Ianſenius nempe veſtigia priorum Patrum ſequendo, admodum pecudum altera alteràm per calles inſequendo. Quod fauet Chryſoſt. ſerm. de Continentia Ioſeph, dicens.* Nam & columba ſæpe vna auolante, ſtatim ſequuntur omnes, & pullus generoſus in equorum armento exiliens ſecum rapit omne armentum: ſimiliter & ouis reliquum gregem, ita & nos &c. *Vbi apparet ratio quare quamplurimi à via mala recedentes, bonam minime proſequuntur, nimirum*

C quia

Et vidit Deus lucem quod eſſet bona.

quia deſit, qui præcedens reliquum ſubſequentem rapiat armentum.

CXIX.

S*AVGVST. Enar. in Pſ. 28. Ad illum verſum*: Domine deduxiſti ab inferis animã meam: *ſequens lectionem 70. huius Prouerb. loci: qui ſic legunt.* Si ambulaſſent ſemitas bonas, inueniſſent vtiq; ſemitas iuſtitiæ leues: *ait.* Quomodo ergo dicitur: Ego cuſtodiui vias duras? Quia vtrunq; verum eſt, dura ſunt timori, leues ſunt amori.

CXX.

B*EDA Expoſit. ibi ſic.* Viam bonam vnitatem dicit rectæ fidei, de qua Dominus ait: Io. 14. Ego ſum via: Et rurſum: Nemo poteſt venire ad me. Calles autem iuſtorum multifaria Sanctorum exempla nominat. Pendet autem hic verſus ex eo, quod ſupra dictum eſt: Prudẽtia ſeruabit te: ſicut & illud: Vt eruaris à muliere aliena. *Vbi apparet ſequi Chriſtum non probare, neq; fidei vnitatem, qui ſingulariter, tã in moralibus, ſalutis; quam doctrina pergentes, à Sanctorum priorum deuiant exemplis.*

CXXI.

R*ABBI Leui Gherſomites, prout in Com. trium Rabbinorum in Prouerb. Salomon. collect. ab Antonio Gigge. Ad illud cap. 2. vbi conſulens filio non accedere ad mulierem alienam, imo fugere; inter cætera ait.* Vt ambules in via bona, & cales iuſtorum cuſtodias. Qui .n. recti ſunt habitabunt in terra, ſimplices permanebunt in ea. *an.* Inſontium vias inibis, qui ſtudioſè cauent, ne alienam mulierem ſectentur, ex quo is tibi fructus cõſtabit, vt corporis incolumitatem diuturno tempore, dum vitam trahis, conſerues, qui .n. integritate præſtant, terram diuturno tempore colent, hoc eſt, vitam ad longinquum ſparium producent, nec .n. ab impijs ex ea migrare, cogentur, quiq; morum probitate exculti erunt, in ea diutius perſeuerabunt.

CXXII.

A*BOREVS Com. ibi ſic.* Inſtructi ſapientiæ cõſilio non poſſunt non rectam ſuæ ſalutis viã capeſſere, de qua dicit Chriſtus Ioan. 14. Ego ſum via, veritas, & vita. Nec ſine huius ducis optimi præſidio ad Patris cognitionem peruenire poſſumus, nec quicquam Deo gratum efficere. Sine me, inquit, nihil poteſtis facere. Calles iuſtorum, quos ſumma cum diligentia cuſtodire debemus, & imitari, ſanctiſſima ſunt optimorum Patrum inſtituta, & admiranda honeſtæ vitæ exempla, quæ nos à vitijs reuocant, & ad virtutem alliciunt.

CXXIII.

C*AET. Com. in Prouerb. Ad illud cap. 13.* Doctrina bona dabit gratiam: in itinere contemptorum vorago; *ait.* Iuxta Hebræum habetur: Intellectus bonus dabit gratiam: & via mentientium durã. Eſſe benignum, atq; gratuito beneficum pronunciatur ab intellectu bono, ab intelligente bene qualiter conuerſandum cum alijs eſt, & quam morem gerere alijs decet. Quo contra via mentientium, ſiue verbo, ſiue facto dura eſt, vtpote non cædens precibus, non decoro, & congruis officijs.

CXXIV.

D*ANIEL Recuperus Como ibi ſic.* Quintilianus: Natura ſine doctrina multum valebit, Doctrina nulla ſine natura eſſe poteſt. Sicut terræ nullam fertilitatem habenti nihil optimus agricola profuerit, è terra vberi vtile aliquid, etiam nullo colente naſcetur, eodem illud Ciceronis dicentis. Etiam illud adiungo ſæpius ad laudem, atque virtutem naturam ſine doctrina, quam doctrinam ſine natura valuiſſe: atq; idem contendo, cùm ad naturam eximiam, atq; illuſtrem acceſſerit ratio quædam, cõfirmatioq; doctrinæ tum neſcio illud, quid præclarum, ac ſingulare ſolere exiſtere.

CXXV.

H*VGO Card. Poſtil. ibi ſic.* Doctrina bona .i. ſimplex, & ſincera: Dabit gratiam: tam Doctori, quam auditoribus. Interlinealis gloſ. dicit: Gratiam, pro gratia. Et eſt ſumpta de Io. 1. Quia doctrina bona eſt data Doctori pro gratia bene viuendi, & bene docendi.

CXXVI.

I*ANSEN. Com. ibi ſic.* Hebræa ſic: Intelligentia bona dabit gratiam: hoc eſt. Si quis bona intelligentia, bonoq; ingenio ſit præditus, is ſibi facile conſiliabit ſua intelligentia gratiam apud homines. Bona .n. intelligentia facit vt homo in omnibus prudenter ſe gerat, ſeque omnibus accomodet.

CXXVII.

A*BOREVS Comm. ibi ſic.* Doctrina bona dabit gratiam, in &c. Sana doctrina (quam ſtudioſiſſimi, quiq; amplecti debent) largitur & docẽ-

ti,

Et vidit Deus lucem, quod eſſet bona.

ti, & audienti gratiã. Siquidem refecti cibo bonæ doctrinæ, docẽtem miruminmodum laudãt, & extollunt, & exhilareſcit doctor optimus ſi nouerit ſuum laborem auditoribus eſſe gratiſſimum. Et præſertim doctrina diuinitus inſpirata dat gratiam, quæ vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus.

CXXVIII.

RODOLPH. *Baynus Com. ibi: ſequens lectionem Hebraicam, quam ille ſic vertit:* Intellectus bonus dabit gratiam, ſed via tranſgreſſorum fortis: *ait.* Intellectus bonus, vel qui bonus eſt ſuo intellectu, & prudentia, dabit magnam gratiam alijs, & vt ipſi concipiant rectam fidem, & gratiam inueniant in oculis multorum: ſed cõtra viam, & conſuetudinem viuendi tranſgreſſorum, non præualebit intellectus quantumuis bonus, quantumuis magna doctrina: vbi obduratũ fuerit cor eorum, ſiue viuendi modus conſuetudine indurverit, ad modum ſemitæ ſæpius frequentatę: *Vbi apparet parum, aut penè nullum fructum, quod videmus in populis non eſſe attribuẽdum ignorantiæ, aut inſipientiæ prædicantium, ſed obdurationi, & conſuetudini peccandi audientiũ.*

CXXIX.

RABI *Leui, qui ſupra ibidem ad eadem verba: ait.* Sechel tou, bonus intellectus. Bonum ingenium, quo ſapiens excellit, gratiam illi conſiliabit apud cæteros mortales, vt conſuetudinis huius ſuauitate allecti eiuſdem ſemitam ingregrediantur. *Vbi apparet in ſuauitatem Prælatorum à ſequela virtutum expellere ſubditos.*

CXXX.

CAET. *Com. in Prouerb. ad illud cap.* 14. Lux oculorum lætificat animam: fama bona impinguat oſſa: *ait.* Dictio interpretata (anima) ſonat, Cor. Et dictio interpretata (fama) ſonat, Nuncium. Comparat ſiquidem parabola auditũ viſui: & ſignificat ꝙ corporea quidem lux, oculis præſens lætificat cor, vt experimur cœlo ſereno, lucente ſole. Sed longe plus efficit auditum nuncium bonum, eo quod non ſolum lætificat, ſed impingat oſſa, non ſolum ad animum penetrat, ſed & in corpus redundat.

CXXXI.

RABBI *Leui, qui ſup. ibi. Ad eadem verba ſic.* Mirificè item afficitur mortalis ob honeſtã famam, ita vt pingueſcat, oſſaq; medulla repleãtur: & deniq; gaudio hominis corpus pingueſcete conſtat.

CXXXII.

SHIER. *Com. ibi ſic.* Fama quoq; illa feliciſſima, qua noſtros non ſolum actus, & ſermones, ſed & cogitatus, Angelis deferentibus in Cęlo patere cognouimus, pinguendinem dilectionis, & fidei, noſtris virtutibus ne deficiendo areſcant, exhibet. Quanto .n. certius tenemus occulta noſtri cordis, ſimul & aperta operis diuinis patere conſpectibus: tanto magis fortitudinem noſtrę bonę actionis, oleo charitatis eius, ne laſſeſcat, impinguare ſatagimus. *Addit gloſ. dictis S. Doctor. verbis: ſic.* Sic .n. magis feruet opus. *Vbi apparet ratio, quare Sancti quò magis per reuelationes certiores fiunt de complacentia Dei ſuorum operum, & virtutum, eò magis quaſi denuò incipiendo feruеſcunt.*

CXXXIII.

LYRA *Poſtil. ibi ſic:* Fama bona impinguat oſſa: .i. augmentat virtutes, in quibus conſiſtit robur mentis: ſicut in oſſibus robur corporis, virtus enim laudata creſcit.

CXXXIV.

HVGO *Card. Poſtil. ibi ſic.* Impinguat oſſa animæ .i. virtutes. Boni .n. videntes, vel audientes bona alicuius, gaudent inde & laudant Deum: & ſic merentur: & ita impinguant ſe de pinguedine aliorum.

CXXXV.

DIONYS. *Cart. Enar. ibi ſic:* Si homo delectetur in bona fama, de ipſo volante, in quantum fama illa eſt ad Dei honorem, ædificationemq; proximorum, bona eſt delectatio illa, præſertim ſi vera ſit fama. Si autem delectetur in fama ſua, ad quãtum eſt ad ſui ipſius honorẽ, laudem, & commodum, vana eſt talis lætitia, & maximè ſi fama ſit falſa. Sic hypocritæ, & alij multi delectantur in ſua fama, propter quod Seneca in ſuis fatur prouerbijs. Pleriq; famam, cõſcientiam pauci verentur. Sed vtrunq; ſimul curandum cum dicat Hieronymus. Opera ſalutis, ſine fama boni odoris, non ſatis relucent auditoribus: nec ſine opere proficit fama.

CXXXVI.

IANSEN. *Com. ibi ſic:* Lux oculorum, hoc eſt, ea, quæ oculos illuminant, quæ .ſ. oculis gra-

Digitized by Google

Et vidit Deus lucem quod eſſet bona.

ta ſunt,& iucunda, non ſolùm oculos lætitia afficiunt; ſed & mentem hominis per oculos.Ità quoq;& fama bona, hoc eſt, ſparſum de re quapiam nuncium bonum, quod auditu percipitur iuuat,impinguat oſſa, hoc eſt membra hominis benè afficit. *Poſt pauca autem ſic*: Docet autem hæc parabola duos hos ſenſus multum valere ad animi, corporiſq; diſpoſitionem, & proindè multum referre quid videamus,& quid audiamus.

CXXXVII.

RODOLPHVS *Baynus Com. ibi ſic:* Si externis rebus,quæ ſenſus oblectant, animę quoq; vires recreantur, & ſi quæ oculis percipitur, ad præcordia deſcendit,& bona fama,quæ per auriculas ingreditur,medullam oſſium, & ſanitatē corporis augeat,quod etiam phyſica ratione, verum eſſe conſtat.quantò magis Chriſtus lux, & Sol huius Mundi,qui tādem poſt ſæcula multa exortus eſt,ſedentibus in tenebris, & vmbra mortis,& qui viſus, & conuerſatus eſt cum hominibus, tandem credentium corda effecit: & & optima fama,quæ de illo per orbem ſeminata fuit,impinguauit oſſa humiliata,hoc eſt vires collapſas inſtaurauit, penetrans ad intima cordis, & animæ. *Vbi apparet,per myſterium Incarnationis,& Aduentum Chriſti Domini,& oculos ignorantium illuminari,& vires debilibus reſtitui.*

CXXXVIII.

IDem *ibidem proſequens ait*, Tropicè per lumen oculorum fidem intelligimus,qua corda purgata læta efficiuntur: per oſſa virtutis conſtantiam.Iuxtà ſenſum hiſtoricum. Prouerbium ſignificat in primis referre quid videamus,vel q̃d audiamus: nā ea, quæ per hos duos ſenſus percipiuntur,maximum habent momentum ad virtutes,& vitia.

CXXXIX.

RABB. *Leui ut ſup. ibi, Ad illud Prouerb. c. 20.* Abominatio eſt apud Dominum pondus, & pondus:ſtatera doloſa non eſt bona: *ait:* Varia ponderum genera, & menſurarum deteſtatur Deus,hoc eſt in moribus inconſtantē agendi rationem,ita vt cum hoc,hac rōne, cum alio alia te getas: conſentaneum enim eſt eundem erga vniuerſos te eſſe,hoc eſt,iuſtitiam, integritatemq; in votis habere te decet: alteri enim te perniciosum eſſe velle, in alterum beneficum, & liberalem,nefarium eſt; ſed nitendum eſt tibi,vt vniuerſos beneficijs ornes,ita enim diuinā ſemitam capeſſes.Eadem de cauſa diuinis oculis doloſæ trutinæ non placent,quibus pondera doloſa,& varia imponuntur.

C X L.

RODOLPH. *Baynus Com. ibi ſic:* Quaſi diceret non ſolum furtum, & rapinam execratur Dominus, ſed fraudem quancunq; quamlibet occultam, præſertim eam, quæ latenter in plurimos fit: & quaſi contra publicam fit vtilitatē, dùm multorū iactura,& populi diſpendio,vnius priuati hominis lucrum, & compendium quæritur: id quod improbi faciunt mercatores,maiore pondere comparantes,& minore vendentes.

C X L I.

S. *BERN. ſup. Cant. ſerm. 42. Contra hypochritas agens: affert ſupradicta verba, ſic:* Time nè de te ipſo legas: Quoniam dolosè egit in cōſpectu eius,vt inueniatur iniquitas eius ad odium.Pōdus,inquit,et pondus,&c.Quid enim? Tu te depreciaris in ſecreto apud te ipſum veritatis trutina ponderatus,& foris alterius pretij mentiēs maiori te pondere vendis nobis,quam ab ipſa accepiſti? Time Deum, & noli rem hanc peſſimam facere, vt quem humiliat veritas, extollat voluptas: hoc eſt enim reſiſtere veritati, hoc pugnare contra Deum.

C X L I I.

HVGO *Card. Poſtil. ibi ſic:* Ad litteram: quia quando alterum brachium ſtateræ longiùs eſt: vel quando altera lanx grauior eſt: tunc ſtatera doloſa eſt. Et huiuſmodi doloſitas ſtateræ, & ponderum diuerſitas prohibetur in lege Leuit. 19. & Deut. 25. In anima pondus,& pondus eſt affectio & affectio,triſtis,& hilaris. Triſtis in aduerſitate,hilaris in proſperitate: quod apud Deum abominabile eſſe non dubitatur. Sicut enim bona recepimus cum hilaritate, & gratiarū actione: ita & mala ſuſcipere debemus. Vnde Iob 2. Si bona ſuſcepimus,&c.? Humanum dicit Iob propter infirmitatem: Bona enim dico ſuſcipi: mala verò ſufficit ſuſtineri. Sed eadem affectione recipienda ſunt bona, & mala à Domino, quia eadem charitate donantur ab ipſo, Sicut à Phyſico datur electuarium dulce, & potio amara eadem cura.

Idem

Et vidit Deus lucem, quod eſſet bona.

CXLIII.

IDem ibid.ſic: Statera doloſa eſt iudicium falſum: quando bona noſtra magna: & mala parua iudicamus: & in alijs èconuerſo.

CXLIV.

S. BASIL.Homil.in illud: Attende tibi: ait: Nam quemadmodum in ſtateris contingit vnã, ſi degrauaueris lancem, velis nolis illi oppoſitã leuiorem reddes. Conſimilem in modum aſſolet in corpore,& anima contingere: vnius exuberans copia neceſſe eſt, vt alterum minuat, & illi addat inopiam. *Vbi apparet, Deo diſplicere non ſolùm cùm ob nimiam carnis curam totaliter ſpoliatur ſpiritus ſed etiam cùm ob nimiam ſpiritus exercitationem omninò attenuatur corpus. Sit ſtatera in medio,& iuſto.*

CXLV.

CAET.Com.in Prouer.Ad illud cap.22. Melius eſt nomen bonum,quam diuitiæ multæ: ſuper argentum,& aurum gratia bona: ait: Iuxta Hebræum habetur, Eligibilius nomen, quam diuitiæ multæ: quam argentum, & quam aurum gratia melior. Nomen ad auditum, gratia ad viſum ſpectat. Auditur .n. fama, videtur autẽ gratia, qua vulgariter aggratiari dicimur. Hæc duo bona quamuis temporalia præfert Salomon auro argento; & diuitijs quibuſcunq; Ad hæc .n. duo aſſequenda ſtuduerunt, atq; laborauerunt illuſtres viri in omni Republica. Nixi ſunt enim reddere ſeipſos acceptos Reipublicæ populis, ac Regnis, & famam extendere factis: & hinc appatet meritò hęc duo præferri diuitijs vniuerſis.

CXLVI.

RABB. Salom. vbi ſup. Ad eadem verba: ſic: Gratia bona: auri, argentiq; copijs anteponendus eſt fauor,& beneuolentia.

CXLVII.

RABB.Aben-ezra.ibid.coniungens ſequentẽ verſum: Diues, & pauper obuiauerunt ſibi, vtriuſq; operator eſt Dominus: ait: Duplici loco vſui eſt,hac nimirùm ratione: tùm gratia,tùm nomen honorificum diuitijs anteponenda; diues enim,& inops ſibi obuiauerunt. Atq; hoc ita intelliges,cùm rerum cauſæ cœlitùs in terrã deueniant,homines,qui hiſce afficiũtur,eas obuias habere.q.d.huic diuitias,alteri egeſtatem occurrere:quòd quidem indicant illa (vtriuſq; operator eſt Deus:) cùm à Deo diuitiæ,pauperieſq; impertiatur, diuiteſq; ac indigentes efficiantur. Verùm honorifica fama forte non eſt obuia:hanc enim ſibi mortales comparant præclarè geſtis,vt etiam gratia,quã ab illis inibunt, qui horum glorioſa geſta contemplati fuerint; quòcirca multitudini diuitiarum hæc ſunt anteponenda.

CXLVIII.

DANIEL Recuperus Com.ibi ſic: Ideſt, grata conuerſatio, quæ Deo, & hominibus placet. Eſt hæc virtus (vt Ciceroni placet) amicitiarum,& officiorum alterius memoria, quã remunerandi uoluntas continetur, quod profectò innumeris theſauris præpollet, quid .n. iuuat, ingratus, & omnibus odibilem viuere immenſis vallatum diuitijs? Curanda eſt ergò bona fama, ſed conſcientiam antè omnia vereri oportet. Nam conſcientia propter Deum, fama propter proximos nobis eſt neceſſaria, inquit Auguſtin.

CXLIX.

BEDA Expoſ.ibi ſic: Illam ſignificat gratiam, cùm quis pro bono opere laudatur à bonis, imò procollatis ei donis meritorum, glorificatur Pater, qui in cœlis eſt.

CL.

RABBI Leui, qui ſupra ibidem: ſic. Conſtat inter omnes; famam viro parari morum probitate, ac rectè factis, quod lectiùs eſt, quam ſi opulẽtiſſimis facultatibus inſtructus eſſet. Beneuolentia etiam, quam ſibi quis à cœteris conſiliat, auro,& argento eſt præferẽda; maiori nãq; præſidio, & robori in calamitatibus eſt morum integritas, præclarè facta, & charitas, quam ſi quis auro; argentoq; muniatur, vt trito prouerbio circumfertur, præſtantius eſſe habere amicum in foro, quam aurum in arca reconditum.

CLI.

IANSEN. Com. ibi ſic. Nam præter quam diuitias nonnunquam adferat, quæ per ſe nomen bonum,& gratiam non pariunt homini frequenter proſunt homini pluſquam opes ad promerẽdum .ſ. quippiam à principibus, aut adinueniendum adiutorium contra inimicos, vt patuit in Tobia, qui fugiens Senacherib cum filio,& vxore nudus latuit, quia multi diligebant eum. Accedit his, quod diuitiæ quæuis ſint corruptibiles,& multis pereant modis, nec morientem ſequun-

Et vidit Deus lucem quod eſſet bona.

quuntur, fama vero nominis,& gratia non facile perit, & etiam poſt mortem maius deſiderium hominis accendit. Bonum autē quò diuturnius, eò melius.

CLII.

IDEM *ibidem proſequens concludit*. Cæterum ſi in Republica aliqua nomen, & gratiam obtinuiſſe apud homines, præclarius eſt, & melius, quam multas cōſequutum eſſe opes, multo magis diuitijs eſt præferendum, quod apud Deum, & Sanctos bonum nomen, & gratiam quis conſecutus eſt, ad quæ conſequenda apud Deum ſententia hæc nos exemplo eorum, quæ in Republica contingunt, inuitat. Alioqui enim bonū apud homines nomen, & gratia aliquando homini noxia ſunt, & nequaquam eligibilia valdè. Hinc enim Paulus ille, qui apud valdè multos malè audiuit viuēs. Si adhuc, inquit, hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. *Vbi inter cætera, quæ patent, apparet, Prælatos apud impios, & malè viuentes ſubditos non debere curare de bono nomine, aut gratia acquirenda, imò repellendam hanc eſſe, vt ſerui Chriſti appareant*.

CLIII.

CAET. *Com. in Prou. ad illud cap. 31.* Guſtauit & vidit, quia bona eſt negotiatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius: *ait*: Guſtauit enim, quod negotiatio eius eſſet bona, & propterea non extinguetur in nocte lucerna eius. Ad inſtar guſtantis incepit experiendo ſentire, quod negotiatio eius in prædictis exercitijs eſt bona, hoc eſt, vtilis, delectabilis, & honeſta, & propterea aſſidua fuit huiuſmodi officijs in nocte, itaq; lucerna eius tota nocte lucet ob crebras exercitationes domeſticas. *Vbi apparet, exercitia nocturna, lucerna accenſa, alicuius operis arguere guſtum lucri, & prouentus talis operationis. Addantur illi verſus à Marone probam, caſtam, & ſobriam fœminam depingente prolati lib. 8. Aeneid.* Cui tolerare colo vitam, tenuiq; Mineruæ, Impoſitum cinerem, & ſopitos ſuſcitat ignes; Noctem addens operi, famulaſq; ad lumina longo. Exercet penſo: caſtum vt ſeruaret cubile Coniungit, & paruos poſſit educere natos.

CLIV.

THEODORVS *Peltanus Com. ibi ſic*: Indicat re ipſa competiſſe eiuſmodi ſtudium, diligentiam, & vigilantiam. Quare nè quid ſit in mora, lucernam tota nocte accenſam fauet. *Vbi apparet, diligentiam, ac ſtudium minimè poſſe probari, vbi lucerna tota nocte non ſouetur accenſa. Addatur illud Lyræ Poſtil. ibi*: Guſtauit, & vidit, &c. Per experientiam dulcedinis ex ſtudio ſacræ ſcripturæ reſultantis. *Qui ſacræ ſcripturæ ſtudens lucernam in nocte extinguit, clarè demonſtrat, dulcedinem illius minimè guſtaſſe*.

CLV.

SHIERON. *Com. ibi ſic*: Guſtauit igitur Sancta Eccleſia, guſtauitq; anima perfecta, .i. intimo mentis deſiderio cognouit: quia bona eſt negotiatio vitæ immarceſcibilis, quam relictis illecebris temporalibus, æternam mercamur in cœlis.

CLVI.

GLO. *ex eodem ibi ſic*: Ideſt apertè didicit: quia bonum eſt per inſtantiā prædicandi quoſcūq; valet ad viam veritatis adducere: atq; ideò nullis tribulationum tenebris, nec ipſa morte poteſt lucerna deuotionis eius extingui: Eorum nanq; lucerna nocte extinguitur, quamuis in die videatur ardere, qui ſicut Dominus ait Luc. 8. ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Sed & illorum nocte media extinguitur lucerna, qui veniente Iudice, oleum charitatis in vaſi præcordiorum ſuorum non habuiſſe probantur: dùm perdito falſarum rumore virtutum, vera tenebroſorum luunt tormenta factorum. *Vbi apparet, & prædicationem eſſe negotiationem, & minimè illam guſtaſſe, qui perſecutionum metu ab illo deſiſtere cognoſcitur. De Beatiſſimo Patre noſtro Dominico canit Eccleſia*: Clamat mūdi deteſtans crimina. Nulla Sanctum frangunt diſcrimina.

CLVII.

BEDA *Expoſit. ibi ſic*: Quod ſi noctem hoc loco pro quiete volumus accipere, iuxta hoc quod ſupra dicitur: Et de nocte ſurrexit, .i. ad operandum ſe poſt quietem præparauit. Aptè dicitur, quod lucerna S. Eccleſiæ non extinguitur in nocte, quia & cū à negotio quieſcit actionis, vacat liberiùs luci ſupernæ contemplationis. Cumq; à publicis ceſſat operibus, curat ſe ardentiùs ſanctæ lectionis, vel laudibus mancipare diuinis. *Iuxta exemplum videlicet mulieris induſtriæ, quæ non ſolùm in die neceſſarijs* ſolet inſtare laboribus, ſed & nocte ſepiùs accē-

ſo

Et vidit Deus lucem, quod eſſet bona.

ſo lumine lucernæ; parilem rei familiæ agere curam. *Vbi apparet excellentia illorum religioſorum qui non ſolum per diem diſcendo, prædicando totam expendunt diurnam lucem, ſed inſuper de nocte ad matutinas, orationemq; conſurgunt, Vnde de Beatiſſimo Patre noſtro Dominico, qui die prædicando, docendoq; conſumpto in Eccleſia contemplãdo noctes abſumebat, fratrumq; communibus intereſſe matutinis deſcribitur: cantat Eccleſia:* Nocte cæli perluſtrãs limina, die terris dat verbi ſemina. *Quod quantum imitare eius filij ſtudeant dicam, motus ex eo, quod legere audiui, & typis mandatum cognoui, excuſare ſe aliquos religioſos à ſequela chori prætextu lectionis, & prædicationis: inter alia, exemplo Ordinis Prædicatorum, dicunt .n. in hac ſacra Religione Magiſtros, Prædicatoreſq; à Choro eſſe exemptos. Statutum prædictorum non damno.* Vnuſquiſq; enim ſuo ſenſu abundat: *Sed ad exemplum reſpondeo. Nullus abſolutè eſt in Ordine Prædicatorum exemptus à Choro. Magiſtri in Theologia, & actu legentes ſolum diebus in quibus non agitur de duplicibus, & ſupra à nocturnis horis eximũtur, & diurnis, excepta miſſa cõuentuali, & completorio, nonaq; æſtatis tempore: etiam compelluntur ſurgere per noſtras conſtitutiones ad matutinas Beatiſſimæ Virginis, quæ in dormitorio recitantur, prædictis diebus, quibus finitis ad cameras reuertuntur, de iure ſtudere, (ad hoc .n. dantur tales diſpenſationes.) Prædicatores ſolũ per octo dies ante prædicationẽ habent vacationẽ, ita tñ quod neq; à ſupradictis horis remanere permittuntur: neq; in noctibus, diebuſq; quibus de duplicibus, & ſupra agitur. Poſt cum cæteris, recitatas matutinas, vt mox eſt, remanente Angelico Doctori in Eccleſia audiuit:* Bene ſcripſiſti de me Thoma: quam ergo tui laboris mercedem accipies: *cui ille reſpondit, vtranq; vocem alijs audientibus (non .n. ſolus remanſerat Diuus Thomas poſt matutinas contemplando)* Domine non aliam præter te. *Sint teſtes ciues Romani vtriuſq; ſtatus concurrentes ad celebre Cœnobium Sanctæ Mariæ ſuper Mineruam, minime ſe vidiſſe, multoties, me audiente, teſtantes Reuerendiſs. Patrem noſtrum Fr. NICOLAVM RODVLFIVM à Completorio, Salutationeq; Beatiſſimæ Virginis (quæ, Salue, dicitur, quotidiéq; ſolẽniter recitatur) deeſſe. Quid ſi vidiſſent eum ſingulis ferè noctibus conſurgere ad matutinas, cõmuniq; refectorio minime deeſſe, cibarijſq; commentus contentum, inſuper ſic occupatum, atateq; iam, ac laboribus, exterorumq; potentium perſecutionum tolerantia, pro Religione confractum, quotidie celebrantem ſacroſanctum Miſſæ Sacrificium? Memini me legiſſe apud Diuum Gregor. 1. Moral. 4. de Sancto Iob ſic.* Conſideremus cuius ſanctitatis huius vir fuerit, qui ad tam ſedula Dei obſequia, ſic occupatus vacauit. *Hoc ad illud, quod cum tantus Rex eſſet, familiamq; gubernando, quotidie ſacrificabat, filioſq; iuberet ſacrificare, & pro illis offerre conſueuerat. Non certè maior familia Iob familia Dominicana.*

CLVIII.

CAET. *Com. in Eccleſ. Ad illud cap.* 7. In die bona fruere bonis, & malam diẽ præcaue, ſicut .n. hanc ſic, & illam fecit Deus: *ait.* Iuxta Hebræum habetur. In die bono eſto in bono, & in die malo vide. Conſequenter deſcendit ad ſapiẽtis actum, reſpectu euentuum bonorum, & malorum. Et ratio ordinis eſt, quia huiuſmodi euentus ſunt. quędam opera Elohim gubernantis omnia. Ait itaq; In die bono quo ad ea, quæ eueniunt, eſto in bono, complectere bonum, quod occurrit: in die autem malo, hoc eſt mali euentus, vide, ſiſte in videndo, nec temerè iudicabis malum immeritum, cõtemplare, quod à Deo proficiſcitur, vt fecit Iob, vt fecit Dauid fugatus ab Abſalon.

CLIX.

LYRA *Poſtil. ibi ſic.* Hic conſequenter inducit ad temperantiam circa ſe. Circa quod ſciẽdum, quod in veteri, & nouo teſtamento in reſtringendo ſe, & laxando in cibis, & potibus cõſiderãdum eſt tempus: quia in aliquibus diebus ſolemnibus licitũ eſt latius vti, ſicut dicitur Nehemiæ 8. Ite & comedite pinguia, & bibite mulſum, & mittite partes &c. & in aliquo tempore debent ſe homines affligere per reſtrictionem cibi, & potus, & conſimilium, ſicut Leuit. 23. dicitur de die expiationis. Omnis anima, quæ afflicta non fuerit die hoc peribit de populis ſuis, Hoc eſt, quod dicitur. In die bona fruere bonis, Ideſt, viue latius.

CLX.

DION. *Cart. Enar. ibi ſic.* Ideſt, tempore proſperitatis, & gratiæ, vetere donis De iucundè, & moderatè: Et malam diem præcaue .i. diem vltionis, tentationis, ſeu aduerſitatis ſtude effugere, ita vt non condemneris, nec tenta-

Et vidit Deus lucem quod eſſet bona.

tationibus obruaris, nec aduerſis frangaris in eo. Vnde in oratione Dominica dicimus: Et ne nos inducas in tentationem: ſed libera nos a malo. Atq; in Pſal. 70. Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus.

C L X I.

HVGO *Card. Poſtil. ibi ſic*. Dies bona eſt cuiuſcunq; virtutis illuminatio: ſecundum quod dicit Greg. ſuper Iob. in principio .ſ. quia vna quæq; virtus habet ſuum diem .i. illuminationẽ propriam. Siue ergo de dono luctus compunctio velut dies pluuioſa mentem illuſtret, & cõpluat: ſiue de luce ſapientiæ velut ſereniſſima dies, claritas contemplationis effulgeat, & ſic de alijs: fruendum eſt bonis illius diei .i. cum gaudio vtendum quandiu durat. Vnde Apoſt. Heb. 12. Videte ne quis deſit gratiæ Dei. Cui reuera multi in parte iſta deſunt nolentes vti gratia, quam Deus adminiſtrat. Nolunt enim bibere vinum compunctionis, quandiu Deus propinat illud: ſed quaſi euertentes cyphum in medijs lachrymis ab oratione recedunt. Similiter in ipſo gaudio contemplationis faciunt: Ideo dicitur eis Eccl. 14. Non defrauderis à die bono: & particula diei bonæ non te prætereat. Quaſi diceret: Tota vtere. Quia vero multi nolunt vti cum poſſunt, infligitur eis ſæpe nõ poſſe cum velint. Sequitur.

C L X I I.

PAVLVS *de Palacio Comm. in Eccl. Ad illud cap. 3.* Auris bona audiet cum omni concupiſcentia ſapientiam: *ait.* Dixerat cor durum, (.ſ. quod Deum non audit) male habiturum in nouiſſimo: dicit nunc contra eſſe de corde ſapientis, quod attentiſſimè verba Dei audiat. Sũt enim dulciora ſuper mel, & fauũ. Audiam enim quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem ſuam. *Vbi apparet audientiam bonam, diuini eloquij ab ipſius eloquij dulcedine promanare, bonamq; aurem dici eiuſdem auditoris, non ex eo, quod ſe applicat: ſed ex eo quod bene auditum dijudicat, dignũq; audientia dicernit.*

C L X I I I.

ROPERT. *Holkot. Annot. in Eccl. Ad eadem verba: ait.* Auris bona dicitur, quæ bona audit libenter: & de auditis diſcernit prudenter. Secundum illud Sap. 1. Auris cæli audit omnia: & de auditis diſcernit prudenter. Secundum illud Deut. 32. Vtinam ſaperent, & intelligerẽt, ac nouiſſima prouiderent. Et ad bene operandũ quærit inſtrui diligenter. Secundũ illud Prou. 8. Auris ſapientium quærit doctrinam. Et qui audit, & operatur: ſe à peccato faciliter præſeruabit. Sicut dicitur infra. Qui audit me non confundetur: & qui operantur in me non peccabũt. *Vbi apparet parum valere bona audire, niſi etiam ſcias bene de auditis diſcernere; & ſecundum bona audita, bene etiam operari. Addantur verba Hug. Card. Poſtil. ibi.* Auris bona dicitur, quæ libenter audit bona, & prudenter diſcernit audita, & obedienter operatur intellecta.

C L X I V.

IANSEN. *Com. ibi ſic.* Græca habent: Cor hominis intelligentis, & auditoris deſiderium ſapientis, hoc eſt, Cor hominis intelligentis meditatur ſermones reconditos, eius cogitatio eſt in grauibus, & abditis ſcripturæ ſacræ ſentẽtijs, & myſterijs, & aurem attentã deſiderat ſapiens, vel auris attenta deſiderat ſapientem, hoc eſt nõ diuellitur ab eo, ſed eum audire cupit. *Vbi apparet, & omnem ſapientem prædicatorem, audientem aurem deſiderare: & omnem bonam, attentamque aurem ſapientem etiam prædicatorem inſequi, & cõcupiſcere.*

C L X V.

PAVLVS *de Palacio Comm. in Eccl. Ad illud cap. 7.* Noli velle mentiri omne mendaciũ: aſſiduitas .n. in illo non eſt bona: *ait.* Memor ſum legiſſe me apud Vatablũ, phraſim Hebræã eſſe, non bonum, pro peſſimo. Vt ſit ſenſus text. noſtri: aſſiduitas in mendacio, res peſſima eſt. Quaſi dicat: Nullum omnino mendacium eſt volendum; quod ſi aliquando mendacium nobis elabatur, cauendum eſt ab eius aſſiduitate. Ea enim res peſſima eſt. Siquidem vir mendax indignus eſt hominum conſortio.

C L X V I.

LYRA *Poſtil. ibi ſic commentatur:* Noli velle mendacium: etiam iocoſum, & officioſum: Aſſiduitas illius non eſt bona: tum quod de ſeruitioſa, tum quia ad pernitioſum mẽdacium inductiua. *Vbi apparet non eſſe mirum, imò credibile pernitioſè mentiri, quem iocosè mentiri aſſidue videmus.*

Et vidit Deus lucem, quod eſſet bona.

CLXVII.

IANSEN. *Comment. ibi ſic.* Quam ſit malum aſſiduè mētiri, & quare interdicatur multis verbis poſtea cap. 20. cum aſſiduus in mēdacijs furi comparatur, imò præponitur ob ignominiã quam vterq; in Republica ſibi conciliat. Cum ergo aſſiduitas mendaciorum valde ſit mala, & noxia homini, vt cui ſummam adferat ignominiam, monet vt ſaltē ab affectatis qualibuſcũq; mendacijs abſtineatur: nam quia ea affectat, facile ea repetet, & in eis aſſiduus fiet, vnde inſurd dedecus incidet, vt ei nec vera dicenti credatur.

CLXVIII.

PAVLVS de Palacio Comment. in Eccl. Ad illud cap. 37. A conſiliario ſerua animam tuam, prius ſcito, quæ ſit illius neceſſitas: ipſe enim in animo ſuo cogitabit. Ne forte mittat ſudem in terram, & dicat tibi: Bona eſt via tua, & ſtet è contrario videre, quid tibi eueniat, *ait.* Graue conſilium eſt, quod nobis author dat. ſ. vt amicum conſulturi ſuper re noſtra, prius expendamus, an ex eo negotio aliquid vtilitatis poſſit ad eum reſilire. Credendum enim eſt fore, vt conſilium inclinet in eam. O hominum cor prauũ!

CLXIX.

HVGO Card. *Poſtil. ibi: ſic commentatur.* Et dicat tibi: bona eſt via tua .i. benefacis: bonum conſilium dedi tibi, Et ſtet è contrario videre .i. vt videat: Quid eueniat: De conſilio ſuo: vt ſi bene uenerit laudetur: ſi malè irrideat, & dicat: nō feciſti quomodo ego dixi tibi: quod maxime medicorum eſt, & aduocatorum.

CLXX.

IANSEN. *Comm. ibi: Alia via, hoc applicat medicis, & aduocatis; Nam poſtquam exponit illud:* Nè forte mittat ſudē in terrã: *ſic.* Rectè intelligitur ſignificari noſtra lectione, ut mittere ſudē in terram, ſit periculũ reificare, & tentare quid ſit futurus exitus, ſicut ſudibus, & palibus præacutis tentatur fundus terræ qualis ſit. *ait.* Monet ergo priuſquam conſiliario credatur, illum eſſe explorandum, quò fieri poſſet, ut ille ſuo cõſilio ſtudeat experiri quid futurum ſit, laudetq; inſtitutum tuũ dicens: Bona eſt uia tua, hoc eſt actio, & inſtitutum, quod meditaris: Ipſe uero ſtet, uelut è regione, ut uideat quid tibi eueniat, riſurus ſi male eueniat, & ex tuo infelici euentu ſuum commodum quæſiturus, aut ſaltem tuo incommodo expertus, quale ſit quod dedit conſilium. Huiuſmodi ſanè perfidia nimis in mundo obtinet, eamq; uidere licet in imperitis medicis, & aduocatis, cauſarumq; procuratoribus. *Vbi excepto, quod de medicis, &c. qui ſudes fatiunt de infirmis, & litigantibus, in quibus experientiam volũt facere ſuæ ſcientiæ: maximè exprobandi ſunt falſi amici, qui ſemper vt ſecuritati rerum ſuarum cõſulãt ambiguo conſilio obijciunt periculo amicos, & de ſe confidentes: tãquam palium in tauri cornua: quatenus ipſi poſtea ſecure vel ea via incedant, vel retrogrediantur.*

CLXXI.

DIONYS. CART. *Enarrat. ibi: Non diſcrepans à ſupradictis: illud:* Prius ſcito, quæ ſit illius neceſſitas: *ait.* Ideſt, indigentia, ſeu paupertas: quia ſi conſilium illius tendit ad releuamen ſuæ neceſſitatis, nō eſt conſul fidelis, ſed quærit commodum ſuum magis quam tuum. *Vbi apparet fugiendum eſſe à iureconſultis pauperibus, & indigentibus.*

CXXLII.

PAVLVS de Palacio Comment. in Eccleſ. Ad illud cap. 13. Bona eſt ſubſtantia, cui non eſt peccatum in conſcientia: & nequiſſima paupertas in ore impij: *ait.* Dictum de diuitibus. Ne vero credas diuitias eſſe malas, aut non bonas, aſſerit author eas eſſe bonas, ſi abſque peccato comparentur: vt contra paupertas in homine impio mala videtur. Vbi aduerte, nō auſum eſſe authorem dicere paupertatem eſſe malam in malo: ſed ſolum, quod malè dicat de ea os impij. Igitur bonæ diuitiæ in homine pio, vt in Abraham, Iſac, Iob: ſed melior paupertas in eodem homine pio, vt in Chriſto, & Apoſtolis. Paupertas vero nō eſt mala in impio. Licet ipſe de ea peſſime dicat. Et quod Seneca epiſt. 88. docet, diuitias non eſſe bonas, non admodum contradicit huic ſententiæ. Vocat ille bonum, quod bonum habentem reddit. Author vero noſter nō dicit diuitias facere bonos: ſed potius quod ſint bonæ à bonis, & ſanctis hominibus. Igitur diuitiæ non dant, ſed recipiunt bonitatē.

CLXXIII.

LYRA Poſtil. ibi ſic. Hic circa prædicta remouet falſam opinionem, nam ex dictis poſſet aliquis æſtimare omnem diuitem eſſe

D malum,

Et vidit Deus lucem quod eſſet bona.

malum, & omnem pauperem bonum, quod remouet dicens: Bona eſt ſubſtantia .i. diuitiæ. Cui non eſt peccatum in conſcientia .ſ. de mala acquiſitione per ſe, vel per parentes ſuos, nã diuitiæ iuſtæ, ſunt materia exercendæ virtutis, per opera miſericordię, & liberalitatis. Ambroſ. ſuper Luc. Sicut diuitiæ impedimenta ſunt reprobis, ita probis ſunt adiumenta virtutis.

C L X X I V.

HVGO *Card. Poſtil. ibi: ſic commentatur.* Bona eſt ſubſtantia: ſcripturæ .i. ſapientiæ, meditatione, oratione, locutione, operatione: congregara illi: Cui non eſt peccatum in conſciẽtia: .i. homini iuſto: qui nihil mali ſibi conſcius eſt. *Vbi habent ſpeculum, in quo, qui ſe ſcire tanti, et magis quam Diuus Thom. inſolenter iactant, ne dicam delirè, videre poſſint ſuum delirium, nempè ſi meditatione, oratione, cæteriſque id generis, vt Angelicus Doctor ſcientiam acquiſierint: ac vt ille, nullius conſcij ſibi peccati. Et tunc qui ſic ſe inuenerit,* Primus in eum lapidem mittat. *Alias erubeſcant, cùm non ſic Sancti, neq; orationi nimis dediti cognoſcantur (imò) cæleſtem hominem, ac bonam, Angelicamq; contendere dedecorare ſubſtantiam.*

C L X X V.

PAVLVS *de Palacio Com. in Eccl. Ad illud c. 26.* Pars bona, mulier bona, in parte bona timẽtium Deum dabitur viro pro factis bonis: *ait.* Si vis hunc locum penetrare, intellige, Deum habere quædam, quæ tamen ſæpe noceant: alia bona, quę nocere, & prodeſſe ſoleant: alia bona, quæ proſint, non obſint tamen. Partem illam primam malis largitur pro merito eorum, iuxta illud Pſ. 72. Verum ramẽ propter dolos poſuiſti eis: deieciſti eos, dum alleuarẽtur. & illud. Ecce ipſi peccatores, obtinuerunt diuitias. Partem alteram dat quibuſdam bonis hominibus: qui cadere ſolent, & ſurgere. Tertiam partem dat prædeſtinatis. In hac tertia parte mulier bona clauditur: quæ timentium Deũ pars, & ſors eſt, & eis pro ſuis factis bonis datur. Vnde collige mulierem bonam cadere ſub merito bonorum operum: datur enim viro pro eius factis bonis. Non ergo ſola felicitas æterna ſub merito cadit: ſed ea etiam, quæ media eum finem promouebunt. Nota ſecundo, quando viro prædeſtinato vxor contigit nõ bona, intelligimus illum bona non feciſſe opera ante matrimonium, per quæ mereretur vxorem bonam; ſed mala, per quæ malam promeruit vxorem. Nota vltimo, mulierem bonam, ſanctam, & operoſam, cenſeri inter bona, quę maximè prædeſtinationẽ Dei iuuant. Eius enim familiaritate vir, & auocatur à malo, & promouetur ad bonum. *Addatur illud Dionyſ. Cart. Enarrat. ibi:* Speciale donum, beneficiũq; præcipuum eſt vxor virtuoſa, cui dici põt illud Ruth 3. Scit omnis populus mulierem te eſſe virtutis: nempe quam magnũ donum ſit experimentaliter norunt, qui peruerſas habent vxores. *Et illud Ianſen. Com. ibi:* Vxorem autẽ bonã Dei ſingulari beneficio obtingere, eriã Salomõ docuit dicens: Prouerb. 19. Domus, & diuitiæ dantur à parentibus: à Domino autem propriè vxor prudens.

C L X X V I.

INTERL. *ibi ſic.* Eccleſia Catholica, quæ in ſorte timentium Deum numeratur, quia pertinet ad hæreditatem eius. Vnde in Deut. Pars Domini populus eius.

C L X X V I I.

DIONYS. *Cart. Enar. ibi ſic.* Myſticè poſſunt hæc applicari ad Prælatum, & Eccleſiam, ſeu animam ſibi commiſſam: quæ Eccleſia, vel anima ſi obediens, & virtuoſa extiterit, Prælatũ valde lætificat, & eius beatitudinem auget, ipſumque delectabiliter, ac pacificè viuere facit. Propter quod dicitur Hebr. 3. Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete illis. Ipſi enim peruigilant, tanquam rationẽ ꝓ animabus veſtris reddituri vt cũ gaudio hoc faciant, & non gemẽtes: hoc .n. expedit bonis: Prælatus quoq; debet hoc magnũ Dei beneficiũ reputare ſi tales habuerit ſubditos. Immo fræquenter meritis boni ꝓlati, dantur ei ſubditi tales à Domino.

CLXXVIII.

PAVLVS *de Placio Com. in Eccl: Ad illud cap. 14.* Non defraudeֺris à die bona: & particula bona diei non te prætereat: *ait.* Non, inquit patiare, vt dies bonus te prætereat, ſed nec diei bona particula. Titus. Orbis deliciæ dicebat diem ſe amiſiſſe, in quo neminẽ beneficijs affecerat. Ergo tu, & alijs, & tibi quouis die benefac: imò ſi potes, & quauis occaſione.

CLXXIX.

LYRA *Poſtil. ibi ſic commentatur.* Non fraudeֺris à die bono, ideſt feſtiuo, tunc enim magis

gis

Et vidit Deus lucem, quod eſſet bona.

gis eſt oblationibus, & eleemoſynis inſiſtẽdum. Et particula bona &c. .i. te vacuum, & ocioſum à bonis operibus non relinquat. *Vbi apparet dies feſtiuos eſſe ad opera miſericordiæ, & diuini cultus deputatos: minimeq; ordinatos ad otium, ſed ad bene operandum iugiter, & ſine ceſſatione.*

CLXXX.

HVGO *Card. Poſtil. ibi ſic.* Non defrauderis à die bona .i. non euacues tibi meritum boni operis gloriando: quod eſt oſculari manũ ſuã: & iniquitas maxima: & negatio apud Deũ. Et particula bona diei te non prætereat: Torpẽtem & ocioſum. Illum .n. tempus præterit, quẽ ocioſum dimittit. Quaſi diceret: Nulla ſit hora vacua à bono opere. Grauis .n. eſt iactura temporis: quia recuperari non poteſt. Et ſicut non præterit capillus de capite: ſic non præterit momentum de tempore, quin oporteat rationem reddere qualiter ſic expenſum. Ideo Apoſt. Epheſ. 5. Videte fratres, ꝗ cautè ambuletis &c.

CLXXXI.

IDEM *ibi iterum ſic.* Non defrauderis à die bono, differendo confiteri, vel pæniteri, vel benefacere in omni tempore præſenti: quod dicitur dies bonus: quia vtile eſt ad merendum vitam æternam 2. Cor. 6. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. Vnde Gal. 6. Dum tempus habemus operemur operemur bonum ad omnes.

CLXXXII.

IANSEN. *Com. ibi legens ſic.* Et particula boni doni non te prætereat: *ait*. Expreſſius proſequitur, quod dixit: Bene fac tecum. Cum, inquit, dies bona, hoc eſt, tempus felix, & proſperum tibi contigit, non ſinas te fraudari fælicitate oblata, ſed vtere, da moderatè, lætoq; animo, & cum gratiarum actione: & particula boni doni: hoc eſt, portio illa beneficij quã tibi Deus partitus eſt: non te prætereat ſine vſu eius, nõ ſinas eam tibi otioſam eſſe, vt ex ea fructũ, & permiſſam tibi à Deo voluptatem non percipias. Dicũt quidem etiam impij apud ſapientem ſimiliter. Venite fruamur bonis quæ ſunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter: Vino pretioſo, & vnguento nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis. Sed illi hoc dicunt, ad prodigalitatem, & luxum prouocantes ſine Dei timore. Iſta vero admonitio eſt contra auaritiã: qua fit, vt pleriq; donis ſibi à Deo conceſſis: nõ vt decet: honeſtè, & cum lætitia vtantur. *Vbi apparet non minus offendi Deum luxu, & prodigalitate bonorum à ſe conceſſorum, quam auaritia, & nõ lato, licito tamen, vſu.*

CLXXXIII.

PAVLVS *de Palacio Com. in Eccl. Ad illud c. 32.* Vbi ſunt ſenes multum ne loquaris. Ante tonitruum præibit coruſcatio: & ante verecundiã præibit gratia, & pro reuerẽtia accedet tibi gratia bona: *ait*. Inter ſenes ne multum loquaris: eſſet enim impudentiæ ſignum. Verecundia vero iuuenẽ maximè: decet. Et ſicut ante tonitruũ ſentitur coruſcatio, cũ reuera prius ſit tonitruũ quam coruſcatio: ita licet reuera verecundia ſit ante gratiam, tamen adeò verecundia placet, vt oculis noſtris præcedere videatur gratia verecũdiam: & præire non ſequi. Igitur pro reuerentia, quam ſenibus habueris, accedet tibi bona gratia: gratioſus .n. videberis, & habeberis.

Ex Prophetis.

CLXXXIV.

HVGO *Card. Poſtil. in Eſai. Ad illud cap. 59.* Vidit Dominus, & malum apparuit in oculis eius, quia non eſt iudicium. *ait*. Et vidit Dominus: non per approbationem: ſed per cognitionem. Abachu. 1. Mundi ſunt oculi tui ne videas malum: & reſpicere non poteris ad iniquitatem approbando. *Vbi Prælati attendant ne iniquitates ſubditorum reſpicere inueniantur, niſi per cognitionem, minimè autem per approbationem.*

CLXXXV.

S. HIERON. *Com. ibi ſic.* Vidit Dominus, quod pœnitentiam ore iactarent, & corde nõ agerent, & non placuit ei. *Addatur quod Gloſ. ibi ait.* Oſtenſo, quia pœnituerunt, oſtendit nõ placuiſſe Deo pœnitentiam eorum, quia non puro corde plures pœnituerunt. *Vbi apparet quam inutiliter ſe pænitentijs affligunt, qui & ore ſuam iactant carnis afflictionem, minime inſuper ex corde pænitendo: & quod non mirũ ſi nobis pænitentibus Deus non faciat miſericordiam, cum quamplurimi, non ex recto corde pænitere ab ipſo cognoſcantur.*

CLXXXVI.

S. CYRIL. *Alexand. Com. in Eſai. Ad illud cap. 59.* Et vidit Deus, quia non eſt vir, qui occurrat:

D 2 &ap-

Et vidit Deus lucem quod eſſet bona.

& apporiatus eſt*: ait.* Conſiderauit, & nõ fuit vir defenſor. Nam quoniam miſericors eſt, vt Deus, remittit interdum uniuerſæ etiam ciuitati crimina, propter unum ſolum, quia in eo iuſtus inuentus eſt. Siquidẽ dixit uoce Hieremię: Curſate in uijs Hieruſalẽ, & q̃rite in plateis eius, & uidete an inuenire poſſitis, qui faciat fidem, & diligat miſericordiã, ac ꝓpitius ero illi, dicit Dominus. Promiſit item Sodomis ſe ignis ſupplicium illis remiſſurum, ſi quinq; iuſtos apud ſe habuiſſent .i. unum iuſtum in unaquaq; ciuitate. Conſiderauit igitur, inquit, & nõ fuit uir, non fuit defenſor. Iuſtus .n. eum furorem conſopiat, & ſolus ualeat, ac poſſit Deum placare, illos ſemper defendit, pro quibus præces obtulerit. Quoniam uero nullus eiuſmodi fuit: uindicauit eos, inquit, brachio ſuo.

CLXXXVII.

L*YRA Poſtil. ibi ſic commentatur.* Et uidit, quia non eſt uir*: .i.* quod non apponebatur ſibi remedium humana potentia*:* Et aporiatus eſt, .i. de miſeria, & infælicitate eorum moleſtatus. *Vbi apparet, non diſplicere Deo, imò contrarium ei moleſtum eſſe, cum homines laboribus ſuis apponunt remedium humanæ potentiæ.*

CLXXXVIII.

A*Rchiepiſ. Tranenſis Aluares Com. ibi ſic.* Ideſt ualde diſplicuit ei, quod in terra eſſet tanta rerum omnium deordinatio, ac pauperum oppreſſio, & nullus inueniretur, qui peccatores argueret.

CLXXXIX.

I*Dem iterum ſic.* Ideſt uidit nos omnes deſtitutos uirtute, ac maximis oneratos peccatis. Vidit, nõ eſſe uirum ullum præſtantem, dignũq; nomine uiri, qui ob uitæ ſanctimoniam aliquid ualeat apud Deum, qui & cõmunibus malis occurreret, & cauſam iuſtitiæ, & ueritatis ageret. *Vbi apparet non ſufficere ad placandum Deum aliquem orationibus ſe interponere: niſi etiam valeat cauſam iuſtitiæ, & ſanctitatis apud populum agere. Addatur, quod Interlinialis dicit, hic deplãgi abſentiã Moyſi qui antiquitus Deum contra populum iraſcẽtem orationibus placauit. Sic enim ait.* Quia non eſt uir ſicut Moyſes*: de quo notauit Philo Hebræus de vita Moyſi, quod ſicut cauſam populi orationibus apud Deum orando agebat: ſic cauſam Dei apud populum, gladio, puniendo defendebat.*

CXC.

I*Dem iterum ſic.* Quia non eſt uir. Mente omnes effæminati ſunt. *Vbi apparet omnes mente effæminatos indignos eſſe maſculino, ac virili nomine*

CXCI.

S. *HIER. comm. in Ionam. Ad illud cap.* 3. Et uidit Deus opera eorum, quia conuerſi ſunt de uia ſua mala &c. *ait.* Non uerba audiuit, quæ ſolebat Iſrael ſæpe promittere: Omnia quæcũq; dixerit Dominus faciemus. Exod. 24. Sed opera conſpexit, quia maluult pœnitentiam peccatoris quam mortem*:* Libenter mutauit ſententiam, quia uidit opera commutata.

CXCII.

T*HEOD. comm. ibi ſic.* Non ieiunium, ſed quod iam à uitijs ſe abſtraxiſſent, attendit Deus*: Vbi apparet fruſtra ieiunare, ac ſe affligere pœnitentijs, qui à vitijs ſe non abſtrabit. Addatur quod Theophil. comm. ibi ſic.* Declina, inquit, à malo, & fac bonum: proinde ieiunium non fuit, per ſe ſufficiens, ut propitium redderet, ut placaret Deum, niſi & mores correxiſſent, & bona opera exibuiſſent.

CXCIII.

L*YRA Poſtil. ibi ſic.* Et uidit Deus, .i. acceptauit, & approbauit, ſicut Geneſ. 4 Et reſpexit Deus ad Abel, & ad munera eius. *Vbi apparet nõ correſpondere Deũ noſtris ieiunijs, & pœnitentijs ſua miſericordia, eſſe ſignum, quod talia noſtra opera non approbat.*

CXCIV.

F*ORERIVS in Eſai. Ad illud cap.* 9. Populus, qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam: Et habitantibus in regione umbræ mortis lux orta eſt eis*: ait.* Diciturq; de illa umbra, qua oculi morientium occupantur, quæ equidẽ triſtiſſima eſt, & porta ad mortẽ, & inferos. Ambulare autem, ſeu habitare in umbra mortis eſt, in maximis uitæ periculis uerſari in quibus de uita ſolent homines deſperare. Hoc certè reſpexit Pater Io. Bapt. Viſitauit nos oriens ex alto: illuminare ijs, qui in tenebris, & umbra mortis ſedent. Hinc quoq; ad animum transfertur, ſicut & tenebræ pro peccatis, & peccatorum effectibus, ignorãtia, & triſtitia, &c. Hęc .n. cũ morte ipſa magnã habẽt cognationẽ. Super Galilæos igitur piſcatores, ſuper ignotos, & nullius nominis homines, & obſcuro loco natos, ſuper peccatores,

res, & publicanos, & omnium nouiſſimos &c. Reſplenduit lux Cæli: & illis datum eſt noſce myſterium Regni Dei.

CXCV.

LEO à Caſtro comm. in Eſai. *Ad eundem locum, ait ſic.* Quod Galileam multæ nationes miſtæ Iudæis habitarent, ut diximus factum eſt, ut ueteres Patres hoc de populo gentium dictum putent, qui populus gētium, quod inter Iudæos habitaret, uidit lucem magnam, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hūc mundum, cum Iudæis prædicaret, unde mulier illa Cananæa fuit. *Vbi apparet, quod etſi viuere inter fideles ſit bona occaſio recipiendi caleſte lumen fidei: poteſt tamen accidere, quod recipiendo infideles lucem, quæ inter fideles illucet: ipſi fideles in tenebris remaneāt: Nam videntes populi gentium lucem, quæ orta eſt in terra Iudæorū, ipſi Iudæis in tenebris remanſerūt.*

CXCVI.

ARIAS *Mont. comm. ibi: Ad illud cap.* 42. Et dedi te in fœdus populi, in lucem gentiū, ut aperires oculos cœcorum: *Sic commentatur de Chriſto Domino.* In lucem gentium, ut aperires oculos cęcorū: ignorantia ueri laborantium, tam eorum, qui ex populo Iſraelitico eſſent à cæcis ducti, alijs, quam eorum, qui in Gentium tenebris agerent. Cuius internæ ſanitatis, & magni beneficij ſigna Magnus Ieſus præbebat, cæcorū, etiam qui numquam ab utero matris uiderant, apertis oculis: Nam duplicis cæcitatis genere orbos curaſſe uiſus, & cōprobatus eſt Ieſus; eos, qui aliquando quippiam uiderant, & eos, qui cęci nati fuerant. Priori genere Iſraelitæ legis quidem ac doctrinæ aliquando compotes, uerum poſtea internæ ſignificationis ſpiritu deſtituti: poſteriore uero gētes, ad quas nec legis doctrina nec uatum peruenerāt uaticia, ſignificabātur.

CXCVII.

PROCOP. *comm. in Eſai. Ad illud cap.* 42. Ducam cæcos in uiam quam non nouerunt, & ſemitas eos calcare faciam, quas ignorauerauerunt: faciam eis tenebras in lucem: *ait.* Ideo autē uiæ nomen ſingulariter omnes uſurparunt, ut eam de qua Saluator loquitur, cum uiam ſe eſſe aſſerit quam antea neſciebamus, eſſe demonſtrarent. Semitas deinde ſcripta Prophetarum, in quibus beatæ uitæ ratio nobis aperitur, appellat, Deiq; ignorationem in lucem, & quæ quondam obliqua, difficiliaq; fuerant, plana, & recta fore pollicetur. *Vbi apparet neminem Deum adſe viam ducere, niſi per ſemitas dictorum Prophetarum, & arduum fidei myſteriorum planam cognitionem.*

CXCVIII.

HECTOR *Pinto Luſitanus Ord. S. Hieron. com. in Eſai. Ad illud cap.* 49. Parum es ut ſis mihi ſeruus ad ſuſcitādas tribus Iacob, & fæces Iſrael conuertendas. Dedi te in lucem Gentium, vt ſis ſalus mea vſq; ad extremum terræ: *ait.* Duo hic ait Diuinus Vates, alterum eſt, paucos ex Iudæis fuiſſe conuertendos: alterum verò infinitas gentes à principio ad finem vſque terræ fuiſſe per Chriſtum illuminandas. Id quod ipſis oculis aſpicimus: manentibus enim pleriſq; Hebræorum cæcis, denſaq; caligine circumfuſis, fuerunt Gentiles per Chriſtum animi lucem, veramque ſalutem, & immortalitatem conſequti.

CXCIX.

FORERIVS *vbi ſup. Ad illud cap.* 51. Lex à me exibit, & iudicium meum in lucem populorum requieſcet: *ait.* Dicitur Euangeliū, ſeu prædicatio Euangelica Dei iuditium; quia in eo reuelatur ſenſus Domini: quid .ſ. probet, quid dānet: deinde, qui illud recipit, viuit: qui non recipit, eo ipſo iam iudicatus eſt. Vt ad hunc locum reſpexiſſe videatur apud Ioan. Dominus cū ait. Hoc eſt iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerūt homines magis tenebras, quam lucē. Ergo lux iudicium dici poteſt, quia damnātur ea mala opera. Omne enim, quod manifeſtatur, à lumine manifeſtatur. Ergo hic iudicium Domini in lucem populorum aduentare ait: quia Euangelij prædicatione damnauit Deus mundi opera; & homines agnouerunt, quid quæq; res eſſet, & quanti vnumquodq; faciendum.

CC.

MICHAEL *de Palacio comm. in Eſai. ad illud cap.* 59. Expectauimus lucem, & ecce tenebræ: *ait.* Vtiq; expectant hucuſq; Iudæi lucē, quippe hactenus ſuum præſtolantur Meſſiam. At ecce tenebræ: quia tenebris errorū inuoluti ſunt. Indies enim magis obdureſcunt, palpant enim diuinas muſas ſicut cæci 2. Cor. 13. & in meridie impingunt: quia clariſſimam, & micantiſſimam Euangelij lucem, tanquam veſpertiliones fugiūt, & ſunt in caliginoſis locis, quaſi mor-

Et vidit Deus lucem quod eſſet bona.

tui.i. iã deliteſcimus in ſepulchris noſtræ perfidiæ,quaſi mortui.Nã qui nõ credit in Chriſtum mortuus eſt.

C C I.

ARIAS *Montanus comm.in Eſai. Ad illud c.45* Ego Dominus,& non eſt alter, formãs lucem,& creans tenebras: faciens pacem,& creãs malum: *ait.* Lucẽ quidem diuinam, nocturnaſq; tenebras ex diuini inſtituti authoritate extitiſſe, & conſtare ſemper, ſacræ docent litteræ:verum hoc loco nomina hæc à natura ad humanarum exempla rerum transferuntur:ita vt lux pacem, lætitiam,fœlicitatem, cognitionem,& ſcientiam: tenebræ contra miſeriam,calamitatem,animaduerſionem,caſtigationem,atq; ignorationem ſignificent,vt ſedentibus in tenebris, & in vmbra mortis lux orta eſt eis. *Poſt pauca autem aſſignãs rationem,quare Deus ſe authorem vtrorumq; ſ. bonorum,& malorum prædicauerit, ait.* Atq; ita miſericordiæ, & beneficiorum vſum,contraq; pœnarum, & calamitatum ſenſum, non à varijs numinibus,ſed ab vnius Dei iudicio,& efficacitate proficiſci intelligimus; vt alias decãtatum audiuimus: Dominus mortificat, & viuificat,deducit ad inferos,& reducit:Dominus pauperem facit, & ditat:humiliat & ſubleuat. *Vbi dij terræ habent documentum, vt tales ſe oſtentent, quod ab eis non ſolum bona ſubditi accipere ſperent; ſed mala aduenire timeant; quatenus ſic ad vnum ſolum Principẽ caputq; reſpiciant.*

C C I I.

S. PASCHASIVS, *prout in Caten.Giſlerij,ad illud Tren. 3.* Me minauit,& adduxit in tenebras, & non in lucem: *ait.* Quando voluit eum contere in infirmitate. (iuxta Iſaiam Prophet. quia reputatus eſt quaſi leproſus,& percuſſus à Deo, atq; humiliatus)tunc vtiq; quaſi adductus eſt in tenebras, & non in lucem, & tenebræ eum non comprehenderunt. Quod autem ait,quia(minauit) eum, non ſolum ad eum reſpicit,quem terroribus ſęculi,& paſſionibus Pater tradidit,verũ & ad omnem Eccleſiam, quam ſibi,minis ſubiecit,& terroribus. Et adduxit, non in lucem, huius vitæ proſperitatis, ſed in tenebras anguſtiarum,præſſurarumq; afflictiones. Cuius itaq; vox eſt (me minauit) quia multis eã diſciplinis erudit,atq; prouehit. Verumtamen in præſentiarũ: in tenebras,& non in lucem:quoniam eam magis ad lutum, & mæſtitiam, quam ad lætitiam,& gaudium vocauit.

C C I I I.

S. CYRIL. *Alex. comm.in Eſai. Ad illud cap. 60.* Non erit tibi amplius ſol ad lucendum per diem,nec ſplendor Lunæ illuminabit,ſed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam: *ait.* Extremis.n. ſæculi temporibus excitatis his, qui in terra iacent,& deſcẽdente de cælo omnium noſtrum ſeruatore Chriſto, cum ſanctis Angelis in gloria Patris, irritus fiet elemẽtorum ſplendor, nouoſq; cęlos,ac nouam terram,& promiſſiones eius expectamus,ſecundum id,quod ſcriptũ eſt. Tale quid etiam dixit ſeruator noſter Matt. 24. In diebus illis Sol obtenebrabitur, & Luna non dabit lumen ſuum.Satis.n. erit ſanctis ad lumẽ præbendum, ipſa ſeruatoris gloria.

C C I V.

IDem *ibidem ad illud.* Non occidet vltra Sol tuus,& Luna tua non minuetur: quia erit tibi Dominus in lucem ſempiternam: *ait.* Lux .n. Solaris,& pręterea Lunaris,perutile quiddã eſt, & neceſſarium corporeis oculis: ſed noctu lux Solis contrahitur, interdiu Lunæ.Mutua enim viciſſitudine cedunt ſibi ipſi inuicem dum apparent. Atqui lux diuina,& intelligentia percepta, quam credentium cordibus immittit vniuerſarũ ſeruator, per Spiritum ſanctum, & per eos, qui myſterium norunt tradere, inextincta eſt, & iugis,& ſemper lucida: adeoq; qui vt cuiuſq; mẽs nec ſolis opera, nec lunæ opus habeat,quod ad illuminationem,& viſum attinet.Non .n. luce ſub ſenſus cadente illuſtratur mens: ſed potius ſanct. Spiritus illuſtratione, & ſplẽdore ſatis valet ad percipiendam,& intuendam Domini gloriam, vtq; ſcire poſſit quantum habeat cum parente ſuo cognitionem,& quæ ſint vera ſine errore vię optimę vitæ.Factus eſt igitur nobis Lux æterna Chriſtus.

C C V.

S. HIER. *comm. in Hierem. ad illud cap. 3.* Expectabitis lucem, & ponent eam in vmbra mortis,& in caliginem: *ait.* Hoc itaq; præcipit:vt antequam ducerentur in captiuitatẽ, & ſeruitutis malũ ſentiant,agant pœnitentiam. Cumque expectent lucem,ſeſſuri ſunt in tenebris. Sin autem, inquit,me audire nolueritis, in abſcondito, iuxta Aquilã in tenebris, plorabit anima veſtra

à fa-

Et vidit Deus lucem, quod eſſet bona.

à facie ſuperbiæ (ſiue iuxta 70.) iniuriæ, vt nec gemitus quidem,& ploratus liber ſit:ne victorũ offendantur oculi. *Vbi apparet, illum eſſe miſerrimum ſtatum, quando tyranni victores non ſolum non compatiuntur lachrymis captiuorum, ſed potius offenduntur, voluntq; vt miſeri captiui in extremo miſeria, vt Sanſon, tympano coram ipſis ludant, ſaltent, & cantent*, Hymnum cantate nobis de canticis Sion.

C C V I.

R*VPERT. Abb. comm. in Mich. Ad illa verba, quæ, inter cætera, dicit in perſona Hieruſal. captiuæ Babyloni dominanti :* Educet me in lucem, videbo iuſtitiam eius. Et aſpiciet inimica mea,& operietur confuſione, quæ dicit ad me, vbi eſt Dominus Deus tuus? *quæ verba Lyra Poſtil. ibi ſic commentatur ;* Educet me in lucem conſolationis: *ait ſ. Abbas.* Hoc iam fieri nunc cæptum eſt, quãdo & pueri tres educti ſunt de camino ignis, & Daniel de lacu leonum, videntibus gloriam eorum, imò Dei per eos, Babylonijs, & confuſione opertis, qui illos accuſauerant. Per actum eſt autem quãdo Babylon à Perſis,& Medis ſubuerſa vidit per alios ſolui captiuitatem,& reædificari Hieruſalem, quam ſuccenderant igni. *Vbi apparet, per nullũ ſic confundi impios, quã cũ per cõſolationẽ ſuperuenientẽ reſocilantur pij ab eis oppreſſi, & maxime cum ab alijs ſe opprimentibus vidẽt reſarciri pijs damna, quæ ipſi ſanctis à ſe oppreſſis intulerunt.*

C C V I I.

T*HODORE. prout in Gloſ. in Hiere. Ad illud cap. 6.* State ſuper vias,& videte, & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea: *ait*. Multę quidem viæ ſunt ſancti Prophetæ: via autem verè bona eſt Dominus noſter. Ioan. 14. Ego ſum via, veritas,& vita. Ad hanc tamen ducit vnaquæq; viarum Propheticarum. Sicut .n. vna eſt via, quæ ducit ad maximas vrbes, quam regiam appellare ſolemus, ad hanc porro ſemitæ quædam à pagis,& agris defluentes, dirigunt: ſic vna eſt via, quę ducit ad patrem, nempe vnigenitus filius Dei,& Beati Prophetæ, veluti ſemitæ ducũt ad hanc eos, quibus per hæc ire libuerit. *Vbi Prædicatores, & Doctores Eccleſiaſtici, qui vices gerunt Prophetarum attendant, ne ſemitæ incluſæ,& ſine exitu, ideſt in ſe, ſuamq; commoditatem recludentes auditores, magis quam ducentes ad viam regiam, Chriſtum ſ. ſint, aut alio à via ſalutis dirigant.*

C C V I I I.

C*LEMENS Alex. Stromatum lib. 5. ſic.* Pulcherrimè dicitur Hierem. State in vijs, interrogate ſemitas æternas, quæ nam ſit via bona & in ea ambulate, & inuenietis expiationem animabus veſtris, interrogate, inquit, & audite ab his, qui norunt citra contentionem,& decertationem. *Vbi apparet quam perplexos faciant plebes ſemplices: contentiones,& decertationes modernorum doctorum, qui minime ſine contentionibus, & decertationibus docere norunt.*

C C I X.

I*NTERL. ibi ſic correſpondet.* Interrogate de ſemitis antiquis: Quæ multorum ſanctorum ſunt tritæ veſtigijs: Quæ ſit via bona: In Euangelio. *Vbi apparet illam ſolam eſſe inſequendam doctrinam, quæ à ſanctis Patribus, & pluribus trita cognoſcitur: & quod ille modus viuendi religionis, eſt magis Euangelio informis: q magis,& à pluribus ſanctis Patribus antiquis tritus videtur: & è contra. Addatur illud Hug. Card. Poſtil. ibi.* Quia vt dicitur vulgariter: Antiqua via melior eſt,& ſecura. Contra illos, qui ſemper inuentiones vanas in pœnitẽtia, vel in religionibus adinueniũt. *Et illud Abbatis Ioachim comm. ibi.* In antiquis eſt ſapientia, in modernis ſtultitia: & idcirco imitanda ſunt ueſtigia ſeniorum,& interſerendi ſunt pani ueteres cum nouis in ſubſidium. *Vbi non parum arguuntur moderni in vtroq; genere, quia cum ſit eorum munus ſubſidium eſſe antiquis Patribus, ne per malitia temporum collapſa antiquorum doctrina,& norma viuendi penitùs depereat, ipſi è contrario, vt ſolos ſe nouos introducant deſtruere, anihilare, infamare antiquas non verentur à ſanctis Patribus datas doctrinas,& regulas monachales. Addatur illud Capellæ Cart. comm. ibi.* Eam viuendi rationem rectam eſſe innuit, quam antiqui patres, qui Deo placuerunt ſecuti ſunt, & nos docuerunt.

C C X.

C*APELLA Cart. comm. ibi ſic.* Attende autem qua ratione dicat: Interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona. Eſt .n. impietas antiqua, vnde non continuò ex eo, quod aliquid antiquum eſt, bonum eſt cenſendum: ſed quod iã ab antiquo bonum iudicatum eſt, id bonum cẽſeri debet. Eſt quidem antiqua impietas, ſed &

ab

Digitized by Google

Et vidit Deus lucem quod eſſet bona.

ab antiquo damnata. Sic etiam hæreſes quantũuis antiquæ ſint, antiquitùs etiam ſunt damnatę, vt quò antiquiores ſunt, eò damnabiliores ſint. Vnde merito ſemper nouitatis nomen obtinẽt, quamuis vetuſtiſſimæ ſint. Nunquam .n. inter Eccleſiaſtica dogmata locum habere meruerũt. Vnde Paulus Timotheo 1. 6. O Timothee depoſitum cuſtodi, deuitãs prophanas vocum nouitates, & oppoſitiones falſi nominis ſententias. *Vbi apparet ſolum approbatũ, vt antiquũ eſſe ſequẽdum, honoremq; antiquitatis gaudere.*

CCXI.

S. *HIERO. Com. in Oſe. ad illud cap. 4.* Super capita montium ſacrificabant, & ſuper colles accendebant Thymiama: ſubtus quærcum, & populum, & terebynthum: quia bona erat vmbra eius: *afferens illam legem Deut. 12. qua præcipiebatur filijs Iſrael nè in montibus, neq; ſub arboribus adolerent, aut Deo ſacrificarent; ait:* Econtrariò Iſrael ſacrificabat in montibus, & in collibus adolebat incenſum: excelſa terræ diligens loca, quia excelſum relinquerat Deum, & vmbram quærens perdiderat veritatem. *Vbi apparet, quod excelſa terræ quærere, denotat Deum excelſum amiſiſſe: & quod Iudæi ideò non inueniunt Deum, quia vmbram magis, quam veritatem diligunt.*

CCXII.

I*Dem ibi iterum ſic:* Hæretici ſublimitatem ſibi dogmatum repromittunt, & ſacrificãt ſubter quærcum. & populum, & terebynthum, infructuoſos arbores: ficum & vineam nõ habentes, ſub quibus Sanctus requieſcere dicitur. Aſſumunt autem ſibi interdum terebynthum, quæ iuxta Eſai. 6. folia non habet, vt Abrahæ imitari videantur exemplum. *Vbi apparet, quod doctrinas altas, & infructuoſas docere: eſt indicium, & ſapit hæreſim: & quod hæretici ſi aliquandò vitam aſperam exercere cognoſcuntur, eſt non quod illam diligant: ſed quod Sanctorum Patrum imitatores ſe oſtẽtare deſiderant.*

CCXIII.

G*LO. ibi ſic:* In lege præcipitur, vt in loco quę Dominus elegerit ſacrificetur, & iuxta tẽplum lucus, & arbores non plantentur, nè voluptuoſa loca religionem emolliant. *Hieron. cuius ſunt hæc verba Glo. non dicit:* Emolliant: *ſed*, deſtruant. *Vbi apparet, ſtudendum eſſe, nè iuxta Religioſorum loca, blanda, & iocunda huius Mundi ſtatuantur. Emolliuntur enim talium vicinitate Religionum auſteritates; quibus emollitis tota deſtruitur Religionis obſeruantia.*

CCXIV.

R*VPERT. Abbas Com. ibi ſic:* Hæc erat ſpiritualis fornicatio, de qua dixit, & fornicati ſunt à Deo ſuo. Et notanda, ſecundum hæc verba vaga licentia, ſiuè licentioſæ fornicationis huiuſce vagatio. Non dixit in angulis, aut cubiculis ſacrificabant, ſed ſuper capita, inquit, montium, ſuper colles foris ſub diuò, in publicò ſubter quærcũ, ſubter populum, non ꝙ propter metum alicuius neceſsè haberent ſubtegi ſaltem ramis, & frondibus, ſed quia bona erat vmbra eius. *Vbi apparet, hæreſim, & fornicationem eſſe inuerecũda, audaciaq; vitia: neq; .n. etſi aliquandò eligũt loca occulta, eſt ob timorem, ſed ad maiorem commoditatem.*

Ex Epiſt. Apoſt.

CCXV.

S. *AVG. Epiſt. ad Italicam: Afferens per occaſionẽ illa verba Apoſt. 1. Timot. 6.* Et lucem inhabitat inacceſſibilem. *ait ſic:* Et audiuimus tamen, Accedite ad eum, & illuminamini. Quæ vtique ſoluitur quæſtio, vt inacceſſibilis ſit viribus noſtris, accedatur autem ad eum muneribus ſuis.

CCXVI.

T*HEODORE. Com. ibi ſic:* Sed nec hoc Deo conuenit, habet enim naturã, quæ nequit circumſcribi Si autem habitat lucem, ab ea circumſcribitur: Verum enimuerò eum laudat, vt poteſt, & quoad poteſt peruenire reſpicit. Si autem ad lucem, quæ eſt circa ipſum accedi non poteſt, quomodo poteſt ipſe videri? *Vbi apparet, Deum à nobis adæquatè minimè laudari poſſe: & ſi aliquandò pro noſtro captu ad omne poſſibile perueniatur. Addatur illud S. Athan. Com. ibi ſic:* Vides quemadmodum cum magnũ aliquod proloqui volumus, lingua non ſuppetat. *Et Chriſoſt. Hom. ibi ſic:* Vides vt cum magnum aliquid loqui geſtit linguæ deficit vſus?

CCXVII.

L*YRA Poſtil. ibi: ait inacceſſibilitatem hic, non dici impoſſibilitatem accedendi ad Deum: ſed tollere præſumptionem comprehendendi ipſum: ait .n.* Et lucem inhabitat inacceſſibilem: quia nõ pôt pre-

Et vidit Deus lucem quod eſſet bona.

prehendi ab aliqua creatura, propter eius infinitatem, & hæc incomprehenſibilitas vocatur hic inacceſſibilitas.

CCXVIII.

BEDA *Com. ibi, quaſi concinnens ſuperiori interpretationi, ait*: Per hoc enim videri ab homine non poteſt, per quod videt homo corpore corpora. Nam etſi mentibus piorum eſſet inacceſſibilis, non diceretur: Accedite ad Deum, & illuminari. *Vbi apparet, minimè dubitandum eſſe de illis bonis conſequendis, ad quæ nos inuitari à Deo audierimus: etſi ex aduerſo impoſſibilitas apparere cognoſcatur: modo tamen nobis conuenienti. Addatur illud Diony. Cart. Com. ibi:* Poteſt tamen homo ad eum accedere in via per fidem, & gratiam, & in patriam per claram viſionem. Propter quod ait Pſ. 17. Accedite ad eum, & illuminamini. Et ad Hebr. dicit Apoſt. Accedamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius.

CCXIX.

HVGO *Card. Poſtil. ibi ſic:* Sed contra 3. Reg. 8. dicitur: Dixit Dominus, ut inhabitaret in nebula. Pſ. 17. Poſuit in tenebris latibulum ſuũ. Solutio. Deus habitat in ſe ut lux, quæ dicitur in acceſſibilis, quia nullus ad eam accedit ex ſe: in creaturis autẽ habitat ut in tenebris: quia creaturæ, & tenebræ ſunt ex ſe.

CCXX.

S. IOAN. *Chryſoſt. Hom. 18. ibi: notans, quomodo Apoſtolus hic de Deo tanta dixerit: ait:* Conuenienter omninò, ac neceſſariò hoc in loco de Deo plura diſſeruit, quia enim ipſum adduxerat teſtem, plura de teſtis dignitate proloquitur. *Vbi apparet, quã digni debent eſſe teſtes, vt credatur eis, ſiquidem Apoſtolus non contentus Deum adducere in teſtem, de eius dignitate tanta diſſeruerit.*

CCXXI.

IDem *Homil. 13. in Epiſt. Rom. Ad illud cap. 7.* Si autem quod nolo, illud facio; conſentio legi, quoniam bona eſt lex. *quod ille ſic legit:* Si autem quod odi: *ait:* Vides interim mentem non corruptam, ſed in ipſa actione propriam ſeruantem nobilitatem: Etſi enim uitioſitatem pertractat, tamen illam odio habens pertractat. Quod legis tàm naturalis, quàm ſcriptæ maxima laus fuerit. Nam quod lex bona ſit, ait, conſtat ex iis, ob quæ me ipſe accuſo, dum legi non auſcultans, id ipſum odi, quod feci. At qui ſi lex peccati author foret, quonam pacto ipſi condelectans, conſentiens, quod fieri illa iubet, odio haberet? *Addatur illud Claudij Guilliandi, Com. ibi ſic:* Bona, inquam, eſt lex, uidelicet quoniam me ipſum accuſo, tranſgrediens legem, odioq; perſequens peccatum. *Vbi apparet, non per peccata ita diffamari leges, & ſtatuta, quantum per complacentiam, & ratificationem ipſorum delictorum. Vndè complacentes in malefactis inſinuant legibus ſuis non probiaeri à talibus: & quod tandiù anima ſuam nobilitatem, etiam in ipſa culpa, conſeruare videtur, quandiù, quæ malè agit odiſſe demonſtrat. Addatur commentum Diony. Cartuſ. ſic:* Si autem quod nolo: ſecundum rationem: Illud facio: Secundum ſenſualitatem. Conſentio legi, quoniã bona eſt: Ideſt legẽ approbo, quia quod illa prohibet, ratio mea malum eſſe cognoſcit. *Vbi apparet, malum malorum eſſe rationem approbare, quæ lex prohibet diuina. Hoc præcipuè militat contra hoc quod dicitur (ratio ſtatus) per quam nimis diuina derogatur lex, cùm per illa approbetur, quod diuina lex prohibere cognoſcitur.*

CCXXII.

LYRA *Poſtil. ibi ſic commentatur:* Si autem, qđ nolo: Secundum rationem: Id facio: Tactus per ſenſualitatem: Conſentio legi, quoniam bona eſt: Quia prohibet illud, quod eſt odibile ſecundum dictamen rationis rectæ. *Vbi apparet, per nil aliud leges iuſtificari, quam per repugnantiã rationis, quam ſentit is, qui illas frangit.*

CCXXIII.

THEODORE. *Com. ibi ſic:* Illud enim odium, quo in peccatum afficior, à lege accepi. Legem itaq; defendo, & eã rectè habere fateor. *Vbi apparet, odium in peccatum oriri à prohibitione legis: bonoſq; cum in peccatum incidunt, non legem, ſed ſe ipſos condemnare: in impijs contrarium videtur, ſe excuſant: legem, ac præcepta condemnantes.*

CCXXIV.

NACLANTVS *Com. ibi. ſic commentatur:* Quod odi ſecundum mentem, ac regenitam partem: Malum: Legiq; ſpirituali aduerſum; Illud facio: Secundum carnem: Quæ cùm regenita nõ dum ſit, ſi quæ carnis ſunt ſapit, mirum non eſt. Quare haud dubium: Quod: Mente: Conſentio legi: Probans: Quod bona eſt: Vt quæ ſpiritualis exiſtens, mentem, quæ ſpiritus eſt, indubitanter foueat. Et licet ita ſit, licet & regeneratis, hæ partes offendantur contrariæ, nõ ea tamen prorſus per-

E

peruerſitate in ſuperiorē inſoleſcit inferior, qua in non regenitis ſolet : quos & per conſenſum mentis in ſuam libidinem trahit, & velut dominam conſenſum aduerſum legem extorquet. *Vbi apparet, quod peccare, inſuper & legem, vt malam condemnare, aut in factum extorquere, non eſſe Chriſtianorum, ſed infidelium : vndè hæretici noſtri temporis, vt diaboli inſtrumenta, vt vitia licentiùs deſeminarent legem Chriſti Euangelicam primo extorquere conati ſunt, vt ſic vndè ſpiritus, & ſpiritualis pars foueretur minimè adeſſet, impudenterq; caro regnaret lege rationem non remordente.*

CCXXV.

S. *AMBR. Com. ibi ſic:* Probet legem rectè prohibere, quando inuitum ſe hoc facere, quod lex vetat profitetur, & naturæ ſuæ dicit eſſe, qđ mandat lex, quia quod extra facit, odioſum ſibi dicit. *Vbi apparet, legem Chriſti diffamari perhiberam licentiam peccandi Chriſtianorum: iudicant .n. infideles (vt ego a multis audiui) non poſſe eſſe prohiberi peccata per noſtram legem, quæ tam licentioſè, nullo cogente, Chriſtiani committunt: imò naturam ipſam infamant, legemq; peccatis conſentire factis ſuis prædicant.*

CCXXVI.

V*IGERIVS Com. ibi ſic:* Quaſi dicat: Si facio, quod nolo in vniuerſali malum, quod lex prohibet, conſentio legi, ideſt, voluntas mea eſt concors legi, quę hoc prohibet, quod ego nolo, & ideò conſentio legi, quod bona eſt. Manifeſtum enim, quod inclinatio hominis ſecundum rationem eſt ad nolendum bonum, & volendum ſiuè fugiendum malum, ſecundum naturam, vel gratiam, & vtraq; inclinatio eſt bona. Vndè ſequitur, quod lex, quæ huic inclinationi conſentit, & fauet, præcipiendo bonum, & prohibendo malum, eadem ratione ſit bona. Ideò Salomon Prouer. 4. Donum bonum tribuam nobis, legem meam nè derelinquatis. *Vbi apparet, & quod execrandi ſint tanquam irrationales, qui ità peccant, quod etiam legem id prohibentem condemnant: & quod lex quando eſt bona etiam ipſis delinquentibus eam frangentibus per fragilitatem apparet bona ſecūdum rationem.*

CCXXVII.

M*AGIST. Soto Comm. ibi ſic* : Si quod nolo, inquit, illud facio, in hoc quod nolo, conſētio legi, quia bona eſt .i. obtempero illi. *Vbi apparet, etiam in modo peccandi cognoſci obedientiam legis, & affectum: nempè quando per dictamen rationis mihi non placet fieri, quod facio per fragilitatem carnis, & vim tentationis. Addatur illud Origen Com. ibi ſic:* Quod ſi iudicium de bono habet voluntas, conſuetudo autem carnalium vitiorū, quæ lex carnis, vel lex membrorum appellata eſt, obſiſtit, & ſurripit, ex eo, quod bona voluntate gero, licet agam mala, tamen quia inuitus ago conſentio legi Dei, quoniam bona eſt. Odi enim mala, & cupio agere bona, quæ lex iubet.

CCXXVIII.

S. *IOAN. Chryſoſt. Homil. in Rom. 12. ad illud:* Vt probetis, quæ ſit voluntas Dei bona, benè placens, & perfecta. *quæ ille ſic legit:* Vt probetis vos, quæ ſint potiora, quæ ſit voluntas Dei bona accepta, & perfecta. *ait:* Qui præſentibus rebus afficiuntur, qui diuitias beatas exiſtimāt, qui paupertatem vilipendunt, qui potentatus ſectātur, qui ad externam gloriam anhelant, qui ſeipſos magni faciunt, ſi quando ſplendidas domos ædificarint, ſepulchra prætioſa comparauerint, mancipiorum greges habuerint, multamq; eunuchorum copiam circuntulerint. Illi .ſ. ignorāt, & quæ ſibi vtilia, & quæ Dei ſit voluntas. Sunt autem autem vtraq; iſta vnum quiddam. Nam quæ vtilia nobis ſunt, illa vult Deus, & q̄ Deus vult, illa demum & vtilia nobis. Quæ ſunt ergò, quæ Deus vult? vt in paupertate viuamus, in humilitate, & in contemptu gloriæ, in temperātia, non in delitijs: in tribulatione, non in quiete: in luctu, non in cachino ac riſu: inq; alijs, quæ ſingulis decreuit. Sed ſunt multi, qui iſta tanquā malum omnem auerſentur, tantum abeſt, vt putent eſſe & vtilia, & Dei voluntatem.

CCXXIX.

S. *ANSEL. Com. ibi ſic commētatur:* Probetis, quæ ſit voluntas Dei (bona) in his, qui bona inchoant: (Et beneplacens) in his, qui perſeuerāt, (Et perfecta) in his, qui conſummant. Vel (bona) quantum ad coniugatos: (beneplacens) quantū ad continentes: (perfecta) quantum ad virgines. *Addatur illud S. Hiero. ibi:* Hoc eſt, quod bonum ſit, & melius, & optimum.

CCXXX.

I*Dem deducens expoſitionem prædicta ſententia à ſuperiori, nempè:* Et nolite conformari huic ſæculo, ſed renouamini in nouitate ſenſus veſtri, vt

pro-

Et vidit Deus lucem quod eſſet bona.

probetis quæ ſit voluntas Dei bona,&c. *ait:* Niſi enim à Domino renouatus ſit ſenſus noſter, & Dei ſapientia illuminatus, probare non poteſt quæ ſit volũtas Dei. In multis enim putatur voluntas Dei,& non eſt: vbi errant,& fallũtur, qui ſenſum non habent diuinitus reformatum *: Vbi apparet, quam iuſtè à ſanctiſſ. Papa Paulo. V. Angelicus Doctor vocatus fuerit:* Verus diuinæ voluntatis intepres: *& non eſſe mirum quam plurimos, imò ferè omnes eius modernos impugnatores, in omnibus ferè errare cum eos videamus in multis conformari huic ſæculo,& minimè reformatos ſeu renouatos in ſpiritu,&c. Addatur illud. S. Athan. ibi ſic:* Qui enim mentem geſſerit vetuſtate confectam, abeſt à diuinæ voluntatis cognitione: quæ ſanè exigit, vt in ſpiritu,& paupertate, viuatur, & luctu,& alijs rebus, quæ lege cauit: at qui mẽte, & animo, innouatur, tenent haud dubiè quid Deus velit.

CCXXXI.

SATHAN. *Com. ibi coniungens quod ſequitur:* Et benè placens,& perfecta: *ait:* Primũ itaq; aduerte, quæ ſit Dei voluntas in bonum: Qua percepta, quid illi deinceps ſit beneplacẽs ſpecta: ſunt nanq; bona pleraq; quæ vel tẽporis ratione, vel perſonæ nihil placeant: v.g. Bonum eſt quidem Deo offerre incenſum: Ozias tamen quum cum id obtuliſſet, nõ placuit: Bonum præterea fuit, vt Dei arcana diſcipulis crederentur: haud tamẽ erat, quum nondum tempus adeſſet, Deo id placitum: non enim, inquit, poteſtis nunc portare. Quum autẽ ſimul & bonum erit, & beneplacens: curandum eſt vt pfectum, & integrũ ſit: Quod bonum quum erit hoc modo abſolutũ, vti res poſtulabit, tribuendum eſt: non mancum, vel imminutum: ſed in ſimplicitate, id eſt, affatim & liberaliter: Quod ſi parcè illud donetur: nihil ſanè perfectionis menſuræ modum aſſequetur iſtiuſmodi largitor. *Vbi apparet, quare multorum bona opera non acceptentur, ſcilicet, vel quia vel non debitè, vel quia non integrè,& perfectè ſed diminutè fiunt.*

CCXXXII.

IDEm *ibidem ſic:* Poteſt ſecũdum Baſilium: *Ex quo modo loquendi apparet hoc commentum in Epiſt. Pauli nõ eſſe Beati Athan. Epiſcopi Alexãdriæ, ſed alterius: (non deſunt qui affirment eſſe cuiuſdam Ordinis Prædicatorum) præceſſit enim ille. D. Athan. multo tempore Diuum Baſilium: nihilominus ſunt digniſſima commentaria: ait inquam:* Poteſt ſecundũ Baſilium Dei voluntas, vel in hunc modum intelligi: quod multa vult Deus, quæ partim quia nobis in beneficium cedãt,& bonitate ſint plena, bona dicuntur: partim mala quia inferũt malum: Quod profectò cũ fit, quum noſtris in prauis facinoribus iraſcitur Deus: tametſi illorum finis optimus ſit futurus; Debemus igitur bonã hanc Dei imitari volũtatem: Quæ verò fuerit ad malum procliuior, nequaquam erit ſectanda: nõ enim ipſi inferendorum malorum ſumus miniſtri, ſed poteſtates illę peruerſæ funguntur hoc munere: *Vbi non parum percutit hoc aliquos Prælatos, qui cum bona facere & miniſtrare ſubditis renuant: ad inferenda ſupplicia, miniſtros Dei ſe iactãtes, procliuiores, imò procliuiſſimi ſunt.*

CCXXXIII.

THEODORE. *Com. ibi totam, vt reuera vnam, complectens ſententiam, nempè:* Sed reformamini in nouitate ſenſus veſtri, vt probetis, quæ ſit voluntas Dei bona,&c. *ait:* Hic quoq; ſuadet, vt, qui ad id, qnod eſt deterius propendent, reuertantur ad meliora. Illud enim ſignificat hoc (reformamini.) Docuit autem,& quæ ſit virtutis cum præſentibus collatæ differentia. Ea enim figuram appellauit: virtutem autem formam. Forma autem res veras ſignificat. Figura verò res eſt, quæ facilè diſſolui poteſt. Porrò autem liberam animæ poteſtatem oſtendit, cum eam & rationẽ iuſſit renouare, & à deterioribus meliora diſcernere. Hæc enim appellat Deum colere. *Sed vt melius hæc doctrina intelligatur addo immediatè præcedentem ad illud:* Et nolite conformari huic ſæculo: *vbi S. Pater ait:* Figuras vocat ea, quæ ſunt præſentis ſæculi, vt opes,& potentiam, nobilitatemq; & generis claritatem. Res autem, ea, quæ futura ſunt, vt quæ ſint ſtabilia,& ſufficientia. Ita etiam alibi; Prçterit enim figura Mundi huius. Multi enim ex ſumma rerũ omnium copia in extremam inopiam ceciderũt. Alijs autem, qui ex pauperibus nati ſunt, magni magiſtratus,& ſumma imperia credita ſunt. Alij autem, qui ſupercilium contrahunt, & buccas inflant, & ſe eſſe omnibus præſtantiores exiſtimant, protinus correpti puluis fœtidus facti ſũt. Vult itaq; Diuinus Apoſtolus non ijs nos inhiare, nec huius vitæ figuram diligere, ſed ea perſequi, quæ vitam æternam conſiliant. *Vbi inter*

Et vidit Deus lucem quod eſſet bona.

cætera, quæ patent, notetur, quod aliud eſt, conformari, aliud, reformari, illud enim tantummodò figurã, iſtud rem, & formam inſinuat.

CCXXXIV.

HVGO *Card. Poſtil. ibi: ſic commentatur:* Vt probetis: Per ſollicitudinem, diſcuſſionem, & experientiam. 1. Teſſal. vlti. Omnia probate, quod bonum eſt tenete. 1. Ioan. 4 Chariſſimi nolite credere omni ſpiritui: ſed probate ſpiritus, ſi ex Deo ſint. Bona: In prohibitionibus. Beneplacẽs: Quò ad præcepta. Perfecta quo ad conſilia. Et notari poſſunt tres ſtatus: incipientium, proficientium, & perfectorum: qui deſignati ſunt in Euangelio, Math. 25. Primus, vbi Dominus pauit turbas panibus hordeaceis per quos ſtatus pœnitentium. Secundus, in eodem, per illos, quos pauit panibus triticeis. Et tertius Math. 26. vbi pauit diſcipulos ſuos carne, & ſanguine ſuo; quod eſt perfectorum.

CCXXXV.

CAET. *Com. ibi, notans iſtas tres excellentias diuinæ voluntatis aſſignatas ab Apoſtolo, nempè:* Bona: complacens: perfecta. *ſic illas explanat:* Vt tanquam ſentiendo experimento cognoſcant voluntatem Dei bonam, & ita bonam, vt nulli malam, & beneplacentem, quaſi ſuauem guſtui, & perfectam, non deficientem, ſed fouentem, atq; ad perfectionem ducentem. *Et anteà ſic:* Nõ ſolum vult voluntas Dei bona, ſed etiam quantũ ex ſe, grata ſeù ſuauis eſt omnibus. Et perfecta, tum quia nihil ei deeſt, tum quia ad perfectionẽ adducit quæcunq; vult bona. *Vbi apparent, partes neceſſariæ ad de bonitate qualificandam quandã voluntatem: nempè, ſi non ſolum bona, & nulli malũ vult, ſi omnibus ſuauem ſe præbet, ſi deniq; quod vult vſq; ad perfectionem indeſinenter perducit. Nam defectus in quocunq; iſtorum malam voluntatem oſtendet, & facit.*

CCXXXVI.

SATHAN. *Com. in 1. Cor. 5. Ad illa verba quibus Apoſtolus concludit, increpationem illis factam, ex eo, quod noluerint, ſeù doluerint puniri quendam adulterum:* Non bona eſt gloriatio veſtra: *ait ſic:* Oſtendit hoc loco Corinthios nihil permiſiſſe adulterum hunc pœnitere: quia huius ſapientiam gloriæ ducerent. Erat enim is apud eos habitus è ſapientibus vnus. *Vbi apparet, Communitates non benè gloriari de indiuiduis literatis, & ſapientibus impijs, eiſq; ob eam cauſam indulgere. Et illud S. Anſel. Com. ibi:* Nam & malè viuentes irretiuntur ſibi ſocietate perditæ conſcientiæ, & dicuntur ſe amare, nolle diſcedere ab inuicem, ſuis collocutionibus conciliari, deſiderare ſe abſentes, gaudere ad mutuam ſibi præſentiam, ſed amor iſte tartareus eſt.

CCXXXVII.

S. AMBR. *Com. ibi ſic:* Non eſt bona gloriatio veſtra: Hoc eſt, mala. Læti enim erant, cum magis contriſtari debuerãt in fratre tam acerbè peccante, ſicut triſtis fuit Samuel in Saule peccante. A quo crimine mali Doctores, aut diſſimulabant, aut negligentius arguebant, ſicut & Heli Sacerdos filios ſuos peccantes in Deum, nè amarus eis eſſet, non eos arguebat.

CCXXXVIII.

DIONY. *Cart. Enar. ibi ſic:* Gloriatio qua vos iuſtos iactatis, bona non eſt, eoquod tantum peccatum inter vos toleretis: Qui enim nõ corrigit, cũ poteſt, & debet, communicat delinquẽti, & particeps eſt peccati: *Addatur illud Nicol. de Gorran. ibi:* Oſtendit quod fruſtrà ſe iactant quãdiu illum tolerant.

CCXXXIX.

S. THOM. *Com. ibi ſic:* Non eſt bona gloriatio veſtra: qua ſcilicet de defectibus aliorum gloriamini quaſi vos ſitis innocentes: Debet enim vnuſquiſq; in Domino gloriari de bonis ſiuè diuinitus datis, non de alijs ſecundum illud Gal. 6. Opus autem ſuum vnuſquiſq; probet, & ſic in ſemetipſo gloriam habebit, & non in alio: Dicitur enim Pſal. 51. Quid gloriaris in malitia: *Addatur illud. S. Anſel. Com. ibi:* Superbitis, cum potius lugere debueritis pro fratre tam grauiter peccante?

CCXL.

S. ATHAN. *Com. in 1. Tim. Ad illa verba cap. 1.* Finis autem præcepti eſt charitas ex corde puro, & conſcientia bona. *ait ſic,* Quod prædo aliquis prædonis beneuolentia vinciatur, haud quaquam amor huiuſmodi ex recta conſcientia videtur conſtare, ſed praua. *Chryſoſt homil. 2. ibi ſic:* Nam & in malis dilectio inuenitur: putà latrones latrones amant, & homicidæ homicidas: verum non eſt ea dilectio ex conſcientia bona, neq; ea ex puro corde, ſed ex impuro proficiſcitur, neq; ex fide non ficta.

S. CY-

Et vidit Deus lucem quod eſſet bona.

CCXLI.

S. CYPRIAN. *de ſingularitate Clericorum: Afferens ſupradicta verba contra illos, qui prætextu charitatis fornicarias mulieres domibus ſuis cohabitatrices habebant. ait ſic:* Nudam fœditatem velamento boni nominis tegunt, dum apud eos ſub falſa dilectione, vera dilectio violatur. Sed exclamat charitas, & appellat: Tales ego non iunxi, falſa altera eſt, quæ me ſimulando confinxit. Nunquam Dei præceptis obſiſto, nunquam fluxis faueo, per me ſanctitatem non opto culpari. Calumnias mihi aduerſa germanitas facit, pericula & ego inter falſos fratres incurri. Succurre meus præco, ſuccurre Paule Apoſtole, dic teſtimonium meum, nè quod de me annuncias peruertatur. Finis autem præcepti eſt charitas de corde puro, & conſcientia bona. Dilectio deputabitur, per quam ſanctitatis iniuria criminationibus appetitur? Aut illorum erit ſyncera fraternitas æſtimanda, de qu bus filiæ matris Eccleſiæ perducuntur in culpam? Si talis chriſtiana charitas aduocatur, indubitáter odia meliora ſunt, quæ dum ſeparant, neminem maculant. Hæc autem parricidialis dilectio fratres, perſecutores adunare cõſueuit, qui libenter patiuntur de ſuo conſortio filias Eccleſiæ fornicarias diffamari, contra charitatem, quam Paulus Apoſtolus docuit Rom. 13. dicens: Dilectio proximi malum non operatur. Egregia probatio charitatis, quæ non tantum noxia germanitate officit proximo, ſed etiam ſubiecta non vult eſſe præſcriptionibus Euangelicę, vel Apoſtolicæ iuſſionis. Confundantur adſertores dilectionis huiuſmodi, quos iudicant illi, qui pro communibus commodis, etiam conſanguineam deſerunt charitatem.

CCXLII.

HVGO *Card. Poſtil. ibi ſic:* Hæc tria: Ex corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta: poſſunt referri ad illa tria Deut. 6. Mat. 22. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua .i. ex intellectu ſine errore: voluntate ſine contradictione, memoria ſine obliuione. Similiter dicitur hic: Ex corde puro .i. intellectu ſine errore. Et conſcientia bona .i. ex voluntate ſine cõtradictione, conſcientia enim bona eſt voluntas ſine culpa. Et fide non ficta .i. fideliter, & verè non fictè: quod quidem eſt, quando memoria eſt ſine obliuione. Omni .n. tempore diligit, qui amicus eſt, vt dicitur Prouer. 17.

CCXLIII.

LYRA *Poſtil. ibi ſic*: Eſt enim conſcientia applicatio. Scientiæ ad aliquod particulare agibile, & ideò quando conſcientia rectè applicatur ad bonum operabile, dicitur bona, è contrariò verò mala. *Vbi apparet, per bona opera cognoſci bonam conſcientiam. Addatur illud Cart. Com. ibi:* Applicatio, inquam bona ad agendum, ad cauendum, &c. Multi habent applicationem ſcientiæ malam, & innumera mala indè ſequuntur.

CCXLIV.

S. ANSEL. *Com ibi ſic:* Conſcientiam ponit pro ſpe. Ille enim ſperat, qui conſcientiam bonam gerit, quem verò pungit conſcientia mala retrahit ſe à ſpe, & non ſibi expectat, niſi damnationem.

CCXLV.

CLAVD. *Guilliand. Com. ibi ſic:* Charitatem hic dicit, ſynceram, & quæ non verbis tantum; ſed quæ ex ſententia, & intimo cordis affectu, proximorumq; miſeratione prouenit. Ex corde puro .i. clariſſima conuerſatione. Solet .n. vita impura ſchiſmata facere. Et conſcientia bona, .i. animo ſibi benè conſcio, & tranquillo, & fide non hypocrita, & ſimulata, ſed vera. *Vbi qui pacem in vna Republica, & Communitate conſeruari ſtudent, impuros, & impios ab illa expellere curent.*

CCXLVI.

S. THO. *Com. ibi ſic*: Qui ergò non habuerit cõſcientiam bonam, non poteſt Deum purè diligere, quia qui non habet conſcientiam bonam, timet pœnam. Timor autẽ non eſt ex charitate, ſed fugit Deum, & non vnitur ei.

CCXLVII.

THEODOR. *Com. ibi ad illud:* Scimus autem, quia bona eſt lex, ſiquis ea legitimè vtatur. *ait*: Non inſector legem, ſed malos legis doctores. Scio .n. legem eſſe vtilem iis, qui volunt eius ſcõpum, ac inſtitutum ſeruare. Hoc .n. ſignificat illud. Siquis ea legitimè vtatur .i. ſi quis eius ſcopum ſequatur. Legis autem ſcopus eſt, vt nos ad Dominum Chriſtum adducat: poſt illius autem aduentum nullum dominatum obtineat.

S. Atha-

Et vidit Deus lucem quod eſſet bona.

CCXLVIII.

S. *ATHAN.Comm.in 1.Timot.ad illa verba c.* 1. Scimus autem,quia bona eſt lex, ſi quis ea legitimè vtatur.*ait ſic:*Hoc eſt: ſi non modo hâc quiſpiã verbis interpretetur, ſed & factis adimpleat.Nam qui ea,quæ legis ſunt edocet, opera tamen nil exequatur,legis expers,& illegitimus vel à lege ipſa decernitur.

CCXLIX.

S. *AVG.lib.5.de Baptiſm. cap.* 8. *Combinans hanc ſententiam, cum illa, quæ ſequitur:* Scientes hoc, quia iuſto non eſt lex poſita.*ait:*Quomodo bona,non iuſto poſita? ſed iam iuſtus non eget pædagogo,ſed iniuſtus,vt fiat iuſtus.*Vbi apparet, non eſſe indignum pios,& ſanctos diſpenſari in communibus impoſitis legibus,& præceptis. Addatur illud Theophil.* Quia non expectat, vt ab ea diſcat quid faciendum ſit: hoc enim nouit.

CCL.

S. *IO.Chryſoſt.Hom.2.ibi ſic:* Quod ait huiuſmodi laudat eam ex operibus .i. quippè ſignificat:Siquis ea legitimè vtatur; Sunt enim qui hac minimè vtantur legitimè: putà cum eam verbis exponunt, operibuſq; tranſgredi non verentur.Id autem eſt ea vti non legitimè. Vtuntur enim iſti, ſed non ad vtilitatem propriam. *Addatur illud Hug.Card.*Tales ſunt ſicut illi,qui clamant bonum vinum,& tamen parum guſtant de eo.Item ſicut hiſtriones,qui clamant torneamenta; & tamen nunquam ibi faciunt vnũ ictũ. Talibus non eſt bona lex, quia non in vſum ſui eam conuertunt. Sicut nec vinum bonum eſt dolio,nec granũ horreo,ſed ſtomacho.Malac.2. Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam: Labia dicit: non uenter.

CCLI.

THEODORE.*Com.in 1.Tim.4.ad illud:* Omnis creatura Dei bona eſt,& nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. *ait:* Illud omnis creatura Dei bona, accepit ex ſcriptura Moyſaica Gene.1. Vidit enim, inquit Deus,omnia,quæ fecit, & ecce erant ualdè bona.Illud autem,quod natura bonum eſt, ſi cum gratiarum actione ſumitur, per Dei memoriam ecce iam ſanctum redditur.*Vbi apparet,quantum conducat Dei creaturis,vti cum memoria Dei ſiquidem ſanctum facit, quod etiam ad fruitionem corporis ſumitur.*

CCLII.

S.*BERN.ſerm.66.in Cant.Afferens eadem verba quæ Apoſtol. ſcripſit contra eos, qui abſtinebant ab aliquibus cibis tanquam malis: ait:* Hinc quoq; hæreticos ſe probante ,non ſanè,quia abſtineãt ſed quia hæreticè abſtinent. Nam & ego interdum abſtineo,ſed abſtinentia mea ſatisfactio eſt pro peccatis,& non ſuperſtitio pro impietate, à carnibus abſtineo , ne dũ carnem nimis nutrio, & carnis uitia ſimul nutriam, panem quoq; cum menſura ſumo,nè onerato uentre ſtare ad orandum tædeat, nè uè mihi Propheta improperet, quia panem comederim in ſaturitate. *Vbi Prælati habent documentũ,vt aliquandò etiam abſtinẽtias,& alia bona fieri ſubditis prohibeant,ſi rectè fieri non conſpexerint.*

In Apocal. non inuenitur vllum prædictorum verborum.

Finis Vndecimi Text.

BEDA.

Et diuiſit lucem à tenebris.

I.

B*EDA Hexam. notauit ſingulariter, quod quãuis lux iſta creata ita pdicaretur bona: non tamẽ ita illuminauerit totum Mundũ, quin tenebræ remanerent, à quibus ipſam diuidere opus fuerit: Et ait ſic:* Verum quia non totas Mũdi tenebras lux diſpulit infuſa (hoc enim ſuperni eſt ſæculi: fixa ac perpetua luce perfrui) ſed ab vna illum parte illuſtrans: aliam relinquit obſcuram, rectè ſubditur: Et diuiſit lucem à tenebris: *Vndè benè demonſtratur quod experimur, nullam in hac vita eſſe lucem, ideſt bonum, quæ ex omni parte nos beet: Hoc enim ſolum alteri eſt reſeruatum ſæculo.*

II.

R*VPER. Abb. de victoria verbi Dei lib. 1. cap. 22. Tenens cum communi opinione hic per tenebras intelligi Diabolum, & eius ſequaces, ſicut per lucem Angelos ſanctos: dicit Diabolum, & Angelos eius non in cœlo tenebras fuiſſe factos: neq; ibi ſuam naturalẽ amiſiſſe lucem, neq; enim vbi primò peccauerunt illa in pœnam ſpoliatos fuiſſe: ſed cum tota expulſos: quam nihilominus ſubitò, vt de Cœlo in terram ceciderunt, amiſerunt: Et afferẽs illud Chriſti Domini Luc. 10.* Videbam Satanã ſicut fulgur de cœlo cadentem: *dicit ſic:* Fulgur excuſſum breui lucet: ſtatim diſparet: ita cum dicit: ſicut fulgur, mirãdum innuit motum virtutum cœleſtium, magnũq; prælium Angelorum, Michaele principe cõtra illum, magnumq; ſuper hæc omnia Verbi omnipotẽtis, quod ipſe eſt, tonitruum, excutiẽdum illum, vt de cœlo caderet cum vana luce ſua: protinus extinctus eſt miſer: *Vbi exemplum habent, ſpiritualiter, qui cum peccant non ſe priuari vident bonis gratuitis, nè inſoleſcant: nam etſi fulgur cadẽs adhuc lucet, protinus extinguitur: moraliter Religioſi qui delinquentes in religionibus, vel exeunt, vel expelluntur: nè putent ſcientiam, & cæteras partes quibus in ſuis religionibus fuerũt cõdecorati fuerunt; in ſæculo per multum tempus frui poſſe: Extinguentur enim miſeri, etſi cum omni ſua vana expellantur, vel exeant luce.*

III.

O*LEAST. Com. in Pent. ad litterã ſic:* Non quidẽ loco, ſed ſucceſſione, ideſt, fecit quod lux, & obſcuritas noctis ſibi inuicem ſuccederent, ita vt nulla eſſet commixtio inter obſcuritatem, & lucem: *Vbi patet, diuiſiones factas per Deum non tollere conformitatem, ſed tantũ euitare confuſionem.*

IV.

T*HEOFRID. Abb. ſer. de Sanct. reliquijs ſic:* Reliquiæ Sanctorum ſunt vt prætioſa aromata, & poma odorifera, quę ſi quis manu tractauerit, manus eius eius ab eiſdem odorem ſuſcipit: vt lilia, inquam, & prætioſa aromata reddolent, nares mortalium miri odoris ſuauitate complent. Diſtãtia quippè grandi diuiſit Deus lucem à tenebris, ideſt pios ab impijs, & minus perfectorũ oſſa à Sanctorum oſſibus.

V.

R*VPER. Abb. de victoria Verbi Dei lib. 2. cap. 1 loquens de ruina Angelorum (quæ communiter intelligitur deſcripta in hac lucis à tenebris diuiſione) afferens illud Ezechielis 28. vbi Deus volens deſcribere illam ſub nomine perſona, & rebus geſtis Regis Tyri, primò iubet Prophetam ſuper hunc Diaboli caſum leuare planctum, & flere dicẽs:* Fili hominis leua planctum ſuper Regem Tyri, &c. *Addit ſic:* Non abſurdè vel incõgruè credi poteſt priores Sanctos feciſſe Angelos, id quod ferè iubetur homo Propheta, & Verbi Dei auditor, ſcilicet leuaſſe planctum ſuper illum Regem Tyri, ideſt Principem huius Mundi: *Sed quia huic aſſertioni opponitur illud Iob. cap. 28. vbi Deus loquens de eadem ruina, ait:* Quis dimiſit lapidem angularem eius, cum me laudarent aſtra matutina, & iubilarẽt omnes filij Dei: *Quæ verba ſic idem Pater expoſuit:* Proiecto illo laudauerunt, & iubilauerunt Angeli ſancti participes cum Michaele, & cooperatores victoriæ filij Dei: *Reſpondet ſic:* Neſcit homo viuens quid laudãtes, & iubilantes dicãt Angeli, & ſi quis audiuit quicquam ex eorum dictis, non annuntiauit hominibus totum quod audiuit: quia dicta illorum arcana ſunt, quæ non licet homini loqui: *Et paulò poſt concludit ſic:* Victor exercitus: Verbi Dei, victrix cœlorum militia omnis, ſic imperfectum habere poterat gaudium, quomodo bello ciuili peracto, multiſq; ciuibus peremptis, pars victrix plenarium nõ poteſt triũphaliter victoriæ ſuæ celebrare trypudium: Habet enim quod plãgat, quia videlicet tot tantiſq; ciuibus omiſſis orbata Ciuitas, diminuta eſt res publica: *Et infra cap. 2. ſic iterum:* Gau-

de-

Et diuiſit lucem à tenebris.

lerent quidem illo deiecto, factam eſſe concordiam ſublimibus Dei, ſed dolerent imminutam eſſe ciuitatem, ſupernam, paucioreſq; eſſe ciues regni Dei. *Vbi apparet, victorias ciuiles, etiam hàbitas de impijs ciuibus, non poſſe afferre gaudium perfectum; per defectum enim etiam impiorum ciuiū orbantur Ciuitates, & Communitates.*

VI.

RVPER. *idem ibidem, poſt ſupradicta, reſpondet cuidam dubio ex dictis inſurgenti. Nimirum quomodo compatibile ſit ſanctos Angelos dolere de caſu Diaboli, & ſequacium, cum de victoria Dei cōplacere debuerint?* Etquidem, inquit, ſancti Angeli detrimentum ſuæ multitudinis plangere poterant in ſpiritu pietatis. *Vbi patet, quod conformitas cum Deo in impiorum ſupplicijs: non tollit ſpiritum pietatis, quatenus de ciatum noſtrorum calamitatibus condolere prohibeamur.*

VII.

RVPER. *Abb. de victoria Verbi* Dei *lib. 2. cap. 3. Loquens de ruina Angelorum (quæ communiter intelligitur deſcripta in hac lucis à tenebris diuiſione:) affert illud Ezech. 28. vbi volens Deus deſcribere illam ſub nomine, perſona, & rebus geſtis Regis Tyri primo iubet Prophetam leuare planctum:* Fili hominis, inquit, leua planctum ſuper Regē Tyri, &c. *Facitq; myſterium de hoc, quod hominibus iubeatur plangere Angelorum ruinam; quibus vacuæ ex ea remanebant coeleſtes ſedes vnde exultare magis debebant, quam lugere.* Quomodo plangere, inquit, debet illum, cuius ruina non hominum, ſed Angelorum multitudinem diminuit? Hominibus autem manſiones in cœleſtibus, ad quas aſcendere, & quas poſſidere poſſint, cadendo vacuas relinquit. Planè non ocioſa hæc inquiſitio, & non vtiliter ſolui poteſt. Quod vt planius fiat, videndum prius eſt, qui vel qualis ille planctus ſit, de quo curare deceat, Deum dicente: Fili hominis leua planctum. Planctus iſte: humilitas mentis, & confractio cordis eſt conſiderātis, & videntis opera Domini, quam terribilis ſit in conſilijs, non ſolum ſuper filios hominum; verum etiam ſuper ordines Angelorum. Ille reuera vtiliter ſcrutatur, & perpendit, quid ſibi faciendum ſit pulueri, & cineri; cùm ille ſummus Angelus tam magnus, tam ſapiens, tam ſpecioſus, ita terribiliter proiectus ſit; pro eo, quod creatori ſuo ſubditus eſſe noluit, tamq; vilis, tam fatuus, tam difformis ſit effectus, vt iuxta veritatē propheticam, omnes, qui viderint eum, obſtupeſcent ſuper eo: quia nihil factus eſt, & non erit in perpetuum. Qui hæc perpendens, humiliat animam ſuam ſub potenti manu Dei, vera humilitate, verò humilitatis ſpiritu, qui vbi cor tetigerit, vtiq; excitat inenarrabiles gemitus. *Vbi minores habent documentum, vt in caſibus maiorū (etiam ſi ſibi inde aſcenſus ad illorum, qui ceciderūt, loca videant) non gaudeant, neq; complaceant, immò timeant, & obſtupeſcant dicentes: Si hoc in ligno viridi fit, in arido quid erit?*

VIII.

IDem *ibidem, lib. 1. cap. 29. Loquens de ruina Angelorum, & eorum à bonis diuiſione (quæ communiter intelligitur hic deſcripta,) aſſignans quomodo facta eſt hæc diuiſio, ait:* Angeli autem vbi ab ipſo creati ſunt, cœteris operibus ſpectatum admiſſi, qui bono, & ſimplici oculo viderunt, & nō inuiderunt ſapientiam artificis, ad eius amicitiā ſunt prouecti. Qui verò nequam habentes oculum, inuiderunt, & oderunt, iuſtè repulſi, lōgeq; ſunt remoti. *Vbi patet, idemmet ſpectaculum differentem in ſpectatoribus cauſare effectum: ex eodēq; met inſurgere amorem, & inuidiam, odiumq; in eius authorem.*

IX.

S. *AVG. lib. de imperfect. de Gene. ad litte. ſic:* Non enim Deum feciſſe tenebras dictum eſt: quoniam ſpecies ipſas Deus fecit, non priuationes, quæ ad nihilum pertinent. Quas tamen ab eo ordinatas intelligimus, cùm dicitur: Et diuiſit Deus inter lucem, & tenebras. Nè uel ipſæ priuationes non haberent ordinem ſuum, Deo cuncta regente, atq; adminiſtrante. Sicut in cātando interpoſitiones ſilentiorum certis, moderatiſq; interuallis, quamuis uocum priuationes ſint, benè tamen ordinantur ab ijs, qui cantare ſciunt, & ſuauitati vniuerſę cantilenæ aliquid conferunt. Et vmbræ in picturis eminentiora quæq; diſtingunt, ac non ſpecie, ſed ordine placent. *Vbi demonſtratur inutiles, & impios in vnaquaq; Republica non diſplicere, neq; diſſonantiam facere, imò componere, ſi ſuo ordine promeritis collocentur, quatenus per illorum ſilentium (dum non nominantur ad honores) reſonent pij, & quatenus per vitiorū ipſorū vmbras effulgēt merita bonorū: ſecus autem ſi confusè cum luce relinquantur promiſcuè.*

RV-

Et diuiſit lucem à tenebris.

X.

RVPER. *Abb. de Victoria Verbi* Dei *lib. 1. c. 14. Tenens illam communem opinionem, aſſerentē in iſta lucis à tenebris diuiſione deſcribi bellū illud inter Angelos bonos, & malos: volens deſcribere modum, vtrorumq; in pugna iſta celebri; intelligens de Angelis malis dictum illud Baruch. 3.* Ibi fuerunt gigantes nominati illi, qui ab initio fuerunt, ſtatura magna, ſcientes bellum. *Et de beatis ſpiritibus ibidem illud:* Stellæ autem dederūt lumen in cuſtodijs ſuis, & lætatæ ſunt: vocatæ ſunt, & dixerunt: Adſumus: & luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas. *Dicit ſic*: Profectò ſuperbiam illorum, nomine gigantum cōgruè ſignauit. Magnitudinem quoq; immanitatē rebellionis eorum, qui contra veritatem rebellauerunt, miro modo tàm propriè, quàm breuiter expoſuit, dicendo: Scientes Porrò ſanctorum Spirituum, qui (ſicut iam dictum eſt) vt ibi teſtimoniū Dei acceperunt, ſapientiam, humilitatem, atq; obedientiam ſubindè pulcherrimè expreſſit dicens: Stellæ autem dederunt lumen in cuſtodijs ſuis, & lætatæ ſunt: vocatę ſunt, & dixerunt adſumus, & luxerunt ei cum iucunditate. *Vbi Euangelici Doctores habent documentum, quomodo contra hæreticos debent pugnare, humilitate, ſcilicet, non introducti, ſed vocati: & vnuſquiſq; in cuſtodijs ſuis non ſe intromittens in alienam ſegetem: aliàs nulla erit diſtinctio lucis à tenebris.*

X I.

HONCALA *Com. in Gene. ſic:* Deus dicitur diuiſiſſe lucem à tenebtis, quia locis eas diſſociauit. Vt ſi lux alterum hemiſphærium illuſtrauit, alterum teneant tenebræ, itaut perpetuò tenore vices ſuas ſeruent: & profectò ab æuo condito, nec lux terminos ſuos transgreſſa eſt, nec tenebræ limites ſuos prçterierunt: ſed abſq; vlla perturbatione inconfuſis ſpatijs ordinem à conditore ſibi præſcriptū ſemper retinent. Quo magis culpandi ſunt mortales, qui neq; menſurā ſuam agnoſcunt, neq; vices ſuas ſibi à ſummo iudice præſtitutas ſeruate curant, ſed ambitioſa quadam libidine cuncta humana, diuinaq; iura peruertunt.

X I I.

ALBERT. *Magnus de 4. coæquæuis q. 1 0. art. 4. Tenens cum communi opinione hic deſcribi ruinam Angelorum: aſſignans in quo nam conſtitiſſet peccatum Angeli, dicit ſic:* Dicimus conſentiendo Sanctis ſupra inductis, quod diabolus nihil appetijt, niſi beatitudinem, ad quam peruenisſet, ſi ſtetiſſet. *Sed aſſignas rationem, quare peccatum commiſiſſet appetendo beatitudinem, cuius appetitus naturaliter ineſt rationali creaturæ, dicit ſic:* In beatitudine tria ſunt, vt dictum eſt, ſcilicet perfecta poteſtas, & perfecta ſcientia, & perfecta bonitas. Et appetibile Angeli fuit beatitudo ſecundum perfectionem poteſtatis, non conſiderata ſcientia, & bonitate. Appetibile autem primi hominis fuit beatitudo ſecundum perfectionem ſciētiæ, non conſiderata poteſtate, & bonitate. *Vbi apparet ratio, quare quamplurimi beatitudinem appetentes pereunt; quia nimirum nolunt eſſe beatos, niſi ſecundum ſuum peculiare appetitum, & non ſecundum totalem beatitudinis ſubſtantiam. Iſte potentiā, ille ſcientiam nulli, aut pauci, bonitatem.*

XIII.

S. AVGVS. *de Gene. ad litte. lib. 3. cap. 9. Tenens hic deſcribi Angeli ruinam, dicit non ad infimum abyſſi detruſos omnes fuiſſe dæmones, ſed aliquos vſq; ad aeris regionem tantum, qui cauſant tonitrua, & fulgura, & tempeſtates. Sed opponit illum verſum Pſal. 150. vbi Dauid inuitans omnes creaturas ad laudem Dei etiam dicit:* Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum, qui faciunt verbum eius. *vel vt ille legit:* Spiritus tempeſtatis. *Reſpōdet autem: quod ideò iſta, materiam diuinæ laudis facit; quia etſi dæmones iſta cauſent, non tamen ad ſuum eorum libitum, ſed ad verbum conditoris præcipientis. Et poſt largam orationem concludit ſic:* Vndè in illo pſalmo cum commemorata eſſent, ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus tempeſtatis: continuò ſubiecit: Quæ faciunt verbum eius. *Vbi habemus doctrinam, vt etiam ſi contra nos videamus inſurgere tentationes, tempeſtates manifeſtè excitatas à Diabolo, eiuſq; filijs: materiam faciamus diuinæ laudis, quia non ſuam exercent poteſtatem, ſed faciunt verbum eius.*

X I V.

RVPERT. *Abb. de Vict. Verb. Dei lib. 1. cap. 23. Tenens illam communem opinionem, nempè hic deſcribi Angeli ruinam: aſſerensq; illud Chriſti Domini Lucæ 10.* Videbam Satanam ſicut fulgur de cœlo cadentem: *aſſignans rationem, quare Dominus non dixerit,* vidi, *ſed,* videbam, *dicit ſic:* Hoc planè ſciendum, & confitendum, quia dum fieret

Et diuiſit lucem à tenebris.

ret ille Angelus, dum formaretur ille lapis magnus,& præparatentur foramina eius,ſicut in eũ Prophetam dicitur: Aurum opus decoris tui, & foramina tua in die, qua conditus es, præparata ſunt. Cùm,inquam,præpararētur foramina eius, videbat Verbum Deus,quod in eiſdem foraminibus ligaturas auri non eſſet recepturus lapis rebellis,& dutiſſimus. Hoc, vt manifeſtiùs dictũ ſit;dum ingenio,intellectu,memoria, plenaq; & perfecta rationalitate magnificè inſigneretur, videbat Verbum Deus, quod creatoris ſui dilectionem, qua ad illum ſolum deberet aſtringi, nullo modo eſſer recepturus. *Vbi apparet, Dei maxima, infinitoq; longanimitas, quæ præparat in quamplurimis ad eius dilectionem; quę præuidet certè, & infallibiliter futura ad eius offenſam. Vndè etiam habemus,quod nos non debemus bona promittere infallibiliter ex capacitate nobis indita;cùm ipſa multotiès præparet Deus cum præſcientia contrarij.*

XV.

R*VPER.idem ibid poſt ſuprapoſitam doctrinam proſequitur ſic:* Dicat aliquis: ſi iam tunc videbat cadētem, quare illum tam magnificè formabat? Quare foramina eius tam diligēter præparabat? Si quem res iſta mouet,idem illi, quod de Pharaone dictum eſt Exod. 9. de illo quoq; Satana reſpondendum eſt. Quia in hoc ipſum excitaui te, vt oſtendam in te fortitudinem meã, vt annuntietur nomen meum in vniuerſa terra. Hoc audiens fidelis animus, qui de Domino in bonitate ſentit, non ſuſpicatur, quod eundem Pharaonem malum eſſe voluerit, vel malum effecerit Deus,ſed ita illigit(in hoc ipſum excitaui te)vel ſic,vt alibi legitur(poſui te,) ac ſi diceret: Regem feci,vel eſſe volui te. Longè enim aliud eſt,feciſſe hominem malum, & aliud hominem,qui malus erat,excitaſſe,& ſubleuaſſe in regnum. Quod malus eſt homo, à ſemetipſo fit: quod autem,cùm ſit malus,in regnum aſcendit; Dei ordinatione fit. Aliquando propter peccata populi: aliquando propter probationem, vt manifeſti fiant electi: aliquando propter declarandam,& amplificandm gloriam,& laudem nominis Dei. Vt proſit auditruis per interitum illorũ cognouiſſe omnipotentiam Dei.

XVI.

S. *ISIDORVS Peluſiota lib.2. Epiſt.47. Lamperio Epiſt. fauet quandam moralitatem communiter hinc deſumpta. Nimirum optimum eſſe bonis diuidi ab impijs. Nom ſic ait:* Si ijs, qui conſuetudinem cum Euſebio habent duorum, alterum neceſsè eſt;nimirum vt vel in ipſius offenſionem, atque odium incurrant: aut intemperantię ipſius ſocij, ac participes ſint (ſiquidem graues,& temperãtes extrudit,eos autem, qui petulanter, atq; inhoneſtè ſe gerere norunt charos habet:) author tibi fuerim, vt ipſius conſuetudinem, & contubernium fugias,nè peſtilentem morbum contrahas. *Vbi patet, quod inter extrema, melius eſt perſequi ab impijs,quam illis communicare.*

XVII.

R*VPER. Abb.de victoria Verbi Dei lib.2.cap.1. Loquens de ruina Diaboli(quæ communiter intelligitur deſcripta in hac lucis à tenebris diuiſione,) notans quomodo cum Deus loqueretur Iob 28. dixiſſetq: ſanctos Angelos cãtaſſe,in iubilaq;ac diuinas laudes prorupiſſe ad rinam illius apoſtatæ: ſic enim ait:* Quis dimiſit lapidem augularem eius,cum me laudarent ſimul,aſtra matutina,& iubilarent omnes Filios Dei. *Vbi Sanctus Abbas intelligens per lapidem angularem Luciferum,ait:* Itaq; proiecto illo,laudauerunt,& iubilauerunt Angeli ſancti participes cum Michaele, & cooperatores victoriæ Verbi Dei. *Quo ſuppoſito,inquam,notauit,quod volens Deus per Ezechielem hanc deſceibere ruinam ſub nomine,& perſona Regis Tyri, eiuſq; rebus geſtis: iubet Prophetam plãgere:* Fili hominis, ait,leua plãctum ſuper Regem Tyri. *Vbi ſanctus Pater admiratione plenus in hæc prorupit verba:* Præceptum eſt, vt tanti aduerſarij ruinam irrecuperabilem plangat Propheta. *Et poſt pauca:* In cœlo,inquit, beatis ſpiritibus illis exultantibus pro ipſius Verbi victoria, planctum ſuper eiuſmodi, creaturam leuare iubebat. *Sed cum non aſſignet formalem rationem, nobis relinquit occaſionem,vt dicamus eſſe conſequens; vt quantum de abſentia huius inimici,ſuorumq; ſequacium exultabat cœlum,à quo proijciabantur,& iubilabant ſãcti Angeli,à quibus diuidebantur: tantùm plangeret terra,ad quam dimittebantur,& leuarent planctum homines,quibus commiſcebantur. Moraliter enim, non minus gaudet vna Reſpublica, vndè vnus proijcitur impius,quam planget illa,ad quam tranſmittitur,& relegatur.*

S. BO-

Digitized by Google

Et diuiſit lucem à tenebris.

XVIII.

S. BONAVENT. 2. ſent. diſt. 5. art. 1. q. 2. *Loquēs de ruina Angeli (quæ communiter intelligitur in hac lucis à tenebris diuiſione deſcripta:) aſſignans quodnam formaliter fuiſſet peccatū Angeli, dicit ſic:* Notandum eſt igitur, quod diabolus quodam modo appetijt ſimilitudinem imitationis, quodammodo æqualitatis: Et hoc apparet, ſi attendatur appetibile, & modus appetendi. Diabolus enim appetijt præeſſe. Hoc fuit imitationis: & hoc quidem aliquando obtinuiſſet, ſi ſtetiſſet. Qnod autem propria authoritate, ita quod ſine meritis, & ſine datore, ita quod nulli ſubeſſet; hoc eſt ſolius Dei; & hoc eſt æquiparentiæ. Bernardus dicit, quod appetijt æqualitatem potentiæ: Anſelmus, quod appetijt præeſſe ſine meritis; omnes verum dicunt, & diuerſę authoritates circumloquũtur hoc, quod eſt præeſſe omnibus propria authoritate. *Vbi benè infertur, quod velle ſine meritis præeſſe, eſt luciferinum, & velle diuinā adæquare naturam, quę per ſe præſidet ſine vlla pręcedente meritorum diſcutione.*

XIX.

ALEX. *de Ales 2 p. q. 25. memb. 2. ad illam quæſtionem, an ſcilicet Angelus ſuum præuidiſſet caſum, quamuis teneat partem negatiuam tamē tenet, quod ex aliquibus ſe caſurum potuiſſe coniecturare, & aſſignans ex quibus ait:* Auguſtinus in quæſtionibus veteris teſtamentis præuidit, quod ad accuſationem eius factus eſt homo: Sed ſi præuidit accuſationem ex parte hominis, accuſatio autem non eſt, niſi de culpa: ergò præuidit culpam ſuam: ergò & caſum ſuum. *Vbi, qui in locis eminentibus ſunt: & præcipuè Principum intimi, ſi caſum ſuum, vel ſtabilitatem præuidere cupiunt, attendant, ſi à communitate accuſantur, vel approbantur.*

XX.

ALEX. *idem ad idem aliter dicit:* Bernardus exponens illud: Ponam ſedem meā ad Aquilonem: dicit: Putò per Aquilonem reprobandos homines intelligi, per ſedem poteſtatē in illos. Sed ſi præuidit dominium ſuum ſuper illos, pręuidit ſuum peccatum. *Vbi apparet, nullum eſſe euidentiùs ſignū ruinæ à prælaturis, quam impijs ſubditis præeſſe.*

XXI.

IDem ibidem ſic: Bernardus, Si in præſcientia Dei tuum præuidiſti principatum, quare non & præcipitium? quaſi diceret, ſimiliter poteras præuidiſſe. *Vbi apparet, Principatum, & præcipitiū eſſe ſignum, & ſignificatum ruinæ.*

XXII.

S. AVG. *de gene. ad litt. lib. 11. ſup. quæſt. ſic:* Nec ſui caſus præſcius eſſe potuit, quæ ſapientia pietatis eſt fructus. Ille autem continuò impius, conſequenter, & mente cæcus.

XXIII.

S. GREG. *Papa Moral. lib. 32. cap. 10. loquens de Angeli ruina, quæ communiter hic deſcripta intelligitur. Afferens illud Ezechiel 28.* Aurum opus decoris tui, & foramina tua, in die, qua conditus es, præparata ſunt: *ait ſic:* Quia videlicet capax charitatis eſt conditus; qua ſi repleri voluiſſet, ſtantibus Angelis tanquam in ornamento Regis poſitis lapidibus inhærere potuiſſet. Habuit ergò iſte lapis foramina, ſed per ſuperbiæ vitium, charitatis auro non ſunt repleta. *Vbi apparet, nullū debere gloriari de capacitate, quæ multoties optima per naturam, vacua remanet per vitium.*

XXIV.

S. DION. *Areopagita de Diuin. nominib. cap. 4. Loquens de ſup. materia, inter cætera ſic,* Quod autem neq; malitiæ cauſa ſit corpus animæ, ex eo conſtat, quod etiam ſine corpore malitia poſſit irrepere, ſicut in dœmonibus.

XXV.

PETRVS *Abb. Cellen. de panibu. c. 1. affert quandam doctrinam congruentem noſtro textui, quem communiter omnes explitant, intelligēdum in eo eſſe deſcriptam Angeli ruinam: nam admonens omnes Chriſtianos, qua continentia ſe debent habere in diuinorum inueſtigatione, quæ ille vt fercula menſæ appoſita depingit; perueniens ad ineffabile myſterium Sanctiſ. Trinit. dicit ſic:* Si quomodo ſic ſedeant tres ſine graduum diſtinctione, & ſine honoris variatione, ſine loci diſtinctione, vel dimenſione nullo modo apprehendas: noli mirari; quia nec vertex Carmeli (id eſt, ſciētia Angeli) hoc comprehendit: Deum enim nemo vidit vnquam. Idcircò abſtinet, & ſuper ponit digitum ori ſuo, neq; manum conferens menſæ, neq; os aperiens negatæ diuinitati, vt velit eam deglutire: vidit nanq; conſortem naturæ ſuæ Luciferum aliquā-

F 2 do

Et diuiſit lucem à tenebris.

do manum gulæ deſiderio ad hanc menſam extendiſſe,& non exindè diuinitatem,ſed mortem deguſtaſſe: vidit manum in lateribus Aquilonis porrexiſſe, & ſtatim glacie Aquilonari riguiſſe, ſeu gehennalibus flammis exaruiſſe: *Et poſt pauca concludit ſic:* Hæc enim ſunt fercula menſæ Dei, quæ ſoli Regi ſæculorum immortali, inuiſibili debentur in ſæcula ſæculorum: Hac de menſa Dei,cui non communicat alienus natura,conditione,ſorte,ſed tota Trinitas, ſingulariter, perẽniter, inuiſibiliter gloriatur.

XXVI.

OLEASTER *Com. in Penta. ad mores ſic*: Nihil meo iudicio eſt: quod ita diuinæ maieſtati offendat: quam confundere ea, quæ ipſe voluit eſſe diſcreta: Hinc(vt reor)prohibuit agrum diuerſo ſemine ſeminari,animalia diuerſarum ſpecierum coire,veſtem diuerſis licijs textã geſtare ne aliquis auderet confundere,quæ ipſe tanta ſollicitudine curauerit deſcriminare: *Vbi aduertant concubinati,qui per Eccleſiam ſemel ſeparantur, nè redeuntes ad vomitum, iterum vnantur.*

XXVII.

S. *AVG. lib. imperfect. de Gene. ad litte. Reſpondit cuidam dubio hic inſurgenti,nimirum,an fuerint hic duæ diſtinctæ actiones,ſcilicet vnam lucem creãdo, alteram verò lucem a tenebris diuidendo: Dicit enim ſic:* Non enim quiſqam eſt,qui ſic exiſtimet lucem factam eſſe,vt eſſet cõfuſa cum tenebris: Quæ enim ſocietas lucis cum tenebris: Deus enim diuiſit inter lucem,& tenebras, quia lucẽ fecit,cuius abſentia tenebræ vocantur: Intereſt autẽ inter lucem,& tenebras, ſicut intereſt inter veſtimẽtum,& nuditatem,aut plenum, & inane, & ſimilia: *Vbi clarè videtur etiam moraliter: quod non datur inſtãs, quo boni cum malis commiſcui eſſe poſſint: nec eſſe neceſſariam nouam actionem, vt diſtinguantur: per ſe enim diuiſi eſſentialiter, naturaliterq; ſunt.*

XXVIII.

R*VPER. Abb. in Geneſ lib. 1. cap. 12. Tenens cum communiori opinione hic,per lucem intelligi debere Angelos ſanctos, & per tenebras Dæmones, qui de Cœlo proiecti fuerunt: facit ſequẽtem quæſtionem:* Vndè autem venerũt iſtę tenebræ: Iam dictũ eſt, videlicet vndè venit prædicta lux, indè venerũt & iſtæ tenebræ, fuerunt enim lucentes Angeli, & proprio vitio facti ſunt Dæmones tenebroſi: *Vbi extat concludẽs ſolutio,cuidam admirationi aliquorum ſæcularium,qui videntes aliqua ſcandala exire ab aliqua religione,admirantur,ſcandalizãtur contra ipſoſmet Religioſos: non attendentes indè etiã exijſſe tot luces, tot Sanctos angelicæ vitæ: & quod ipſi ſcandaloſi non ex religione acceperunt vt eſſent tenebræ: ſed ex proprio vitio.*

XXIX.

S. *THOM. 2. ſentent' diſtinct. 5. loquens de ruina Angeli, quæ communiter intelligitur hic deſcripta in hac lucis à tenebris diuiſione: aſſignare volens in quo nam formaliter conſiſteret Diaboli peccatum, ait:* Dicendũ, quod nõ appetijt æqualitatem ſimpliciter quantum ad ſubſtãtiam deſiderati, vt ſcilicet vellet tantam bonitatem habere, quantam Deus habet: ſed tamẽ appetijt æqualitatem ſecundum quid,ſcilicet, quantum ad modum habendi: Bonitas autẽ, ſiuè beatitudo eſt in Deo: quam habet per ſuam naturam, & à qua omnis creaturæ beatitudo,& bonitas trãsfunditur: Videns ergò Angelus dignitatem naturæ ſuæ, qua creaturis cœteris præheminebat, voluit à ſe beatitudinem, & bonitatem, in omnia inferiora deriuari: *Et poſt pauca adhuc modificat ſic*: Nec etiam quantum ad modum habendi,ſimpliciter Deo ęquiparari voluit; non enim voluit ſe beatitudinem habere, nec eſſe primũ in alios trãsfũdẽs,ſed à Deo,& ſub Deo, ſecundum quod ipſe in omni creatura operatur. *Vbi apparet, velle eſſe medium,ſeu canale,per quod ſuperiorum gratię in ſubditos cæteros transfundantur: eſſe Luciferinum: nihil enim plus Lucifer appetiuit in Cœlo.*

XXX.

T*HEODOR. lib. 2. de Dijs, & Angel. loquens de ruina Angelorum, quę communiter in noſtro textu deſcripta intelligitur: aſſignans in quonam formatum fuerit diaboli, cæterorumq; peccatum, ait:* Cum enim datis ſibi muneribus contenti non eſſent,ſed altioraq; appeterent, contraxiſſe labẽ ſuperbię illos dicimus: *Vbi benè declaratur, idem eſſe malecontentum ſui ſtatus, & eſſe ſuperbum.*

XXXI.

R*VPER. Abb. de victoria Verbi* Dei *cap. 15. tenens in hac lucis à tenebris diuiſione deſcribi deiectionem Diaboli, ſequaciumq; eius, per victoriam ſanctorum Angelorum: aſſignans quibuſnam armis Sancti depugnauerint, & vicerint Angeli, ait:* Non vtiq; arma materialia fuerunt, ſed omnis armatura

Et diuiſit lucem à tenebris.

tura eorum fuit, & eſt ipſum Dei verbum: ignis quippè eſt Dei verbum, ideſt ſic intolerabile impijs ſpiritibus malignis, vt eſt in firmis corporibus ignis viſibilis: Hinc in Parabolis ſcriptum eſt: Omnis ſermo Dei ignitus, Clypeus eſt ſperantibus in ſe: Et Pſalmiſta dicit: Ignitum eloquium tuum vehementer: Item ſicut fluit cera à facie ignis: ſic pereant peccatores à facie Dei: igitur non qualibuſcũq; armis Diabolum, & Angelos eius debellauerũt ſancti Angeli, ſed igne ardente: in ipſis nanq; eſt verbum Dei: Etenim ignis iſte intolerabilis eſt impijs, & odientibus ſe: ſed blandus, & ſuauis eſt pijs, & diligentibus ſe: idcircò apud Prophetam ſupra memoratum Ezechie. 28. Angeli ſancti, lapides dicũtur igniti; ſic enim ſcriptum eſt: poſui te in monte ſancto Dei, in mdio lapidum ignitorum ambulaſti: *Et cap. 17.* Diabolus, inquit, nihil ſic timet quã fulmen verbi Dei, nihil habẽs virium, vt ſubſiſtere poſſit vbicunq; illud ſenſerit, in corde, vel ore hominis, ſiuè Angeli. *Vbi Prædicatores aduertant, in eis poſuiſſe Deum omnia ſuæ militiæ arma: quibus vt vincere poſſint: igniti debent eſſe.*

XXXII.

RVPER. *Abb. de victoria verbi Dei lib. 1. c. 11. loquens de ruina Angelorum (quæ communiter intelligitur deſcripta in hac lucis à tenebris diuiſione) afferens peccatum Luciferi, nempè illud Ezechiel. 28.* Aſcendam ſuper altitudinem nubium, &c. *ad illud dubium, quod hinc inſurgit, nimirum quare cæteri inferiores Angeli puniti dicuntur, cum non cõſtet de eorum peccato; reſpondet ſic:* Quomodo hoc autem fieri poſſet, niſi ipſorum conſenſu Angelorum? *Vbi patet, quod nunquam Primates in vna Republica prorumpunt in rebellionem, niſi fulti inferiorum conſenſu. Vndè ſine vlla alia diſquiſitione, inferiores poſſunt puniri in tali caſu.*

XXXIII.

RVPER. *idem ibi. lib. 2. cap. 3. Circa eandem materiam, afferens illud Ezechiel. 28. vbi Deus volens hanc diaboli ruinam deſcribere ſub nomine, perſona, & rebus geſtis Regis Tyri; iubet Prophetam leuare planctum,* Fili hominis leua planctum ſuper Regem Tyri, &c. *notat iubere Deum hominem pro ruina Diaboli plangere; & ait,* Ille re vera planctum leuauit ſuper Regem Tyri, condolens ſibimet, quod vel de imitatione eius aliquid iniquum admiſit, vel quod fieri poteſt, vt admittat, ſi non admiſit. Ad hoc pertinet, quod Pſalmiſta 2. dicit, Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.

XXXIV

S. FVLGENT. *Ad Monimum lib. 1. Aſſigñas formalitatem peccati Angeli (cuius ruina hic deſcribi volunt communiter Doctores) ait:* Per concupiſcẽtiam malam, qua concupiuit plus extra ſe; minus factus eſt in ſe: Quã concupiſcẽtiam, licet explere nequiuerit opere, tamẽ retinuit voluntate: ſic ipſe ſibi iam factus eſt pœna, vt ſupplicium ſemper eſſet malo, voluntas mala tãquam cæco ipſa cæcitas ſua: *Vbi habemus, non eſſe mirum tot facere inſanias ambtioſos a ſua cõcupiſcentia defraudatos: Excæcati enim remanẽt in pænam ab illa mala ambitionis concupiſcentia, quam, etſi defraudati, tamen non amiſerunt.*

XXXV.

PAPIAS S. Io. *Euangeliſtæ diſcipulus, relatus ab Andrea Epiſcop. Cæſar. Capad. Aſſignans peccatũ Angelorum (quorum ruina intelligitur hic deſcripta) dicit, fuiſſe malam circa harum inferiorum rerum adminiſtrationem. Nam diſtribuens munia omniũ Angelorum eis à Deo commiſſa, deueniens ad Luciferum, ſuoſq; ſequaces, ait:* Alijs ex ipſis nempè, Angelis, quandam circa terram adminiſtrationem, poteſtatem, & procurationẽ tribuit, ritèq; munus iniunctum adminiſtrare iuſſit. Accidit autem, vt ordinem ſibi præfinitum abſoluerent, non vt decebat. *Vbi apparet, ſolum per malam gubernationem, & rerum commiſſarum indebitam adminiſtrationem; etiam excludi in perpetuo à regno Dei: etiam Angelos. Vndè innocentia vitæ, non excuſat malam rerum adminiſtrationem.*

XXXVI.

S. EPIPHAN. *lib. 2. tom. 1. hæreſ. 64. Tenens eandem ſupra poſitam, circa idem, opinionem declarat, in quo nam ſtetit mala diaboli circa inferiora ſibi commiſſa gubernatio: ſic:* Cœterum reliqui in his, ob quæ fecit, ac conſtituit ipſos Deus, manſerunt. Hic verò violauit, & prauus factus eſt circa concreditorum ipſi adminiſtrationem, & inuidiam contra nos concepit. Quemadmodum & qui poſtea carnes amauerunt, & cum filiabus hominum ob concubitus amorẽ conuerſari sũt. *Vbi ſuperiores habent doctrinam, vt de duobus præcipuè miniſtros ſuos puniant: videlicet, ſi circa ſubditos eis commiſſos viderint illos inuidia laborare:*

& ſi

Digitized by Google

Et diuiſit lucem à tenebris.

cum filiabus illius Reipublicæ eos, audierint amore inhoneſto conuerſari. Sunt enim hæc duo, miniſtrorũ infernalium propriè vitia.

XXXVII.

AMBROS. *Catherinus Com. in poſteriorem epiſtolam B. Petri loquens de ruina Angeli (quæ communiter in noſtro textu deſcripta intelligitur) dicit, peccatum eius fuiſſe tranſgreſſio alicuius præcepti, ſuam excedẽtis naturam Angelis impoſiti, & ait:* Erat autem, & maximè illa ratio ponderanda, quam ex Caetano iam attulimus. Dignum omninò, & æquum fuiſſe, vt Angeli ad gloriam ex aliquo obedientiæ merito promouerentur, non cuiuſcunq; præcepti, ſed excedentis præcepta naturæ: quandoquidem & ipſa gloria, ad quam vocabantur naturæ limites excedebat.

XXXVIII.

S. GREG. *Nyſſen. expoſit. 1. Reg. lib. 3. Loquens de Angeli ruina, quæ hic communiter tractatur: nõ ſolum dicit eius peccatum fuiſſe ſuperbiam, ſed quod ſuperbiam ebibit vt potum. Aſſignans autem huius metaphoræ rationem dicit:* Per abundãtiorem potum ſuperbiæ, ſtatum perdiderunt æternæ vitæ. Eis quippè velut poculo cadere fuit: potum ſuperbiæ ſine omni mora retractationis aſſumere. Nam quod potatur facilè ſumitur. De quorum profectò cadentium principe, velut de potante Dominus dicit Io. 8. Quia in veritate non ſtetit. Velut enim potu corruit, qui ſuperbiæ ſuæ velocitate ebrius, in ea, qua fuerat cõditus veritate, nec ad momentum ſtetit. *Vbi patet, ſuperbiam eſſe ebrietatem animæ, omnemq; ſuperbum ebrium eſſe.*

XXXIX.

S. IO. *Chryſoſt. Hom. 4. in Mat. operis imperf. Tenens circa idem opinionem ſuprapoſitam, addit ſic:* Si ergò ille Angelus conſtitutus, pro ſola cogitatione ſuperbiæ, depoſitus eſt de angelica gloria, ad ignominiam tenebrarum: Ego quid merear pati, ſi homo carnalis, & corruptibilis conſtitutus: tantæ ſuperbiæ opus impleuero?

XL.

IOANNES *Caſſianus collat. 4. c. 13. Loquens de Angeli ruina (quæ communiter intelligitur deſcripta in hac lucis à tenebris diuiſione) ait:* Spiritualis nanq; ſubſtantia, nec vlla carnis ſoliditate deuicta, vt excuſationem exortæ in ſe ſe prauæ non recepit voluntatis, ita veniam malignitatis excludit. Quia nulla quemadmodum nos ad peccandum impugnatione carnis extrinſecus laceſſita eſt, ſed vitio ſolius malę voluntatis accenſa, & ob hoc ſine venia peccatum, & ſine remedio langor eſt. *Vbi patet, quod vitia, quæ non à carne extrinſecus impugnante; ſed ſolum à voluntate intrinſecus mouente, eſſe quaſi irremiſſibilia, & incurabilia.*

XLI.

RVPER. *Abb. de victoria Verbi* Dei *lib. 1. c. 21. loquens de ruina Angelorum (quæ communiter intelligitur deſcripta in hac lucis à tenebris diuiſione ait:* Non ergò putandum eſt, quod conditus ſtatim ceciderit, immò iſtud verum eſt, quia primũ conditus, & tunc demum poſitus eſt in illo Paradyſo cœleſti: ſic enim ſcriptũ eſt Ezechi. 28. In die, inquit, in qua conditus es, foramina tua præparata ſunt: Tu Ccherub extenſus protegẽs, & poſui te in monte ſancto Dei: ſed & illud datur intelligi, quod non ſtatim in initio peccati de Cœlo proiectus fuerit: ſed ipsũ quoq; expectauerit patientia Dei: ipſe autẽ ſecundum duritiam ſuam, & cor impenitens iram ſibi theſaurizauit: cum enim præmiſſum fuiſſet: Donec inuẽuenta eſt iniquitas in te: ſtatim ſubiunctum eſt: In multitudine negotiationis tuæ repleta ſunt interiora tua iniquitate: ſtatimq; & peccaſti ait: Et tunc demum: Et eiecit te, inquit, de monte Dei: Tria hæc ſunt incrementa peccati, quæ in hominibus quoq; tandem cõſequitur iuſtum iudicium Dei: Primum iniquitatem mente concepiſſe: deindè ipſam iniquitatem non ſemel aut vno actu, ſed multipliciter adimpleſſe: deinde opera iniquitatis defendendo peccare: *Vbi patet, neminem puniri à Deo per primum peccatũ ſingulare: neq; Deum inuenire peccatum in peccatore, niſi cum peruenit ad defenſionis ſtatum: quia tunc quaſi ex negotiationis lucru interiora replentur iniquitate: nam ante eſt peccatum quaſi extra, & vt ſimplex reputatur.*

XLII.

RVPER. *idem ibi poſt ſupradicta verba proſequitur ſic:* Non parua intelligitur mora in iniquitate illius peccatoris antiqui, ad inſtruẽdos electos Angelos, vt ſcirent iuſtum eſſe iudicium Dei, videntes illum peccatorem, quod eſſet incorrigibilis: *Vbi apparet, tunc ſolum demonſtrari iuſtitiam, & rectitudinem iudicij: cum qui puniuntur, ſunt incorrigibiles.*

RV-

Et diuiſit lucem à tenebris.

XLIII.

RVPER. *Abb. de victoria Dei lib. 1. cap. 23. Loquens de ruina Diaboli (quæ communiter intelligitur deſcripta in hac lucis à tenebris diuiſione) afferẽs ad propoſitum illud Chriſti Domini Luc. 10.* Videbam Satanam ſicut fulgur de Cœlo cadẽtem: *quærit quare magis dixerit:* Videbam: *quam,* Vidi? *Reſpondet autem ſequentia verba:* Rectè quidem dixiſſet, & verum eſſet dixiſſe (Vidi) ſed (Videbam) verbum imperfecti temporis, quamuis præteriti, plus continet, & maiorem ſenſum importat auri benè audienti: deniq; vidi Satanã de Cœlo cadẽtẽ, dicere poſſet Michael quoq; & quiuis alius Angelorum, quibus videntibus ille cecidit, nec ſolum videntibus, verum etiam eum illo præliantibus: At verò nullius eorum eſt dicere, Videbam; ſed tantum, Vidi caderem. Hic ſolus eſt, qui non ſolũmodo tunc vidit cadẽtem, dum caderet: ſed etiam videbat cadẽtem, antequam caderet: *Vbi apparet, ſolius Dei eſſe prouidere caſus: noſtri autem eſt, videre.*

XLIV.

RVPER. *Abb. de victoria Verbi Dei lib. 1. c. 12. loquens de ruina Angeli (quæ communiter intelligitur deſcripta in hac lucis à tenebris diuiſione) quærit, quare hanc ruinam alias Deus voluerit deſcribi ſub nomine Aſſur, Nabuchonoſor, & Pharaonis, &c.? Reſpondet autem ſic:* Igitur in ſublimibus Dei diſcordiæ tumultus grandis extitit inter magnas iras Dæmonum, magnumq; bonum zelum ſpirituum bonorum. Nimirum, vt hoc animaduertamus, ſcilicet, quod in ſublimibus Dei nimirum pacem turbauerit; idcircò ſub nominibus arguitur hominum, qui terram turbauerunt, videlicet Aſſur Pharaonis, Regiſq; Tyri, & Nachodonoſor Regis Babylonis, diciturq; illi. Nunquid iſte eſt vir, qui conturbauit terram, qui cõcuſſit regna, qui propoſuit orbem deſertum, & vrbes eius deſtruxit? Item: Tu enim terram diſperſiſti, tu populum occidiſti, & cœtera huiuſmodi. Alioquin ſi non ſecundum horum ſimilitudinem de ipſo eſt ſentiendum, quod ita exturbauerit Angelos per ſemetipſum, ſicut turbauit gentes per talium ſuperbias hominum tyrannidem in populos arripientium, vt quid nominibus, & rebus geſtis denotatur illorum? *Vbi benè infertur, tyrannos, & communitatum perturbatores eſſe Diaboli inſtrumenta, per quos operatur in terra, quod antiquitùs per ſe operatus fuerat in Cœlo.*

XLV.

IDem *ibidem cap. 30. Loquens de Angelorum ruina (quæ communiter intelligitur deſcripta in hac lucis à tenebris diuiſione:) affert ad propoſitum illud Dei Iob 28.* Quis dimiſit lapidem angularẽ eius: cùm me laudarent aſtra matutina, & iubilarent omnes Filij Dei? *Quem locum ſic explicat:* Proiecto illo laudauerunt, & iubilauerunt Angeli ſãcti. *Aſſignans autem cauſam, quare Angeli ſancti ad ruinam ſuorum conciuium, & connaturalium, in Dei gratias proruperint, ait:* Sublato igitur, & terribiliter deturbato Satana, ſiuè Diabolo cum Angelis eius; continuò profectum hunc ſancti Angeli habuerunt, vt nouam diuinæ laudis habentes materiam, nouum inciperent canere cãticum. Fortitudinem nanq; Creatoris in magnæ creaturæ deiectione, viderant: gratiam, & miſericordiam Creatoris eiuſdem in ſemetipſis agnouerant. Quia ſe ſe, nè & ipſi corruerint, præuẽtos fuiſſe, non ignorant. Eiuſdem quippè conditionis cùm eſſent, ſuam in perditione illorum ſalutem reſeruatam, ſtatumq; retentum, non leuiter appendere potuerunt, aut poſſunt.

XLVI.

SATHAN. *quæſt. 6. Ad Antiochum: Loquens de Angeli ruina (quæ communiter in hac lucis à tenebris diuiſione deſcripta intelligitur) dicit non defuere qui dixerunt, peccatum Angeli fuiſſe velle adorare Adamum admiratus illius pulchritudinem, & perfectionem. Quam tamen aſſertionem ſolum reprobat, quia temporis computatione non concordat. Præceſſit enim, ſecundum communem opinionem, Angeli ruina, hominis creationem. Hæc ſunt S. Patris verba:* Fabulantur enim quidam, quod deciderit, eò quod Adamum adorare voluerit. Hominum ſtultorum commenta ſunt hęc. Diabolus enim antequam creatus eſſet Adam cecidit.

XLVII.

S. AVG. *de Gene. ad litt. lib. 11. cap. 14. Loquens de Angeli ruina (in noſtro textu, ſecundum communem opinionem, deſcripta) ait:* Nonnulli dicunt, ipſum ei fuiſſe caſum à ſupernis ſedibus, quod inuiderit homini facto ad imaginem Dei. Porrò hæc inuidia ſequitur ſuperbiam; non præcedit. Non enim cauſa ſuperbiendi eſt inuidentia, ſed cauſa inuidendi ſuperbia. Cùm ergò ſuperbia ſit

amor

Et diuiſit lucem à tenebris.

amor excellentiæ propriæ; inuidia verò ſit odiũ felicitatis alienæ, quid vndè naſcatur ſatis in promptum eſt. Amando enim quiſq; excellentiam ſuam, vel paribus inuidet, quod ei coæquẽtur, vel inferioribus, nè ſibi coæquentur, vel ſuperioribus, quod eis non coæquentur. Superbiendo igitur inuidus, non inuidendo quiſq; ſuperbus eſt. *Vbi patet, nullum inuidum eſſe ſuperbũ. Maximè enim ſubmittit hoc vitium ſuos ſectatores.*

XLVIII.

S. *LEO Papa ſerm.4.de collect. & eleemo. Loquens de ruina Angeli (quæ communiter intelligitur deſcripta in hac lucis à tenebris diuiſione) ait:* Incentor nanq; ille, authorq; peccati: primum ſuperbus vt caderet, deindè inuidus, vt noceret. *Vbi clarè proſpicitur non ſuperbos, ſed inuidos præiudiciales eſſe. Nam ſuperbi cadunt: inuidi nocent.*

XLIX.

S. *PETR. Griſolog. ſerm. 148. qui eſt de Incarnationis ſacramento, loquens de ruina diaboli, quæ communiter intelligitur deſcripta in noſtro textu: poſtquã oẽs felicitates hominis deſcribit in illo priori ſtatu ſuæ creationis, concludit ſic:* Sed omnia hæc nè haberet homo Angelus qui inter primos habebatur, inuidit: maluitq; in diabolum commutari, nè hominem plenum gloria ſic videre. *Vbi apparet inuidioſos magis velle omnia ſua amittere bona, quam alios bonis frui videre.*

L.

CLAVDIANVS *Mamertus Epiſcopus Viennen. de ſtatu animæ lib.3. Tenens idem, quod ſupra hac tamen metaphora loquitur:* Poſtquam Lucifer improbe ſuperbia tumuit, & inuidię febre tabuit, &c.

LI.

S. *BONAV. 2 ſent. diſt. 5. art. 1. q. 1. Loquens de ruina Angeli (quę communiter intelligitur deſcripta in noſtro textu) ait:* Peccatum diaboli initiatum eſt à præſumptione: ſtatim enim vt ſuam vidit pulchritudinem, præſumpſit. Conſummatum eſt in ambitione, quia præſumens de ſe, appetiit, quod omninò ſupra ſe fuit, & ad quod peruenire non potuit. Sed confirmatum eſt inuidia, & odij auerſione, quia ex quo obtinere nõ potuit, quod appetijt, ideò inuidere cæpit, & affectu odij cõtrahire: & in hoc firmatum eſt, quia hæc omninò ipſum à Deo ſeparauit, & perfectũ obſtaculum poſuit, ſicut perfecta charitas, perfectè Deo iungitur. *Vbi apparet, nullum eſſe ſic conſummatum odium, & inuidiam, vt procedẽs ab ambitione orta à præſumptione, & defraudata.*

LII.

S. *AVG. de gene. ad litt. Ad ſup. præpoſitum ſic:* Diabolus factus, continuò ſe à lucis veritatis auertit, ſuperbia tumidus, & propriæ poteſtatis delectatione corruptus: vndè beatæ, atq; angelicæ vitæ dulcedinem non guſtauit, quam non vtiq; acceptam faſtidiuit: ſed nolendo accipere, deſeruit, & amiſit. *Vbi patet, quod qui religioſam vitam execrando deſerunt, non eſt, quia guſtatam faſtidiant, ſed quia ſuis cupiditatibus corrupti, minimè guſtauerunt.*

LIII.

RVPER. *Abb. lib. 1. de Victoria Verbi Dei cap. 8. tenens illam communem opinionem, aſſerentẽ, Diaboli ruinam in hac lucis à tenebris diuiſione eſſe deſcriptam, aſſignans, eius peccatum quale fuiſſet, ait:* Negauit quippè, Deum eſſe creatorem ſuum, & dixit, ſe eſſe Deum. Sic enim in Propheta ſupra memorato, Ezech. 31. dum ſub nomine Pharaonis illi exprobando dixiſſet Dominus Deus, Ecce ego ad te Pharao Rex Aegypti draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum: ſtatim ſubiunxit: Et dicis meus eſt fluuius, & ego feci memetipſum. Dixit, ſe eſſe increatum, negauit, Deum eſſe creatorem ſuum. *Vbi patet, quam diabolicum peccatum ſit negare factorem, & benefactorem, & ſibi attribuere beneficia ab alio recepta.*

LIV.

TERTVL. *lib. de patientia. loquens de ruina Diaboli (quæ communiter intelligitur in hac lucis à tenebris diuiſione deſcripta) aſſerit, peccatum eius fuiſſe impatientiam. Sic enim ait:* Igitur natales impatientiæ in ipſo diabolo deprehendo. Iam tunc cum dominum Deum vniuerſa opera, quæ feciſſet imagini ſuæ, ideſt homini ſubieciſſe, impatiẽter tulit. Nec enim doluiſſet, ſi ſuſtinuiſſet, nec inuidiſſet homini, ſi non doluiſſet. Ideò decepit eum, quia inuiderat. Inuiderat autem, quia doluerat: doluerat, quia patienter vtiq; non tulerat. *Vbi benè infertur, quam præiudiciales ſunt impatiẽtes in vna Communitate, & Republica: ſiquidem indè inſurgunt in inuidioſos, & indè in deceptores maleuolos, & inimicos.*

Idem

Et diuiſit lucem à tenebris.

LV.

IDem ibidem;*ad prædicta addit ſic*: Quod primũ fuerit ille Angelus perditionis, malus, an impatiens, contemno quærere: palam ſit impatientiam cum malitia, aut malitiam ab impatientia auſpicatam, deindè inter ſe conſpiraſſe, & indiuiduas in vno Patris ſinu adoleuiſſe. *Vbi apparet, non eſſe multum ſcrupuliandum, ſi impatiens aliquis impius iudicetur. Siquidem malitia, & impatientia in vno adoleſcunt ſinu eiuſdem Patris: altera ab altera oriri non repugnat. Simulq; conſpirant adultæ.*

LVI.

S. HIERON. *Com. in Pſ. 119. Loquens de blaſphemia, & peccatum lingua inſinuat formalitatem peccati Diaboli (cuius ruina communiter intelligitur deſcripta in noſtro textu.) Nam ſic ait:* Quod eſt magis, peccatum quam blaſphemia in Deum? Et tamen lingua peccat. Diabolus cur de cœlo decidit? quia furtum fecit? quia homicidium fecit? quia adulterium commiſit? Et hæc quidẽ mala ſunt; ſed diabolus non propter hoc cecidit: ſed propter linguam ſuam cecidit. Quid .n. dixit? in Cœlo aſcendam, ſuper ſydera cœli ponam thronum meum. *Vbi patet, linguæ peccatum ruinam miniſtrare etiam ſpiritualioribus, & cæterorum vitiorum incapacibus: ibiq; attingit quò cætera nequeunt peruenire peccata: Vndè diuina Scriptura cum de multis laudare in ſpecie poſſet, ſanctum Iob in ſuis aduerſitatibus hoc ſolum repetit:* In omnibus his non peccauit Iob labijs ſuis: *Quaſi per hoc immunis à cæteris ſatis declaretur peccatis: De quo ſuo loco ſatis.*

LVII.

HVG. *de S. Victore ſum. ſentent. tract. 2. ad illam quæſtionem, nempè, an aliquando Diabolus fuerit bonus; tenet partem affirmatiuam, & ad illud in contra. Ioan. 3. & 8.* Ab initio homicida fuit, & in veritate non ſtetit: *Reſpondet ſic*: In veritate non ſtetit, id eſt non permanſit, etſi in ea fuerit: homicida poteſt dici ſui ipſius, quia & ipſe homo appellatur Mat. 13.

LVIII.

S. IOANN. *Chryſoſt. Homil. 5. in Mat. operis imperfect. declarat ſingulariter formalitatem peccati Diaboli (cuius ruina communiter intelligitur deſcripta in hac lucis à tenebris diuiſione) nam aſſerit S. Pater, peccatum eius non fuiſſe, vt aliqui non pauci affirmant, velle eſſe Deum. (hoc enim angelico intellectui, repugnare videtur, cum per ſe innoteſcat diuinam eſſentiam eſſe incommunicabilẽ:) ſed ait fuiſſe velle ſe oſtentare Deum. Hæc ſunt Patris verba:* Sicut enim diabolus concupiſcentia vanæ gloriæ ipſe ruit de cœlo, nam cùm eſſet Angelus, volens ſe oſtendere Deum, perdidit, & illud quod erat, dum voluit quod non erat; ſic putauit, & Chriſtum concupiſcentia vanę glorię ferri. *Vbi etiam addatur illud S. Ignatij Epiſt. ad Philippenſ.: loquens cum diabolo:* Tu qui per inanẽ gloriam inhonoratus es. *Patet, quod via ad perdendum, quod vnuſquiſq; eſt, ſit velle per vanam gloriam oſtentare illud, quod non eſt.*

LIX.

CLEMENS *Alexandri. Stromat. lib. 3. Loquens de ruina Angelorum (quæ cõmuniter deſcripta intelligitur deſcripta in hac lucis à tenebris diuiſione) dicit, peccatum diaboli fuiſſe luxuriam, & incontinentiam. Et replicæ, nempè ſpiritibus, hoc peccatum repugnare, reſpondet ſic:* Verum enimverò non oportet conſiderare continentiam in vno ſolo genere, nempè in rebus venereis; ſed etiam in quibuſcunq; alijs, quæ luxurioſa concupiſcit anima; non contenta neceſſarijs, ſed ſollicita de delitijs. Continentia eſt, pecuniam deſpicere, voluptatem, poſſeſſionem, ſpectaculum magno, & excelſo animo contemnere, os continere ratione, quæ ſunt mala, vincere. Iam verò Angeli quoq; quidam, cum fuiſſent incontinentes, victi cupiditate, huc è cœlo deſcenderunt. *Vbi patet, non ſolum in venereis luxuriari, ſed in auaritia, murmuratione, ſpectaculorum intuitione, cæteriſquè vitijs.*

LX.

S. GREG. *Papa moral. 34. cap. 3. Loquens de ruina diaboli (quæ in hac lucis à tenebris diuiſione communiter intelligitur deſcripta) ait ſic:* Cecidit; quia Deo ſimilis eſſe non per iuſtitiam, ſed per per potentiam concupiuit: *Et poſt pauca ſic:* Ideò cecidit, quia peruerſo ordine Deo ſimilis eſſe voluit. *Vbi apparet, ambitionis notam non effugi ſolum per iniuſtitiam concupiti honoris, ſed per modum acquirendi, & ordinem: nempè cùm per potentiam procuratur, quod procurandum erat per iuſtitiam.*

LXI.

S. AMBR. *lib. 1. de Virginibus. Loquens de ſupra-poſita materia, opponit virginali puritati ex diametro ambitionem Angelorum, per quam de cœlo ex-*

Et diuiſit lucem à tenebris.

pulſi, & diuiſi ſunt ab illa cæterorum ſpirituũ luce; ait nanq; ſic: Quam præclarum autem Angelos propter intemperantiam ſuam in ſæculum cecidiſſe de cœlo: virgines propter caſtimoniam, in cœlum tranſiſſe de ſæculo. *Vbi apparet, non minus luxuriari ambitioſos in ſuis prætentionibus, quã inhoneſtos in ſuis venereitatibus.*

LXII.

S. *CYRIL. in Gene. lib. 1. Loquens de Angelorum malorum à cœlo caſu (communiter intellecto in noſtro textu) aſſerit, peccatum ipſorum fuiſſe inſolentiam:* Quid enim, inquit, eſt quæſo, quod te vehementer facit triſtari? quia fortaſſis aliqui ob inſolentiam, vitam beatam amiſerunt. At ſunt plures, qui meliorem apud Deum obtinent ſtatum, eiuſq; manſuetudine repleti, longis, aſſiduiſq; laudibus eum efferunt. *Vbi clarè monſtratur, inſolentiam eſſe vitium diaboli: manſuetudinem verò virtutem Angelicam.*

LXIII.

H*VGO de S. Victore li. 1. de Sacram p. 5. c. 31. Loquens de Angelorum ruina (quam tam ipſe, quam communiter omnes tenent, eſſe deſcriptã in hac lucis à tenebris diuiſione:) ad illam quæſtionem, nimirum, an fuerint plures Angeli, qui ceciderunt, quam qui præſeruati fuerunt; reſpondet ſic:* De numero autem lapſorum, certa authoritas nulla reperitur: omninò tamen probabile videtur plures remanſiſſe, quam cecidiſſe. Propheta enim 4. Reg. 6. Cũ demonſtraret currus igneos, conſolans ait. Plures ſunt, qui nobiſcum ſunt, quam cũ illis. Hinc conijcimus, plures eſſe electos Angelos, quam reprobos.

LXIV.

S. *THOM. 1. Par. quæſt. 63. art. 9. circa ſupra poſitum dubium, ait ſic.:* Dicendum quod plures Angeli permanſerunt, quam peccauerunt: quia peccatum eſt contra naturalem inclinationem: ea verò quæ cõtra naturam ſunt, vt in paucioribus accidunt: natura enim conſequitur ſuum effectum, vel ſemper vel vt in pluribus: *Vndè benè inferri poteſt, eſſe monſtruoſitatem in vna Republica, ſeu cõmmunitate eſſe plures impios, quam bonos.*

LXV.

S. *AVG. de mirabilib. ſacræ Scripturæ lib. 1. tenens hic debere intelligi Angelorum ruinam: ad illam quæſtionem, nempè quale nam fuiſſet peccatum Diaboli, reprobãs opinionem aliquorum aſſerentium fuiſſe perſuaſionem, qua primos parentes in Paradiſo deceperit, ait:* Abſit hoc, vt ſentiamus Angelum poſſe ſuadere homini peccatum in terra, niſi prius ipſe peccaret in Cœlo: *Vbi moraliter benè inferri poteſt, Religioſum qui extra peccatum committit, id tale intra religionẽ commiſiſſet: implicat enim eſſe ſanctum intra religionem, & ſcandalum ſecularibus extra præbere.*

LXVI.

S. *BONAVENT. Compend. Theologicæ veritatis de natura Dei lib. 2. cap. 28 reſoluens quale nam fuerit peccatum Diaboli (cuius ruina communiter intelligitur deſcripta in hac lucis à tenebris diuiſione) ait:* Dei ſimilitudinem concupiuit: non quidem cauſa imitationis; ſed poteſtatis: ideſt, ſubditos habere voluit, & nulli ſubiectus eſſe concupiuit: *Vbi benè dicere poſſumus, Deos terræ, ideſt ſuperiores vt plurimum eſſe imitatores Diaboli: qui cum Deos ſe reputari cupiant, non imitando, ſed imperando hoc oſtentare conantur.*

LXVII.

A*LBERTVS Magnus de 4. Coæque. quæſt. 10. art. 4. definiens Diaboli peccatum (cuius ruina communiter intelligitur deſcripta in hac lucis à tenebris diuiſione) poſtquã dixit: fuiſſe poteſtatis ambitionẽ; ne videretur condemnare omnem appetitum Prælaturæ aſſignat ſequentes circunſtantias:* Vt à ſe non ab alio: vt habeatur ſtatim, & non proficiſcatur ad eam per meritum: & vt in ſubiectis per potẽtiam alterius reſiſtentiam non inueniat: *Vbi benè in tribus primis accuſatur inſolentia quamplurimorũ noſtri temporis. Per vltimam verò ſuperbia diaboli, qui id quod vix Deo conceditur appetierit. Nam etiã Deus non talem in hominibus habet poteſtatem, ſiquidem per ipſum diabolum ſuadentem reſiſtentiam inuenit in nobis.*

LXVIII.

R*VPER. Abb. de victoria Verbi Dei lib. 2. cap. 2. Loquens de Angeli ruina (quæ communiter intelligitur deſcripta in hac lucis à tenebris diuiſione) aſſerenſq; illud Ezech. 28. vbi Deus volens per illum Prophetam deſcribere hanc diaboli ruinam ſub nomine, & rebus geſtis Regis Tyri, antè omnia dicit illi:* Fili hominis, leua plãctum ſuper Regem Tyri, &c. *ait ſic:* Non abſurdè, vel incongruè credi poteſt priores ſanctos feciſſe Angelos, id, quod facere iubetur homo Propheta, & Verbi Dei auditor, ſcilicet leuaſſe planctum ſuper illũ Re-

gem

Digitized by Google

Et diuiſit lucem à tenebris.

gem Tyri, ideſt, principem huius Mundi. *Aſſignaturus autem rationem, quare non ſolum homines, ſed etiam ipſimet Angeli leuaturi eſſent planctum ad tam iuſtam ruinam, tam infandi, & apoſtatæ Angeli: affer illud Iudicum 21. quando filij Iſrael propter nephandum peccatum occiderunt in bello penè omnes filios Beniamim; parta victoria, finita tam iuſta vltione ſimul leuantes vocem ſuam, fleuerunt: ait:* Non vtiq; pœnitebat eos, quod fratres ſuos viciſſent, & occidiſſent iure prælij: ſed ꝙ cauſa, vel malum accidiſſet, propter quod ſic oportuiſſet fieri. *Et poſt pauca, iterum ſic.* Non ego fleuerunt, quod vnã tribum deleuiſſent; ſed quod cauſa eueniſſet, cur ita facere merito debuiſſent. *Vbi apparet non eſſe calumniandos viros pios, quaſi fautores criminum, ex eo, quod contriſtantur cum punitiones vident exerceri. Non enim dolent de eo, quod criminoſi puniantur: ſed ex eo, quod talia in republica inueniantur crimina, quæ talem neceſſitent fieri ſupplicia.*

LXIX.

S. *BONAV. 2. ſent. diſt. 6. art. 2. quæſt. 1. ad 1. Loquens de ruina Angeli (quæ communiter hic intelligitur deſcripta) notauit, quod cum Diabolus etiã poſt ruinam vocetur Cherubim, Ezechiel. 28.* Et tu Cherub, &c. *nunquam legitur vocari Seraph. Aſſignans autem rationem ait:* Dicendum, quod Seraphim interpretatur, incendium, & hoc eſt per charitatem. Angelus autem licet à ſua conditione habuerit plenitudinem ſcientiæ, non tamen habuit incẽdium charitatis, niſi à gratia. V*bi addatur illud Alberti Magni de 4. coæqueuis art. 8. ad eundem quæſt.* Scientia verò, quia commune donum eſt bonis & malis: poteſt àliquos ex Dæmonibus denominare. *Vndè Doctores, qui per gratiam non ſunt Seraphin, non glorietur eſſe Cherub: quia hoc etiam commune eſt dæmonibus.*

L X X.

R*VPER. Abb. lib. 1. de victoria Verbi Dei c. 13 Loquens de ruina Diaboli (quæ communiter intelligitur hic deſcripta) poſtquam definiuit, peccatũ eius fuiſſe velle ſe cœteris Angelis prædicare increatum, & nihil à Deo, ſed omnia bona à ſemetipſo habere: quod facilè ſe perſuaſurum putauit, ex eò, quod antè eũ nullus fuerat creatus Angelus, ſeu creatura, quæ vt veritatis teſtis oculatus ei poſſet contradicere: addit S. Abbas ſequentia verba:* Sed ecce in principio erat Verbum, & Verbũ erat apud Deũ, & Deus erat Verbũ. Hoc erat in principio apud Deum. Hoc Verbũ, hic Deus teſtis eſſe debuit, & teſtis eſſe potuit verus idoneus, quod Satanas ille falſus eſſet, quod mendacium loqueretur. Nam ipſe eſt ſuper omnes, ipſe antè omnes, & quod vidit, & audiuit hoc teſtatur. Quid autem non vidit, aut quid non audiuit, qui omnia vidit cùm fierent? Immò omnia vidit, & audiuit antequam fierent: nam omnia per ipſum facta ſunt. *Vbi qui mentiri non erubeſcunt, ex eo, quod non ſint teſtes, qui adfuiſſent: Deum vereantur, qui aderat cũ talia fierent; & cum opus eſt ſolet teſtificari, vt videmus in multis miraculoſiſſimis actibus.*

LXXI.

S. *AVG. de mirabilibus ſac. Scriptur. lib. 1. Non approbans opinionem communem, aſſerentem, in hac lucis à tenebris diuiſione deſcriptum fuiſſe Angeli ruinam: ſed ſilentio prateriti in ſacro texto, ait ſic:* Reſtat ergò vt ruina Angelica, qua de cauſa à Domino tacita eſt exponamus, dum illũ creaturarum Dei primum Angelum cecidiſſe non ambigimus. Angelicum enim vulnus verus medicus qualiter factum ſit, indicare noluit, dum illud poſteà curare non deſtinauit. *Vbi Principes habent documenta, vt ſilentio prætereant ſubditorum defectus, quos curare non deſtinant.*

LXXII.

S. *ISIDOR. Peluſiota lib. 1. epiſt. epiſt. 164. Martyrio. Tenet, peccatum diaboli (cuius ruina communiter intelligitur hic deſcripta) fuiſſe ſuperbiam: nam ſic ait:* Superbis Deus reſiſtit, quandoquidẽ etiam ipſorum principi ab initio ſe oppoſuit. Conſidera igitur quantum eſt, & Deum hoſtẽ, atq; aduerſarium habere, & veterem hoſtem ſocium.

LXXIII.

S. *BONAV. Compendio Theolog. veritat. de natura Dei lib. 2. cap. 28. Aſſignare volens propriam formalitatem peccati Angeli (cuius ruina communiter intelligitur hic deſcripta) dicit nihil ambiſſe, quã ſuam propriam perfectionem ſibi à Deo datam, cuius pulchritudine excæcatus fuit: ſic enim ait:* Peccatum Luciferi fuit, quod ſe, & ſuum priuatum bonum dilexit. Excæcatus de altitudine habita præſumpſit, ac propriam excellentiam ambiuit, quaſi habiturus fuerit à ſe, non ab alio, & ſine meritis habere voluit. *Vbi patet, diabolicum ingenium aliquorum, qui cum beneficia recepta cognoſcant excel-*

Et diuiſit lucem à tenebris.

tiſſima, eis diſplicet, quod non à ſe, ſed ab alio illa habeant, vndè conſequenter incipit diſplicere benefactor. Et ſuperbia non paucorum, qui erubeſcunt beneficia ſibi magis meritis data, quam natura.

LXXIV.

S. *BONAV. vbi ſup. ad idem præpoſitum inter cæteras formalitates, quas peccato diaboli aſſignat, vna eſt. quod diabolus nihil appetit, quod ſibi denegari putauerit, aut ſua impoſſibili capacitati:* Sed, inquit, ſtare, vel ſperare cum poſſet quouſq; gratia apponeretur, noluit. *Vbi apparet, ambitionem non ſolum conſiſtere in appetitu honoris capacitatem excedentis, ſed in anticipatione eandebiti, & proportionati temporis talium bonorum collationis.*

LXXV.

P*AVL. Burgenſis. Add. gloſ. cap. 1. Gene. Reſpondet ſingulariter euidam etiam non vulgari dubio. Nimirum, quare hic dicatur, Deum per ſe diuiſiſſe lucem à tenebris, cùm poſteà de luminaribus dicatur ipſamet per ſe ſine Deo, factura talem diuiſionem? ait enim ſic:* Quæ quidem lux non habebat per ſe motum: & ideò non poterat de ſe diuidere lucẽ à tenebris, ſed hoc faciebat per emiſſionem, & contractionem luminis virtute diuina determinatam: & ideò dicitur hic: Diuiſit Deus lucem à tenebris. Sed in quarta die vbi de luminaribus agitur, expreſsè dicit: Vt diuidant lucem à tenebris: quia luminaria per motum proprium ſibi connaturalem hanc faciunt diuiſionem. *Vbi apparet, Deum noſtra munia, & officia per ſuam diuinam virtutem facere, cùm nos ad illa exercenda inhabiles ſumus: ſecus eſt ſi nos vires, & aptitudinem ad tale habeamus exercitium: tunc enim totum nobis imponitur.*

LXXVI.

S. *AVG. de mirabilibus ſacr. Script. lib. 1. Loquens de ruina Angeli (quæ communiter hic intelligitur deſcripta) ad illam quæſtionem, nimirum, quodnam fuiſſet peccatum eius, reprobans illam opinionẽ, aſſerentium, fuiſſe inuidiam excellentiæ primi hominis: ait:* Vndè potuiſſet, & ipſe inuidere felicitati humanæ, niſi prius amiſiſſet beatitudinem primam? *Vbi benè infertur, ſolum infelices eſſe inuidos.*

LXXVII.

H*VGO Card. Poſtil. in Gene. Moraliter ſic:* Homo iuſtus lux eſt, & peccator tenebra. Hi diuiſi ſunt merito, & premio. 2. Cor. 6. Quę participatio iuſtitiæ cum iniquitate.

LXXVIII.

B*EDA Expoſit. in Gene.* Per lucem teſtamentũ nouum, vel ſenſus ſpiritualis intelligitur, qui à tenebris, ideſt, à veteri teſtamento; vel littera diuiditur.

LXXIX.

A*EGID. Hexam. par. 2. cap. 2. loquens de ruina diaboli hic communiter intellecta: ad illam quæſtionem non ſemel hic reſolutam, nempe, quanto perſeuerauerit in bono; ſic reſpondet:* Tam modica fuit morula inter creationem, & eius caſum, vt dicatur diabolus mendax à principio, & dicatur in veritate non ſtetiſſe. In veritate quidem fuit, quia dicitur Ezech. 28. In delitijs paradiſi fuit: nam diabolus in veritate innocentiæ, & in delitijs innocentiæ fuit; ſed ita fuit modica morula inter illa, vt dicatur in veritate non ſtetiſſe. *Vbi apparet, modicam in bono morulam, pro nihilo computari.*

LXXX.

R*VPER. Abb. de victoria Verbi Dei lib. 1. c. 11. loquens de peccato Diaboli (cuius ruina communiter intelligitur deſcripta in hac lucis à tenebris diuiſione) poſtquam affirmauit, fuiſſe ſe prædicare eſſe increatum: aſſigans rationem qua ſe perſuaſit hoc poſſe perſuadere illis ſublimibus ſpiritibus, dicit ſequẽtia verba:* Vt igitur in rem procederet (quod apud ſe habebat huiuſmodi conſilium) cæpit prædicare ſemetipſum omnibus Angelis, confidens, vt erat plenus ſapientia, quod efficaciam haberet ad perſuadendum, vt crederetur ſibi dicẽti: Ego feci memetipſum: Deus ego ſũ: qualeſcũq; ſunt illę linguæ Angelorum, nimirum cõſtat eũ hoc de ſemetipſo prędicaſſe: quod prpopheticę Scripturæ veritatis teſtatę ſunt: nec verò vtcũq; ſed magna ſcientiæ, qua plenus erat arte prædicabat omnibus Angelorum cætibus, Deum ſe eſſe: Quid enim aliud per illud inuenitur, quod loco ſupra memorato Ezechi. 28. inter cœtera quæ Dominus dicit contra eum ſub nomine Aſſur; Flumina eius, inquit, manabant in circuitu radicum eius, & riuos ſuos emiſit ad vniuerſa ligna regionis: Quia ſapiẽtiam ſuam multã effũdẽdo, vniuerſas Angelorum multitudies circũuenire, & in ſententiam ſuam deducere laborauit, vt apud illos tanquam altiſſimus haberetur, & adoraretur vt Deus: Et eleuati ſunt rami eius præ aquis multis; quia maior quam erat, cæpit

ha-

Et diuiſit lucem à tenebris.

haberi apud maximam partem Angelorum; prę multa ſapientia, qua ſe commendauit, de quibus poſt aliqua dicit ſic. Et emulata ſunt eum omnia ligna voluptatis, quæ erant in Paradiſo Dei: notandum quid, vel qualiter dixerit: Quia non ait: Et emulata ſunt eum omnia ligna regionis. ſed æmulata ſunt eum omnia ligna voluptatis: Et miſit quidē riuos ſuos ad omnia ligna regionis, ſed æmulata sūt eum tantummodo omnia ligna voluptatis: Quia cunctos quidem Angelos per ſuam ſapiētiam decipere, & ad ſuum fauorem deducere tētauit: ſed adulati ſunt ei tantummodo illi, qui gloriam ſuam quærebant, non Dei: quos delectabat ſeruire potius creaturæ, quam creatori. *Vbi patet, quod etſi Heretici ſua humana ſapientia multos decipere intentent, non tamen decipiunt, niſi illos, qui licentioſè viuunt, & voluptati inſeruiunt, vt patet in Luthero, quem cum penitus tota ſequeretur Germania, inter multos non decepti fuerunt illa ligna fructifera, qui eum impugnauerunt Fratres, inquam, Ordinis Prædicatorum, deſtinante etiam Summo Pontifice Leone X. Cardinalem illum, quē Clemens VII. non ſemel lumen appellauit Eccleſiæ, cum in illa Romana ſtrage (à Borbō facta) videns in prædam, inter cætera, duci Caetanū, de arce S. Angeli clamauit (oblitus omnium aliarum rerum) Seruate mihi lumē Eccleſiæ Cardinalem Caetanum: Qui inquam, vt cæteros taceā ſatis in hiſtorijs prædicatos, Luciferinum Heræſiarcam tunc, & vſq; nunc ſuos ſucceſſores impugnant) Legatum ad Lutherum conuincendum impugnādum ex omnibus illius curiæ doctiſſimis viris elegit: verum eſt quod iſte Luciferinus ſuas aquas non emittere auſus eſt ad irriganda ligna iſta, immò (vt ex hiſtorijs conſtat) contra Prædicatorum Ordinem primò totam torrētem ſuæ iniquiſſimæ ſapientiæ conuertit, non ignarus quod ad impugnationem Eccleſiæ (quam præmeditauerat) opportunè incipiebat à principaliori parte, & fortiori arce.*

LXXXI.

S. *ISIDORVS Hiſpal. lib. 1. ſentent. cap. 10. de eadem ruina irreparabili loquens, ait*: Apoſtatæ Angeli ideò veniam non habent, quia carnalis fragilitatis nulla infirmitate grauati ſunt, peccarunt, homines autem poſt peccatum idcircò reuertuntur ac veniam, propter quod ex lutea materia pondus traxerunt infirmitatis, ideòq; pro infirma carnis conditione, reditus patet homini ad ſalutem; ſicut & Pſ. dicit: Ipſe fecit figmentū noſtrum: memento Domine quod terra ſumus: Et iterum: Memorare quæ mea eſt ſubſtantia.

LXXXII.

S. *BONAVEN. Compen. Theologicæ veritatis de natura Dei lib. 2. cap. 24. loquens de ruina Angelorum (quæ communiter intelligitur deſcripta in hac lucis à tenebris diuiſione) quærit an ruina Angelorū ſit reſtauranda per ſaluandos: reſpondet autem inter cætera, ſic*: dixerunt etiam quidam, quod duo parietes erant in Cœlo, ſcilicet, vnus hominum, & alius Angelorū: & quod ruina Angelica reſtaurabitur per virgines: & de alio pariete tot erunt ſaluandi, quot in alio pariete ſunt Virgines, & Angeli.

LXXXIII.

RVPER. *Abb. de Victoria Verbi Dei lib. 1. c. 15. loquens de ruina Angeli (quæ cōiter intelligitur hic deſcripta) ſic ait*: Vndè cecidit? de Cœlo inquit: De Cœlo vtiq; non ſuo, ſed Domini: Quia nec ſaltim in Cœlo conditus fuit: ſed poſtquam donditus eſt, poſitus fuit in Cœlo ab eo, qui & Cœlum, & ipſum condidit: planè ſicut homo non in Paradiſo factus fuit, ſed poſtquam factus eſt: tulit eum factor eius, & poſuit eum in Paradiſo voluptatis: ſic & illum non in Cœlo fecit, ſed factum in Cœlo poſuit: vndè cū præmiſiſſet Ezechi. 28. Aurum opus decoris tui, &c. tūc demum ſubiunxit: Et poſui te in mōte ſancto Dei. Iure ergò de cœlo cecidit: quia quod datum ſibi erat cœlum rapinam arbitratus eſt: & per humilitatem non cuſtodiuit. *Vbi patet, quam graue ſit, & quam iuſtè ſpoliari debent: qui bona gratis ſibi data, nec per humilitatem cuſtodiunt, & ſua de iure volunt facere, quæ ſunt mere gratiæ.*

LXXXIV.

S. *AVG. Præfat. pſ. 47. ſic*: Non fruſtrà Dominus ait de Moyſe. De me enim ille ſcripſit Ioann. 1. quia omnia, quæ ſcripta ſunt, etiam cum Deus concederet creaturam, poſſunt interpretari ad ſignificationem futurorum. Vt intelligas, Deum feciſſe lucem, cùm Chriſtus a mortuis reſurrexiſſet. Tunc enim reuera illa lux diuiſa eſt à tenebris, quando immortalitas, à mortalitate diſcreta eſt.

HV-

Et diuiſit lucem à tenebris.

LXXXV.

HVGO *de S.Victore lib.1.de ſacram.p.1. Tenet, quod in iſta lucis à tenebris diuiſione, quæ facta fuit ſubtus in terra, voluerit Deus ſignificari illud terribile iudicium factum in cęlo inter lucis Angelos, & ſpiritus tenebrarum: addit ſic:* Sic enim conſonare debuerunt exemplaria operũm Dei, vt quæ viſibilia erant opera ſapientiæ, inuiſibilium prouentus ſequerentur; ſecundum quod ipſa, quæ vtrobiq; operabatur ſapientia, ibi iudicium exercuit, hic formauit exemplum. *Vbi habemus, quod etſi iudicia alterius ſæculi ſunt occulta, non tamen tantum, quod aliqua etiam exemplaria Deus nobis in hac vita non oſtenderit. Ibi facit iudicia, ſed hic format exempla.*

LXXXVI.

HV*G.Card.Poſtil.in 2. Petri.ad illa verba c. 2.* Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit,&c.& originali Mundo non pepercit,&c. & Ciuitates Sodomorum: *Tenet, Angeli peccatum (pro quo à luce bonorum Angelorum diuiſus in æternum fuit) fuiſſe ſuperbiam; nam explanans illa tria in primordijs à Deo illata ſupplicia; nempè reiectio Angelorum, inundatio diluuij, ſubuerſio Sodomæ; ait ſic:* Notandum autem, quod per illas tres ſimilitudines omne peccatum comprehenditur, qđ ex tribus radicibus prouenit: de quibus *1.Io.2.* Omne quod eſt in mundo, aut concupiſcentia, &c. In Angelis enim puniuit ſuperbiam, in mundo luxuriam. Hæc enim legitur Gene. *6.* cauſa diluuij, quia filij Dei accipiebant filias hominũ: Sed in Sodomitis peccatum contra naturam: quod in quibuſdam ex auaritia procedit. A mulieribus enim abſtinent aliqui, quamuis peius in occulto faciunt, vel quia nolunt dare, vel quia volunt accipere præbendas, vel huiuſcemodi.

LXXXVII.

S. *BONAV.2.ſent.q.2.art.2. Loquens de ruina diaboli (quæ communiter intelligitur deſcripta in hac lucis à tenebris diuiſione.) Ad illam quæſtionem, nẽpè, an diabolus præuiderit ſuum caſum: tenet partem negatiuam. Et quia opponitur D.Bernardus, de grad.humil. vbi dicit, diabolum præuidiſſe ſuum dominium, ſecundum illud:* Ponam ſedem meam, &c. *ait ſic:* Ad illud quod obijcitur, quod præuidit ſuum dominium; quare ſimilitet, non ſuum præcipitium? Dicendum, quod de ipſo Bernardus miratur: & ſoluit, quod ita potuit eſſe, ſicut de Ioſeph, qui vidit ſuum principatum, & non vidit ſuam venditionem. Sic enim diabolo, potuit Dominus reuelare dominium, & non præcipitium. *Vbi exempla, etiam alia quotidiana addere poteramus multorum, qui ſomniantes futuras proſperitates, vt eas ambitioſè procurent: neq; in mentē eis veniunt magna, & eminentia præcipitia nè cautè ea euitare procurent.*

LXXXVIII.

S. *AVG.lib.3.de libero arbitrio. Quærit, an ex defectu Angeli, minuatur perfectio vniuerſi: Reſpondet autem ſic:* Cùm peccantibus adeſt miſeria: nihilominus perfecta eſt vniuerſitas. *Vbi apparet, Communitates non minui in honore, reputatione, &c. per impiorum indiuiduorum ruinam.*

LXXXIX.

A*BVLENS.Com.in Gene.quæſt.ſic:* Illud verbũ, Diuiſit, non attribuitur Deo, ſed luci; quia lux formaliter diſtinguitur à tenebris, cùm tenebræ ſint lucis priuatio: nec indiget, quod ab agente extrinſeco, vt à Deo, cauſetur diſtinctio inter eam, & tenebras. *Vbi moraliter habemus, non eſſe vlli attribuenda diſcordia, & diuiſio inter bonos & malos, per ſe diuiduntur.*

XC.

R*VPER. Abb.de victoria Verbi Dei lib.2.cap.1. Loquens de ruina Angeli (quæ communiter intelligitur deſcripta in hac lucis à tenebris diuiſione) poſtquam dixit lib 1.cap.19. ſanctos Angelos cantaſſe, & in iubila prorupiſſe ad diaboli, cæterorumq; ruinam, iuxta illud Domini Iob 28.* Quis dimiſit lapidem angularem eius: cum me laudarent ſimul aſtra matutina, & iubilarẽt omnes Filij Dei. *Vbi intelligens S. Abbas per lapidem angularem, Luciferum: ait:* Cùm igitur dimiſiſſet illum, laudauerunt, inquit, ſimul aſtra matutina, & iubilauerunt omnes Filij Dei. *Et antè, ſic:* Proiecto illo, laudauerunt, & iubilauerunt Angeli ſancti, participes cum Michaele, & cooperantes victoriæ Verbi Dei. *Quæ, inquam, poſtquam ibi dixit, notat nunc, quod volens ſub perſona, & rebus geſtis Regis Tyri, hanc per Ezechielem deſcribere ruinam: iubet illum leuare planctum; & ruinam diaboli planctu deplorare magno, dicens cap.28.* Fili hominis leua planctum magnum ſuper Regem Tyri,&c. *Et dicit ſic, admirans:* Magna, & mira verbi Domini diſciplina, cuius præceptum eſt, vt tanti aduerſarij ruinam irrecuperabilem plangat Prophe-

ta.

Digitized by Google

Et diuiſit lucem à tenebris.

ta. Nam in cœlo beatis ſpiritibus exultantibus pro ipſius Verbi victoria, planctum ſuper eiuſmodi creaturam leuare iubebat; pro eo quod in illa fuiſſet inuenta iniquitas, & perdidiſſet iam Verbum ipſum perditione ſempiterna. *Vbi apparet, quod licet Deus ex impiorum condemnatione, ſuiq; iuſti iudicij laudes ex vna parte accipiat: ex alia tamen vult fieri planctum, effundi lacrymas pro condemnatione irrecuperabili ſuarum creaturarum.*

XCI.

ANASTASIVS *Synaita Hex. lib. 1. myſticè exponens antecedentes textus, de progreſſu hominis à tenebris infidelitatis egredientis per Sacramentum baptiſmi, ſignatū in illo:* Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas: *intelligens per lucem bonæ conuerſationis exemplum, quo baptizatus relucere ſtatim debet, proſequitur ſic:* Quamobrem tanquam iam & à fide, & à bona vita illuminata creatura, & ab ea in Baptiſmo ſeparatis quæ erant peccati tenebris, & incredulitatis, ſtatim ſubiunxit ſcriptor, dicēs: Et ſeparauit Deus inter lucem, & inter tenebras, quæ erant ſuper aquam abyſſi. Quod præſignificārunt etiam illæ duæ volucres, quæ emiſſæ ſunt ex Arca Noe: vndè licet videre illic quoq; priores eſſe tenebras: prior enim Coruus euolauit ſuper aquas: & eū vel ſuffocatus eſſet, & perijſſet tenebroſus Coruus Sathan, vt etiam ad craſſitudinem, & carnalitatem peccati adhæſiſſet: nō enim poſſunt omnes ſermonē capere: tunc Spiritus Dei columba ſuperferebatur, volans ſuper aquam, non inueniēs requiem in pedibus ſuis, vt tabernaculum figeret in homine, aut habitaret, & inābularet, etiam ſi omnia mōtium cacumina eſſent detecta: *Vbi apparet, quod non omnes qui ſacro lauantur Baptiſmate, ad eandē ſtatus conditionem nanciſcuntur: ſed diuiſio datur ſecundum diſpoſitionem vniuſcuiuſq; idem dici poteſt de Religionem ingredientibus.*

XCII.

S. ISIDORVS *Hiſpal. lib. 1. ſentent. cap. 10. deſcribens iſtam Angelorum bonorum, & malorum diuiſionem quæ communiter in noſtro textu deſcripta intelligitur, etiā quoad munia ait ſic:* Quoties Deus quocūq; flagello huic mundo iraſcitur, ad miniſterium vindictę Apoſtatæ Angeli mittūtur, qui tamen diuina poteſtate coercentur, nè tantum noceant, quantum cupiunt: boni tamen Angeli ad miniſterium ſalutis humanæ deputati ſunt, vt curas adminiſtrent mundi, & regant omnia iuſſu Dei, teſtante Apoſtolo: Nonnè omnes, inquit, ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſteriū miſſi, propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis.

XCIII.

STEPHANVS *Cantuar. in lib. Allegor.* Et diuiſit lucem à tenebris: Peccatū mortale à gratia: Sol enim ſecum non ſuſtinet in eodem Hemiſpherio noctem: ſed quando nox eſt ſuperius, Sol eſt inferius: quia dum mortale peccatum regnat in homine, homo Solem neſcit, id eſt gratiam contemnit, & hunc conculcat ſub pedibus: Quando verò Sol in eo regnat, Diabolum conculcat, & habet ſub pedibus ſuis: verum ſicut Sol nebulam ſuſtinet, ſic gratia veniale peccatum.

XCIV.

ALBERTVS *Magnus de 4 Coæqueuis. art. 11. ſic:* Dicit Chryſ. ſuper Ioan. quod lux non lucet in tenebris, niſi diſſipando, & deſtruendo tenebras, ergò videtur quod potius debuit dicere: Deſtruxit tenebras per lucem, quam: Diuiſit lucem, & tenebras: dicēdum quod per proprietatem naturæ diſtincta eſt lux à tenebris: quia id quod per ſe eſt luminoſum, naturaliter eſt in circunferentia: id autem quod per ſe eſt opacū, & tenebroſum naturaliter eſt in centro. *Vbi moraliter apparet, non eſſe neceſſaria vlla violentia ad diuiſionem bonorum, & impiorum, cum ipſamet natura vtroſq; diuiſos creauerit: benè tamen ad illuminationem, & doctrinam; cum impij naturaliter illuminari, & edoceri repugnent: ſicut tenebræ, quæ illuminari à luce nequeunt, niſi deſtruantur; ſine autem earum diſſipatione, tamen à luce diuiduntur.*

XCV.

S. BONAVEN. *2. ſenten. quæſt. 2. art. 2. loquens de ruina Angelorum (quæ communiter intelligitur deſcripta in hac lucis à tenebris diuiſione) ad illam quæſtionem, nimirum, an peccatum minorum Angelorum fuiſſet ſuperbia, ſicut & Luciferi; reſpondet affirmatiuè: Et ad argumentum in contrarium, nempè ſolum Diabolum imperare appetiſſe deſcribi: ait:* Dicendum, quod quamuis non appetierūt preæſſe, noluerunt tamen debito modo ſubeſſe: quia noluerunt ſubeſſe illi Domino, qui præcipit ſolum quod bonum eſt, & reſtringit voluntatem; ſed ei, qui permittit laxare frenum concupiſcentiæ. *Vbi ſequitur nō eſſe maius ſuperbiæ ſignū ambitioſū eſſe, quam pijs, & zelantibus non parere Prælatis.*

RV-

Et diuiſit lucem à tenebris.

XCVI.

RVPER. *Abb. in Gene. lib. 1. cap. 11. Loquens de ruina Angelorum: (quæ communiter intelligitur in noſtro textu deſcripta,) quærit, an antè peccatum malorum, & confirmationem bonorum iam per hierarchias eſſent diſtincti? Reſpondet autem negatiuè. Fundamentum verò aſſignans, ait:* Si antequam firmati fuiſſent electi ſpiritus, illi iam erant alij Throni, alij Cherubin, & alij Seraphin, quid poſt hæc pro firmamento acceperunt? Ergò non antequam caderent apoſtatę Angeli, iam erant ordines diſtinctæ, ſed illis cadentibus iſti, qui permanſerunt, in ea, qua firmati ſunt remuneratione, ſunt ordinati, nouéq; ordinibus diſtincti. *Vbi moraliter Principes documentum habent, nè ſuprema præmia merita alicuius præcedant: nè poſtea cum nihil aliud acceperint (ſiquidem totum ante habuerunt) videantur merita irremunerata eſſe: quod valdè dedecorum, & inconſonans apparet.*

XCVII.

S. BASIL. *Hom. 2. in gene. ſic:* Et diuiſit, ideſt, naturam iſtarum talem effecit, vt miſceri non poſſint, oppoſitaq; ſint perindè, atq; contraria. Nam maximo interuallo eas ſeiunxit. *Vbi apparet, eam eſſe irreunibilem diuiſionem, quę ſit nõ opere, & induſtria alicuius: ſed ipſamet effecit naturæ diuerſitas. Et hanc ſolus Deus, qui naturas vniuſcuiuſque rei efficit, ſtatuere poteſt.*

XCVIII.

S. BONAV. *Faſcicul. amor. cap. 26. loquens de peccatoris ignorantiæ ad lucem gratiæ, & diuinæ ſapientiæ ſubita mutatione: afferens noſtrum textum ſpiritualiter, ſic ait:* Vndè hæc eadem mutatio, niſi ex irradiantis gratiæ ſplendore efficitur? Præſente nanq; veritate, euaneſcit falſitas, & noctis opaca caligo clareſcit, atq; ad intuitum ſapientiæ cuncta ignorantiæ propriæ albugo fugatur.

XCIX.

ALBERT. *Magn. de 4. coæqueuis art. 8. Loquens de Angelorum ruina (quæ communiter intelligitur deſcripta in hac lucis à tenebris diuiſione,) tenet, hierarchias iam eſſe diſtributas, antequam iſti peccarent; ſicq; de ſingulis hierarchijs aliquos cecidiſſe. Sed opponit, quare communiter ſolum vocētur Angeli, non autem Archangeli, neq; Cherubin, neq; Seraphin, &c.? Reſpondet autem ſic:* Licet à quolibet ordine aliqui ceciderunt: non tamen à quolibet ordine dæmones denominantur, quæ priuatio expreſsè in damnatione dæmonum imputatur. *Vbi apparet, quam impropriè, & iniuſtè expulſos à Religionibus, monachi vocantur, ſeù aliquo, quo in Religionibus fruebantur honorato titulo.*

C.

RVPER. *Abb. de victoria Verbi Dei lib. 1. c. 25. loquens de ruina diaboli (quæ communiter intelligitur hic deſcripta.) Tenet, quod dæmones non adhuc ſunt in inferno, ſed in aeris regione reſeruari vſq; ad diem iudicij, vt tunc ad infernum mittantur, iuxta illud Apoſtoli Iudæ:* Angelos verò, qui non ſeruauerunt ſuum principatum, ſed dereliquerunt ſuum domicilium in iudicium Dei magni vinculis æternis ſub caligine reſeruauit. *Et illud Petri 2. cap. 2.* Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos in iudiciũ reſeruari. *Sed addit ſic:* Nonnè iam tunc vſq; in infernum cecidit? Reuera, quamuis nondum in inferiorem miſſus ſit; iam iſte locus infernus eſt illi, reſpectu altitudinis illius domicilij, quod dereliquit, reſpectu principatus ſui, quem non ſeruauit. *Vbi habemus quod miſerię magis computantur reſpectu felicitatis amiſſæ, quam reſpectu illius, quod de præſenti patitur. Tale enim poteſt eſſe, quod amittitur, quod læta regio infernus computetur.*

CI.

S. ISID. *Peluſiota lib. 2. epiſt. epiſt. 246. Petro. Aſſignat quandam doctrinam huic loco congruentem. Nam ſtatim occurrit legenti, quomodo Deus, qui vnitatis amator eſt, incipiat ſe manifeſtare diuiſiones faciendo. Dicit enim ſic:* Pax ſi annexam iuſtitiam habeat, diuina quædam res eſt. Si autẽ altera ſine altera ſit, virtutis pulchritudinem labefactat. Nam & prædonibus inter ſe, & lupis pax eſt, illis nimirum in hominum perniciem, his autem in ouium exitium. At pacem hanc minimè appellauerim, quę iuſtitia minimè ornata eſt. At ſi hæc acceſſerit, tum demum pax verè vocabitur. Vndè etiam Chriſtus dixit: *Non veni* mittere pacem ſuper terram, ſed gladium. Nam quod non omnem pacem, ſed eam dumtaxat, quæ cum vitio coniuncta eſt, abijciat, ac proſcribat, hinc patet, quod alio loco ait: Pacem meã do vobis. Pax enim ea vera eſt: quæ iuſtitia, & pietate cohoneſtatur.

S. BO-

Et diuiſit lucem à tenebris.

CII.

S. *CYPR.de hæreticis baptizand ſic*: Scriptum eſt: Et vidit Deus lucem, quia bona eſt, & diuiſit lucẽ, & tenebras. Si poteſt luci, & tenebris conuenire; poteſt nobis, & hæreticis aliquid eſſe commune.

CIII.

S. *BONAV. 2.ſent.diſt 6.art.2. q.1. loquens de ruina Angeli, quæ communiter intelligitur deſcripta in noſtro textu,) Ad illam quæſtionem, nimirum, an antè peccatum illorum, confirmationemque bonorum iam eſſent diſtinctæ hierarchiæ, tenet partẽ negatiuam. Et ad illud, quod opponitur, nempè apud Ezechielem vocari cap.28. Diabolum Cherub. reſpõdet ſic*: Hoc non ideò, quia eſſet de ordine Cherub.; ſed quia habebat habitum ad illum ordinem. *Vbi apparet, in diuinis litteris non ſolum, etiã impijs, non negari titula, & encomia, quæ vel actualiter, vel antea habuerunt; ſed etiam illa, ad quę habitudinem habuerunt. Vnde v.g. in nouo teſtamento Herodes vocatur Rex, Caiphas, & Annas Pontifices, &c.*

CIV.

R *VPER. Abb. de victoria Verbi Dei lib. 2. c. 4. loquens de peccato Diaboli (cuius ruina communiter intelligitur deſcripta in hac lucis à tenebris diuiſione) afferens 28.cap. Ezech. vbi Deus volens per illum deſcribere hanc ruinam ſub nomine, perſona, & rebus geſtis Regis Tyri: antè oĩa iubet Prophetam leuare planctum ſuper Diabolum, & eius narrandũ caſum*: Fili hominis, inquit, leua planctum ſuper Regem Tyri, &c. *addit ſic*: Non abſurdè, vel incongruè credi poteſt, priores ſanctos feciſſe Angelos, id, quod facere iubetur homo Propheta, & Verbi Dei auditor, ſcilicet leuaſſe planctum ſuper illum Regem Tyri, ideſt principem huius Mundi. *Aſſignans autem rationem, planctus ſanctorum Angelorum in hoc caſu: ait*: Dolerent imminutam eſſe Ciuitatem ſupernam, paucioreſq; eſſe Ciues Regni Dei. *Et poſtquam ſic, alijſq; largiſſimis verbis, introducit Angelos plãgentes amariſſimè hanc ruinam: dicit, ſolum Deum non fleuiſſe, cunctis flentibus, nec doluiſſe. Et nè videretur introducere Deum minus miſericordem cunctis ſuis illis cœleſtibus creaturis, ait, cauſam eſſe, quia etſi videbat ruinam, præuidebat reparationem in hominis futura creatione, quæ Angelis latebat*: Deus autem, inquit, apud ſe in Verbo ſuo, in quo vita erat quicquid factum eſt; iam dudum habebat, & videbat, quid eſſet facturus, ad gloriam, & laudẽ nominis ſui. Solus ipſe nouerat, & cunctis Angelis abſconditum erat. Quemadmodum Apoſtolus cùm vidiſſet, quæ ſit diſpenſatio ſacramenti, addidit: Abſconditi à ſæculis in Deo. Quid erat abſconditum, vel quale erat illud ſacramentum? Nimirum, vt ſumma beneuolentiæ largitas, largiſſima Creatoris beneuolentia, de inope, & abiecta terræ materia (quæ tunc ſub aquis latebat) glorioſam, & angelicæ claritati conſimilem æderet creaturam. *Vbi patet, quod lacrymæ in calamitatibus, arguunt ignorantiã futuræ reparationis: & quod ruinas publicas non plangere, e mœſtis lamentantibus, non arguit animi duritiam, ſed remedij præſcientiã.*

CV.

S. *ISIDOR. Peluſiota lib.1. epiſt. epiſt. 124. Paulo. Fauet quandam moralitatem communiter hic allatam, nempè bonis nihil debere eſſe conſortij, & amicitiæ cum impijs: ſed diuidi ab inuicem oportere: Nam ſic ait*: Quandoquidem, veritatis ignari, ad famam, oculos conijciunt, atq; vnumquenq; talẽ eſſe iudicant, quales eos conſpiciunt, qui cum eo verſantur: non à rebus dumtaxat, ſed etiam ab ijs, qui cum eo conſuetudinem habent, calculum ferentes. Si enim virtutem colis, inquiũt, quid cauſæ eſt, quod cum improbiſſimis hominibus vitæ ſocietatem inis?

CVI.

S. *GREG. Papa Moral. lib 34. cap. 17. loquens de ruina Diaboli (quæ communiter deſcripta intelligitur in noſtro textu) afferens illud*: Similis ero Altiſſimo: *ait*: Qui enim charitatem eius imitari debuit ſubditus, ambijt eius celſitudinem: & hoc quod imitari poterat amiſit elatus: *Vbi patet, quod charitas eſt via lata nobis relicta, ad imitationem Dei: non autem potentia, aut imperium.*

CVII.

A *LBERT. Magnus de 4. coæqueuis art. 8. Loqquens de ruina Angelorum (quæ cõiter intelligitur deſcripta in hac lucis à tenebris diuiſione) notauit ſingulariter, quod cum dæmones ad huc retineant ſuorum ordinum, vndè ceciderunt, nomina: nam vocantur Ezech. 28. Cherub 2. Cor. 12. Poteſtates, Virtutes, Dominationes: nullibi tamen inueniuntur vocati, Seraph. aut Throni. & ait*: Dicendum, quod iſti ordines dicunt officia communia bonis, & malis. Et hoc patet in ſingulis: quia prin-

H ci-

Et diuiſit lucem à tenebris.

cipatus diſponere, poteſtatem exercere, & miracula facere, & nuntiare, ſunt communia bonis, & malis. Notando ſingulariter, quod nuſſibi, neque Seraphim, neq; Throni vocantur. Damnatio enim ex hoc, quod eſt confirmatio in malitia, priuationem dicit charitatis; & ideò nullus à Seraphim denominatur. Ex hoc autem, quod dicit auerſionem à Deo: priuationem dicit doni Thronorũ, in quibus Deus, vt in throno gloriæ requieſcit. *& antè hoc ſic:* Scientia verò, quia commune donum eſt bonis, & malis; poteſt aliquos ex dæmonibus denominare: ſicut fit in Ezechiele. *Vbi Seraphica Religio Franciſcana habet excellentiam ſui encomij non eſſe communem, niſi ſolis Sanctis, & Deo per gratiam inhærentibus, & quod nullus eſt in inferno, qui ſuo eorum poſſit denominari titulo. Denominabuntur ſapientes, &c. nullus autem Seraphicus. Et etiam, quod Principem vocari, ſeu poteſtatem exerceri, non eſſe quid magnæ extimationis.*

CVIII.

RVPER. *Abb. lib. 1. de victoria Verbi Dei c. 12 Loquens de ruina Diaboli (quæ communiter in hac lucis à tenebris diuiſione intelligitur deſcripta) poſtquam aſſerit, peccatum eius fuiſſe prædicare ſe increatum, & à nemine ſuas accepiſſe perfectiones: quærit, quomodo tam excellentis ingenij creatus Angelus non eſt veritus tam manifeſtam proferre mẽdacium? Reſpondet autem ſic:* Quem putaret poſſe ex omnibus Angelis, qui, dicere ipſo: Ego creatura Dei non ſum, ſed ego feci memetipſum: obuiaret, & diceret: Falſum tu loqueris? Quem timeret poſſe inueniri teſtem Dei, qui teſtificaretur, & diceret: Ille te fecit? Verus nanq; teſtis eſt, & certus, qui quod vidit, & audiuit hoc teſtatur. At verò nullus vidit, vel audiuit, quando illum fecit Deus. Nullus quippè ex omnibus ad huc fuerat conditus. Omnes minores ſunt: hic primus erat. Teſtatur hoc ipſe Deus, qui ad Beatum Iob illum mirabiliter deſcribens cap. 40. Ipſe, inquit, principium eſt viarum Dei. *Et poſt largam probationem antiquitatis Diaboli, concludit ſic:* Cùm igitur nullũ haberet ex omnibus Angelis cõſcium ſuæ creationis, qui dicere poſſet: Ego vidi, vel audiui (eò quod primus ipſe conditus fuerit) quem putaret ſtare poſſe contra ſe teſtem Dei? Quis reuelaret faciem indumenti eius? Et in medium oris eius quis intraret? Portas vultus eius quis aperiret? Nimirum arbitratu eius nullus erat, qui poſſet eum arguere eſſe mentitum, & conditionis eius proferre iudiciũ. *Vbi extra quod patet, nempè, de antiquitatibus ſeniores coram iunioribus audacius mentiri, quam coram coætaneis: patet, quam inuerecundius diabolo mentiuntur hodiè quamplurimi negantes beneficia, & conditionem, nataleſq; coram antiquioribus, qui eos naſci viderunt, & recipere beneficia, quæ negant, conſpexerunt.*

CIX.

RVPER. *Abb. de victoria Verbi Dei lib. 1. c. 14. Loquens de Angeli ruina (quæ communiter intelligitur deſcripta in hac lucis à tenebris diuiſione) tenens, peccatum Luciferi fuiſſe ſe prædicare increatum, & Deum eſſe: quærit, quomodo hoc abſurdum perſuadere potuerit cæteris Angelis? & illi non potius crediderunt Deo in contrarium teſtificanti? Reſpondet autem ſic:* Nihilominus nanq; & ipſi omnes ſcire potuerunt verum eſſe Dei teſtimonium; ſed rebelles luminis, idest eidem Verbo extiterunt propter inuidiam, cuius videlicet ſuperbiæ, ſiuè inuidiæ, nunc vſq; prouerbium vſitatum eſt: Ob derogationem melioris, ſemper fauere peiori. Hoc illi ſpiritus, qui dicuntur; & ſunt maligni, ſine dubio fecerunt. Inuidentes nanq; meliori (immò ſoli bono creatori) malum & mendacem Satanam, idest, aduerſarium eius, ſuis fauoribus extulerunt, teſtemq; eius Verbũ oderunt, & repulerunt, vtputà quorum ſecundũ exemplum, maligni quoq; homines eidem Domino dicere ſoliti ſunt: Recede à nobis, ſcientiã viarum tuarum nolumus.

CX.

IDem, *ibidem cap. 26. Ad idem. Afferens per occaſionem ſignificationem nominis, diaboli, quod ſignificare dicit (deorſum fluens) dicit ſic:* Nec verò loco tantummodò deorſum fluit, ſed etiam intentione ſemper deorſum fluit. Semper enim viliſſima quæq; appetit: tam vilis nunc nebulo, quam glorioſus Archangelus primum extitit. Quod perpendat, qui poteſt, ex eo, quod in ſcriptura ſacra ſpiritus immundus nuncupari conſueuit. *Vbi myſticè apparet, quod quotidiè experimur, eſſe annexum deſcendere in pœnam à loco ſublimi, & ſpiritu etiam, cogitationeq; tanto humiliari, quanto antè ſublimabatur.*

RV-

Et diuiſit lucem à tenebris.

CXI.

RVPER. *Abb. de Victoria Verbi* Dei *lib. 1. c. 13. Loquens de ruina Angeli (quæ communiter intelligitur deſcripta in hac lucis à tenebris diuiſione.) afferẽs ad propoſitum illud Chriſti Domini Luc. 10.* Videbam Satanam ſicut fulgur de cœlo cadentem: *Reſpondet cuidam dubio indè inſurgenti; Nimirum, quomodo Chriſtus Dominus dixerit, ſe vidiſſe, tanquam iactando ſe ſolum vidiſſe, cum omnes Angeli ſancti, etiam illud vidiſſent: immò per ipſorũ miniſterium detruſi fuerint ille, & ſui ſequaces? ait enim ſic:* Ad ſummum & illud inferre libet, quia ſolus ipſe videbat, ſecutus ſui. Angeli autem viderunt in magno timore poſiti. Sic enim ad beatum Iob, dicit ipſe Dominus cap. 42. Cũ n̄ ſublatus fuerit, timebunt Angeli, & territi purgabuntur. *Vbi apparet, quod illi ſpectatores ſuppliciorum, impiorum ſolùm poſſint dicere, ſe vidiſſe, qui certa conſcientia de ſimilibus ſe iudicauerint ſecuros. Et quod per timorem ſupplicij alijs inflictis, alij purgantur videntes.*

CXII.

HVGO *de S. Victore lib. 1. de ſacram. p. 1, c. 13. Ad illam quæſtionem ab ipſo altercatam, nempè, ad quam lucem viderit Deus lucem, vt comparatione talis exemplaris de bonitate huius lucis proferret iudicium; poſtquam reſoluit; quod ad illam increatam lucem, nempè, ipſummet Deum de huius lucis bonitate iudicauit: ait:* Hæc & ipſa lux eſt, qua & nos videre oportet omnem lucem, an bona eſt; Spiritualis enim diudicat omnia, & ipſe à nemine diudicatur. Et ſi Spiritus Dei verè in nobis habitat, non nos poterunt decipere ſpiritus erroris, etiam ſi in luce venerit ad nos: quia habebimus lũcem in nobis, in qua nobis manifeſtum erit de omni luce vtrum bona eſt: & ſic fiducialiter diuidemus lucem à tenebris.

CXIII.

S. BONAV. *ſtimulo amoris par 1. cap. 7. Poſtquam dixit ſic:* Omnia in quantum poſſumus ad Chriſtum crucifixum reducamus. *totam ſcripturæ ſeriem ſic exponens, deueniens ad noſtrum textum: ſic ait:* Ipſe in cruce lux eſt expellẽs omnes peccatorum tenebras: per ſuam præſentiam faciens diem, & per abſentiam noctem.

CXIV.

S. AMBR. *Hexam. li. 1. cap. 8. ſic:* Non enim malas intelligendum arbitror poteſtates, quod Dominus earum malitiam creauerit, cùm vtiq; non ſubſtantialis, ſed accidens ſit malitia, quæ à naturæ bonitate deflexit. Itaq; in conſtitutione mundi opinio malitiæ interim ſequeſtretur, nè diuinæ operationi, & pulcherrimæ creaturæ, ea, quæ indecora ſunt, admiſcere videamur; maximè cum ſequatur: Et ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas. *Vbi apparet, indecorum eſſe diuinis operibus ſuſpicionem vllam malitiæ commiſceri: maximè cum cognoſcatur operari S. S. Quod maximè locũ habet in religionibus approbatis.*

CXV.

HVGO *Card. Poſtil in Ezech. ad cap. 33 vbi Deus ſub metaphora Pharaonis deſcribi iuſſit Prophetam ruinam Diaboli, ſimulq; cauſam quare eum ſic puniuit, introducendo ipſum Deum diabolum iudicando: notauit concludere ſic:* Et operiam cùm extinctus fueris cœlos, & nigreſcere faciam ſtellas eius, *Vbi myſticè per cœlos & ſtellas, intelligens iuſtos, per operimenta, veſtes luctuoſas: reſpondens interroganti, quare ad diaboli ruinam, Deus luctu voluerit cooperiri iuſtos; ſic ait:* Et operiam cum extinctus fueris cœlos. Simile Eſai. 50. Induam cœlos tenebris, & ſaccum ponam operimentum eorum. Hoc fit quoniam cœli, id eſt viri iuſti cõſiderant caſum, & damnationem diaboli: & ideò ad pœnitentiæ lamenta confugiunt timentes ſimilem caſum. Tunc enim in eis Pharao extinguitur: cùm extinctio, & damnatio eius ab eis conſideratur. *Interlin. autem ſic:* Ad interitum tuũ omnes populi, & Reges nimio horrore formidabunt.

CXVI.

S. GREG. *Naz. Orat. 1. de pace. Loquens de ruina diaboli, vt communiter hic deſcripta intelligitur ſic ait:* Diabolus à ſemetipſo diabolus effectus eſt: at reliqui in ſua permanent dignitate, quibus præcipuum eſt, vt pacificè, & abſq; ſeditione agant; ac vt vnum ſint à ſancta, & laudabili accipiunt Trinitate, à qua & ſplendorem ſuſcipiũt, quoniam & illa Deus eſt vnus. *Vbi patet, ſanctiſſimæ Trinitatis deuotionem conferre ad communitates adunandas, ſeditioneſq; tollendas.*

Et diuiſit lucem à tenebris.

Expoſitiones ſententiarum, quæ inueniuntur in Cap Parabolicis Iob. Pſal Lib. Salom. Prophet. Epiſt. Apoſt. Apocal. in quibus eſt aliquod horum verborum. Diuido. Lucem. Tenebris.

Ex Iob.

CXVII.

S. *THO.Com.in Iob.Illud cap.21.* Quoties lucerna impiorum extinguetur, & ſuperuenit eis inundatio,& dolores diuidet furoris ſui. Erunt ſicut paleæ ante faciem venti.*ſic commentatur*:Quoties lucerna, .i. proſperitas: Impiorũ extinguetur .i. finitur: Et ſuperuenit eis: diuino judicio:Inundatio, .i. grauis tempeſtas aduerſitatis. Et quoties Deus diuidet .i. ſub certa mẽſura diſtribuit: Dolores .i. afflictiones aliquas furoris ſui .i. ex eius furore prouenientes. Erũt: impij .ſ. ſicut paleæ ante faciem venti: quæ .ſ. propter leuitatem non poſſunt reſiſtere vento. *Vbi apparet, quod ſi impij in aduerſitatibus ruunt, ac pereunt,non eſt quia Deus omnem ſuam effundat iram,qui potius diuidit, & nunquam totam ſuam accendit indignationem.ſed quia impij,nullam habẽt ſubſiſtentiam, quatenus etiam minimæ parti furoris diuini reſiſtere poſſint. Proſequitur enim Angelicus Doctor ex comparatione paleæ, quæ à quolibet vento diſpergitur*:Quia .ſ. non habet humorem vt ſimul ſe teneat,ita etiam impij, adueniente aduerſitate reſiſtere non poſſunt, quia carent fulcimento diuinæ ſpei, & per diuerſas cogitationes diſperguntur carentes humore virtutis.

CXVIII.

S. *GREG.18.Mor.8. ad illud Iob c.27.* Si portauerit ſicut terram argentum, & ſicut lutum præparauerit veſtimenta: pręparabit quidem ſed iuſtus veſtietur illis, & argentum innocens diuidet:*intelligens de hæreticis dictum,reſpectu Catholicorum Doctorum.ait:* Hi nimirũ, qui eloquio Dei non interiori refectione ſe replent, ſed exteriori oſtenſione veſtiunt. Vndè & horum argentum .i. hæreticorum eloquium terræ comparatur,quia de Scriptura ſacra,vt aliquid ſciãt, ex appetitu terrenæ laudis elaborant. Quia ſicut lutum præparant veſtimenta, quia fluxè, & inquinabiliter ea,quibus ſe tueri volunt, ſcripturæ ſacræ contexunt teſtimonia. Præparabit quidẽ, ſed iuſtus veſtietur illis, quia vir rectè fide plenus,quæ Sanctis ſolet ad iuſtitiam deputari,ea ipſa Scripturę ſacrę,quæ hæreticus affert, teſtimonia colligit, & erroris eius pertinaciam indè conuincit. Contra nos nanq; dum ſacræ lègis teſtimonia apportant,ſecum nobis afferunt, vndè vincantur. Vndè & Dauid typum Domini, Golias verò hæreticorum ſuperbiam ſignans: hoc rebus locuti ſunt, quod nos verbis aperimus.Golias quippè cum gladio, Dauid verò ad eum cum pera paſtorali venit ad prælium. Sed eundem Goliam Dauid ſuperans ſuo gladio occidit.Quod nos quoq; agimus,&c. Nam cum ſuperbientes hęreticos,& ſacrę Scrip.ſententias deferentes, eiſdem verbis,atq; ſententijs, quas proferunt,vincimus,& quaſi elatum Goliam ſuo gladio detruncamus.Iuſtus ergò veſtitur eis veſtimentis,quæ præparat iniuſtus:quia vir ſanctus eiſdem ſententijs ad veritatem vtitur,quibus ſe peruerſus quiſq; doctum oſtendere contra veritatem conatur. Et argentum innocens diuidet: Argentum innocentem diuidere, eſt eloquia Domini minutè,diſcretèq;exponere,& vnicuiq; quid dignè congruat coaptare.Nam eloquium Domini,quod hic argentum, vel veſtimẽta,hoc alibi ſpolia nominatur. Quod etiam Pſ.118.teſtatur per comparationem dicens: Lætabor ego ſuper eloquia tua, ſicut qui inuenit ſpolia multa. Quæ ſpolia idcircò vocata ſunt, quia ad fidẽ Domini gentilitate tranſeunte,Iudæi ſacris ęloquijs,qbus induri fuerãt exuũtur. *Vbi apparet & Sanctos non ſolum indui,ſed refi·i ſcientia à contrario impiorum,neq; de terra,ſed è cœlo illam acquirere:& quod hæretici, quibus vincantur arma ſecum portant:cœtera patent.Attendant Prædicatores,non ſolum oportere aurum multum dicere, & portare in concionibus, niſi benè diuiſum vnicuiq; audientium pro captu tradatur.*

CXIX.

HVGO *Card.Poſtil.in Iob, ad illud cap.28.Iob:* Diuidit torrens à populo peregrinante eos, quos oblitus eſt pes egentis hominis, & inuios. *Intelligens cum Glo.moraliter per iſtum torrentem, diuinam vltimam ſententiam, & per populum peregri-*

gri-

Et diuiſit lucem à tenebris.

*grinantem, Eccleſiam fidelium: reliquum ſic comm*ẽ*tatur:* Eos, quos oblitus eſt pes egentis hominis; & inuios: ideſt Iudæos, quos Prædicatores, qui dicuntur pedes egentis hominis, ideſt Chriſti pauperis, non habẽtis vbi caput reclinaret: quaſi obliti reliquerunt: quia inuij erant Verbo Dei, trãſtulerũt ſe ad gentes. Act. 3. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, ſed quia repelliſtis illud, & indignos vos iudicatis vitę æternæ, ecce conuertimur ad gentes. *Vbi apparet & Prædicatores eſſe Chriſti pedes, & quod quando Apoſtolici ſunt, non debent obliuiſci prædicare, niſi illis nationibus, aut perſonis, quos inuios ad prædicationem omninò inuenerint.*

CXX.

S. *GREG. 29. Moral. 13. ad illud Iob cap. 38.* Per quam viam ſpargitur lux: diuiditur æſtus ſuper terram: *ait:* Poſtquam ſpargi lux dicitur, poteſt conuenienter intelligi quod per æſtum perſecutio deſignatur, quia vt lux prædicationis inclaruit, mox à perfidiorum cordibus ardor perſecutionis exarſit: nam quod per ęſtum perſecutio exprimatur, Dominicus ſermo teſtatur, de iactatis ſeminibus ſuper petroſam terram, dicẽs Marc. 13. Sole orto ęſtuauerunt omnia, & non habebant radicem, aruerunt: Quod paulòpoſt cum expoſuit, æſtum perſecutionem vocauit: ſparſa igitur luce, æſtus ſuper terram diuiſus eſt, quia clareſcente vita fidelium, accenſa eſt crudelitas perfidorum. *Vbi apparet, eadem via ambulare, ſimulq; concreſcere, & prædicationem, & perſecutiones contra Prædicatores, & in qua apparet vita præclara bonorum, ètiam inſequi crudelitatem perfidorum.*

CXXI.

GLoſ. *Moraliter: ad illud Iob. cap. 40. vbi loquẽs de Diabolo ſub metaphora magni Cęti, inter cætera ait:* Concident eum amici, diuident illum negociatores: *ait:* Concident eum amici: Iſti ſũt Apoſtoli, quibus dicit Dominus Ioan. 15. Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos, &c. ipſi verò Diabolum cõciderunt, quia plura membra eius ab eo ſeparauerũt: Et idem ſignificatur per hoc quod ſubditur: Diuident illum negociatores, nã Apoſtoli ſunt negociatores Euangelici: *Vbi apparet, per conuerſionem impiorum, Diabolum in fruſtra concidi.*

CXXII.

DIONT. *Cart. Enar. in Iob. ad illud c. 3.* Expectet lucem, & non videat: nec ortum ſurgẽtis *Auroræ: ait:* Hoc ad myſticum Diaboli corpus refertur, eos videlicet, qui fide, non opere, Chriſtiani ſunt, & Chriſtum, qui, ait Ioan. 8. Ego ſum lux Mundi, expectant, quem in die iudicij hilariter non videbunt, neq; ſecundum diuinitatem ipſius, nec ortũ ſurgẽtis *Auroræ*: ideſt, ſplendorem Eccleſiæ electorum, quem in die iudicij ſortietur, per quem conſurget ad lucem æternã beatificè intuendam: *Autora* quippè eſt Eccleſia; quæ priſtinæ prauitatis tenebras deſerit, ſeq; in noui luminis fulgorem vertit, cuius claritatis exordium, & gloriam, reprobi non videbunt, cũ cæperint in infernum demergi.

CXXIII.

CAET. *Com. In Iob. ad illud cap. 3.* Quare non in vlua mortuus ſum; &c. nunc enim dormiens ſilerem, & ſomno meo requieſcerẽ cum Regibus, & Conſulibus terræ, qui ædificant ſibi ſolitudines, aut cum Principibus, qui poſſident aurum, & replent domos ſuas argento, aut ſicut abortiuum abſconditum nõ ſubſiſterem, vel qui cõcepti non viderunt lucem, *ait*; Occurrit non diſſimulanda quæſtio: quonampacto verificãtur hæc verba Iob, quod Reges, & Principes poſt hanc vitam quieſcunt, quemadmodum animæ infantium, qui nullum actuale peccatum commiſerunt? Iob quidem fidelis erat, & nouerat pœnas animarum in alia vita. Solutio eſt, quod Iob loquitur de animabus defunctorum, ſecundum ſtatum naturæ. Nec mentitur: quemadmodum enim in præſenti vita dupliciter loquimur de anima hominis (vel ſecundum quod eſt naturæ, vel ſecundum quod eſt gratiæ diuinę ita de animabus defunctorum duplex poteſt eſſe ſermo: vel ſecundum earum duntaxat naturalia, vel ſecundum adiunctam diuinæ prouidentiæ diſpoſitionem ad pœnam, uel premiũ. Nec mẽtitus eſt Iob, dicens quieſcere animas Regum, & Principum ſpectando ad id, quod eſt naturę dũtaxat: hoc eſt ſecluſa conſideratione diuini ordinis, ſecundum pœnas, vel premia animarum. *Vbi apparet, quo ſenſu verificari debet illud communiter dictum, quãdo cum aliquis moritur dicimus requieſcere à laboribus huius vitæ.*

S. Tho.

Et diuiſit lucem à tenebris.

CXXIV.

S. *THO.Com.in Iob. Ad illud cap.12.* Qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem vmbram mortis. *ait:* Vmbra enim mortis ignorantia eſſe videtur, vel ſtultitia, cum per cognitionem maximè, viuentia à non viuentibus diſtinguantur. Producit ergò in lucem vmbram mortis, quando vel ignorantibus ſapientiam tribuit, vel eos, qui ſapientes ſunt, ſapientes eſſe demonſtrat, quorum ſapientia erat prius ignota. *Vbi Principes aduertant, non eſſe opus minoris potētiæ cùm Vniuerſitates fundant vt ignorantes ſciant; quam cum quamplurimos doctos, quorum ſapientia eſt occulta, in publico per eorum ad conſilia ſua, vel aliud munus promotionem oſtentant.*

CXXV.

OLYMPIOD. *vt in Caten. Græc. Ad illud Iob cap 22.* Non credit, quod reuerti poſſit de tenebris ad lucem circūſpectans vndiq; gladiū. *quæ verba ibi ſic leguntur:* Nè credat auerti à tenebris: decretus eſt enim in manu ferri: ordinatus eſt autem in cibus vulturibus; nouit autem in ſe ipſo, quia manet in ruina. *ait:* Symmachus autem: Præfixus eſt enim in gladium. Tenebras dicit ipſum ſupplicium. Nè credat igitur impius ſibi fore impunè: diuino eſt enim ſancitum imperio, ferro vitam illi eripiendam eſſe, & à vulturibus conſumptum cadauer iacere debere inſepultum. Ita ſi facinoroſus vna ſibi propoſita iucunda, lautaq; uita, uiciſſitudinem nulla expectat, in errore uidelicet uerſatur. Iam enim pronunciatum eſt, ut ſupplicio ſit obnoxius; iam ſibi pœnam, quæ ferri, & uulturum nomine ſignificatur, quaſi theſaurum cumulauit. *Et poſt aliqua huiuſmodi tenoris, proſequitur ſic:* Is nanq;, eſt ſibi conſcius conſequentis exitij: videtq; ſibi tenebras, perturbationem, afflictationem, ac neceſſitatem eſſe ſubeunda: ſiquidem peccantium nouit conſcientia, improbis, ac flagitioſis ſtudijs perniciem comitari: ſibiq; tunc pœnitendū eſſe, cum inuadet calamitas, cum ſummis difficultatibus affectus, cum nullam inueniens ſolutionem malorum, ſed pœnis, & cruciatibus perturbatus in illa tenebricoſa die, de qua teſtatus eſt Amos 5. (Quia dies Domini tenebræ ſunt, & non lux) Quid inter pios homines, impioſq; interſit, planè cognoſcet.

CXXVI.

NYCETAS *prout in Glo. ad illud Iob 28. vbi loquens de magnalibus Dei, ait:* Profunda quoque fluuiorum ſcrutatus eſt, & abſcondita produxit in lucem. *ait:* Quia antiquorum caliginoſa dicta, eo donante, nunc expoſitio ſpiritualis illuſtrat. *Addatur illud eiuſdem Glo. moraliter ſic commentantis.* Profunda, &c. Quia profunda ſcripturarum per Doctores ex gentibus conuerſos ſcrutari fecit Dionyſiū .ſ. & Auguſtinum, & huiuſmodi. Et abſcondita produxit in lucem: Per eorum expoſitionem. *Vbi Prædicatores, & ſtudētes habent documentum, vt in difficultatibus ſacræ ſcripturæ recurrant ad ſanctos Patres, per illorum enim expoſitionem Deus abſcondita ſacri text. produxit in lucem.*

CXXVII.

OLYMPIOD. *vt vbi ſup. Ad illud Iob cap. 17.* Noctem verterūt in diem, & poſt tenebras ſpero lucem. *quæ verba ibi ſic leguntur:* Noctem in diem poſui: lumen propè à facie tenebrarum. *ait:* Quando verò ait: Lumen propè à facie tenebrarum: id fortaſsè ſignificauit. Etiam lux ipſa præ animi angore, atq; moleſtia haud procul mihi à tenebris videbatur. Quemadmodum alibi de mœrentibus dictum eſt Amos 8. (Occidet illis Sol meridie.) Non Occidente quidem Auſtro, verum ijs, qui mœrore tabeſcunt, diem noctem exiſtimantibus, nec lucem iucundè excipientibus. *Vbi apparet, per nullum Solem diem hominibus fieri, aptius, quam per internam cordis lætitiam.*

CXXVIII.

CAIET. *Com. ibi ſic:* Iuxta Hebræum habetur: Lucem propinquam à facie obſcuritatis: Non ſolum ſolutas, ſed etiam pauidas cogitationes cauſantes vigilias narrat: dicendo, quod cogitationes ſuæ ponent lucem propinquā (hoc eſt lucem candelę propinquam iacenti propter timorem) à facie obſcuritatis: hoc eſt cogitationes meæ terrent me in tenebris iacentem ſine ſomno, vſq; adeò vt oporteat ad euitandum terrorem obſcuritatis habere lucernam accenſam propinquam oculis meis. Et per hoc firmatur, q penitùs perdiderat ſomnum.

CXXIX.

S. *GREG. Pap. Moral. 18. cap. 17. Ad illa verba Iob cap. 28.* Tempus poſuit tenebris. *ait ſic:* Ipſe

Et diuiſit lucem à tenebris.

Ipſe poſuit tempus tenebris, iniquis videlicet modum, quo iniqui eſſe deſiſtant. Vndè eis per Apoſtolum dicitur Epheſ. 5. Eratis aliquandò tenebræ, nunc autem lux in Domino. Sicut alijs quoq; diſcipulis idem egregius Doctor dicit Rom. 13. Nox præceſſit, dies autem appropinquauit: Abiiciamus ergò opera tenebrarum, &c. Vndè & in Cant. cant. 6. Eccleſiæ venienti dicitur: Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi Auroram conſurgens? Aptè enim Auroræ comparata deſcribitur, quæ per cognitionem fidei à peccatorum ſuorum tenebris in clara luce iuſtitiæ commuratur. *Vbi apparet, non eſſe deſperandum de emendatione cuiuslibet, quantumlibet tenebroſus peccatis videatur: tenebras etenim non ſinit Deus in infinitum ità protendi, quin tempus illis imponat.*

CXXX.

S. *GREG. Pap. Moral. 16. cap. 25. Ad illa verba Iob cap. 24. vbi loquitur de iuſtorum perſecutoribus:* Perfodiunt in tenebris domos: *ait ſic:* Iuſti itaq; cùm in præſenti ſeculo die proſperitatis clareſcunt, eis errorū magiſtri peruerſa ſuadere metuunt. Sed conſilia exquirunt, deiectionem proſperitatis eorum ſummoperè præſtolantur, vt in aduerſitatis tenebris eorum mentes ſuffodiendo perfodiant, quibus proſperè viuentibus peruerſa loqui minimè audebant. Quos mox, vt in aduerſitate viderint, exurgunt, & nonniſi ex peccati meritò talia illos perpeti aſſerunt: qui ſolam præſentis vitæ gloriam diligentes, flagellum damnationē credunt. In tenebris ergò domos perfodiunt, quia bonorum mentes ex ipſa eorum corrumpere aduerſitate moliuntur.

Ex Pſal.

CXXXI.

G*Loſ. moraliter in Pſal. 16. ad illud:* Domine à paucis de terra diuide eos in vita eorum: *ait:* Ideſt à iuſtis qui pauci ſunt comparatione, ſepara malos, nè poſſint eis nocere: *Vbi apparet, paucos per antbonomaſiam dici bonos.*

CXXXII.

S. *AVG. Enar. in Pſal. 21. ad illud:* Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem: *ait:* Veſtimenta ſua, Sacramēta ipſius: Attendite Fratres veſtimenta ipſius, Sacramenta ipſius potuerūt diuidi per hæreſes, ſed erat ibi veſtimentum, quod nemo diuiſit: Et ſuper veſtimentum meum miſerunt ſortem: Erat ibi tunica, dicit Euangeliſta deſuper texta: Ioan. 19. Ergò de Cœlo, ergò à Patre, ergò à Spiritu ſancto: Quæ eſt iſta tunica, niſi charitas, quā nemo poteſt diuidere: Quæ eſt iſta tunica, niſi vnitas: in illam ſors mittitur, nemo illam diuidit: *Et poſt pauca ſic:* Sorte obuenit quibuſdam: Qui habet hanc, ſecurus eſt: nemo illam mouet de Eccleſia Catholica: Et ſi foris illam incipiat habere, intromittitur, quomodo ramus oliuæ à Columba: *Vbi apparet, charitatem diuidi minimè poſſe, ſorteq; obuenire quibus ineſt.*

CXXXIII.

T*HEODORE. Com. in Pſal. 54. ad illud:* Diuiſi ſunt ab ira vultus eius, & appropinquauit cor illius: *Quæ ille ſic legit:* Diuiſi ſunt ab ira vultus eorum: *ait:* Cum ira obnoxij eſſent, alia quidem arguebant, alia verò machinabantur: ſic enim Symmachus explanauit: Leuiora Butyro ora illorum, cor verò vniuſcuiuſq; eorum pugnat: *Vbi apparet malorum aſtutia, qui vultus ſuos ſciunt diuidere ab ira, qua remanet in corde.*

CXXXIV.

H*VG. Card. Poſtil. in Pſal. 67. ad illud:* Rex virtutum dilecti dilecti: ſpeciei domus diuidere ſpolia: *ſic moralizat:* Rex virtutum, & nō vitiorum, ideſt rector ſubditorum in virtutibus: Hic oſtendit qualis debet eſſe Prælatus, qui præeſt populo, & ipſis Prædicatoribus dicens: Rex virtutum dilecti dilecti, ideſt valdè dilecti, ideſt Chriſti non ſuorum: Diuidere ſpolia: Eccleſiæ. ſ. præbendas & redditus, & eleemoſyas: non ribaldis, aut parentibus, aut indignis: ſed ſpeciei domus: ſ. bonis viris: qui ſunt decor Eccleſiæ, & gloria Sanctuarij: fulgentes auro charitatis, & ſapientiæ gemmis bonorum operum: argēto eloquij, &c.

CXXXV.

T*HEODORET. Com. in Pſal. 42. ad illud:* Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: *De captiuis Iſraelitis dictum, ac à Dauid præcantatum intelligens, ait:* Quemadmodum tenebras calamitates nuncupat, ſic lucem ab his liberationem: Cœterum veritatem cum luce poſtulant, tanquam expertes, vt Deus iudicet ipſos, & Babylonios, & manifeſto ſcientes Deum veritate, & non patientia vtentem, illos quidem cōdemnaturum, ipſos

verò

Digitized by Google

Et diuiſit lucem à tenebris.

verò ab illorum ſeruitute liberatum eſſe. *Vbi apparet, Sanctos etſi à ſuis oppreſſoribus liberari poſtulent, non tamen niſi iuſti hoc velle: & qui ſe iuſtiorem ſuis oppreſſoribus non viderit, lucem tantùm, non veritatem, ſed miſericordiam expoſtulet.*

CXXXVI.

S. *PROSP. Expoſ. in Pſal. 126. ad illud*: Vanũ eſt vobis ante lucem ſurgere: *ait*: Si ergò quis ante lucem ſurgere, & obſcurum noctis, vult effugere, fallitur. Inordinata quippè excellẽdi cupiditas, cui humilitate creſcendum fuerat, dum properè leuatur, in profunda demergitur.

CXXXVII.

INCognitus *Expoſ. in Pſal. 81. ad illum verſum*: Neſcierunt, neq; intellexerunt: in tenebris ambulant: *ait ſic*: Hoc eſt quod ait Apoſtolus dicẽs: Si enim cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. Quod ſecundum Gloſ. intelligitur de Dæmonibus, & hominibus: vndè ait: Gloſ. Si Dæmones cognouiſſent ſapiẽtiam Dei, de redemptione humani generis implenda per Chriſti mortem, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent, ideſt nõ ſuggeſſiſſẽt crucifigi: quia quomodo ſuggeret Diabolus illũ crucifigi, per quem ius ſe perdere ſciuit. *Vbi apparet, excæcatũ eſſe Diabolum, cum mala aliqua facere ſuis ſuggerit, vndè bona aliqua promanare videntur, quæ ſi præſciret, à tali ſuggeſtione ſine dubio deſiſteret.*

CXXXVIII.

S. *AVG. Enar. in Pſal. 87. ad illud*: Nunquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua: & iuſtitia tua in terra obliuionis: *Quæ vltima verba ille ſic legit*: Et iuſtitia tua in terra oblita? *ait*: Quod eſt in tenebris hoc eſt in terra oblita. Infideles enim ſignificantur nomine tenebrarum. Hinc dicit Apoſtolus Epheſ. 5. Fuiſtis enim aliquando tenebræ. Sic & terra oblita, homo eſt, qui oblitus eſt Deum. Poteſt nanq; animo infidelis, vſq; ad tantas tenebras peruenire, vt dicat ſtultus in corde ſuo, Non eſt Deus.

CXXXIX.

HVGO *Card. Poſtil. in Pſ. 90. Illum verſum*: A ſagitta volante in die à negotio perambulante in tenebris, ab incurſu, & dæmonio meridiano: *ſic exponit*: Hic ponuntur quatuor genera tentationum, quæ ſunt ſecundum Gloſ. Leuis, & occulta, quæ notatur cum dicit (à timore nocturno.) Leuis & manifeſta: quę notatur cum dicit: (à ſagitta volante in die. Grauis & occulta, cum dicit: (à negotio perambulante in tenebris) *Et poſt aliqua ſic Eccleſiæ applicat*: Nonnè etiam timor nocturnus cum nouellam adhuc exercebat Eccleſiam, quando omnis, qui occideret ſeruos Dei arbitraretur obſequium ſe præſtare Deo Io. 16. Deindè perſecutione ceſſante, & die reddita turbauit eam grauius, & afflixit ſagitta volans, quando exierunt aliqui de Eccleſia inflati ſpiritu carnis ſuæ inanis, & volãtis gloriæ cupidi, & volentes ſibi facere nomẽn linguas ſuas magnificando diuerſa, & peruerſa dogmatum prædicarunt: at nunc quidem pax paganis: pax à paganis: pax ab hæreticis, ſed non pax à filijs ſalſis; omnes Chriſtiani, & omnes ferè, quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti. Ipſa quoq; Eccleſiaſticæ dignitatis officia in turpem quæſtum, & tenebrarum negotia tranſierunt, nec in his animarum ſalus: ſed luxus quæritur diuitiarum. Supereſt vt iam reueletur homo peccati filius perditionis Antechriſtus, dæmonium non modo diurnum, ſed & meridianum.

CXL.

LYRA *Poſtil. in Pſ. eundem ad eundem verſum ſic*: A timore nocturno: intelliguntur dæmones tentantes de furto, quod communiter fit de nocte. A ſagitta volante in die, per quam intelliguntur dæmones tentantes de ſuperbia, quæ quærit apparere. A negotio perambulante in tenebris: ideſt, à dæmonibus de luxuria tentantibus. Iob. 24. Oculos adulteri obſeruat caliginẽ. Ab incurſu, & dæmonio meridiano .i. à ſpiritibus de gaſtrimargia tẽtantibus, quæ fit in prandijs magnis, vbi concurrunt multa fercula, & ruina, & fiebant communiter hora meridiana.

CXLI.

BEDA *Comm. in Pſalm. 106. Ad illud*: Eduxit eos de tenebris: *referens dictum ad illud antè prædictum*: Sedentes in tenebris, & vmbra mortis, vinctos in mendicitate, & ferro. *ait*: Quaſi dicat: Neceſſè erat, vt educerentur, & ſaluarentur, quia erant ſedentes in tenebris, & non in qualibuſcunq; ſed in vmbra mortis .i. in talibus tenebris, quæ obumbrarent eos ad mortem, & erant vincti in mendicitate, & ferro .i. in dura mẽdicitate. Grauis enim mendicitas eſt in ſolitudine eſurire, & ſitire. *Vbi apparet, noſtras extremas neceſſitates Deum neceſſi-*

Et diuiſit lucem à tenebris.

neceſſitate, vt nobis ſubueniat, & non eſſe duriſſimã mendicitatem vbi populi degunt; ſemper enim vnus homo alteri ſubuenire neceſſè eſt. V ndè Chriſtus Dominus *vt extremam pateretur pro nobis inediam in deſerto voluit exurire.*

CXLII.

THEOD. *Com. in Pſ. 111. Ad illud:* Exortum eſt in tenebris lumen rectis. *ait:* Tenebras modo quidem ignorantiam, modo verò calamitates nominat, & lumen ſimiliter, nunc quidem cognitionem, nunc verò malorum liberationem appellat. Dicit igitur neſcijs veritatem ſe demonſtraturum, in malorumq; impetu ſuam opē allaturum. Sic Ioſephum ex fratrū periculo eripuit, ſic eundem à calumnia liberauit, ſic erepta Sarra ſuum auxilium Abrahæ impettijt. Sic Laban perterruit, & fugientem inſequente potentiorem oſtendit. Diuinæ gratiæ hoc eſt argumētum, exercitationis cauſa permittere, vt iuſti in grauiora incidant, & horum nebulam diſcutere puramq; ſerenitatem efficere.

Ex Lib. Salom:

CXLIII.

LYRA *Poſtil. in Prou. Illud cap. 5.* Diriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. *ſic poſtillat:* Diriuentur fontes tui foras. Sapientiam à te hauſtam alijs communicando per doctrinam, & in plateis, &c. .i. in locis cōmunibus, & manifeſtis. In talibus enim locis debet doceri ſana doctrina, ſuperſtitioſa verò, & mala docetur in latibulis.

CXLIV.

HVGO *Card. Poſtil. in Prouer. Illud cap. 11.* Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt: alij rapiunt non ſua, & in egeſtate ſunt. *ſic poſtillat:* Alij diuidunt propria. i. bona temporalia. Et ditiores fiunt. Bonis ſpiritualibus. Alij rapiunt, &c. & ſēper in egeſtate ſunt. In futuro, vbi nec gutta aquæ dabitur ad refrigerandū, ſicut diuiti, Lu. 16. Et hic vbi ſemper auarus eget. Eccleſ. 5. Auarus non implebitur pecunia. Hiero. Auarus indiget tàm eo quod habet, quàm eo quod non habet. Præterea prima veritas ſponſa eſt intellectus, & prima bonitas ſponſa eſt affectus: & ideò cum alij veritati inhæret intellectus: vel alij bonitati affectus, fallitur, & vacuus remanet, donec primę veritati, & primæ bonitati fuerit ſociatus intellectus, & affectus.

CXLV.

IANSEN. *Com. in Prouer. ad illud cap. 16.* Melius eſt humiliari cum mitibus, quam diuidere ſpolia cum ſuperbis: *ait:* Humiliari ſic non accipitur pro, affligi, vt frequenter, ſed pro dimittere animum, ſeſeq; deijcere. nam Hębreis eſt humiliare ſpiritum: Et benè humiles ſpiritu, hic coniunguntur mitibus, non ſolum quia hæ virtutes cognatæ ſunt, & manſuetudo ſine humilitate eſſe nō poſſit: vt ob id dixerit Dominus Mat. 7. Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde: ſed etiam quia hic ſit oppoſitio humilium cum ſuperbis ſpolia diuidētibus, quia ſcilicet iniquè quæ aliorum ſunt, auferant, ſicut māſueti patiēter ſua ſibi auferri, & iniuriam ſibi inferri ferunt: *V bi apparet, inter cætera, ſuperbiæ eſſe annexum latrocinij vitium.*

CXLVI.

DANIEL *Recuperus Com. in Prouerb. ad illud cap. 17.* Seruus ſapiens dominabitur filijs, & inter fratres hæreditatem diuidet. *ait:* Ille natura eſt ſeruus, qui deficit ingenio, dominus verò, qui præſtat: bonus ſi ſeruiat, liber eſt: indè Xiſtus: Liber eris ab hominibus, ſi Deo ſeruieris: Malus etiam cum regnet, ſeruus eſt, non vnius hominis, ſed tot Dæmoniorum quot vitiorum, vt dicere poſſit cum Syro Terentiano: Scire cupio quot mihi ſunt Domini, à quo enim quis ſuperatus eſt (teſte Petro) eius ſeruus eſt: ita verū eſt dictum Cyri, imperium nemini cōuenire, qui quibus imperat melior non ſit: *Et poſtquam plurimas de more adductas ſententias, proſequitur:* Vndè extat Menandri ſententia. Cùm quis incidit in ſeruum bonum, nulla eſt poſſeſſio melior. Euripides. Magis oportet habere ſeruum ſapientem, quam vt ipſe ſapiat. Nemo autem verè ſeruit, niſi, qui ſeruit volens, ſicut nemo dominatur verè, niſi qui volētibus dominatur. Honeſtè quoq; ſeruit, qui ſuccumbit tempori, cedendo fortunæ ad tempus. Paul. Apoſt. 1. Cor. 7. Si potes fieri liber, magis vtere ſeruitute, quoniam eſt tibi occaſio humilitatis ad veram libertatem in Chriſto pertinentis. Liberat nanq; hæc ſeruitus à libertate peccandi.

Et diuiſit lucem à tenebris.

CXLVII.

ROPERT.HolKot.Com.in lib.Sap. ad illud c.5. Contra illos ſtabit ſpiritus virtutis,& tanquam venti turbo diuidet illos.*intelligens per ſpiritum vocem Domini,ſecundum illud Apoſt.1.Cor.14.* Pſallam ſpiritu,pſallam & mente. *contra impios in vltima ſententia.ait:* Turbo,ſecundum Iſido.13. Ethymo. vbi agit de ventis, eſt volubilitas vētorum,& dicitur(turbo) à terra,quia quoties ille ventus conſurgit, terram in circuitu mittit. Sicut ergò puluis ſiccus ſtatim ſine reſiſtentia eleuatur à terra, & defertur ſecundum motum venti. Ita reprobi prolata ſententia ſine quacunq; reſiſtentia inuoluentur illo turbido igni, de quo dictum eſt præcedenti lectioni, & demergentur in infernum.

CXLVIII.

HVGO Card.Poſt.in Ecclūm.Illud cap.27. Qui in altum mittit lapidem: ſuper caput eius cadet,& plaga doloſa doloſi diuidet vulnera;*ſic poſtillat:*Qui in altum .i. in Deum,vel Prælatū. Mittit lapidem,detractionis, vel maledictionis, vel conuicij,vel ſtultæ reprehenſionis.Super caput eius cadet .i. vindicta proueniet. Eccl. 10. In ſecreto cubili tui nè maledixeris Principi, quia aues cœli portabunt vocem tuam. Et plaga doloſa doloſi .i. detractoris. Diuidet vulnera,peccatorum ſuorum .i. augebit,ſiuè multiplicabit.Vel diuidet dicit: quia vnam partem pœnæ dabit animæ,& alteram corpori:quia duplici contritione conteretur, & erit ſicut diploidis confuſio eius. *Addatur illud Dion,Cart.Enarr.ibi ſic:*Qui in altum mittit lapidem,ſuper caput eius cadet. Si lineali rectitudine proijciat lapidem ſurſum,nec ipſe mutet locum. *Vbi humana prudentia aduertuntur detractores Principum, vt ſaltim ad euitanda temporalia pericula,fugiāt, & mutent locum. Siquidem irrationabile eſt enim detrahere remanere velle.*

CXLIX.

DIONY.Car.Enar. in Ecclēs. ad illud de Iacob. dictum,inter cætera: Et diuiſit ei partem in tribus duodecim: *ait:* Idest, filius eius diuiſit terram promiſſionis in duodecim partes,iuxta numerum duodecim Tribuum ex eo progenitorum,ſicut in lib.Num.Deuter.& Ioſ.legitur:Etſi obijciatur, quod Tribui Leui nō eſt data poſſeſſio, reſpondetur,quod pro Tribus illa,diuiſa fuit Tribus Ioſeph in duas Tribus, .ſ. Ephraim, & Manaſſe, iuxta illud Ezechi 47. Ioſeph duplicē funiculū habet. *Vbi apparet,nō ex eo quod aliquis de aliqua familia Deo ſe dicat, minui hæredum perfectionem in illa, nam ex his,qui remanent,ſupplet Deus illi familiæ, quicquid deeſſe videbatur ex fratris religioni mancipatione.*

CL.

RVPER.HolKot.Com.in lib.Sap ad illud cap.6. Ponam in lucem ſcientiam illus,& non præteribo veritatem,neq;cum inuidia tabeſcente iter habebo:quoniam talis homo non erit particeps ſapientiæ.*ait.*Tabeſcere enim eſt idē quod putreſcere,vel langueſcere;quoniam talis homo ſcilicet inuidus nō erit particeps ſapientiæ: Inimici enim nunquam participant, nec communicant merces ſuas: ſed ſapientia & inuidia inimicantur:nam ſapientia illuminat,& inuidia excæcat:vndè homo inuidus non poteſt eſſe particeps ſapientiæ.

CLI.

HVG.Card.Poſtil.in Ecclū.ad illud cap. 24. Qui emiſit diſciplinam ſicut lucem. *ſic poſtillat.* Qui emittit diſciplinam:per Apoſtolos.i.doctrinam duram.ſ.contemnere ſuauia, diligere moleſtia,contemnere diuitias, diligere paupertatē, fugere honores,quærere vtilitatem. Et tamen ſicut lucem fugantem tenebras culpæ, & ignorantiæ. *Vbi apparet,non eſſe à Deo miſſos Prælatos, qui & abſteri,& ſi abſteritatem zelant,ignorantia laborant, qua à ſe diſciplinatos nè deinceps errēt,viā docere neſciunt.*

CLII.

IANSEN.Com.in Ecclū. ad illud cap.33. Quare dies diem ſuperat, & iterum lux lucem.*ait.*In ſequentibus ſapiens adductis quibuſdam ſimilitudinibus,oſtendere vult hominum diſtinctionē, pendere ex prouidentia diuina, atq; in eius ratione perſcrutanda,non oportere nos eſſe curioſos,ſed in voluntate eius, quæ iniuſta eſſe non poteſt,nobis eſſe acquieſcendum.*Et poſt pauca ſic.*Dies autem excellentes, vocat dies feſtos,in lege à Deo inſtitutos,vt patet ex ſequentibus,à quibus ſimilitudine ducta vult oſtendere, quod quemadmodum ea dierum diſtinctio qua quidā feſti habentur,& Sancti,& alij propheſti, & prophani,non eſt ex diuerſa dierum natura:quę vna omnibus eſt, quia omnes ſuum lumen ab eodē Sole

Et diuiſit lucem à tenebris.

Sole ſumunt, ſed tantum ex Dei ordinata, & iuſta inſtitutione, ita ſimiliter, quod inter homines vnam habentes originem quidam alios præcellant ſanctitate, & pietate, eſt ex Dei voluntate, & beneplacito: qui quos vult eligit, & euehit: quos vult reprobat, & reijcit, atq; in communi ſorte eſſe ſinit.

CLIII.

S. *HIER. Com. in Ecclẽm. Ad illud cap. 2.* Et vidi, quia tantum præcederet ſapientia ſtultitiã, quantum differt lux à tenebris. *deducens ab antecedenti .ſ.* Tranſiui ad contemplandam ſapientiã, erroreſq; & ſtultitiam, &c. *ait:* Licet, inquit, ipſam hominum ſapientiam miſtam errori peruiderẽ: nec tam purè in noſtros animos illabi poſſe, quam in rege, & conditore noſtro, tamen magnam etiam in eo, quod eſt, differentiam inter illam, & ſtultitiam eſſe cognoui: quantum poteſt diſtare dies à nocte, lumen à tenebris. *Vbi apparet, ſcientiam quantumuis mixtam ſtultitiæ, ſemper excellentia, effulcere, ſuperareq;.*

CLIV.

HVGO *Cardin. Poſtil. in Ecclẽm, Ad illud cap. 2.* Stultus in tenebris ambulat. *ait:* Ideſt in ignorantia terrenorum .i. in terrenis, quæ ignorat, quæ ſi ea verè cognoſceret fugeret. Sapiens ex affectu Dei, & coniunctione ad ipſum, quæ fit per amorem illuminatur magis, & magis ad videndum, & cognoſcendum verè omnia. E contrario ſtultus ex affectu terrenorum, & coniunctione ad illa, quæ fit per amorem, obtenebratur. Vndè animal, quod viuit de terra .ſ. talpa cœcum eſt. Et ideò ſtultus, quia cœcus eſt, currit ad laqueos diaboli. Vndè Eccli. 19. In medio laqueorum ingrederis, & ſuper arma dolẽtium ambulabis. *Vbi apparet, non poſſe multum ſcire, qui terrena nimis cupiunt, & ipſis immiſcentur.*

CLV.

IDem *Poſtil. ibi, Ad illud cap. 5. de auaro:* Cunctis diebus vitæ ſuæ comedit in tenebris. *ait:* Ideſt de nocte, ad literam, differens prandium vſq; ad noctem propter hoſpites ſuperuenientes: & nè bis comedat propter ruborem, quia tam viliter comedit, quod erubeſcit in die cõmedere.

CLVI.

GLO. *in Prouerb. Ad illud cap. 7.* Conſidero vecordem iuuenem, qui tranſit per plateas iuxta angulum, & propè viam domus illius graditur in obſcuro adueſperaſcente die in noctis tenebris, & caligine. Et ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio, &c. *ait:* Patent hæc cuncta de meretricis operibus iuxta litteram. Verùm doctrina hæretica quemcunq; incautum reperit, & vecordem decipere tentat. Ipſa enim ornatu meretriceo apparet, & immunda refulget, eloquentia præparata eſt ad decipiendas animas, & quoſcunq; aſſociare poteſt, ſpirituali morte perimit.

CLVII.

HVGO *Card. Poſtil. in Prouerb. Ad illud cap. 20.* Qui maledicit patri ſuo & matri, extinguetur lumen eius in medijs tenebris. *ait:* Myſticè. Qui maledicit patri ſuo .i. Chriſtum blaſpemando, vel purum hominem, vel purum Deum pertinaciter aſſerendo. Et matri .i. Eccleſiæ non obediendo, vel impugnando, vel ſacramenta eius annihilando. Extinguetur lumen eius, ideſt gratia, ſiuè fides. In medijs tenebris .i. in tenebris culpæ, quæ ſunt mediæ tenebræ. Primæ .n. ſunt tenebræ ignorantiæ, cum quibus naſcimur: poſtremæ tenebræ ſunt gehennæ: mediæ ſunt tenebræ culpæ. Et in his propriè extinguitur lumen fidei, & gratiæ.

Ex Prophet.

CLVIII.

HVGO *Card. Poſtil. in Eſai. Ad illud cap. 9.* Lætabuntur coram te, ſicut qui lætantur in meſſe: & ſicut exultant victores capta præda, quando diuidunt ſpolia. *ait:* Ita exultant Apoſtoli, qui carnem, & mundum, & diabolum vicerũt, capta præda generis humani à diabolo ablati: Qui diuidunt ſpolia, quia alios paſtores, alios doctores de conuerſis fecerunt. *Vbi Prædicatores nationum non recuſent conuerſos ad fidem, promouere ad dignitates diuidẽtes eos per honores Eccleſiæ: & non vtentes, & abutentes illis, tanquam ſpolia captis in bello ſæculari, vt ego vidi, per quod infideles ſubditi Catholicæ Maieſtatis maximè abhorrent conuerſi ad fidem.*

CLIX.

THEODORE. *vt in Glo. Illud Eſai. 34.* Tunc diuidentur ſpolia prædarum multarum, claudi diripient rapinam, nec dicet vicinus elangui.

Et diuiſit lucem à tenebris.

de deſtructione Hieruſalem per Romanos intelligēt: ſic commentatur : Romani claudi appellantur, & debiles ad tantum opus, quibus tamen Dominus tantum robur dabit contra Iudæos, vt claudi, & debiles, quod eo iam tempore Romanorũ vis elanguerat, vt ſupra dictum eſt, velociores fuerunt aquilis, neq; quiſquam illorum ad illud opus elangueſcet. *Vbi apparet, non eſſe fidendum in inimicorum debilitate, vt minus Dei vindictam timentes ſecurius peccent Chriſtiani: Claudos enim & elanguentes contra nos corroborabit Dominus, vt videmus Hiſpaniam flagellari ab illis rebellibus, quos ſolum caseos, & butyrum ſcire facere cognouimus, & eouſq; inermes.*

CLX.

D*IONY. Cart. Enarr. in Eſai. Ad illud cap.* 34. *vbi loquens de ceruis. ait:* Et ipſe miſit eis ſortem, & manus eius diuiſit eam illis in menſuram. *ait:* Ideſt loca diſtincta tribuit eis ad habitandum, velut ſi terra aliquibus ſorte diſpartiatur. Diuina nanq; ſapientia vniuerſa complectitur, & tam piſcibus in mari, quam auibus in aere, quam beſtijs terræ determinata, ac propria loca largitur. Et manus .i. poteſtas eius. Diuiſit eam .i. prædictam terram deſertam. Illis. animalibus. In menſura .i. ſecundum debitam proportionem. *Videmus hoc in India in locis vbi Elephantes nutriuntur, in quibus ſyluæ ſunt altiſſimæ, ita ut ſubtus pergat homo equitans: neq; enim conſentaneũ erat, vt de talibus prouideretur lepus habitationibus, cui humiliſſima ſufficit herba. Vndè apparet, non habitationem ſortiri a Deo pauperes, & humiles, qui ſibi magna ad habitandum erigunt, & ædificant palatia.*

CLXI.

S. *HIERO. Com. in Eſai. Ad illud prædictum de Chriſto Domino cap.* 53. Et fortium diuidet ſpolia. *ait:* Iſti autem plurimi quondam à fortibus tenebantur, & ſub ſpecie aſinæ, & pulli multos habebant dominos, quibus dixerunt Apoſt. Mat. *21*. Dominus eos neceſſarios habet. Qui fortes erant antequam Chriſtus corpus aſſumeret, & ſuperato fortè deriperet domũ eius. Prędam ergò fortium Apoſtolis ſuis tradidit, atque diuiſit vt Petrus, & Ioannes circuncisi populi Principes fierent, & Paulus, & Barnabas mitterentur ad gentes, locis nō animo ſeparati, & ſub vno domino in diuerſa ſtarent acie, vt agminis vtriuſq; victorię, triumphum erigerent Saluatori. *Vbi Religioſi, qui ad conuerſionem infidelium diuiduntur per diuerſas Regiones, indiuiſum ad inuicē ſtudeant conſeruare animum ſub vno nanq; Domino, in diuerſa ſtatuuntur acie.*

CLXII.

T*HEOD. vt in Glo. ad illud Eſai.* 56. Et non dicat filius aduenæ, qui adhæret Domino: Separatione diuidet me Dominus à pupulo ſuo. *ait:* Reprimit Iudæorum fauſtus Dominus, qui ſe iactabant, quod ab Abraham traherent originem, & hoc nomine reliquos contemnebant. Oſtendit ergò ſe rationem habiturum ſanctitatis, & religionis, non generis, & ſanguinis.

CLXIII.

S. *CYRIL. Alex. Comm. in Eſai. Ad illud cap.* 59. Ecce non eſt abbreuiata manus Domini, vt ſaluet, neq; aggrauata eſt auris eius, vt non exaudiat. Sed iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos, & Deum veſtrũ. *ait:* Non enim, inquit, Omnipotens Domini dextera debilitata eſt, neque aures habet oneratas, vel auerſas, vt non audiat, ſed peccata veſtra diuellunt vos ab illo. *Si quis* itaq; diſſidiũ remoueat, & id tollat, quod à Dei cognitione, quaſi muro interpoſito diuidit, ideſt peccatum, non procul eſt, qui ſeruat, ſed preces ſemper accipiat. Ineſt enim ille, vt & omnia poſſit, & vt horum quodam amore precationes laborantium, & afflictorum admittat.

CLXIV.

G*LO. Ad illud Thren.* 4. Facies Domini *diuiſit* eos, non addet, vt reſpiciat eos: facies Sacerdotum non erubuerunt. *ait:* Hæc autem diuiſio plenè fiet in iudicio dicente Domino: Ite maledicti in ignem æternum. Tunc facies Dei ira .ſ. vel vindicta in ignem æternũ diuidet eos qui facies Sacerdotum contempſerunt. Et notandum, quod ſupra Sacerdotes, quaſi homicidas planxit, & hic ſeparantur à facie Domini, qui non detulerunt eis. Quamuis enim mali ſint, nō ſunt contemnendi, ſed ille in illis colendus, & honorificandus, à quo miſſi ſunt.

CLXV.

L*YRA Poſtil. in Ezechie. ad illud cap.* 5. *Sume tibi* gladium acutum, & radentem pilos, &c. & aſſumes tibi ſtateram ponderis, & diuides illos. *ait:* Scilicet pilos capitis tui, & barbam in tres partes æquales: & quia hoc non poterat bene

fie-

Et diuiſit lucem à tenebris.

fieri numerando, præcipitur fieri ponderando. *Vbi apparet,diuina præcepta ſemper obligari,meliori modo,non communi,atq;vulgari, ſi taliter commodè fieri nequit: Et etiam quod id, quod Deus numerat.* Capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt. *Nobis ſolum ponderare licet*.

CLXVI.

S HIER.Com.in Ezechie.ad illud cap.16.Et diuiſiſti pedes tuos omni tranſeunti, & multipliſti omnes fornicationes tuas. *Sequens Hebraicā lectionem.* Et deuaricaſti crura tua omni tranſeū̄ti.*ait*. Sub perſona mulieris poſt multa mariti beneficia fornicantis, deſcribit fornicationem Hieruſalem, quomodo à Deo receſſerit, & iūcta ſit idolis,nec occulta fuerit fornicatione cōtenta,ſed ædificauerit ſibi Lupanar,& in omni via ſignum tranſeuntibus poſuerit, vt venirent ad ſcortum, & ſatiarent libidinem, non tam ſuam, quam eius, quæ deuaricauit crura ſua omni trāſeunti,& pulchritudinis magnitudinem fornicationis magnitudine deturpauerit,& inter cœtera, etiam Aægyptijs vicinis ſuis amore magnarū carnium proſtituta ſit.

CLXVII.

THEODOR.*vt in Gloſ.ad illud Ezechi.45.*Cum cæperitis terram diuidere, ſortito ſeparate primiſias Domino ſanctificatum de terra longitudine vigintiquinq;millia,&c. *ait.* Iubet terram quandam in ſuburbanis definiri Sacerdotibus, &c.vt habentes ipſi decimas,& primitias,& primogenita, & ſacrificiorum præparatas partes,& à terra conſolationem, id quod iuſtum eſt,compleſtātur, nec amplius concupiſcant,neq;populo noceant,eo fruentes, quo cōtenti eſſe queāt. *Vbi apparet, nociuum eſſe populis Eccleſiaſticos eſſe pauperes, vel diuites, ſi cupiditate non contenti fuerint poſſeſſionibus ſibi aſſignatis.*

CLXVIII.

HECTOR Pinto.Com.in Dan.ad illud cap.11.Et cum ſteterit conteretur regnum eius, & diuideretur in quatuor ventos Cœli.*ait.*Hoc eſt in quatuor regna, quatuor præcipuas partes Mundi ſpectantia Orientem,Occaſum,& Septentrionem,&Meridiem, à quibus venti flant primarij: Eam ob cauſam Mundi regna in quatuor vētos, ait diſtributa, quia huius Mundi potētia, & gloria huc atq;illuc quaſi vēto iactatur. Ac ipſi Reges,vt cœteri homines,folia ſunt à vēto agitata.

CLXIX.

S HIER.Com.in Oſe.ad illud cap.13. *vbi loquens de inferno.* Conſolatio abſcondita eſt ab oculis meis;quia ipſe inter fratres diuidet.*Quæ verba intelligit de diuiſione illa æterna, qua ſeparantur damnati,à prædeſtinatis:ait:* Quicqid igitur ſeparat fratres, infernus eſt āppellandus.

CLXX.

INTERL. in Ioel ad illud cap. 3. Et diſceptabo cū eis ſuper populo meo, & hæreditate mea Iſrael, quos diſpertierunt in nationibus, & terrā meam diuiſerunt. *ſic correſpondet*: Vt ad modum gentium alij Iouem,alij Iunonem,& huiuſmodi. Vt vna pars terræ vni Deo ſeruiret, & alia alij Creta Ioui,Thracia Marti.*Vbi apparet,etiam in vitijs in vna Republica eſſe circunſtantiam aggrauantem,non omnes vni, ſed diſperſim alij huic, alij illi eſſe deditos vitio.*

CLXXI.

GLoſ.moraliter in Mich. ad illud cap. 2. Quomodo recedet à me, cum reuertatur, qui regiones veſtras diuidat:*ait*: Diabolus enim aliquando ceſſat à tentatione, vt ſic homo confidat de ſua ſecuritate, & rediens proijcit eum in hypocriſim, quæ eſt grauior culpa:quia ſicut dicit S.Hieron. ſimulata ſanctitas duplex eſt iniquitas. *Ad maiorem huius moralitatis intelligentiā, aduertatur literalis Lyræ Expoſitio, de Salmanazare recedēte à Iudæa, ſic in perſona populi Propheta verba poſtillantis:* Quomodo recedit à me,&c. Quaſi dicat:Quid valet mihi ille receſſus. Cum reuertatur, Ideſt cùm citò ſit reuerſurus filius eius.*Vbi apparet, inaniter gloriari de receſſu diaboli à ſe,qui intelligit reuerſurū per hypocriſim, vel reincidentiā.*

CLXXII.

RVPERT. Abb.Comm.in Mich. Ad illud cap.2. Aſcendet enim pandens viam antè eos, Diuidet, & tranſibunt portam, & egredientur per eam.*ait*: Cum,inquit,proprias oues emiſerit,antè eas vadit,& oues illum ſequuntur, quia ſciunt vocem eius. Quomodo antè eas,niſi patiendo pro illis,relinquens exemplum patiendi, & aperiens aditum Paradiſi? Aſcendet ergò,inquit, ſubauditur in crucem,& exaltabitur à terra bonus paſtor, ponēdo animam ſuam pro ouibus ſuis, aſcendet ſuper occaſum .i. ſuper mortem, reſurgendo Mortem quippè calcabit, & aſcendet ſuper cœlos cœlorum, & ſedebit ad dex-

Et diuiſit lucem à tenebris.

dexteram Patris, pandens iter antè eos, videlicet vt eò perueniat humilitas gregis, quo præceſſit celſitudo paſtoris. Sic illo pandente iter tunc diuident,& tranſibunt portam, & egredietur per eam. Illam, videlicet portam, de qua Pſalmiſt. 118. Hęc, inquit porta Domini, iuſti intrabunt per eam. Quænam hæc eſt porta, niſi ipſa eadem paſſio Chriſti, extra quā nulla eſt porta, nulla eſt via, qua in vitam quis poſſit ingredi? Porta illa, quam fecit in latere crucifixi lancea militis inundationem illam ſanguinis; & aquæ, quæ indè profluxit, diuident, ait, & tranſibunt, & egredientur per eam, nimirum ſecundum diuiſionem maris rubri, per quam tranſierunt filij Iſrael, merſo Pharaone cum curribus, & equitibus ſuis. Hanc ita diuidere oportet, vt vnum, eundemq; Chriſtum, cuius in morte baptizati ſumus, Deum, & hominem credentes, & naturā vtranq; certa diſcretione dignoſcentes impaſſibilem, quidem ex diuinitate, paſſum autem ſemel ex humanitate confiteamur, firmiterq; teneamus. Ita diuidentibus, & tranſeuntibus, tranſibit, inquit, Rex eorum coram eis.

CLXXIII.

S. *HIERO. Com. in Zach. Ad illud cap. 14.* Diuidentur ſpolia tua in medio tui, *ait.* Solet hoc frequenter accidere, vt quæ ſubitò impetu in Ciuitate direpta ſunt, foris in agro, aut in ſolitudine diuidantur, nè fortè hoſtes ſuperueniant. Hìc autem tantum malorum pondus incumbet, vt quæ direpta ſunt, in ciuitatis medio diuidantur pro ſecuritate victoriæ. *Vbi apparet, extremū malorum eſſe in vtroq; homine eſſe victum, inſuper, & inimicum ſecurè frui victoria.*

CLXXIV.

S. *CYRIL. Alex. Com. in Eſai. Ad illud c. 9.* Populus, qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnā, & habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis. *ait:* Corporum nanq; vmbra omninò eorum formas imitatur, & quantum ad effigiem, formam, & figuram pertinet, nulla rōne diſcrepat. Deum autem neſcire, qui natura eſt, & verè Deus, imitatio quodammodo eſt, & vmbra mortis.

CLXXV.

A*RCHIEP. Tran. Alueres Com. in Eſai. Ad illud c. 42.* Et dedi te in fœdus populi in lucem gentium, *ait:* Ipſe enim eſt fœdus populi, qui filios iræ confederauit Deo, immò & ſignum fœderis, ad quem Pater reſpiciens. ait: Nequaquā vltra maledicam terræ propter hominem. i. propter filium meum, qui propter vos homines, & propter veſtram ſalutem deſcendit de cœlis, & incarnatus eſt ex Maria Virgine, & Homo factus eſt. Et in lucem gentium, quia ſicut cecinit Simeon: Fuit lumen ad reuelationem gētium, &c.

CLXXVI.

A*LEX. de Ales 2. par. q. 6. memb. 1. art. 1. Affertur per occaſionem illud Eſai. 45.* Ego Dominus formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum. *explicans, quomodo intelligendum ſit Deum malum creare, ait:* Tertio modo dicitur creare, cum illud, quod deficit, in bonum conuertitur: & hoc eſt malum in bonum ordinare, & ſic accipitur, cum dicitur: Ego Dominus faciens bonum, & creans malum. Malum enim in bonum conuertit. *Vbi apparet, ſolum illud verè dici fieri, quod ex malo conuertitur in bonum.*

CLXXVII.

S. *CYRIL. Alexand. Com. in Eſai. ad illud cap. 49.* Patum eſt vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob, & fæces Iſrael conuertendas: Dedi te in lucem gentium. *ait:* Non ignorauit Pater animum Iudæorum obduratum, & admonitionū impatientem, & prorſus ad effrenationē aduerſum. Non enim doctrinam Chriſti receperunt, etiam ſi par eſſet, vt Redemptoris clementiam, & incomparabilem humanitatem admirarētur, & obuijs veluti manibus maieſtatem amplecterentur. Itaq; nè ſeruatoris noſtri diſpenſatio ſcopo, ac propoſito ſuo fruſtraretur, cùm videlicet populus recalcitraſſet ſuo præfecto, & redemptionem, vt dixit nō admiſiſſet: ſubiunxit Pater, ſalutis viam ſe oſtenſurum, & veræ Dei notitiæ lucem immiſſurum, in caligine, & tenebris verſantibus. *Vbi aduertant verbum prædicationis repudiantes, non ideò ſcopo ſuo fruſtatum iri: nam fluenta hæc ſi impedimenta reperit, ad diſpoſita retrogreditur: vt videmus noſtris temporibus, quādo reſpuente Anglia, Germaniaq; maxima parte Fide Catholica Iapones: Ethyopes, Indi, Cinæ Soloriſtæ, cæteræq; nationes illud voluntariè receperunt.*

CLXXVIII.

P*ROCOP. Com. in Eſai. ad illud cap. 42.* Et educā cæcos in viam, quam neſcierunt, in ſemitis quas neſcierunt, ambulare eos faciam: ponam tenebras

Et diuiſit lucem à tenebris.

tenebras coram eis in lucem: *ait*: Ille præcipue cæcus dicitur, qui antè vidit, ille impropriè, qui nũquam, ita Iudæus propriè, Gentilis impropriè.

CLXXIX.

HVG. *Card. Poſtil. in Eſai. ad illud cap.* 51. Iudicium meum requieſcet in lucem populorũ. *ſic poſtillat*. Iudicium meum. i. pœna, quam ex iudicio recto inferã hoſtibus veſtris, requieſcet ſuper hoſtes veſtros, tanquam in loco proprio: Et hoc in lucem popolorum. i. manifeſtè. *Vbi apparet, impios eſſe loca propria ſuppliciorum diuinorũ.*

CLXXX.

IDEm *ibidem ad illud cap.* 59 Epectauimus lucẽ, & ecce tenebræ. *ſic poſtillat*. Ideſt credidimus lucem eſſe in proſperitatibus, & diuitijs, & non ſunt in eis niſi tenebræ: lux quidem ſunt malorum opinione, ſed tenebræ sũt in veritate: vndè malos excęcat proſperitas eorum: bonos autem illuminat aduerſitas: vndè cõtrario eſt in bonis, & malis; lux enim malorum conuertitur in tenebras: ideò dicit Iob 3. Quare miſero data eſt lux. tenebræ autem bonorum conuertuntur eis in lucem: quia vexatio eos erudit, & dat intellectũ auditui eorum: vndè Pſ. 138. Nox illuminatio mea in delicijs meis: quia tenebræ non obſurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminabitur: ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius.

CLXXXI.

ARCHIEP. *Tran. Alueres Com. in Eſai. ad illud cap.* 60. Non erit tibi amplius Sol ad lucendum per diem, nec ſplendor Lunæ illuminabit te: ſed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam. *ait*. Si verò hæc ad Eccleſiam militantem referantur: ſenſus eſt: Agnito Chriſto à fidelibus qui ſunt in te, non vltra rationem naturæ dumtaxat ſequentur: ſed lumen naturale fidei agnitioni ſubijcient, cuius illuſtrationem ſequentur, captiuantes intellectum in obſequium fidei.

CLXXXII.

CAPPEL. *Cart. Com. in Hiere. ad illud cap.* 13. Expectabitis lucem, & ponet eam in vmbra mortis. *recurrens ad ſup immediatè ſententiam.* Antequam offendant pedes veſtri ad montes caliginoſos. *ait*. Explicat quid ſit offendere ad montes caliginoſos: dum quis omnia plena eſſe exiſtimans montem offendit, & proſpera omnia expectans, in magnas incidit calamitates: Quaſi dicat: Conuertet vobis Deus proſperitatem, quã fruſtrà expectatis: in maximas calamitates, ita exigentibus peccatis veſtris.

CLXXXIII

HVG. *Card. Poſtil. in Eſai. ad illud cap.* 60. Non occidet vltra Sol tuus, & Luna tua non minuetur: quia Dominus erit tibi in lucem ſempiternam: *myſticè ſic poſtillat.* Sol. i. Chriſtus Sol iuſtitiæ: vltra nõ occidet: quia Chriſtus amplius non morietur: quod enim mortuus eſt peccato, mortus eſt ſemel: Rom. 6. Et Luna non minuetur. i. Eccleſia, quę modo videtur creſcere, & modo minui, tunc plena erit, & ſine diminutione ſtabit: modo dicitur Eccleſia eſſe quaſi Aurora, quia reſperſa eſt tenebris: dicitur etiam Luna, quia adhuc habet maculam: ſed tunc erit ſicut Sol: quoniã exhibebit ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, neq; rugam, aut aliquid huiuſmodi: vt dicitur Ephe. 6. & Sap. 3. Erit lux Lunæ ſicut lux Solis. tũc enim Eccleſia erit ſicut Sol.

CLXXXIV.

S PASCHAS. *prout in Cat. Gbiſlerij in Thre.* 3. *ad illud*: Me minauit, & adduxit in tenebras, & non in lucem. *ait*. Omnis anima cum recordatur minarum, quia & terrores diſcutit iudiciorum eius, ſuaq; ante oculos facta, quaſi in exitus hora ponit, ſe non niſi mœroribus infectã in tenebras verſare videt: Et hoc eſt dicere, quoniam intus ſuorum diſcutit paupertatem meritotum in virga indignationis Dei (me minauit, & adduxit in tenebras) quia nihil de ſe niſi infirma ſentit, & dum ſe conſiderat, & reuoluit ſe adductã, vt ſe conſpiceret, quaſi in tenebras, & non in lucem plangit. *Vbi appæret cauſa mæſtitiæ Sanctorum, nunquam enim Deus niſi vt paupertatẽ ſuorum meritorum videant minat: vndè qui ſua merita magna, etiamſi extent, ſe videre ſentit, non minatum à Deo, ſed à Diabolo ſe intelligat.*

CLXXXV.

THEODORE. *Com. in Michæ. ad illud cap.* 7. *quod Hieruſalem inter cætera Babyloni ſibi de victoria inſultanti dicebat.* Donec iudicet cauſam meam, & faciat iudicium meum: Educet me in lucem, videbo iuſtitiam eius, & aſpiciet inimica mea, & operietur confuſione, quę dicit ad me: Vbi eſt Dominus Deus tuus. *ait*. Etſi non iniuſtè ab eo condemnata ſum, at contra illos iura permulta habeo, & ea de cauſa diuinam ſententiã ex-

Et diuiſit lucem à tenebris.

expecto, quando hanc latam videbo, & illorum ſeruitute liberata ero, videbit inimica mea, & operiet eam confuſio, quæ dicit ad me, &c.? Non ſolum hæc videbit meam felicitatem, & Dei mei robur, in quem maledicta intentauit, ſed & ego videbo eius infelicitatem. *Vbi apparet, benè poſſe dari iuſtè pati, & iuſtitiam habere contra miniſtros exercentes diuinam punitionem, & quod vindicta bonorum nõ ſiſtet in eo, quod inimici eorum ſuam videant felicitatem, ſed progredietur, vt pij eorum videant infelicitatem.*

CLXXXVI.

RVPER. *Abb. Com. in Sophon. Ad illa verba cap. 3.* Mane mane iudicium ſuum dabit in lucem, & non abſcondetur. *quæ verba conſideratis antecedentibus, ille intelligit dicta Sacerdotibus Iudæorum, reſpectu reſurrectionis Chriſti Domini, quam Pater voluit fieri mane diluculo, in contrapoſitionem iudicij illorum, quo eum nocte dignum mortis iudicauerunt. ait ſic.* Vos iudicium veſtrum dediſtis in nocte ſuper Sanctum, clamando, quod eſſet reus mortis, pro eo non negauit ſe eſſe factum Dei, quod vobis interrogantibus confeſſus eſt, ſe eſſe Filium Dei benedicti: Dominus autẽ mane dabit, mane mane manifeſtum faciet iudicium ſuum, de illo ſancto quale ſit, & hoc in luce, itavt non abſcondatur. Dicet enim illi. Exurge gloria mea exurge pſalterium, & cithara, atq; reſpõdebit: Exurgam diluculo, & ita fiet. Ita iudicium ſuum dabit in mane, & dabit in lucem, & non abſcondetur, imò in omnem terram exiuit ſonus eorum. *Vbi apparet, Deum publico honoris iudicio honorare bonos, quos impij ſecretò detrahunt, & in nocturnis conuenticulis inhoneſtare contendunt.*

CLXXXVII.

S. CYRIL. *Alexand. Com. in Eſai. Ad illud c. 29.* Væ qui profundi eſtis corde, vt à Domino abſcondatis conſilium, quorum ſunt in tenebris opera, & dicunt: Quis videt nos? *deducens ab immediata ſupra ſententia:* Peribit enim ſapientia à ſapientibus, &c. *ait,* Quando pœnam, & ſupplicium quibuſdam conſtituit vniuerſorũ Deus, ſtatim infert huiuſce rei cauſas, & eorum, quibus hęc acciderũt crimina plana facit, vt & iuſtus appareat is, qui omnia pro iuſtitia non punit. Dicebat igitur imprudentem omninò futurum Iudæorum populum lege obſignata, & omni eorũ cognitione ſublata, manſurum cęcum, mente, videlicet, & intelligentia. Qualia itaq; crimina ſint, & de quibus cauſis illis contingerit, vt huc prolaberentur, mox explanat. Plurima eorum contra Chriſtum extiterunt conſilia, & à Deo diſſentientia, hoc nimirum, opinor, eſt per Dominum. Quin & cogitauerunt apud ſe clam cõſilia inire, & res arduas ſuſcipere; vt etiam dicãt Quis videbit nos? *Vbi apparet, ſupplicium contra eos, qui prudentia humana contra Deum inſurgunt eſſe priuari omni ſapientia diuina, & ſaluti eorum neceſſaria.*

CLXXXVIII.

ARCHIEP. *Tran. Aluer. Com. in Eſai. Ad illud c. 29. vbi poſtquã de Iudæis dictu eſt:* Peribit ſapientia à ſapientibus, &c. *additur de gentibus:* Et audient in illa die ſurdi verba libri, & de tenebris, & caligine oculi cæcorum videbunt; *inter cætera, quæ dicit de iſta mutatione, & reprobatione populi Iudaici, vocationeq; gentium, afferens illud Gen. cap. 25.* Maior ſeruiet minori: *ait:* Sic ẽt interpretatur iſtum locum S. Aug. lib. 10. de Ciuit. Dei cap. 25. & ſerm. 88. de tempore, vbi ait: Quod autem dictum eſt: Populus populum ſuperabit: & maior ſeruiet minori ſecundum litteram in Eſau, vel in Iacob non videmus impletũ: non enim corporaliter Beato Iacob, Eſau ſeruiſſe commemorat ſcriptura. Quomodo hoc oporteat intelligi, aut qualiter maior populus ſeruiat minori, ſpiritualiter debemus intelligere. Niſi enim fieret, non hoc ſanctæ ſcripturæ cõmemoraret. Quomodo ergò populus maior ſeruiat minori, hoc qui diligenter attendit, in Chriſtianis, vel in Iudæis cognoſcit. Maior enim, & ſenior populus Iudæorum iuniori, ideſt populo Chriſtiano ſeruire probatur dum per totũ Mundum libros diuinæ legis ad inſtructionẽ omniũ gentium portare cognoſcitur. Ideò enim per omnem terram Iudæi diſperſi ſunt, vt cum aliquem paganum ad fidem Chriſti volumus inuitare, & ab omnibus Prophetis, ipſum Chriſtum eſſe annuntiatum teſtamur, & ille reſiſtens dixerit, à nobis potius, quam à S.S. libros diuinæ legis eſſe conſcriptos, nos habemus vndè redarguere certa ratione poſſumus, dicentes ei: *Si de meis libris tibi dubitatio naſcitur, ecce Iudæorum libros, vtiq; inimicorum noſtrorum, quos certum eſt, ſi egò conſcribere vellem, mutare non potui.*

OLEA-

Et diuiſit lucem à tenebris.

CLXXXIX.

OLEAST.*Comm.in Eſai. ad illa verba cap.59.* Impegimus in meridie, quaſi in tenebris. *quæ verba ſic ille vertit*, Impegimus in meridie, ſicut in crepuſculo.*ſic ait ad litteram*:Impegimus meridie ſicut in crepuſculo .i. Ità in agibilibus manifeſtis,ſicut in obſcuris erramus.*Et poſteà ad mores ſic*: De iuſtis ſuperiori capite dictum eſt: Orietur in tenebris lux tua,& caligo tua erit me ridies. Nam quemadmodum iuſti in rebus obſcuris à Domino illuminantur,ità impij in manifeſtis impingunt,& peccant.Videbis pium,litterarum expertem, in caſibus & contractibus vix explicabilibus, regia, ac ſecura via incedere: impium verò,in re quam cæcus nõ poſſet ignorare, cæcutire. Vnctio enim docet, & illuminat iſtos,alios verò ſua malitia excæcat.Io.1.cap.2.

CXC.

HVGO Card.*Poſtil.in Eſai. Ad illud cap.* 50. Induam cœlos tenebris, & ſaccum ponam operimentum eorum.*myſticè ſic ait*: Intelligitur habitus pęnitentis,quem portant cæli,ideſt cæſtes viri. In ſacco enim notatur materiæ vilitas: in tenebris coloris obſcuritas: quibus debent indui cœli. Sed multi lucidis,& precioſis induuntur,ſicut diues, de quo dicitur Lucæ 16. Homo quidam erat diues,& induebatur purpura,& byſſo.In purpura notatur coloris claritas:in byſſo materiæ precioſitas. Sophon.1. ſecundũ 70. Viſitabo ſuper omnes qui ſunt in veſtibus. Sed multi ſunt,qui colorem mutare nõ poſſunt ſicut religioſi: ſed materiam precioſam pro poſſe ſuo quærunt.Tales non ſunt cœli,quia cœli operiũtur ſacco Apoc.6.Sol factus eſt niger,quaſi ſaccus,ideſt Chriſtus in paſſione,vel monachus in Religione.*Vbi cæleſtes viri attendant, quantum debent curare,non ſolum de interiori virtute,ſed exteriori habitu, tuncq; Religioſos eſſe à Deo indutos, cum vilibus veſtiuntur.*

CXCI.

OLEAST.*Com.in eandem,Ad ſupradicta verba ſic ait*:Non enim cœli vnquam ſacco induendi ſunt, ſed Dominus ad oſtendendam triſtitiam, aut cladem magnam ſolet vti huiuſmodi verbis. Si verò hæc revera facta aliquando fuiſſe putes, credendum eſt fuiſſe in paſſione Chriſti.Eſt antem induere aliquem ſaccum, eum triſtem reddere,quoniam lugentes quondam ſacco induebantur.

CXCII.

S.HIER. *Comm. in eundem prædicta ſic exponit verba*:Poſſumus cęlos obuolutos tenebris, & ſacco opertos, ſic interpretari, vt dicamus omnes eſſe ſub peccato; & Sanctos quoq; indigere miſericordia Dei.*Vbi apparet,etſi Sanctos cęli ſint,& cœli cœlorum,in hac vita cautè debere ambulare,ſecurus enim nullus eſt de peccato. Illud autem*,Induam, *debet intelligi permiſſiuè*.

Ex Epiſt. Apoſt.

CXCIV.

S.BASIL.*Lib.contra regul.quæſt.* 35. *Afferens per occaſionem illa verba Rom.* 12. Non plus ſapere, quã oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem, & vnicuiq; ſicut Deus diuiſit menſuram fidei.*ait*: Cùm duo ſint mortaliũ ordines, vnus eorum, quibus gubernatio aliorum credita eſt, alter eorum quibus ordinatum eſt,vt obſequantur, & obediant pro varietate chryſmatum. Arbitror, priores debere omnia ſcire, vt quoſvis placita Dei doceant,cuicunq; oſtendentes,quæ ſibi conueniant, parati ſemper ad ſatisfactionẽ, de ea, quæ in nobis eſt, fide reddere. Aliorum verò quiſq; memor Apoſtoli,dicentis:Non plus ſapere,&c.quæ ſe concernunt diligenter diſcat, & ſapiat,nihil amplius per curioſitatem inueſtigans,vt dignus reddatur voce Domini: Euge ſerue bone,& fidelis, &c.

CXCV.

S.AMBR.*Com.in* 2.*Cor.*4.*Ad illud*: Quoniam Deus,qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere,ipſe illuxit in cordibus noſtris.*ait*:Hoc dicit,quia miſericordia Dei factum eſt, vt nos, inquit,qui fuimus increduli in ignorantia, hoc eſt in tenebris, per nos daret lumen cœteris gentibus.Quantum ſe adhuc humiliat, vt Dei ſolius, & Chriſti gloriam proferat. Humiliatur enim,vt cognitionem habeant glorię Dei per Chriſtum.

CXCVI.

S.IOAN.*Chryſ.Homil.*6. *in Epiſt.Pauli ad Rom. ad illa verba cap.* 2. Confidis te ipſum ducem eſſe cęcorum,lumen in tenebris verſantium.*Vbi Apoſtolus inter cætera, improbat Iudæis, vnum eſt*

K *ſe*

Et diuiſit lucem à tenebris.

ſe iactare eſſe doctores, magiſtroſq; ignorãtium: quãdam doctrinam profert, qua non parum reprimuntur, qui lucis appellatione gloriantur in Eccleſia, non operantes ſecundum id, quod docent. Nam loquens in perſona Apoſtoli cum Iudæo, ait ſic: Ais te non audire ſolũ, ſed & docere, certè hoc ſupplicij corollarium eſt, nam quod hac re magnopere ſibi placerent, hìc maximè illos ridiculos eſſe oſtendit.

CXCVII.

S. *Idem Homil. 9. in 1. Theſſal. 5. Ad illa verba:* Vos autem fratres non eſtis in tenebris, vt vos dies illa tanquam fur comprehẽdat. *Illi quæſtioni, ſeù ſequelæ, quæ hinc infertur: Ergò iuſti præſciunt diem iudicij, & mortis: reſpondet ſic:* Incertus quidem venit, & ipſis; veruntamen nulla calamitate eos contriſtabit. Nam etiam ſi latro aduigilantes, & in luce conſtitutos ſubingrediatur, nihil tamen eos lædere poterit; ita etiam & eos, qui rectè viuunt. Sed quotquot dormientes, ac de præſentibus præſumentes reperiret: hos omnes ſpoliatos adducet.

CXCVIII.

S. *ATHAN. Com. in 1. Theſſal. ad illa verba c. 5.* Vos autem fratres non eſtis in tenebris, vt vos dies ille tanquam fur comprehendat. *ait ſic:* Hoc eſt, non tenebroſam, & impurã ducitis vitam. Dicet aliquis: Quid ergò? Nonnè & hos, & ſi nulla ſint labe adfecti, vel incertus inuaſurus eſt finis? Inuadet quidem, ſed nullo eos obducet mœrore. Vigilantibus nanq; & in luce verſantibus, ſi prædo aliquis aditum nactus de improuiſo incumbat, nil poterit, quod horum ſit deuaſtare. At ſi in tenebris dormitantes deprehendat, relatis ſpolijs recedet impunis.

CXCIX.

HVGO *Card. Poſtil. in 1. Epiſt ad Theſſal. Ad illa verba cap. 5.* Vos autem fratres non eſtis in tenebris. *ait ſic:* Nota, quod ſũt tenebrę ignorantiæ, quas illuminat Deus veritas per fidem, 1. Io. 2. Tenebræ tranſierunt, & verum lumen iã lucet. Ephe. 5. Eratis aliquandò tenebræ, nunc autem lux in Domino. Item ſunt tenebræ culpæ, quas illuminat Deus charitas per charitatis infuſionem, 1. Io. 2. Qui odit fratrem ſuum, in tenebris eſt. Iob 3. Noctem illam tenebroſus turbo poſſideat, ideſt, culpam pœnitentia deleat. Item ſunt tenebræ miſeriæ, ſiuè pœnæ, quas illuminat Deus fortitudo per ſpem. Iob 17. In tenebris ſtraui lectulum meum.

CC.

S. *IOAN. Chryſoſt. Homil. 6. in Epiſt. Apoſt. ad Roman. Ad illa verba cap. 2.* Confidis enim ipſum ducem eſſe cœcorum, lumen in tenebris verſantium, eruditorem inſipientium, &c. *ait Iudæos per arrogantiam hoc titulo, ſeù titulis denotare diſcipulos ignorantes: nam aſſignans rationem, quare Sanctus Apoſtolus colloquens cum Iudæis hæc diceret; ait ſic:* Illorum fauſtum exprimit. Magnoperè enim proſelytis abutebantur, ipſoſq; hiſce nominibus vocabant. *Vbi apparet, fauſtuoſum, & Iudaicum eſſe, magiſtros diſcipulos nominibus ignominioſis dedecorare.*

CCI.

BEDA *Com. in j. Pet. 2. Ad illud:* Qui vos de tenebris vocauit in admirabile lumen ſuum. *ait:* Sicut enim hi, q̃ de Aegyptia ſeruitute liberati ſunt per Moyſen, carmen triunphale poſt trãſitum maris rubri, & demerſum Pharaonis exercitum, Domino decantarunt: ita & nos oportet poſt acceptam in baptiſmo remiſſionem peccatorum, dignas beneficij cœleſtibus rependere gratias. Nanq; Aegyptij, qui populum Dei affligebant, quia tenebræ, vel tribulationes interpretantur, aptè perſequentia nos peccata, ſed in baptiſmate deleta ſignificant.

*I*n Apocal. non inuenitur vllum horum verborum.

Finis Tex. Duodecimi.

RV-

Appellauitq; lucem diem,& tenebras noctem.

I.

RVPER. *Abb. de operibus Spiritus ſanct. lib. 9. cap. 2. ſic:* Combinans primum creationis diē cū vltimo, qui erit vniuerſalis iudicij, *ait.* Cum dicitur, Diuiſitq; lucem, tenebras: Appellauitq; lucem diem, tenebras noctem; ibi Angelos iudicatos, & bonorumq; malorumq; ſpirituum diuiſionem inſociabilem intelligimus: & ſic Angelorum pariter, & hominū iudicium immutabile eſſe faciendum, & claris Scripturæ vocibus audiuimus: illic Angelos Apoſtatas de cœlis in iſtum caliginoſum aerem proiectos: hic eoſdem Angelos, & eorum ſequaces homines impios non ignoramus, in ignem æternum eſſe proijciendos. *Et ante præmiſit ſic.* Dies ille magni iudicij, nouiſſimus erit dierum ſæculi: reſpiciamus nunc illum, quem numero primum ſancta Scriptura diem poſuit in exordio ſui. reſpiciamus inquam, ad illum diem, & conſideremus admirandam operam Dei diſpoſitionem, qui eundem quaſi æditium terribilem poſuit timorem ad cuſtodiēdum introitum, & exitum Scripturæ, ſiuè operum ſuorum: vt quiſquis ad cognoſcendum Deum ingreditur, & in introitu inueniat, cur valdè timeat, & in exitu inueniat, cur multò magis contremiſcat.

II.

S. HIER. *Com. in Iob. cap. 24. intelligit hic per diē, & lucem, ſanctos Angelos: per tenebras verò, & noctem, Diabolum: aſſignans autem rationem, quare Diabolus vocetur nox, ait:* Noctem verò peccati ipſe operatus eſt, quando ad diuinitatem inuadendam veluti fur irrepere voluerat, dicens: ſup ſydera cœli ponam thronum meum, & ero ſimilis altiſſimo. Et exindè cum ſuis, quos cœli ſydera appellauit, nox, & tenebræ, Princepſq; tenebrarum appellatus eſt. *Vbi apparet, noctem à rapina principium accepiſſe, & denominationem; ſemper enim qui in tenebris ambulant, & nocte, de furto, & rapina ſunt ſuſpecti magis, quam de alio crimine.*

III

S. AVG. *de mirabilibus ſacræ Scriptur. lib. 1. tenens illam communem opinionem aſſerentem, in hoc textu firmari in æternum Sanctorum Angelorum in bono ſtabilitatē, & impiorum damnationem, itaut vltra ad gratiam aditum non habeant, aut regreſſum: ſicut nox diēs effici vltra non valet: ad illā quæſtionem, quare ſcilicet, & vndè peccatum Angeli irremediabile factum ſit, cūm hominis peccatum remedium non excluſerit, reſpondet ſic:* Angelus in ſummo honoris ſui ordine conſtitus, immutationem ad excellentiorem ſtatum non habuit: niſi contemplationem ſui Creatoris confirmatus, in eo ſtatu permaneret, vbi conſtitutus fuit: & idcircò prolapſus, iterum reuocari minimè potuit, qui à ſublimiſſimo ſui ordinis ſtatu proruit: homo verò adhuc in terra poſitus, generandi officio deſtinatus, ciborumq; alimoniæ deputatus: immutationem in ſublimiorem, & meliorem ſpiritualemq; vitam ſine morte reciperet, ſi quandiù in hac conuerſatione poſitus, eſſet in mandati cuſtodia: Huic antequam ad ſtatum veniret ſublimiorem, delictum ſubruit, & ideò de inferiori illo, ideſt de immortalitate ſui corporis confeſtim ruit, dicente Domino: Terra es, & in terram ibis: Clementia ergò conditoris homo ad illam beatitudinem, ad quam peccans adhuc non peruenit, per paſſionem Domini reuocatur: qui ſi indè cecidiſſet, ſicut Angelus nunquam iterum reuocaretur: quoniam ad illum ordinem, ideſt immortalitatem ſui corporis nunquam peruenit iterum, niſi peracta omnium morte, illa beatitudo, ad quam reuocatur per reſurrectionē, reſtauretur: non ad illum tamen ordinem, aut in ſtatū vndè primus homo ceciderat, ſed ad alium ſublimiorem, quē ſperauit, teſtitutio fieret, dicēte Domino: Erunt ſicut Angeli Dei in cœlo. *Vbi clarè videtur in domo Dei neminem, qui cadat, ad locum vndè cecidit rruerti poſſe: ad meliorem benè aſcendere, ſi tamen à quo cecidit, non erat ſupremus ſui ordinis, & capacitatis: quia tunc irreparabiliter cadit: vndè vnuſquiſq; teneat quod habet neſciens an fortè ille ſtatus, quem poſſidet, ſit ſupremus ſuæ capacitatis: & qui clarè in vno quoq; genere ſe in ſublimiſſimo ſuæ capacitatis gradu coniecturāt, ſi ceciderint, irremediabiliter ſe cecidiſſe deplorent, moraliter autē Principes, & Prælati accipiant documentum, nè vnquam per culpas ab vno gradu priuatos, ad illum reuocari permittant: ad meliorem, ſi emēdatio detur, benè; ad eundem minimè.*

Appellauitq; lucem diem,& tenebras noctem.

IV.

ANAST. Synaita Hexam. lib. 1. tenet hic per lucē intelligi Chriſtum Dominum, per tenebras autem Dæmones, qui proiecti de cœlo, eum præceſſerunt: & in hoc sēſu intelligit illud eiuſdem Domini Ioan. 10. Omnes quo venerunt, fures ſint, & latrones, & non audiuerunt eos oues: *Vbi cum inſurgant duo dubia: primum ſcilicet, quia cum prima facie videtur loqui de Moyſi, & S. Patriarchis, & Prophetis, qui ante eum venerunt; durum apparet eos latrones, & fures vocari: ſecundum, quia ſi Dæmones vt dictum manet, intelliguntur, quomodo dicit, oues eos non audiſſe, cum Adam, & Heua ſerpētis ſuaſu peccauerint: primo, loquens in perſona eiuſdem* Domini, *ſua verba exponentis, hic ait*: Non loquar de his, qui ante me nati ſunt in carne: ſed quoniam veni è cœlo miſſus à Patre meo, omnes qui ex eodem cœlo cum eodem ſcopo venerunt ante me ſunt fures, & latrones, nèmpè aduerſariæ potetates, *Secundò autem ſic:* Quid eſt autem; non audierunt, niſi quod per hoc verbum dicit non eſſe lupos Angelos, nec vlli probor fuiſſe obnoxios: aut rurſus nos docēs tacitè ſignificat, quod tempore eorum defectionis, cum eis à Deo eſſet excidendum, conſilium dederunt, & ſuggeſſerunt omnibus Angelicis virtutibus, vt à Deo deficerent. Sed oues eum non audierunt, niſi ſolum è terra genitus ouis homo, quæ perijt, & ab ipſis fuit decepta: quam occiderunt, & poſuerūt mortuam in loco tenebroſo, in inferis, & in vmbra mortis. *Vbi apparet, non minus tentatos fuiſſe ſanctos Angelos in cœlo, quam homo in terra, qui reſpectu illius Angelicæ multitudinis vna ouis dicitur.*

V.

RVPERT. *Abb. de Victoria Verbi Dei lib. 1. cap. 28. Intelligens hic per lucem Angelos ſanctos, & per tenebras Dæmones, quos ſupra ſcriptura diuiſos deſcribit, in pœnamq; à conſortio bonorum proiectos: ait:* Firmatum nanq; eſt iudicium, & data eſt immutabilis ſententia, vt diabolus, & ſatanas lucis refuga nunquā amplius lux fiat, neq; vllus apoſtatarum Angelorum eius, ad conſortium lucis, ideſt ſanctorum Angelorum vltra reſurgant. *Vbi moraliter apparet, quod diſcoli non ſolum proijciendi ſunt à conſortio bonorum Religioſorum tanquam tenebræ à luce, ſed ſtatim, ſtatui, talis ſententiæ firmatio, debeat, nè vltra vt commiſceantur, & conuerſationem vllam habeant ad inuicem. Lux ſit dies, tenebræ nox, quæ iam amplius non conueniunt, neq; in æternum conuenient. Parum enim eſſet dicere: Diuiſit lucem à tenebris, ni ſequeretur: Appellauit lucē diem, &c. ideſt, terminos intranſmeabiles ad inuicē ſtatueret.*

VI.

GLOSA *Interlin. myſticè hunc explanans locum intelligit per lucem, perfectiones rerum: per tenebras, defectus. Sic enim correſpondet litteræ:* Lucē; Perfectiones rei: Tenebras; Defectum, ſcilicet. *Vbi moraliter notandum, rerum perfectiones à Deo diei deputari: defectus verò nocti. Cuius contrarium faciunt homines, qui perfectiones, nocti, deputāt proximorum, nè videantur: defectus verò, diei, vt omnibus pateſiant.*

VII.

S. AMBROS. *Hexam. lib. 1. cap. 9. Ait iſtam appellationem non ſimpliciter denotare nominationem, ſed ſecum importare diuiſionem inconuertibilē, vniuſcuiuſq; horum à ſuo contrario. Hæc ſunt eius verba:* Vndè & diſcretio fit inter lucem, & tenebras, vt ſeparata lucis natura, atq; tenebrarum, nihil videatur intra ſe habere confuſum. Et vocauit Deus diem lucem, & tenebras noctem vocauit. Vt & nomine ipſo diem, noctemq; diſtingueret. *Vndè vnuſquiſq; aduertat, quo nomine inſignitus ſit in Eccleſia Dei: nēpè, ſi Religioſi, ſi Sacerdotis, &c. & eò ipſo ſe intelligat obligatum ſeparari ab oppoſito, ſicut diem à nocte, inconuertibiliter.*

VIII.

TERTVLL. *aduerſus Marcionem lib. 2. cap. 12. qui duos Deos ponebat, alterum bonum, alterū iuſtum ex hoc loco incipit probare in Deo ſimul cum bonitate infinita; dari ſummam iuſtitiam, qua omnia, quæ creata fuerunt per eius immenſam bonitatē diſtinxerit, ſinguliſq; pro captu, & meritis loca, & nomina aſſignauerit:* A primordio, deniq; inquir, creator tàm bonus, quā & iuſtus; pariter vtrunq; proceſſit. Bonitas eius operata eſt Mundum: iuſtitia modulata eſt. Quæ etiam tum Mundum iudicauit ex bonis faciendum, quia cum bonitatis conſilio iudicauit. Iuſtitiæ opus eſt, quod inter lucem, & tenebras ſeparatio pronuntiara eſt; inter diem, & noctem: inter cœlum, & terram: inter aquam ſuperiorem, & inferiorē: inter maris cœtum, & aridæ molem: inter luminatia maiora, & minora, diurna, atq; nocturna: inter marē & fœminam: inter arborem agnitionis mortis &

vitæ

Digitized by Google

Appellauitq; lucem diem,& tenebras noctem.

vitæ:inter orbem,& paradiſum: inter aquigena, & terrigena animalia. Omnia, vt bonitas concepit, ita iuſtitia deſtinxit. *Et paulò infra:* His enim modis oſtendimus eam, cum auctrici bonitate prodiiſſe. *Et iterum concludit:* Itá omne hoc iuſtitiæ opus: procuratio bonitatis eſt. *Vbi Reges, & Principes habent documentum, nè ſolum ſtudeant bona facere, & creare, vndè boni dicantur: ſed diſtinguere, & ſua vnicuiq; pro captu, loca aſſignare: vndè iuſti ſimul reputentur: neq; enim iuſtitia deſtruit, immò procurat bonitatem.*

IX.

RVPER. *Abb. in Geneſ. lib. 1. cap. 19. intelligens per lucem ſanctos Angelos, & per tenebras Angelos apoſtatas: alludens ad illam inconuertibilem viciſſitudinem diei, & noctis, ait ſic:* Hæc appellatio diei ſtabilimentum eſt felicitatis, firmamentū gratiæ, & honoris, vt amplius lux illa, quæ hoc nomen ex ore Dei ſemel accepit, dieſq; vocari meruit, iam non poſſit in tenebris conuerti, iam non valeat amoueri à fonte luminis æterni: tunc apoſtatantibus ſpiritibus lucifugis, in luce ſtare maluit: & idcircò iam in æternum, lux decoris, & pulchritudinis huius prouecta eſt eo, vt perfecta ſit ad ſimilitudinem Patris luminum, apud quē non eſt trāſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio: è contra noctis appellatio firma, & ſtabilis ex ore eiuſdem incommutabilis Dei ſemel prolata tenebrarum damnatio, vt quia venit illi pes ſuperbiæ, & de loco ſuo moti, ſua ſponte ceciderunt, & iniquitatem operati ſunt: iam ſemel expulſi, non poſſint ſtare inconuertibiles apoſtatæ. *Vbi apparet, quod ſicut Deus in æternum corroborat illos, nè amplius cadant, qui tempore tentationis ſtāt, varoniliterq; reſiſtunt: ſic in æternum proiectos relinquit, qui ſpontaneè, & magis per ſuperbiam, quam per fragilitatem à bono deuiant: Dæmones non fuerunt tentati: benè tamen ſancti Angeli, tam conſortiū malorumq; exemplo, quam Luciferi perſuaſione, vt præcedenti textu inuenietur.*

X.

STEVCHVS *in Coſmopæia ſic ait:* Hæc nimirum Dei nuncupatio diei, ac noctis fecit, aut præcepit, vt ſpatium à matutino ad veſperum tempus dies vocaretur: non indidit ipſe nomen, ſed edidit rem talem, vt hæc ſortita ſit nomina: *Vbi apparet, diuina opera non indigere nominum impoſitione; ſecum enim ex ſua factura importāt, quomodo vocentur. Iunilius Epiſcopus African. Hexamer. ſic:* Quia ſic diſtinxit omnia, & ornauit, vt & dies cerni poſſent, & nomina accipere.

XI.

GLOSA *ſic:* Nulla lingua hæc appellatio facta eſt, quia apud Deum purus intellectus eſt ſine ſtrepitu linguæ: ſed appellauit, ideſt appellari fecit, quia ſic diſtinxit, vt diſcerni poſſēt, & nominari. *Vbi apparet, quod tota difficultas in bonis à malis diſcernendis, illiſq; promerito nomina imponendi ſit in confuſione: nam data diſtinctione cuilibet facilè eſt lucem appellare diem, & tenebras noctem. Vndè impij confuſioni rerum maximè ſtudent, nè vt merita eorum poſtulat nominentur, & ſic decipimur quotidiè, ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem.*

XII.

EVCHERIVS *Com. in Gen. lib. 1. myſticè ſic:* Tūc iam Deus iuxta præſcientiæ ſuæ gratiam, diuiſit inter lucem, & tenebras, ideſt inter filios Dei, & lucis à peccatoribus, tāquam à tenebris, iuſtos vocans diem, & illos noctem. Nam quia in Eccleſia lucis nomine iuſti appellentur, audi Apoſtolū: Fuiſtis enim aliquandò tenebræ, nunc autem lux in Domino. *Vbi apparet, diuiſionem inter bonos, & malos eſſe primum præuiſum a Deo in Eccleſia: Et ſic non eſt quid nouum, cum ſit, neq; mirandum. Et Prælati cum vident hos, ſtudeant diuidere, quos Deum ſola præuiſione, diuidiſſe audiunt.*

XIII.

S. HIER. *Com. in Eſai. Aſſerens per occaſionem hūc locum, ait:* Eiuſdem criminis eſt, bonum, lucem, & dulce; contrarijs vocare nominibus: cuius malum, tenebras, & amarū vocabulis appellare virtutum. Hoc eſt contra eos, qui peccatum non putant, ſi bono detrahant: & non exiſtimant eſſe delictum, ſi laudent malum. Ponunt autem Iudæi bonum, malum; & lucem, tenebras; & dulce, amarum: ſuſcipientes Barabam latrocinij, & ſeditionis; & crucifigentes Ieſum, qui non venerat, niſi ad oues perditas domus Iſrael, vt ſaluaret, quod perierat. In Barabam intelligimus diabolum, qui cùm ſit nox, & tenebræ; transfiguratur in Angelum lucis; vndè & Apoſtolus loquitur: Quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate? Quæ ſocietas lucis, ad tenebras? Qui conſenſus Chriſti, & Belial? Neq; enim lucerna tollenda eſt, & ponenda ſub modio, vel ſub lecto: ſed ſu-

per

Appellauitq; lucem diem, & tenebras noctem.

per candelabrum, vt omnibus luceat. Nec arbor malos afferens fructus, bonæ arboris eſt appellanda vocabulo. Vndè in Gene. myſtico ſermone narratur, quod diuiſerit Deus inter lucem, & tenebras, quæ in principio ſuper abyſſum ferebantur: & lucem diem appellauerit, tenebras verò noctem: *Vbi apparet, qua iudaicum, & diabolicum ſit, non ſolum viros bonos, & illuſtres velle obſcurare, & denodare: ſed etiam impios, & tenebroſos oſtendere, illuſtrare, titulis egregijs condecorare: neq; eſſe maleuolum, ſed iuſtum tenebras vocare noctem: ſicut nec adulatio lucem appellare diem; vtrũque enim iuſtitiam reſpicit: contrarium verò, eſt eiuſdem qualitatis crimen.*

XIV.

O*LEAST. Com. in Eſai. ad ſupradictum locum, qui eſt cap. 5. ſic ad litteram ait:* Bonum lucē vocat, & malum tenebras, obſeruantes ſcilicet, iuſtum, & iniuſtum iudicium: ſi tamen de peruerſo iudicio operum quo quidem bonum opus malum iudicabant: & vice verſa, locum intelligas non prohibeo. Et tunc ſenſus erit acſi dicat: Væ his, qui peruerſum iudicium rerum habent, dicentes opus malum eſſe bonum, & bonum eſſe malum. *Et ad mores ſic:* Malum eſt inuerſum affectum in malis habere, ſed deterius, iudicium habere peruerſum, quoniam ex eo peruerſiras affectus dependet: Qui malum agit, quod malũ eſſe cognoſcit, ipſa cognitio eum detrahere à malo aliquãdò ſolet: ſed qui malum, quod facit, bonum arbitratur, ſine vllo fræno, & deſperatè ægrotat.

XV.

B*EDA de Ratione comput. ſic:* Dies, vndè nomē accepit? à diuiſione, eoquod diuidat lucē à tenebris. *Et poſt:* Item dies dicitur, eoquod lucem, & tenebras disiungat, ac diuidat: appellatione dicitur, dux operum, & abſentia tenebrarum. *Et poſt:* Vndè dicta eſt nox? Quod noceat aſpectibus, vel negotijs humanis, ſiuè quod in ea fures, vel latrones nocendi alijs occaſionem nanciſcantur. *Petrus Comeſtor. in Geneſ. cap. 3.* Tenebras dixit noctem, à nocēdo, quia nocet, oculis nè videant; ſicut tenebræ, quia tenent oculos nè videant.

XVI.

R*VPERT. Abb. de victoria Verbi Dei lib. 1. cap. 16. Tenens, vt ſupra patet, in hac ſententia firmatum fuiſſe illud terribile iudicium, quo angelus malus, ſuiq; ſequaces à conſortio ſanctorum Angelorum fuerunt ſeparati, vt in præcedenti textu dictum eſt, in quorum ſocietate fuerunt creati, iuxta illud Ezech. 28.* In medio lapidum ignitorum tu ambulaſti. *Notans, quomodo eodemmet actu Deus ſanctos Angelos diem pronuntiauerint, maloſq; noctem: poſtquam oſtendit hic primo innotuiſſe hominibus diuina ira, iuxta illud Pſal.* Ex tunc ira tua. *ait:* Veruntamen cùm legimus, vel audimus: Ex tunc ira tua: ſeù quodlibet aliud eiuſmodi: non intelligimus, nec intelligere debemus de Deo impaſſibili, quod in eum cadant motus animi, qui ſignantur vocabulo iræ, vel furoris. Ipſe nãq; ſuauis ſemper in tranquillitate omnia diſponit, ſed creatura corrupta, ſuoq; vitio turbata, ipſam creatoris ſuauitatem malè ſentit. Indè eſt, quod vno, eodemq; tempore, vel momento, & lapides ſupradictos, qui incorrupti ſunt, illuſtrat, & non vrit: & aduerſarios illorum vrit, & non illuſtrat, qui ſunt corrupti, & à natura bona degeneres. *Et ſtatim cap. 17. proſequens eandem materiam, ait:* Ecce quempiam lapidem lucidum ex clariſſimis lapidibus eiuſmodi, qualium vocabulis in Propheta (vt iam dictum eſt) Dominus Deus nouem ordines Angelorum ſignificauit, plerunq; dumlibet, attollis in faciem Solis ſereno cœlo fulgentis, ſtatimq; lapis idem in paruam ſuam quãtitatem magni Solis concipit imaginem: ſupponis continuò materiam per arida ignium eſcam; nonnè vnus, idemq; ſplendor Solaris, & in lapidem radium vibrat innoxium, & in materia, iam dicta, tactu, moleſtum traijcit incendium? Vnus, idemq; ignis, & in lapide radiat, nec vrit, & in eſca fumat, & vrit. Non ergò mirum, quod Deus noſter, qui (vt ait Apoſtolus) ignis conſumens eſt, ſimul, vno, eodemq; actu, ſanctos Angelos ſic ignitos reddit, vt ipſorum pulchritudo, & delectatio ſit; & aduerſarios ſic attingat, vt conſummantur pœnaliter afflati. *Vbi patet, Deum non immutari ab conſueta, naturaliq; dulcedine cum peccatores punit: ſed ipſimet per corruptionem peccati fieri tales, quod ſuæ diuinæ affabilitatis radios ſuſtinere nõ poſſint, quin ab illa conſummantur, & vrãtur. Teſtes ſint alij, qui eodemmet tempore ſuauiter totum Deum in ſe recipiunt, quo non vruntur: ſed illuſtrantur per ſoliditatem ſuæ eorum virtutis, quod minimè fieri poſſet, ſi in Deo mutatio daretur, cum*

ira-

Appellauitq; lucem diem,& tenebras noctem.

iratus dicitur: Vndè, qui iratum contra ſentit Deum, ſuam procuret conſolidare animam, non Dei immutare animum.

XVII.

S. *AVG. ſuper Pſal 8. afferens per occaſionem noſtrũ textum, ſic ait*: Confitebor Domino ſecundum iuſtitiam eius; tanquam ille, qui viderit non factas tenebras à Deo, ſed ordinatas tamẽ, Deus enim dixit: Fiat lux: & facta eſt lux: non dixit: Fiant tenebræ: & factæ ſunt tenebræ: & tamen ipſas ordinauit, & ideò dixit: Diuiſit Deus inter lucem, & tenebras: & vocauit Deus lucem diem, & tenebras vocauit noctem, iſta diſtinctio aliud fecit, & ordinauit: aliud autem non fecit, ſed tamen etiam hoc ordinauit: iam verò tenebras ſignificare peccata, & in Prophetis inuenitur: Qui dicunt: Et tenebræ tuæ tanquam meridies erunt: Pſal. 138. *Cõcludit ſic*: Qui ergò deſerit Deum, à quo factus eſt, & inclinat ſe in id, vundè factus eſt, ideſt in nihilum, in hoc peccato tenebratur: & tamen nõ pænitùs perit, ſed in infimis ordinatur. *Vbi peccatores, qui per diuinam gratiam in peccatis (quorum ipſi authores ſunt) ſuccurruntur: contenti ſint diſponi in infimis, nempè nocte, nè velint ſubitò de tenebris in diẽ, nempè gradus, & dignitates ordinari: ſed ſuas pænitentias humiliter acceptent, & adimpleant.*

XVIII.

H*VG. Card. Poſtil. in Geneſ. allegoricè reſpondet cuidam hic aſſurgenti dubio: nimirum quare lux, quæ per ſe lucet, diei titulo condecoratur, dicit enim ſic*: Lux ſacra Scriptura: Pſal. 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum: Prouer. 6. Mandatũ lucerna eſt, & lex lux: ſi videre vis hanc lucem: primò ſtude; vt ſis in luce per cordis munditiã: Sap. 1. In maleuolam animam non intrabit ſapientia.

XIX.

C*AET. Com. in Geneſ. ſic*: Dies non vocatur ipſa cœleſtis lux, ſed effectus eius in his inferioribus. *Vbi moraliter aduertant Principes, & Prædicatores, qui luces mundi ſunt, quod non à ſua eſſẽtia denominabuntur à Deo, ſed ab effectibus ſuæ denominationis, & doctrinę in ſubditis, & inferioribus.*

XX.

D*IVVS PROSPER. lib. 1. de vita contemplat. cap. 3. aſſignans rationem incommutabilitatis malorum Angelorum, & etiam bonorum, quæ hic communiter intelligitur deſcripta: ait ſic*: Cum eſſent vtriq; ſine peccato creati, ad ſeruiendum Deo ſuo fœliciter inſtituti, eorum quidam volũtate propria deprauati, noluerunt permanere quod facti ſunt, & cum ſe contra creatorẽ ſuũ typo ſuperbiæ letalis hoſtiliter extuliſſent, de ſuperna cœli regione proiecti ſunt: Quos diuina ſententia eos ſupplicio condemnauit, vt quia noluerunt perſeuerare, cum poſſent, nec vellent reparari, nec poſſent: ſiquidem præuaricationis eorum fuit, quod irreuocabiliter iudicij animaduerſione percuſſi ſunt, & ad damnationem iuſtiſſimã profectò pertinuit, quod voluntatem redeundi, ac facultatem penitus amiſerunt: ſicut è contrariò voluntatis ſanctorum Angelorum fuit, quod malis ſpontè cadentibus, ipſi in ſua dignitate manſerunt, & diuino, iuſtoq; iudicio actum eſt, vt quæ fuit cum Deo ſuo manendi voluntas, fieret permanendi voluntaria, fœlixq; neceſſitas. *Vbi apparet, iuſto iudicio voluntariè peccantes ſequi obſtinationem in malo, ſicut voluntariè Deo ſeruientibus, ipſa virtus ſit quaſi natura, & fælix neceſſitas.*

XXI.

S. *BONAV. Compend. Theol. verita. cap. 25. Tenẽs, cum communi Patrum, in hoc texto deſignari ſtabilitatem, tàm beatorum Angelorum in bono, quã impiorum in malo. ait*: Cur peccatum Diaboli ſit irremiſſibile; aſſignantur plurimæ rationes: Prima, quia ſecundum Auguſtinum, nullo ſuggerẽte peccauit; & ideò nullo reparante redibit. *Vbi apparet, indignos eſſe remedio, & reparatione, qui ſuo marte, in quacunq; materia errant; & è contra.*

XXII.

D. *IOAN. Damaſcenus, vt apud D. Bonauentura loco ſupra allegato, ad eandem quæſtionẽ ſic reſpondet*: Quia contra Deiformem intellectũ peccauit. Quanto autem nobilior eſt cognitio, tanto peior eſt error. Seruus enim ſciens voluntatem domini ſui, &c.

XXIII.

R*VPERT. Abb. in Gene. lib. 1. cap. 14. Intelligens hic per lucem ſanctos Angelos, & per tenebras Angelos damnatos, ait*: Hìc iam admiratione quæri ſolet, quomodo bonæ ſubſtantiæ vitium ſurripere potuerunt, & lux in tenebras demutata ſit? Admirationis autem ea, vel maximè cauſa eſt; quia non recogitant pleriq; Angelos æquè, vt homines mox, vt creati fuerunt, innocentes qui-

dem

Digitized by Google

Appellauitq; lucem diem,& tenebras noctem.

dem,ſed non repentè ſummos extitiſſe: nihilq; præter Deum,ſine profectibus in ſummo conſiſtere, vel firmamentum apprehendere quiuiſſe. Hoc,inquam,pleriq;non recogitant,magnitudine nominis angelici ſic præoccupati, vt non vacet illis ſcire, quia ſpiritualis creatura ſicut habuit initium,ſic habere debuit profectum, & ex neceſſitate quidem habet eſſe,ſed ex voluntate tendere cœpit ad ſimilitudinem bonæ eſſentiæ. *Vbi, à fortiori,patet reſpōſio ad illos,qui præoccupati magnitudine nominis,religioſi,admirantur cum aliquos vident Religioſos in peccata incidere.*

XXIV.

S. *AVG. lib.imperfect.de Gen.ad litt. Notans,quomodo etſi Deus tenebras non creauerit, tamen ordinauerit aſſignando,videlicet eis noctem: intelligens myſticè per tenebras,peccatores, ait:* Nam etſi vitiorum noſtrorum non eſt author Deus, ſed tamen ordinator eſt, cum eo loco peccatores conſtituit,& ea perpeti cogit, quæ merētur. Ad hoc valet,quod oues ponuntur ad dexteram, hædi ad ſiniſtram. Quædam ergò facit Deus, & ordinat:quædam verò,tantum ordinat:Iuſtos & facit,& ordinat:peccatores autem (in quantum peccatores ſunt) non facit; ſed ordinat tantum: quippè cùm illos ad dexteram,illos ad ſiniſtram conſtituit.Et quod in ignem æternum iubet ire: ad meritorum ordinem valet. *Et poſt pauca concludit:*Itaq; & ipſo faciente pulchra ſunt ſingula, & ipſo ordinante pulchra ſunt omnia. *Vbi apparet, non minus elucere pulchritudinem, ordinemque vnius Reipublicæ in honore bonorum,quam in punitione malorum.*

XXV.

HVGO *de Sancto Victore lib.1. de ſacram. p. 1. Adiungens hanc ſententiam immediatè præcedenti, nempe, Diuiſit lucem à tenebris; conſiderat in Deo duas actiones vnam ſcilicet,iudiciariam,aliam verò iudicatiuam ſecundum illud Pſal.* 118. Feci iudicium,& iuſtitiam,quarum prima pertinet ad ſpeculationem,ſecunda;ad praxim,& executionem illius, quod per iudicium intellectus aſſequutus fuit. *Et concludit ſic:* Diuiſit per iudicium, & per meritum nominauit, iudicauit, & diſpoſuit. *Vbi Dij terræ, ideſt Principes, intelligant non ſufficere diuidere per iudicium inter lucem, & tenebras inter malos,& bonos: hoc enim quamplurimi faciunt: ſed neceſſè eſt,vt ſubſequatur per iuſtitiam, attentis vtrorumq; meritis nomina imponere, loca deſtinare. Lucem diē,tenebras noctem: quicquid iudicauerint per ſpeculationem, diſponant per executionem.*

XXVI.

S. *IOAN. Chryſoſt. Homil.3. in Gene. coniungens hanc ſententiam textui præcedenti, oſtendit quatuor, quæ Deus obſeruauit in lucis, & tenebrarū diſpoſitione valdè omni regimini neceſſaria:* Diſtinxit,inquit,vnicuiq;loco proprium diſtribuit,cōgruumq; tempus definiuit. Et poſt hoc factum, tunc ſuum cuiq; vocabulum indidit. *Moraliter politicè,debet haberi in vna Communitate diſtinctio bonorum, & impiorum: hæc debet fieri loco,nè boni ab impijs contaminentur, tempore: nè confundantur eorum actiones, vocabulis,vt vtriq; cognoſcantur.*

XXVII.

RVPERT. *Abb. de victoria Verbi Dei lib. 1. cap.18.ad illa verba Dei Iob 38* Quis dimiſit lapidem angularem eius,cùm me laudarēt ſimul aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei. *Intelligens per lapidem angularem Luciferum, quem Deus dimiſit de cœlo in terram: notauit ſingulariter quodam dignum notatu, quod in noſtro textu notatur. Nimirum,quod etſi de illa cœleſti communitate tot ceciderant, peccanteſq; in tenebras conuerſi ſunt: cæteri,qui remanſerunt,non amiſerunt ſuę lucis gloriam; immo cæteris impoſito ſuis meritis cōdignum nomine,nempè(noctem)bonos,ſanctoſq; Angelos non ſolum lucem,ſed quod magis eſt(appellauit diem.) hæc ſunt Sancti Abbatis verba,ad illud:* Cū me laudarent aſtra matutina. *ait:* Cùm igitur dimiſiſſet illum,laudauerūt,inquit, ſimul aſtra matutina,& iubilauerunt omnes filij Dei:quod dixerat:Laudauerunt aſtra matutina: repetit dicēdo:Et iubilarunt omnes filij Dei, videlicet ſancti Angeli, qui dum in gratiæ claritate præſtiterunt,rectè dicuntur,aſtra matutina, ideſt Angeli lucis,Angeli habentes claritatem, & cognitionem Dei,quæ tunc illis perviсti,ruinam diaboli clariùs illuxit. *Vbi moraliter apparet,bonos religioſos intra ſuas remanentes religiones, non obſcurari per peccata,& ſcandala impurorum conſortium,cùm publicè puniuntur;immo per illorum ruinam, clariores fieri.*

XXVIII.

S. *PETR. Dam.ſerm.52. de ſancto Michaele, loquens de irreparabili caſu Angeli, qui communi-*

Appellauitq; lucem diem,& tenebras noctem.

niter hic deſcriptas intelligitur, ait: Cadentes Angelos cum deſperatione damnauit, & hominem caſtigauit cum ſpe, præuidens quanta bona de illius peccato eſſet facturus. Et ob hoc forſitan angelicum peccatum in ſcriptura non inuenitur expreſſum, nè ſcripturæ mandaretur, quod emẽdari non poterat. *Vbi Principes,& Prælati habent duo documẽta. Primum, nè acriter, & cum omni rigore puniant, niſi quos præuiderunt incorrigibiles. Secundum, quod taceant, quæ emendari viderint impoſſibile delicta, quia tunc ſolummodo Rempublicã infamant.*

XXIX.

HVGO *de Sancto Victore lib. 1. de Sacram. p. 1. cap. 1. myſticè de peccatis intelligens iſtas tenebras: notans, quomodo etſi Deus non tenebras fecerit, ſed ſolam lucem, tamen illas ordinauit congruũ tempus illi deputando, nempè, noctem, ſicut luci, quam fecerat, diem: ait*: Quia nè hoc apud Deum iudicãtem inordinatum eſſe potuit, quod apud delinquentes inordinatum fuit. *Vbi Principes habẽt documenta, vt omnia in Republica ordinare curent, etiam, quæ ipſi non fuerunt in cauſa, vt deordinarẽtur. Excuſantur enim multi dicentes: Ego non ordinabo, quæ alius inordinauit, & ſola à ſe facta curãt componere.*

XXX.

S. *BONAV. 2. ſent. quaſt. 2. art. 2. Ad illam communem opinionem, nempè hic deſignari priuationem titulorum ordinum, à quibus ceciderunt mali Angeli: ſicut in præcedenti textu deſcripta fuit eorum damnatio: ait nullum impiorum angelorum, eouſque aſcendiſſe ad vllum Hierarchicum ordinem: Opponens autem, quod Ezech. 28. vocatur Cherub: reſpondet, ideò, quia etſi non aſcendiſſet, tamen habitudinem habebat ad illum locum, ſicut 2. Cor. 4. etiam vocantur cęteri Principatus, Poteſtates, & Dominationes. Quærit tamen, quare non vocentur vnquam Seraph. aut Throni? Reſpondet autem ſic*: Seraphin, quia dicit charitatis incendium, & Throni, quia dicit ſedem vbi Dominus requieſcit ad iudicandum. Et ideò nomina horum ordinũ dęmonibus non attribuuntur quamuis ipſi ex natura ſua diſpoſiti eſſent ad hos ordines, ſicut ad alios: Tamen aliorum nomine retinent, quia communia ſunt bonis, & malis. *Vbi apparet, ſola ſanctitatis titula eſſe retinenda, magniq; facienda, nempè, quæ Deus ſolis iuſtis vti permittit, cùm de cæteris adeò liberalis exiſtat, quod dæmonibus illa minimè prohibeat.*

XXXI.

CAET. *Com. in Gene. ait ſic*: Scripſit hæc Moyſes, vt manifeſtaret, quod Deus eſt author, non ſolum rerum naturalium, ſed etiam artificilium, qualia ſunt nomina: & quod Deus ſingularia ſenſibilia, & priuationes (de quorum numero eſt obſcuritas) intimè, & nominatim nouit, vtpotè propria illi nomina vocans. *Vbi apparet, per nominum impoſitionem denotari dominium, & cognitionem intimam.*

XXXII.

HVGO *Card. Poſtil. in Gene. ait ſic*: Ideſt talem fecit, vt conueniret ei hoc nomen, dies. *Vbi Principes documentum habent, nè titula imponant, niſi cognita qualitate ſubiecti; ſiquidem non ſunt potentes facere talia ſubiecta, quibus titula conueniant.*

XXXIII.

GLO. *in Gene. ex Auguſt. ſic*: Hoc factum eſt, ex quo lux facta eſt. Sed non potuit ab hominibus dici, ſicut à Deo fieri. *Vbi apparet, neq; etiã narrando verbis poſſe homines attingere, quæ Deus operando.*

XXXIV.

HVGO *de S. Vict. lib. 1. de Sacram. par. 1. c. 13. ſic*: Parum eſt enim ad profectum inter diẽ, & noctem iudicare; parum eſt lucem, & tenebras diuidere, hoc eſt virtutes à vitijs ſequeſtrare, niſi ſciamus etiam inter diem, & diem iudicare: vt ſapiamus qui ſint illi motus, qui ſub virtutum ſpecie, quaſi luce aliena ad nos veniunt; & qui rurſum illi ſunt, quiuè veram virtutis claritatem protendunt, & in ipſis quoq; virtutibus, non ſolum, quæ bona ſunt, ſed etiam quæ ſunt profutura, probemus. Spiritualis enim dijudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur: quia ſpiritus ſcrutatur etiam profunda Dei, & vnctio eius docet nos de omnibus.

XXXV.

S. *AMBR. Hexam. lib. 1. cap. 9. Coniungens iſtã ſententiam textui præcedenti: ait:* Diſcretio fit inter lucem, & tenebras, vt ſeparata lucis natura, atq; tenebrarum, nihil videatur intra ſe habere confuſum. Et vocauit Deus diem lucem & tenebras noctem: Vt nomine ipſo diem, noctemq; diſtingueret. *Vbi apparet politicè, non ſufficere in vna Republica corporaliter ſeparatos eſſe*

Appellauitq; lucem diem,& tenebras noctem.

bonos ab impijs. Sed adhùc neceſſè eſſe, vt titulis, nominibuſq; diuerſis, quibus & virtus, aut vitium, vniuſcuiuſq; eorum denotentur, denominari.

XXXVI.

PROCOP. *Com. in Gene. Ait, quod verbum Græcũ, quo (nox) ſcribitur, idem eſt, ac (ſtimulatio) ſeù admonitio:* Ideſt, inquit, ſtimulet hominem ferè dormientem, ſubindè inculcans: Diſce homo te eſſe mortalem, & ſomno ſeruis? Et quid maiora tuis viribus, & moliris, & cogitas? Hinc motus Dauid ait: Loquimini in corde veſtro, & ſtimulemini, vel cõpungamini. Verum Hebræus habet: Tacete.

XXXVII.

STEVCHVS *in Coſmopæia: ſic:* Iure autem, nec ſine ratione Deus appellauit diem Iom: Sic enim dicitur Hebraicè, ductum, vt dixi à verbo, Ham, fremere, ſtrepere, conſonare, quod in die cuncta fremant, & perſtrepant, noctu contra ſileant, plenaq; horroris omnia, & tenebroſa. Cęperuntq; nato, Sole, & die cuncta perſtrepere, idq; tum primum fecerunt, quod poſtea ſemper factum eſt. Dies enim vigiliæ, nox omnium rerum quieti data, vt eorum nomina declarant. Diciturq; Iom dies Hebraicè, à verbo, vt dixi, Ham, in futuro formatur. Iom, ſicut à ZachaK verbo, nomen & futurum ZachaK. Nox quoque congruam naturæ ſuę habuit etymologiam. Vocauit eam Deus, Hiela, fortaſsè à Laba defatigari, in qua feſſa diuturna vigilia, & ſtrepitu quieſcunt omnia, & reparantur: Quod pulchrè Falcus:

Nox hominum genus, & duros miſerata labores,
Retulerat ſomnos, & feſſa ſilentia terris
Sic donum diuum gratiſſima ſerpit.

XXXVIII.

AMERVS *Com. in Gene. Dicit, quod dies Græcè idem eſt, ac deſiderium. Et aſſignans rationem, ait ſic:* Ethymologia poteſt eſſe, vt Plato inquit: quoniam lux ipſa è tenebris naſcebatur, hominibus multum gaudentibus, & deſiderantibus illam, eòq; illam vocauerunt deſiderium. *Vbi apparet, eò vnaquæq; res deſiderium ſui facere, quo ex contrario ſuo, nempè malo exurgere cognoſcitur.*

XXXIX.

HVGO *Cardin. Poſtil. in Eſai. Ad cap. 59. moraliter reſpondet cuidam loco Iob cap. 5. ex diametro oppoſito noſtro textui vbi Deus, vt patet ex expoſitionibus ſanctorum Patrum hic poſitis, ita tenebris, & luci terminos pręfixit, quo nequaqua commiſceri in perpetuum poſſint. Iob autem ſic ait:* Per diem incurrent tenebras, & quaſi nocte ſic palpabunt in meridie. *Quæ verba afferens Cardin. ad expoſitionem illorum verborum, Eſai. cap. 59.* Palpauimus ſicut cæci parietem: & quaſi abſq; oculis attrectauimus. Impegimus meridie, quaſi in tenebris. *ſic ait:* Ideſt curioſè explorati ſumus ſanctorum hominum infirmitatem ad detrahẽdum eis. Vndè Greg. Palpant peruerſi parietem vt cœci, quia ſæpè in proximis dum bona aperta conſiderant, ſi quæ mala lateant, inueſtigant: & ſollicitis inquiſitionibus laborant, ſi quid fortè quid accuſare poſſint, inueniant: ſana quippè membra conſpiciunt: ſed clauſis cordis oculis vulnus palpantes quærunt. Impegimus meridie quaſi in tenebris. Ideſt in luce boni operis offẽdimus per inuidiam, & detractionem. Nota ordinem detrahentium. Primo palpant parietem, ideſt primo attemptant ſiquidem in ſanctis viris infirmitatis videant, quod accuſent. Sed quando in eis malum non vident, quantum poſſunt denigrãt. Deut. 28. Palpes in meridie ſicut palpare ſolet cœcus in tenebris, & non dirigat vias tuas. Iob. 5. Per diem, incurrẽt tenebras, & quaſi in nocte ſic palpabunt in meridie. Ibi Greg. Per diem incurrunt tenebras, quia mens eorum dũ in bono alieno affligitur, quaſi lucis radio obſcuratur.

XL.

AMERVS *Com. in Gene. Referens de Varrone lib. 5. linguæ latinæ ſic ait:* Dies à Deo dici putauit. Cœlum enim putabant Deum quendã eſſe, cuius motu dies conficitur. Igitur à cœlo Deo, dies dictus eſt. *& poſt:* Feſtus verò, inquit, dies dictus, quod diuini ſit operis.

XLI.

S. *AVG. de Gene ad litt. lib. 1. cap. 10. Ad illam quæſtionem hic communiter excitatam, an ſ. voce externa Deus hanc appellationem fecerit: ait:* Huc accedit, quia Verbo ſibi coæterno, ideſt, incommutabilis ſapientiæ internis, æterniſq; rationibus, nõ corporali ſono vocis vocauit Deus lucem diem, & tenebras noctem. Rurſum enim quæritur, ſi verbis, quibus vtimur vocauit, & quid opus erat ſonis trãſeuntibus, ubi cuiuſquam non

erat

Appellauitq; lucem diem,& tenebras noctem.

erat corporalis ullus auditus: & non inuenitur. *Vbi apparet, nulla ratione poſſit moueri, qui ſtrepitũ vocis facit, vbi auditor nullus eſt, & hoc in vtroque ſenſu.*

XLII.

IDem de Geneſ. imperfect. cap. 6. *Ad eandem quæſtionem, ſic*: Fortaſsè ergò ipſum diuiſiſſe inter lucem, & tenebras, hoc eſt, vocaſſe lucem diem, & tenebras noctem, vt hoc ſit ordinaſſe id, quod vocaſſe. *Vbi apparet, Principes non habere neceſsè qualificare perſonas voce, ſed locorum diſtinctione, & promeritis locatione.*

XLIII.

S. THO. 2. par. quæſt. 67. art. 4. ad 3. *ſupradictæ quæſtioni ſic reſpondet*: Vocauit, ideſt, dedit naturam vel proprietatem, vt poſſet ſic vocari. *Vbi apparet, ipſam naturam nomina rebus indidiſſe.*

XLIV.

ABVLE. Expoſ. 1. *hic ſic ait*: In creatione rerum Adam poſuit nomen omnibus rebus ſecũdum ſapientiam à Deo datam. Deus autem poſuit nomen quinq; rebus. ſ. diei, & nocti terræ, & mari, & homini.

XLV.

S. AVG. de Gene imperf. cap. 6. *Ad hunc locum ſic*: Item quæri poteſt, quem diem dicat, & quã noctem? Si iſtum diem vult accipi, quem Solis ortus inchoat; & claudit occaſus, & iſtam noctẽ, quæ à Solis occaſu, vſq; ad ortum tenditur, non inuenio, quomodo eſſe potuerint, antè quam cœli luminaria facta eſſent. An ipſa ſpatia horarum, & temporum, etiam ſine diſcrimine fulgoris, atq; vmbræ, iam ita vocari potuerunt? Et quomodo in illam lucem rationalem, ſi hoc ſignificata eſt, aut ſenſualem cadit hæc viciſſitudo, quæ nomine diei, & noctis ſignificatur? An non ſecundum, quod euenit, ſed ſecundum, qđ poteſt euenire, iſta inſinuata ſunt, quia, & rationi poteſt error ſuccedere, & ſenſui quædam ſoliditas? *Vbi apparet, non eſſe temerarium nomina anticipatè à præuidentibus futurum ſtatum, & rerum, ſeù conditionum mutationes, imponi.*

Expoſitiones ſententiarum, quæ inueniuntur in Cap. Parabolicis Iob. Pſal. Lib. Salom. Prophet. Epiſt. Apoſt. Apocal. in quibus eſt aliquod horum verborum. Appello. Lucem. Diem. Tenebras. Noctem.

Ex Iob.

XLVI.

S. GREG. 13. *Moral. ad illud Iob. cap.* 18. Noctẽ verterunt in diem. *ait*: Diſſipatæ enim cogitationes noctem in diem vertunt, quia nonnunquam iuſtis amplius placet ex aduerſitatate mala perpeti, quam ex proſperitate terrenæ diſpẽſationis cura fatigari.

XLVII.

IDEm ibidem *ſic*: Ita hic aduerſitatẽs, atq; aduerſitates alternat, vt ſibi ſuccedere viciſſim non deſinãt: vndè fit vt in luce nox in ſuſpicione ſit, & in nocte, lux in præſumptione: ſicut ſcriptum eſt Ecclẽs. 11. In die bonorum, nè immemor ſis malorum. *Vbi apparet, neq; proſperos debere ſuperbire, neq; tribulatos deſperare.*

XLVIII.

S. HIER. Com. in Eſai. cap. 37. *afferens ſupradicta verba, quæ ille intelligit dicta à Beato Iob in perſona peccatoris ſupplicia patientis, talem irridens, ait ſic*: In die expectabat noctem, & lucem præſtolabatur in tenebris, mutatione temporum putans mutari poſſe ſupplicia.

XLIX.

S. GREG. Papa moral. lib. 4. cap. 9. *ad illa verba Iob.* 3. Dies illa vertatur in tenebras: *Quæ verba videntur velle ſanctum Iob iterum confundi, quæ Deus ſegregauerat, diuerſiſq; nominibus totaliter diſtinxerat, vt patet in noſtro, & ſupra poſitis textibus; ad quæ, inquam, verba moraliter mentem ſancti Iob, explanans de Diabolo proſpera falsè promittẽte, & hominibus per ſeductionem blandienti, ſic ait*: In tenebris ergò vertitur dies, quando aduerſa intelligimus, etiam quæ proſpera ſuadendo pollicetur: in tenebris dies vertitur, quando antiquus hoſtis, qualis eſt ſæuiens, talis à nobis perſpicitur, etiam ſub blandimentis latẽs, nec fictis pro-

Appellauitq; lucem diem,& tenebras noctem.

ſperitatibus quaſi ex diei lumine illudat,& veris miſerijs ad peccati tenebras pertrahat.

L.

GLoſ. in Iob. ad illud cap. 3. Expectet lucem, & non videat: *ait:* Prophetia eſt hoc de Iudæa, quę Chriſtum prophetando ſuſtinuit, ſed venientem non cognouit.

LI.

S. GREG. 6. moral. 14. ad illud Iob. cap. 5. Per diē incurrēt tenebras, & quaſi in nocte ſic palpabunt in meridie: *De Iudæis intelligens prædictū, ait:* Per diem tenebras incurrunt, quia in ipſa veritatis præſentia perfidiæ errore cæcati ſunt. *Et poſt pauca ſic:* Perſecutores igitur Redemptoris noſtri, dum diuinæ virtutis miracula cernerent, & tamen de eius diuinitate dubitarent: in die tenebras paſſi ſunt, quia viſum in luce perdiderunt. *Concludit autem ſic:* Hoc quidem palpando exquirimus, quod oculis nō videmus: Iudæi autē aperta eius miracula viderant, & adhuc eū quaſi palpantes, quærebant, cum dicerent: Quouſq; animam noſtram tollis? ſi tu es Chriſtus, dic nobis palam: Ecce miraculorum lux ante oculos aderat; & tamen in cordis ſui tenebras offendētes, adhuc requirendo palpabant.

LII.

BEDA Expoſ. in Iob ad illud cap. 7. Si dormitero, dicam, quando reſurgam, & rurſus expectabo veſperam, & replebor doloribus vſq; ad tenebras. *ait:* Diebus ac noctibus dicit in his verbis, indiſinentibus ſe pœnarum doloribus, cruciatum, & ad reſpirationem dolorum mutationem temporum deſideraſſe. *Vbi apparet, quod etſi per mutationem temporum non tollantur dolores, tamen reſpiratur in illis.*

LIII.

GAET. Com. in Iob ad illud cap. 8. Expellet eum de luce ad tenebras: *ait:* Legendum eſt: pellent eum de luce ad tenebras: Hoc eſt quem glorificabant viuum, vituperabunt mortuum. *Vbi apparet, quàm parum fidendum ſit laudibus adulatorū, qui quos heri glorificabant viuos, qui ſperabāt: hodiè vituperant mortuos, iam deſperati.*

LIV.

GLoſ. in Iob ad illud cap. 19. Semitam meam circumſpexit, & tranſire non poſſum, & in calle meo tenebras poſuit: *Ex Diuo Greg. ait:* Circunceptam verberibus ſemitam ſuam vidit, cum tranſire ad ſecuritatem cupiens, euadere flagella non potuit: & quaſi in calle cordis ignorantię tenebras inuenit, qui cur ita flagellaretur, penetrare non potuit: *Interlin. ſic:* Adhuc de ſua paſſione ſubdit: Quia & ſe percuti aſpicit, nec vitām dignam percutione reperit. *Vbi apparet, magnam circunſtantiam eſſe in paſſionibus Sanctorum, videre innocentiam vitæ ſuæ, in laborum perpetione: Quod maximè locum tenet in paſſione Chriſti Dñi.*

LV.

S. TOM. Com. in Iob ad illud Eliphaz ſancto Iob cap. 22. Et putabas, te tenebras non viſurū: *ait:* Quod autem pro peccatis non putet aliquis ſe pœnas paſſurum, ad hoc pertinet, quod non credit Deum de rebus humanis prouidentiam habere. *Vbi apparet, ſuſpectos eſſe de fide in primis adhuc principijs, illos, quos inſolenter peccare videmus, vel admirantur, cum ſe pro delictis ſuis puniri vident.*

LVI.

HVG. Card. Poſtil. in Iob ad illud cap. 23. Non enim perij propter eminentes tenebras: nec faciem meam operuit caligo: *ſic Poſtillat:* nō enim perij deſperando: propter immninentes tenebras, ideſt tribulationes: Greg. Flagella iuſtorum, vel præterita purgant, vel futura peccata auertunt, quæ perpetrari poterant: Iob verò flagellis, nec à præteritis purgatur, nec à futuris protegitur, ſed virtus augetur: Vndè ſequitur: nec faciem meam ideſt mētem operuit caligo: peccati, etſi aliquando tetigit; ſæpè enim accidit quod ſubortæ cogitationes illicitæ, tangunt corda iuſtorum: ſed quia citiùs abiguntur, caligo peccati faciem cordis non operit: Vndè cum Abraham ſacrificium offerret, inſiſtentes aues pertulit: quas ſtudioſè nè ſacrificium raperent, abegit: Geneſ. 15. ſic & nos debemus facere, cū in ara cordis ſacrificium deuotæ orationis Deo immolamus: ab immundis ſpiritibus, & inquietis cogitationibus, nè illud rapiant, quod offerimus cuſtodiamus. *Primum, locum verè ſolum habuit in laboribus, & doloribus B.V. Mariæ, quæ nec peccaui, nec peccare poterat. Secundum, denotat non poſſe excuſari, etiam in perfectiſſimis tangi à malis cogitationibus in oratione: abigunt tamen illas, nè quod Deo offertur rapiant.*

Appellauitq; lucem diem,& tenebras noctem.

LVII.

S. *GREG. 15. Mor. 27. Ad illud cap. 21.* Interrogate quemlibet deuiatoribus,& hæc eadem illum intelligere cognoſcetis, quia in diem perditionis ſeruatur malus,& ad diem furoris ducitur. *ait:* Sepè etenim diù diuina patientia tolerat, quos iam ad ſupplicia præſcita condemnat, permittit florere, quos adhuc cernit deteriora perpetrare. Quia enim videt ad quam damnationis foueam tendant; hoc eis pro nihilo eſſe exiſtimat, quod hic peruerſi relinquenda multiplicant. Sed quiſquis præſentibus vitæ gloriam diligit, magnam eſſe felicitatem deputat hic ſecundum votum florere: quamuis cogatur poſtmodum ſupplicia æterna tolerare. Solus ergò ille conſpicit nihil eſſe, quod iniquus floret: qui iam greſſum cordis ab amore præſentis ſæculi amouit. Vndè rectè cum de ſubſequenti damnatione impij diceretur, præmittitur. Interrogate quemlibet deuiatoribus,& hæc eadem illum intelligere cognoſcetis. Viator quippè dicitur, qui præſentem vitam, vſum ſibi eſſe, & non patriam attendit: qui in dilectione prætereuntis ſæculi cor figere deſpicit, qui non remanere in tranſeuntibus, ſed ad æterna peruenire concupiſcit. Qui .n. in hac vita viator eſſe non appetit, huius vitæ proſpera minimè contemnit: & ea, quæ ipſe deſiderat, cum abundare alijs viderit, miratur. Vndè Dauid propterea quoniam à dilectione præſentis ſæculi iam corde tranſierat, iniqui gloriam deſcribens dicebat Pſ. 26. Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatum, ſicut cedros libani. Sed quia cor huic mundo non ſubdidit, hanc iure deſpexit dicens: Tranſiui,& ecce non erat. Eſſet quippè aliquid in eius æſtimatione impius, ſi ipſe ab hoc ſæculo per intentionem minimè tranſiſſet. Sed is, qui non tranſeunti magnum aliquid eſſet, tranſeunti animo quam nihil eſſet apparuit, quia dum æterna retributio cogitatur, præſens gloria, quam ſit nulla cognoſcitur. Hinc Moyſes Exod. 3. cum ſupernę contemplationis gloriam quæreret, dixit. Tranſiens videbo viſionem. Niſi enim greſſum cordis à ſæculi amore amouiſſet, nequaquam intelligere ſuperna potuiſſet. Hinc Hierem. Propheta luctum cordis ſui conſiderari depoſcens, ait 31. O vos omnes qui tranſitis per viam, attendite,& videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Qui enim præſentem vitam non quaſi viam tranſeſit, ſed quaſi patriam attendunt, luctum cordis electorum conſiderare neſciunt. Illos ergo vt dolorem ſuum conſiderent exquirit, quos in hoc Mundo contigit animum non fixiſſe.

LVIII.

S. *GREG. Pap. Moaal. 4. cap. 17. ad illa verba Iob cap. 3.* Noctem illam tenebroſus turbo poſſideat. *Intelligens per noctem, peccatū, ait ſic:* Ideſt, perpetrationem culpæ, non blandimenta ſecurę quietis foueant, ſed piè ſæuiens amaritudo pœnitentiæ irrumpat. Sciendum verò eſt, quia cùm peccata impunita relinquimus, à nocte poſſidemur; cùm verò hæc animaduerſione pœnitentiæ plectimus, nimirum nos noctem quam fecimus poſſidemus: Sed tunc peccatum cordis ſub iuris noſtri poſſeſſionem reducitur, ſi cum incipit reprimatur.

Ex Pſal.

LIX.

HVGO *Card. Poſtil. in Pſ. 17. Ad illum verſum:* Poſuit tenebras latibulū ſuum: *ait ſic:* Tenebras, ideſt peccatores: poſuit latibulum ſuum: quia in eis operatur ipſis neſcientibus. *Vbi apparet, non eſſe mirum, ſi multoties nos moneri videamus inopinatè, & quaſi ex improuiſo de maximo peccatorum pelago: ſiquidem, nobis neſcientibus, Deus intra nos, noſtram, operatur ſalutem.*

L X.

LVDOLPHVS *Cart. Enarr. in Pſ. 129. ad illū verſum:* A cuſtodia matutina vſq; ad noctem: ſperet Iſrael in Domino. *ait ſic:* Ideſt à mane iuuentutis vſq; ad noctem mortis: ſperet Iſrael: ideſt populus videns Deum per fidem formatam, hoc eſt, omnis fidelis, in domino: miſericordiam eius expectando. Aliter enim non valet, niſi vſq; ad finē ſperet. Quia qui perſeuerauerit vſq; &c. Mat. 10. Nam ſi non vſq; ad finē ſperaueris: deletur totum quod ſperaueras. Ab illa ergò hora matutina, qua in vinea Domini locatus eſt fidelis ſpem ſuam in illā defigat horam, qua mercedem denarij accipiat ab eo, qui ei lumen veritatis illuxit: indeſinenter cœleſtia contempletur.

Appellauitq; lucem diem,& tenebras noctem.

LXI.

INCOGNIT. *Expoſit. in Pſ. 17.* Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine: Deus meus illumina tenebras meas. *Quæ verba ille intelligẽs de Chriſto Domino Patri dicta, & per lucernam, Apoſtolos: per tenebras, peccatores; notans, quomodo non ſolum vtroſq; ſuos vocat; ſed non contentus primos eſſe illuminatos, rogat pro illuminatione ſecundorũ: ſic ait:* Primos enim, ideſt Apoſtolos lucernam vocat, quia illi lucebant per doctrinam, & ardebant per charitatem: ſicut de Ioanne Baptiſta dicitur Io. 5. Ille erat lucerna ardens, & lucens: ſed ſecũdos vocat tenebras ſuas, tenebras quidem, quia ſecundum præſentem iuſtitiam tenebris peccatorum obuoluti, ſed ſuos, quia ſecundum æternam Dei præſcientiam electi ſunt, & prædeſtinati. Et hoc eſt, quod orat Chriſtus: O Domine, qui es Deus meus: tu illuminas lucernam meam, ideſt Apoſtolos meos, & alios primitiuos Prædicatores, qui ideò lucerna dicuntur, quia in illis fuit lux, & cognitio veritatis, qua illuminauerunt alios. Et quoniam tu illuminas lucernam meam Domine, ideſt Prædicatores: etiam te rogo illumina tenebras meas: ſcilicet, per eos prædicatores. *Vbi etiam apparet, Chriſto Domino minimè placere prædicatores eſſe ſapientes, niſi etiam per illos alij peccatores etiam illuminentur. Hugo tenens idem ad probationem, affert illud Malac. 2.* Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem exquirent ex ore eius. *& illud Pſ.* Suſcipiunt montes, ideſt prælati, pacem populo; *& illud Pſ.* Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit, &c. *& addit ſic:* Hoc eſt, quod petit hîc: Quoniam tu illuminas lucernam meã Domine, ideſt prælatos, & prædicatores per gratiam: Deus meus illumina tenebras meas, ideſt ſubditos, vt dictum eſt; vel, tenebras vocat non ſolũ ſubditos, ſed peccatores, quos dicit Chriſtus, vel Eccleſia, eſſe ſuos, &c. *Lyra ſic:* Illumina tenebras meas, ideſt Chriſtianos ſimplices, qui ſunt ignorantes.

LXII.

S. *PROSP. Expoſit. in Pſ. 129. Ad illum verſum:* A cuſtodia matutina vſq; ad noctem: ſperet Iſrael in Domino. *ait ſic:* Spes fidelium, expectatioq; ſanctorum, non vnius diei concluditur fine; cùm etiam intra breuia tempora iſtius vitæ, multorum dierũ ortus, atq; occaſus ſæpè renouentur.

LXIII.

INCOGN. *Expoſit. in Pſ. 103. Ad illum verſum:* Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox: in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſyluæ: *quia verba noſtro concinunt textui; ait ſic:* Per noctem ergò intellige abſentiam veri Solis, ideſt Chriſti, qui à vita præſenti per mortem abſceſſit, & tũc tenebræ factæ fuerunt. Et hoc maximè in Iudæis, qui in Chriſti morte perdẽtes lumen ſacræ ſcripturæ tenebroſi, & obſtinati ſunt effecti. Vndè Iudæa ſic effecta tenebroſa omnium immundorũ ſpirituum habitatio facta fuit. Vndè de ipſa ſubditur, in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſyluæ. Quid enim per beſtias ſyluæ, niſi dæmones hîc accipimus?

LXIV.

S. *PROSP. Expoſ. in Pſ. 103. Ad illos verſos:* Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox: in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſyluæ. Catuli leonum rugientes vt rapiant, & quærant à Deo eſcam ſibi: *ait ſic.* Cùm paſſus eſſet Dominus, conturbata ſunt tenebris formidinis corda Apoſtolorum: & quædam illic nox facta eſt, cum occiſus eſt, qui redemptor omnium videbatur. In hac nocte deſperationis, & in his tenebris ignorantiæ inſidiabãtur beſtiæ ſyluæ, ideſt, maligni ſpiritus, & catuli leonum, hoc eſt, ſæuiores quique dæmonum, furentes ad rapiendos in eſcam ſuã, quos in tenebris infidelitatis inuenerint. Quibus tamen nihil noxie inferre poſſunt, niſi Deus permiſerit: & ideò ab ipſo petunt rapiendi poteſtatem, cuius iudicio homo inimicis ſuis, aut caſtigandus traditur, aut probandus.

LXV.

S. *PROSP. Expoſit. in Pſ. 129. Ad illum verſum:* A cuſtodia matutina vſq; ad noctem, ſperet Iſrael in Domino. *ait ſic:* Virtus igitur patientiæ, de illa ſumenda eſt vigilia matutina, in qua dominus Ieſus Chriſtus, in noſtræ naturæ carne ſurrexit à mortuis, vt quod præceſſit in capite, hoc in ſe ſperarent omnia membra faciendum, quæ ſpes, nullis terrenda aduerſitatibus, nullis terroribus obſcuranda, ſed vſq; in finem præſẽtis vitæ, vbi nox quædam mortis interuenit, fortiter cuſtodienda eſt, vt omnis Iſrael quouſq; de hac vita exeat, hoc quod in Domino factum eſt, io ſe quoq; faciendum ſperare non deſinat. Hæc enim ſpes propria eſt Iſraelitarum ſpiritualium,

Appellauitq; lucem diem,& tenebras noctem.

lium,quorum deſiderium non vana, neq; temporalia concupiſcit,ſed à vigilia maturiua reſurrectionis Chriſti, vſq; in noctem finis ſui eò currit,eò tendit,quo iam in præcedente peruenit.

LXVI.

S. *GREG.Nazianz.Orat.34.Aſſerens illum verſũ Pſ.17.* Poſuit tenebras latibulum ſuum: *ſic explanat:* Hoc eſt craſſitiem noſtram, qua fit, vt pauci omninò,ijq;parum admodum tranſpiciāt; *aſſignans autem rationes, quare Deus lateri velit nobis in hac vita:ait ſic:*Tres huius rei cauſæ afferri queunt. Prima,nè ob adipiſcendi facilitatem facilis quoq; rei quæſitæ iactura ſit.Fit enim ferè,vt quod non ſine labore, atq; induſtria partũ eſt,citiſſimè vileſcat,& abijciatur, vtpotè, quod recuperari poſſit. Atq; ita in beneficium cedit non obuia illa ex prompta benificentia, dumtaxat apud prudentes,atq; cordatos. Altera, nè nobis,quod Lucifero illo prolapſo accidat, hoc eſt nè toto illo fulgore perfuſi ceruicem aduerſus Dominum omnipotentem attollamus, atq; ob elationem corruamus. Poſtrema,vt pro induſtriæ ſuæ,illuſtriſq; vitæ premio vberius aliquid habeant, qui hic ſeſe à vitiorum labe perpurgauerint, ac rem adamatam, & expetitam patientibus animis expectarint. Idcircò media inter nos, ac Deum corporea hæc caligo interiecta eſt,nòn ſecus,ac nubes illa olim inter Aegyptios,& Hebræos.

LXVII.

HVGO *Card.Poſtil.in Pſ.Ad eundem verſum:ait ſic:*Poſuit tenebras latibulum ſuum: id eſt myſterium incarnationis,latibulum ſuum: vt ſic fides haberet meritum.Vndè dicit Auguſtinus: Domine abſconde te,vt credamus: 3.Reg. 8. Dixit Dominus vt inhabitaret in nebula. *Vbi apparet, quantum in hac vita Sanctis charior ſit fides, quam viſio.*

LXVIII.

S. *BERN.ſerm.12.ſuper Cant. aſſerens per occaſionem illud Pſ.126.*Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere.*ait:*Fruſtrà ſurgitis ad intuenda beneficia, quæ delectant, niſi prius recepto lumine conſolationis de reatibus, quæ conturbāt.

LXIX.

S. *IO.Chryſoſt.Homil.in Pſ.42.Ad illud:* Emitte lucem tuam,& veritatem tuam.*ait:*Nunc.n. inquit,verſor in tenebris, faciens ea, quæ ſunt tenebrarum,& falſi tyrannide opprimor. Eſt.n. falſum pater omnis vicij.

LXX.

CARD.*Thom.Angl.Com.in Pſalm.15. Ad illud:* Deus meus clamabo per diem, & non exaudies,& nocte:*ex B. Ambroſio ait:* Alio modo ſic exponit, quod per diem intelligatur proſperitas,per noctem aduerſitas,& ideò clamat die, & nocte, quia tàm in proſperis, quàm in aduerſis ad Deum clamat:ſed quia in proſperis petitur ſæpè,nè ſubtrahantur,& in aduerſis,vt amoueantur,illud ſæpè non expedit:ideò ſic clamās à pio Patre,non exauditur. Vndè Auguſt.ſuper Ioan.hom.7.Ora Deum pro ſanitate: ſi ſcit tibi prodeſſe dabit illam: ſi tibi illam non dederit, non proderit habere illam.

LXXI.

CASSIOD.*Com.in Pſ.94. Ad illud:* Nolite irritare corda veſtra ſecundum diem tentationis in deſerto,vbi tentauerunt me patres veſtri. *ait:* Maieſtas Chriſti loquentis obſtinatos terret per patrum ſimilitudinem,vt vel ſic molleſcerent.*Vbi apparet,filijs impiorum,etiam debere obiectari crimina,& punitiones patrum,quatenus ſic ſaltem reſipiſcant.*

LXXII.

INTERL.*in Pſ.95.Ad illud:* Annuntiate de die in diem ſalutare eius:*ſic correſpondet:* Continuè:vel de Filio in Patrem, vel de veteri teſtamento in nouum.*Vbi apparet,conditiones diuinarum laudum,quæ Chriſto Domino fiunt. Continuè, relata ad diuinitatem, & nonniſi de ſacro textu.*

LXXIII.

S. *IO.Chryſoſt.Hom.in Pſ.117.Ad illud:* Conſtituite diem ſolemnem in condenſis, vſque ad cornu altaris.*ait:* Alius. Alligate in celebri conuentu condenſa. Alius.Alligate feſtum diligentijs. A prophetia rurſus redijt ad hiſtoriam. Hoc eſt autem,quod dicit,Feſtum agite,frequētes conuenite. Quid eſt autem, Conſtituite diē ſolemnem in condenſis? Vt vult quidem vnus interpres.Sacrificate ſplendidas hoſtias,vt alius autem:Coronis,& ramis templum cingite. *Vbi apparent, partes neceſſariæ alicuius magnificæ feſtiuitatis.Diligentia in præparatione:Populi frequētia: Splendiditas in ſacrificijs ornatus in Templo,& Altari.*

Ex

Appellauitq; lucem diem,& tenebras noctem.

Ex Lib. Salom.

LXXIV.

INTerlin. in Prouer. 16. ad illud: Qui ſapiens eſt corde, appellabitur prudens: *ſic correſpondet:* Etſi nō prædicetur: *addatur illud Lyra ibi ſic:* Abſq; tamen doctrina aliorum appellabitur prudens, ideſt denominari poteſt ab habitu ipſum perficiente. *Vbi apparet, prudentiam non pendere à litteris, & doctrina, neq; ab exercitio prædiationis.*

LXXV.

RVPER. HolKot. Com. in lib. Sap. ad illud. c. 13. Infelices autem ſunt, & inter mortuos eſt ſpes illorum, qui appellauerunt Deos operam manuum hominum: *Contra antiquos Philoſophos dictum intelligēs, ait:* Et meritò infelices, eſt enim felicitas propria operatio hominis ſecundum virtutem optimam in vitam perfectam: 1. Eth. Propria autem operatio hominis, eſt intelligere, & amare Deum, vndè iſti aberrantes, & colentes imagines falſas, meritò dicuntur infelices: in Pſ. Contritio, & infelicitas in vijs eorum: ſolet etiam ſic dici metricè: Tres infelices in mundo nouiſſimus eſſe: Infelix, qui pauca ſapit, ſpernitq; doceri: Infelix, qui multa ſapit, ſpernitq; docere: Infelix, qui recta docet, operatur iniquè: Et omnibus iſtis modis infelices fuerunt idolatræ: primò quidem, quia cum pauca ſaperent de Deo: ſpreuerunt à Prophetis doceri: ſecundò, cum multa ſaperent de mundanis, ſpreuerunt Deum per illa inueſtigare, & ſic ſe, & ſuos docere: tertiò, quia cum certa multa docerent de naturalibus malè tamen operabantur, iniquè idola colendo, & venerando.

LXXVI.

IDem ibidem, Ad illud cap. 14. Et non ſuffecerat erraſſe eos circa Dei ſciētiam, ſed in magno viuentes inſcientiæ bello: tot mala magnam pacem appellant. *ait:* Circa iſtam clauſulam. Et tam magna mala pacem appellant. Video, quod in communi modo loquendi tria magna mala pacis nomine gloriantur. Interdum enim vocatur pax, licet, indignè, beneuolentia libidinoſæ familiaritatis, interdum violentia calumnioſæ fraternitatis: & interdum negligentia ſceleroſæ impunitatis. Prima eſt pax carnaliū peccatorū. Secunda eſt pax mundialium conſpiratorum. Tertia eſt pax curialium Prælatorum. Prima pax .ſ. carnalium peccatorum reperitur inter adulterum, & adulteram: fornicatorem, & fornicatricem: vt dicat mulier illud Cant. 8. Ego murus, & vbera mea ſicut turris, ex quo factus ſum coram eo, quaſi pacem reperiens. Talis pacificus fuit Salomon, de quo Eccli. 47. Salomon imperauit in diebus pacis. Et citò poſt ſequitur: Inclinaſti femora tua mulieribus, habuiſti poteſtatem in corpore tuo: dediſti maculam in gloria tua. In diebus belli, & aduerſitatis homines non vacant libidini, ſed in diebus otij. Vndè Dauid cùm otiaretur in domo, Ioab exiſtente in bello, adulterium commiſit, 2. Reg. 11. Sic ciuitas Romana cum bellis, & diſcordijs contra Carthaginem vexaretur: virtuoſis exercitijs colebatur. Sed poſtquam Carthago ſubuerſa fuit, ocio, libidini, & gulæ tota ſe dedit, vt plus nocuerit Romę euerſa Carthago, quam prius nocebat aduerſa, ſicut dicit Auguſt. 3. de Ciu. Dei c. 19. In horum ſignum menſis Martius Deo belli fuit conſecratus. Vndè ille eſt menſis, in quo ſolent Reges ad bella procedere, 2. Reg. 11. Et ſtatim immediatè menſis ſequens, qui eſt Aprilis Veneri eſt dedicatus. In cuius ſignum, quod finito bello, & exercitio bonorum operum; tempore pacis, & ocij dominatur libido: iuxta illud Ouid. de remed. amor. Otia ſi tollas periere cupidinis arcus. Secunda eſt pax mundialium conſpiratorum, quæ nihil aliud eſt, quam violentia quædam calunnioſæ fraternitatis: qua mali ſe colligant, & confederant ad reſiſtendum, & nocendū iuſtis. Hæc figuratur per amicitiam, & pacem Herodis, & Pilati contra Chriſtum. Et ſicut videmus, quod inter ſpinas ſteriles, & infructuoſas longè maior eſt connexio, quam inter arbores fructuoſas: ſic in malis Congregationibus, & Collegijs longè fortior eſt cohęrentia brigoſarum perſonarum ad inuicem ad ſe defendendū, quam ſit bonorum ad malos corrigēdū. Nau. 1. Sicut ſpinæ inuicem complectuntur, ſic conuiuium eorum pariter potantium. De iſta pace dicit Pſ. Zelaui ſuper iniquos pacem peccatorū videns, Glo. 1. inuidi eis, & malè tuli pacē peccatorū. Tertia eſt paxcurialiū prælatorum, & hęc nihil aliud eſt, quā quędam negligentia ſceleroſæ impunitatis. Quando enim Prælatus videt peccata notoria ſubditorum, & ea diſſimulat

ſcire

Appellauitq; lucem diem,& tenebras noctem.

ſcire,talis Prælatus vocat r pacificus: notandũ, quod humectatio locorum circa aures, qui vocantur tempora de lacte mulieris, inducit ſomnum: ſic conſimiliter, quando Prælatus habet verba remiſſionis, & dulcedinis ad manifeſtè malos, inducit eos ad dormiendum in peccato: vndè verba Prælatorum, & Prophetarum antiquitus vocabantur onera: Malach 1. Onus verbi Domini ad Iſrael: Et in Eſai. Onus Damaſci: onus Aægypti: onus Tyri,& ſic de alijs: debent enim verba Prælati eſſe onerosa contra pertinaces, & rebelles: ſed ſolatioſa ad deuotos, & humiles. LXXVII.

IDem *Com. in Ecclũ. ad illud cap.* 5. Nè appelleris ſuſurro in vita tua,& lingua tua capiaris,& cõfundaris: *intelligens per ſuſurronem, detractorem, ait enim:* Secundum Iſidorum. 4. Ethymol. ſuſurro à ſono locutionis appellatur, quia non in facie alicuius, ſed in aure loquitur detrahẽs. *dixit:* Refert Suetonius de vita 12 Cæſarum, quod Domitianus Imperator fuit ſagittator ita ſubtilis, quod ſagittando ad fetas non cornutas, figeret vnam ſagittam in vnam partem frontis, & aliam in aliam partem, ita quod apparebãt cornutæ, quæ non erant cornutæ: ſic ad propoſitũ detractorum, cogitationes, & conceptiones ſunt nimis ſubtiles de quibus *Pſ. 10.* Peccatores intẽderunt arcum, parauerunt ſagittas ſuas, vt ſagittent in obſcuro rectos corde, vt ſcilicet faciant apparere cornutos, id eſt crudeles, vel aliter defectuoſos & hoc quia ſunt recti corde.

LXXVIII.

DANIEL *Recup. Com. in Prouer. ad illud c.* 16. Omnia propter ſemetipſum operatus eſt Dominus, etiam impium ad diem malum: *ait:* Et licet impij exeant ab ordine diuinæ prouidẽtię, aliquo modo non facientes, quod Deus vult, tamen relabuntur in ordinem iuſtitiæ, vt fiat de eis, quod Deus vult.

LXXIX.

RVPER. *HolKot. Com. in Ecclũ. ad illud cap.* 5. Non tardes conuerti ad Dominum, & nè differas de die in diem; ſubitò enim veniet ira illius: *ait:* Procraſtinare, periculoſum eſt,& inſanum: iſtud ſuadetur exemplo: nam ſi Rex præciperet quippiam operis antequam ventus mutaretur ſub pœna capitis, foret ſtultiſſimum expectare: ſed Iob 7. dicitur: Memento mei Deus, quia ventus eſt vita mea: igitur ſicut & mutatio huius venti eſt incerta: Iob 15. Numerus annorũ impij incertus eſt, & rationem reddit Ezechiel. 17. Beatus Greg. Ecce, inquit, nobis conditor noſter diem mortis noſtræ incognitum eſſe voluit, vt dum ſemper ignoratur, ſemper proximus credatur: vt tantò feruentior ſit quis in operatione, quanto incertior eſt de duratione; igitur nè tardes conuerti ad Dominum, &c.

LXXX.

S. THOM. *Com. in Cant. illud cap.* 3. In lectulo meo per noctem quæſiui, quem diligit anima mea: Quæſiui illum, & non inueni: *ſic enim Angelicus Doctor in ſingulari legit, quamuis caſtigatior legat in plurali, & commentans ait:* In lectulo, inquit, meo: hoc eſt, cum ad hac in deſiderijs carnalibus, & cum adhuc in tenebris infidelitatis,& ignorantiæ coſita eſſem: Quæſiui: &c. multi enim Philoſophorum Deum ignorantes, ſummo tamen ſtudio illum requirebant per creaturas, Creatorem volẽtes cognoſcere: ſicut Plato, qui in Timæo multa de anima diſputauit, & ſicut Ariſtoteles,& Socrates,& cœteri, qui omne vitæ ſuæ tempus in ſtudijs exquirendæ veritatis expendebant: Quæſiui illum, & non inueni; non enim per humanam ſapientiam Deus cognoſci potuit.

LXXXI.

GILLEBER. *Abb ſerm 1. in Cant ad eadem verba, poſtquam noctem in bonam partem pro temporalium obliuionem, & inſcientiam intelligẽs, non ſatis laudauit, ait ſic:* Miraris, quod bona nox, & dies malus eſt? diem hominis, inquit, Propheta Hierem. 7. non concupiui: neſcio quo pacto ſibi aduerſantur, & alterutro ſe obſcurant dies Domini, & dies hominis: ſiquidem dum alter exoritur, alter reconditur: Diem, inquit, hominis non concupiui, hoc eſt humanum fauorem, hominum gloriam,& inter reliquos, imò præ reliquis ſpectabilis videri, rectè hãc diem Propheta abiurat, quæ perturbationis perturbat materiã: melior ergò hæc nox die: ſiquidem nox à perturbatione abſcondit, dies exponit: deniq; primi parentes noſtri, ſtatim vt eorum oculi in hanc aperti ſunt lucem, erubeſcentes confundebantur: Quanto fæliciùs clauſa prius tenuere lumina,& meliori cooperta nocte, peccati prurigiñẽ neſcientes: Abindè ſumpſit hic malus dies originem, qui vitiorum denudauit ſemitas, illicien-

Appellauitq; lucem diem,& tenebras noctem.

tes ſpecies demonſtrauit,oculo concupiſcentię ſollicitātem ingeſſit materiam. Heu me quomodo me circumfulget dies iſta, quomodo affectū meum ad ſe abripuit, quam claro verſatur lumine antè mentis oculos? Et quidem ſatis importuna prouocax ſimul,& impudica. Nuſquam ferè declinandi,nuſquam deliteſcendi copia,nullæ ſatis tutæ ſunt latebræ. Ita vbiq; erumpunt,& emergunt in cogitatum cuncta,quę ſpiritum,vel turbent,vel deturpent, ſiuè diligenter attrectata,ſiuè tacta leuiter. Licet enim animus caſtigatione repellat illa propoſito,ſolo tamen irruentium cogitationum ſordidatur attactu,&c.

LXXXII.

I*VSTVS Orgelitanus Epiſcop. Explicat. in Cant. Ad eadem verba,ait ſic*: In his, qui in fide dormitant,& ignorantiæ tenebris deleti ſunt quæſiuit Chriſtum,quem diligit Eccleſia; ſed vide quid ſequitur: Quæſiui illum,& nō inueni. Dicit Dominus ad Adam Gen. 3. In ſudore vultus tui comedes panem tuum. Non enim, qui vitio quodam, vel ſopore inertię reſoluuntur,ad illius panis,qui de cœlo deſcendit, eſum, citò perueniunt,ſed qui ſanctis laboribus inuigilauerint, ipſi eum reperiunt.

LXXXIII.

S. *GREG. Papa Homil. 25 in Euang. ad ſupradicta verba ait ſic*: Dilectum in lectulo quærimus, quando in præſentis vitæ aliquantula requie, Redemptoris noſtri deſiderio ſuſpiramus. Per noctem quærimus: quia etſi iam in illo mens vigilat, tamen adhuc oculus caligat.

LXXXIV.

S. *PATER. lib. 1. ſuper Cant. cap. 16. ad eadem verba ait ſic*: Dilectus in lectulo per noctes quæritur,quia intra ſecreta cordis cubicula,in tribulatione ſpiritus deſideratur: Quem tamen quærens ſponſa,non inuenit: quia electa quæq; anima iam quidem amoris facibus flagrat, ſed adhuc quæſiti negatur ſpecies, vt amantis deſiderium creſcat. Et quaſi in ſiti ſubtrahitur aqua, vt eiuſdem ſitis æſtus augeatur: & quò hāc diutius ſitiens deſiderat,eo quandoq; cum inuenerit, auidiùs ſumat.

LXXXV.

A*PON. Com. in Cant. lib. 5. explanans hoc dictum de ſanctis Apoſtolis, & mulieribus Chriſtum Dominum nocte quærētibus ad ſepulchrū; per noctem intelligit diſcurſus, ſecundum humanam rationem factos de Chriſto mortuo,& ſepulto: in quibus ipſe quæſitus minimè inuenitur: & per vicos,& plateas, Scripturas ſanctas: ait ſic*: Sicut ergò ſupradicti Apoſtoli vel ſanctæ mulieres intolerabili deſiderio quærebant eum in ſepulchro: ita & anima, dum cœperit Deum ſentire, quærit in lectulo ſenſus ſui, in noctibus, ideſt in multis ſecretis cogitationibus: quomodo potuit Dominus maieſtatis crucifigi,ſecundum Apoſtolum: vel quomodo potuit homo craſſioris naturæ, cœlo recipi, aſcendendo? ſed cum ſurrexerit de humili & terreno lectuli ſenſu,& cœperit diſcurrere per diuinorum librorum apices(quos præſenti loco vicos,& plateas appellauit, & earum habitatores) ideſt, qui in eis meditentur diē,ac nocte interrogauerit, tūc agnoſcet, quod omnipotenti impoſſibile nihil ſit.

LXXXVI.

S. *AMBROS ſerm 7. in Pſ 118. Afferens per occaſionem ſupradicta verba,ait ſic*: Quæſiuit in noctibus, in perſecutionibus, & aduerſis, in tribulationibus,& laboribus duris. Nox eſt omnibus,quibus non eſt perfecta ſecuritas,&c. Non magnum ergò ſi tūc Domino gratias agas, quādiù in proſperis,& ſecundis es: ſed ſi tunc adhæreas Chriſto, quando perſecutor exagitat, quādo aliqua procella perturbat. Amiſiſti filiū? In illo dolore,in illa nocte, in illa deſtitutione, memento Domini Dei tui, nè quaſi non exauditus, ingratus ſis, & in tua præuariceris ærumna. Pulſus es in exilium? Memento Domini Dei tui,nè patriæ interdictæ charitatem Deo præferas. Alicuius diuitis oppreſſus potentia amiſiſti proprias facultates indiges ſumptu? Memento Domini Dei tui,nè nox egeſtatis abducat à deuotionis affectu. Hoc enim mandatum legis, vt in nocte magis quæras, quando magis exaudiaris à Domino,& poſſis dicere: In tribulatione inuocaui Dominum, & exaudiuit me in latitudine.

LXXXVII.

A*PON. vbi ſupra, ſupradicta verba aliter ſic exponit,ad eundem tamen ſcopum intendens: ait enim ſic*: Licet laborem quærendo expendat, non tamen inueniet quem requirit,niſi illuxerit dies. Nihil enim legimus, In principio, dum ornatur fabrica mundi,dominum operatum in no-

cte

Appellauitq; lucem diem,& tenebras noctem.

cte,ſed lux per lucem, in luce diei omnia condidiſſe monſtratur. Docet videlicet,& hoc modo poſſe intelligi præſentem locum,quod quæſitum in noctibus,iſteſt,peruerſa fide,multis obſcuris ſyllogiſmorum diſcuſſionibus Dei filium non inueniri.

LXXXVIII.

GILLEBERTVS *idem ibidem combinans hæc verba cum illis ſupra cap.* Sub vmbra illius quem deſideraueram ſedi.*ait ſic:* In vmbra rerũ viſibilium obliuionem aliquãtam accipe: in nocte omnimodam.Quis mihi dabit ſic aduefpeta-ſcere? Quis,inquam,dabit mihi vt rerum temporalium memoria,obliuionis huius vergat in veſperam? Bona quidem nox,quando imaginationes vanæ animum non vexant,nec verſantur in eo, quando abſconditæ ſunt ab oculis, quærentis dilectum. Dilectio ipſa hanc noctem inducit,quæ reliqua omnia,nec reſpicit, nec nota reputat: dum ad illum,quem diligit intenta ſuſpirat.

LXXXIX.

GILO.*ibi intelligens per noctem aduerſitates.ait:* Quantò grauius patitur, eò frequentiùs quęrit,& feruentiùs eum:quo inuento tenebras amplius non patiatur.

XC.

GILLEBERT.*Abb.ſerm.1.in Cant.in eadem cõſideratione.ait ſic:*Neſcit enim hæc nox opera tenebrarum, ſed magis lucẽ miniſtrat ijs, qui petmanent in agone,quodam quęrendi dilectũ. *Et poſt pauca ſic:*Quiſquis eſt,felix eſt,cui omnes noctes in vſum talem decurrunt, qui in occulto ſuo nihil agit occultatione dignum.

XCI.

S.BERN.*ſerm.75.in Cant.ſupradicta verba combinans cum illis Chriſti Domini Iudæis Ioa.7.* Quæretis me,& non inuenietis.*ait ſic:*Sed attẽdite tres eſſe cauſas,quæ interim occurrunt, & quærentes fruſtrari ſolent,cum aut,videlicet,nõ in tempore quærunt, aut non ſicut oportet, aut non vbi oportet.

XCII.

GILLEBERTVS *Abb.ſerm.1.ſuper Cant.ſupra dicta verba ſic intelligit,ac ſi ibi deſcribatur lapſus cuiuſdam animæ ſpiritualis de die gratiæ ad noctem peccati.ait enim ſic:*Recedente ipſo,illa recidit ad lectulum infirmitatis, & ignorantiæ noctem:Iam verſatur ſuper ſtratũ infirmitatis ſuæ: Super hunc tamen ſtratum memoratur dilecti, & iam non in matutinis, ſed in nocte meditatur in ipſo,quærens quem diligit anima ſua. Non pigrè agit in hoc lecto,ad quem relapſa eſt. Nõ laſciuit,non delectatur in lecto concupiſcentiæ, ſed magis reluctatur memorata dilecti ſolius:nõ obnoxia infirmitati,ſed chatitati.

XCIII.

IDem *ibidem ad ſupradicta verba: ſic iterum*Quæ per noctes quærit,nõ videtur mihi tam aſpectus,quam amplexus ſectari: tenere magis optat, quam intueri:Bona quidem viſio eſt, ſed adhæſio arctior;nam qui adhæret Deo, vnus eſt ſpiritus:melior tamen vtraq;*Et poſt aliqua proſequitur ſic:* Quicquid hic videmus per ſpectaculum, & in ænigmate,totum in nocte eſt:Et in hac nocte poteſt Ieſus meus magis dulci quodam affectu ſuauiter sẽtiri,quam ſciri ad pu um:ideò nondũ ad contuitum admĩttitur, contactum tamen ſectatur,dilectum in lectulo, & per noctes quęrẽs. *Vbi apparet, quod in communione: ille benè quærit, qui ſub obſcuritate fidei,ſolum tenere cupit:& non videre Chriſtum,amplexare charitate, & non ſcrutari curioſitate:ad diem ęternitatis vtrũq: ſeruatur.*

XCIV.

GILLEBER.*idem ſupra dicta verba ibidem aliter exponit,ſic dicens:*Sicut in lectulo ſanctæ quietis accipis otium, ſic obliuionem quandam intellige in nocte:vtrumq;ſapientiæ,& contemplationis negotio opportunitatem miniſtrat:nec Salomon vult te ſcribere ſapientiam, niſi in tẽpore otij: nec Paulus in anteriora extenditur, niſi ptius eorum,quæ rettò oblitus.

XCV.

S.AMBR.*ſerm.8.in Pſ. 118. afferens per occaſionem illa verba Cant.3.* Per noctem quæſiui, quem diligit anima mea. *Per noctem intelligens vetus teſtamentum,ait:* Quæſiuit igitur in Prophetis Eccleſia ex gentibus cõgregata, & ideò credidit: Deniq; aduentus dominici teſtimonia de Prophetis Euangeliſtæ Pſalmiſq; poſuerunt: vndè ſcriptum eſt:Quia nox nocti indicat ſcientiã.

XCVI.

RVPER.*Abb.Com. in Cant.ſupra dictum locum de Beatiſſima Virgine axponens, ait ſic:* Quãtò vicinior iſte dilectus habetur, tantò vehemẽtiùs deſideratur: Qui habent, habete deſiderãt,

Appellauitq; lucem diem,& tenebras noctem.

qui vident,videre deſiderãt: nam Angeli vidẽt, & tamen ſcriptura teſte,deſiderant eum proſpicere:Ego autem,non vtcunq;habui,aut vidi eũ, ſed in vtero geſtaui, & genui eum, & ei mater lac præbui,& diligenter contemplata ſum:Quid putatis,quot noctes duxi peruigiles videndo,& audiendo eum?non enim ſufficiebãt dies ad tãtum deſiderium, ſed totis noctibus in lectulo meo,in cubiculo meo peruigil fouebam,& adorabam paruulum,audiebam, & adorabam iam adultum,cum inter dulcia colloquia per oculos ſuos:oculos corporis transfunderet mihi ſuę diuinitatis aſpectum, ita tamen contemperans,vt tolerare poſſem, quem tremunt Angeli, & virtutes cœlorum,&c.

XCVII.

PHILO *Carpbatiorum Epiſcop.interpetrat. in Cãt. ad ſupradicta verba, ait ſic:* Cum enim peccatis grauamur,tũc in anima dormimus in noctibus:hoc eſt in ſceleribus,& tenebroſis deſiderijs corporis voluptatum, nephandiſq; criminibus torquemur. Diù Chriſtiani vocamur, ſed opera Chriſti non imitamur; non mites ſumus, non humiles,non pij, non iuſti, non miſericordes,nõ patientes ad omnes: propreteà quærimus ſponſum,& non inuenimus;inuocamus, & non exaudit:nam quomodo quæſitus inueniatur,& inuocatus exaudiat, ipſemet per Prophetam docet, cum ait: Eſai.59. Quærite Dominum,& in quærendo inuocate: cum autem appropinquauerit vobis,derelĩquat impius vias ſuas,& vir iniquus cogitationes ſuas, & conuertatur ad Dominum, & miſerebitur illius:ſi ita quætamus ipſum, tunc nos exaudiet:at ſi in cubili delictorum,& noctibus vitiorum offundimur, tunc à peccatis quærimus ipſum, nec inuenire poſſumus, neq; ſi inuocamus exaudit,non enim nouit iniquis patrocinari Deus.

XCVIII.

GILLEBER. *Abb.ſerm.1.in Cant.ad eadẽ verba ſequens lectionem:* Noctes potius, quam noctem: *infert quod per dies ei aderat ſponſus, per noctes verò aberat, vndè ſic ait:* Multæ ſunt noctes eius. nec eſt vna nox illi iugis, & continua: noctes eius frequenter interpolãtur abſentia ſpõſi:cum adeſt,lux eſt:cũ abeſt,nox eſt: ideò multę ſunt noctes ſponſæ:quia multæ ſunt elapſus ſpõſi,multæ latebræ: Beata planè, quæ dilecto adhæret tota die,&quærit illum totis noctibus.

XCIX.

HVG. *Card. Poſtil. ibidem ſupradicta verba, ſic exponit:* Aliter ſic exponitur, vt ſit vox totius Eccleſiæ,quæ cænaculum habet in latitudine plebium: conſiſtorium in rectitudine præſidentium: lectulum ſiuè cubiculum in ſecreta quiete clauſtralium:Et in hoc lectulo ſpõſa quęrit ſæpè ſponſum ad quieſcendum,ad conſulendum:& non inuenit, quia quærit viuentem cum mortuis:vt dicitur Luc. vlt. Inuenit tamen ſudarium à lintheaminibus ſepoſitum: ſed ſine corpore: ſic legitur Ioan.25. In clauſtris enim, vbi ſepultura Domini ſpiritualiter eſt,non niſi ſudarium,& lintheamina,ideſt habitus exterior inuenitur:Et ideò rectè conquæritur Maria Ioan.20. Tulerũt Dominum meum de hoc ſepulchro:& neſcio, vbi poſuerunt eum.

C.

S. COESAR. *Arelatenſis Epiſcop.Homil.de Miſericordia diuina, quæſt. 15. exponens illud Eccl.5.* Nolite tardare conuerti ad Dominum, nec differatis de die in diem. *ait ſic:* Optimè .n. malagna, vel fibula calidis adhùc vulneribus adhibetur,& citò vulnus ſanatur, quod diù putreſcere non permittitur. Et ideò vbi aliquis ex nobis cuiuslibet peccati vulnus acceperit,antequam longa conſuetudine putreſcat, & fæteat; omni celeritate ad pœnitentię medicamenta confugiat. Peccatum ſi diù dominari permittitur, omnibus Sanctis,& Deum timentibus putorem teterrimum exhalare cognoſcitur.

CI.

HVGO *Card.Poſtil.ibid. Ad eadẽ verba proprius ſauet dictam expoſitionem,ait enim ſic:* De die in diem: ſicut coruus, qui ſemper clamat: Cras,cras.De quo dicitur Soph.2.Vox cantantis in feneſtra,& coruus in ſuperliminari. Huius autem mora non eſt ſine periculo:propter quod Dominus non præmiſit quendam ſepelire patrẽ ſuum,ſed voluit vt ſtatim ſequeretur eũ. Mat.8. Multi verò contra naturam omnium animalium fœtum,ideſt conceptum, ſiuè præpoſitum conuerſionis portant in vtero mentis duobus, vel tribus annis. Contra quos dicitur Lucæ 21. Væ prægnantibus,& nutriẽtibus in illis diebus. Ideò Ioan.12.Ambulate dum lucem habetis, nè tenebræ vos comprehendant.

Ex

Appellauitq; lucem diem,& tenebras noctem.

Ex Prophet.

CII.

RVPER. *Abb. Com. in Amoſ. ad illa verba cap. 5.* Væ deſiderantibus diem Domini: ad quid eum vobis? dies Domini iſta tenebræ,& nō lux: *Intelligens de Iudæis, qui diem Natiuitatis Chriſti deſiderabant, & illo nato turbati ſunt: ait ſic:* Dies Domini non vnus, ſed duo,ſiuè aduētus Domini,non vnus tantum, ſed duo, alter quo iam venit,alter ſine dubio quo venturus eſt: vterq; Iudæis incredulis prouenit in iudicium damnationis, in damnationem cæcitatis: *Et poſt pauca notans quomodo inferius Propheta eadem repetens verba, addit ſic:* Et caligo, non ſplendor in ea: *ait ſic:* Quia in vtroq; die ſeu aduentu Domini, cum exteriori anguſtia tribulationis, intus habent tenebras confuſionis,& in vtroq; obſcurātur oculi eorum nè videant,in vtroq;ſit via illorum tenebræ,& lubricum. *Vbi apparet, quam fatuè Chriſtiani aliqui diem Natiuitatis Domini expectant, quē natum conſcientiæ quietudine non ſuſcepturi ſunt: (nō enim omnibus iſte fulget dies) & quod ea luce ſe quiſquam promittat Deum viſurum in ſecundo aduentu, qua eum viderit, & receperit in primo: vnus enim vigilia alterius eſt.*

CIII.

OLEAST. *Com. in Eſai. ad illa verba cap. 47.* Sede tacens,& intra tenebras filia Chaldeorum: quia non vocaberis vltra domina regnorū: *Quæ verba ille ſic vertit:* Deſcende, & ſede ſuper puluerem virgo filia Babel: *per tenebras intelligit aduerſitates, nam ad mores exponens, ſic ait:* Quam ſobriè huius mundi fælicitate nobis vtendum ſit, pulchrè nos Babylonis myſteria docent: quæ à tanta gloria in tantam miſeriam deiecta eſt, quoniam abuſa eſt ſua fælicitate: *Et poſt pauca proſequitur ſic:* Vocat enim Babel virginem, ac delicatam, deindè iubet vt deſcendat, & in puluerem ſedeat, & doleat humilitatē, & deiectionem ſuam: non eſſet illi tam durum ſi illi diceretur: Deſcende, & ſede ancilla Babel, quoniam non eſt durum ancillis, præſtare munera ſua: Intolerabile tamen eſt Domine, ſi eam cogas ad munera ancillarum, quemadmodū filiæ reddere opera ancillæ. *Vbi apparet, nulli impio Deum nomine dilicato in pœnis nuncupare, niſi ad maiorem eius dolorem: vndè illud Lucæ:* Recordare fili.

CIV.

S. HIER. *Com. in eundem etiam per tenebras intelligit (aduerſa) nam ſic adiungens ſequētia verba, ſcilicet* Ego dedi eos in manum tuam, tu verò non dediſti eis miſericordiam,&c. *ſup. dictum locum ſic exponit:* Quia occulta quęſtio naſcebatur, cur iraſceretur Deus aduerſus Chaldæos, quos ipſe miſit ad capiendum Iſrael: Reſpondet, iratū ſe contra populum ſuum, corripere eos voluiſſe, non perdere, verberare, non occidere: illos autē abuſos eſſe crudelitate ſua, & plus impoſuiſſe plagarum, quam Dei vltio flagitabat, magnumq; crudelitatis indicium eſt, nè ſenibus quidem pepercisse, quorum ętas etiam inter hoſtes venerabilis eſt: ſed & hoc ſignum ſuperbiæ, quod præſenti fęlicitate decepta futurorū nō cogitauerit ambigua: Ergò ſemper in proſperis debemus cauere ventura, nec traditos nobis opprimere, qui ad hoc erudiuntur, vt meliores fiant. *Vbi Superiores habent documentum, vt ſeuerè puniant ſuos commiſſarios, etiam contra delinquentes miſſos: ſi ſupplicij rigorem exceſſerint, maximè ſi ſenes dehoneſtauerint.*

CV.

HVG. *Card. Poſtil. ibi ſup. dicta verba in bonam partem ſic poſtillat:* Sede prius erecta per ſuperbiam: tace prius grandiloqua per arrogantiam: intra in tenebras, prius volens apparere per inanem gloriam: item ſede, per humilitatē: tace per modeſtiam: intra in tenebras per peccatorum tuorum conſiderationem. *Vbi apparet, ſtatus pænitentiam agentium.*

CVI.

OLEAST. *Com. in Eſai. c. 45. ad illud:* Ego Dñs formans lucem, & creans tenebras. faciens pacem, & creans malum: *ſic ad litteram exponit:* Quemadmodum ego ſolus formaui lucem in creatione rerum,& etiam tenebras ſubtrahendo lucis cauſam: ita ego facio pacem, & concordiā inter Principes, & etiam malum, bellis eos miſcendo,& deſtruēdo: & hoc dicit quoniam Cyri promiſerat ſubijcere gentes, & lumbos Regum coram eo diſſoluere, quod erat facere illi bonū & hoſtibus malum: & ſumitur, malum, pro malo pœnæ non culpæ: Amos habet, ſi eſt malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit.

NICET.

Appellauitq; lucem diem,& tenebras noctem.

CVII.

NICETAS *Com.in Orat.40.D.Greg.Nazian. afferens per occaſionem illa verba Hierem. Thren.17.* Diem hominis non concupiui. *ait ſic:* Hoc eſt humanam, & corpoream fælicitatem. Nos enim ſpiritualium rerum cupiditate teneri conuenit,quo etiam modo,& Danielem Angelus nuncupauit,his uerbis, Daniel, vir deſideriorum intellige ſermones,quos ad te habiturus ſum. Quemadmodum autem homo pacis dicitur,qui tranquillo, & pacato eſt animo: ita vir deſideriorum,qui deſiderio inflāmatur. Daniel enim futurarum rerum cognoſcendarum cupiditate flagrabat:ac proindè ea, quæ vſq; ad ſæculi finem euentura erant,intellexit. Etenim, ſi tota noſtra cupiditas ad Deum translata fuerit, à nobis vtiq; ſpiritualis, ac peſtifer, & ſinuoſus ille draco vincetur,& opprimetur,de quo Deus Iob alloquens,cap.38. ait. Ecce fortitudo illius in lumbis,& potentia illius in vmbilico ventris. Quibus verbis oſtenditur,diabolum in his,quas diximus,hominum partibus plurimum virium habere,hoc eſt, in concupiſcibili parte, quam grauiori tyrannide premit, vtpotè plus opis ipſi ad hominem bello laceſſendum afferētem,propter voluptaris acrimoniam,& vehementiam. Nec tibi mirum videatur,ſi quemadmodū Apoſtolus 1.Cor.12.ijs, quæ ignobiliora, & contēptiora in corpore eſſe videntur,abundantiorem honorem tribuimus,ea nimirum,tantiſq; verbis proſequentes,atq; aduerſus carnis materiam, & craſſitiem, quæ per cupiditates ſuas ſpiritui aduerſatur, in procinctu ſtantes. Ignobiliores porrò,& inhoneſtiores partes,ſunt lumbi, & renes, vtpotè quorum opera venereus congreſſus peragitur. *Vbi inter cætera apparet,honorem fieri lumbis,cùm per pœnitentiam coarctantur.*

CVIII.

RVPER. *Abb.Com.in Abdiam. ad illa verba c.1* Si fures introiſſent ad te, ſi latrones per noctem quomodo conticuiſſes? Nonnè furati eſſent ſufficientia ſibi? Si uindemiatores introiſſent ad te, nunquid non ſaltem racemum reliquiſſent tibi? *vbi per fures intelligit gentes, quæ à Iudæis furatæ ſunt legem in nocte negligentiæ eorū; ait ſic:* Hic gentes rectè fures dicuntur, non pro ſuo vitio, ſed pro illorum improperio, quibus in mortifera negligentia dormientibus primitiua ſublata ſunt. *Et poſt aliqua ſic:* Amplius dicimus, quia Dominus ipſe furi ſeſe aſſimilat dicendo Apocal.3. Si ergò non vigilaueris, veniam ad te citò tanquam fur,& neſcies qua hora veniam ad te. Non vtiq; eſt,quia ſic dicitur,nō in reprehenſione venientis, ſed in ſubſannationem dormientis. *Vbi apparet,quam ſtultè negligētes ſe excuſant furum,& latronum occulta,& ſagaci diligentia: cum ſibi magis impropari debeant ſocordiam negligentiæ.*

CIX.

RVPERT. *idem ibidem: Ad eadem verba faciens diſtinctionem inter nomen furis,& latronis: ait ſic:* Nomen latronis nuſquam in ſcripturis recolimus ſimilitudinem gerere alicuius boni. Nā furi quidem(vt iam dictum eſt) Dominus ſeſe aſſimilauit,latroni autem nunquam,vel ipſe, vel pius aliquis aſſimilari debuit, cùm ſit nomē crudelitatis. Ergò gentes in Chriſtum credentes,& credendo incredulum,& crudelem Edom,ſcilicet Iudaicum populum ſupplātantes, fures fuerunt,ſicut Iacob, qui vt benedictionem acciperet,fraudulenter venit. Latrones autem Scribæ, & Phariſæi, qui latrocinando ſuam exercentes auaritiam animas trucidauerunt eiuſdem populi. Nam re vera ſi latrones non fuiſſent, nequaquam præmiſſo,quia ſcriptum eſt, Domus mea domus orationis vocabitur, diceret in eos, vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum. Nonnè illic pro latrocinando in Tēplo, & agendo prædam de populo,ad hoc peruenerunt, vt animas illorum trucidarent, ſuadendo vt Chriſtum interficerent? Nonnè hoc ſuadendo, introierunt latrones per noctem? Obduxerunt enim miſeris nimiam deceptionis caliginem, ita vt cùm eſſent latrones,viderentur eſſe conſultores. Dixerunt enim: Si dimittimus eum ſic,omnes credent in eum. Et venient Romani,& tollent locū noſtrum,& gentem. Ad hæc vnus ex ipſis, Caiphas,Pontifex illius anni. Vos, inquit, neſcitis quicquam,nec cogitatis, quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo, & non tota gens pereat. O ſuauiſſimum conſultorem, crudeliſſimum latronem. Ad hæc conticuit ille Edon, ideſt,acquieuit ſequens crudele conſilium. Nam ab illo die cogitauerunt, vt interficerent Dominum Ieſum. Rectè igitur cum irriſione, & ioco amariſſimo dicetur in eum: Si fures introiſſent ad te, ſi latrones per noctem,quomodo conticuiſſes?

RV-

Digitized by Google

Appellauitq; lucem diem, & tenebras noctem.

CX.

R*VPER idem ibidem: ad eadem verba, intelligẽs per fures, & ſimul vindemiatores gentes reſpectu Iudæorũ, vt ſupradictum manet: notat, quod quãdo eos fures, & latrones vocat, dicit ſolum, furatos fuiſſe ſufficientia ſibi: cum autem eos vocat vindemiatores, ait, neq; ſaltem racemum reliquiſſe; aſſignans autem rationem primi, ait ſic:* Ideſt tantum tulerunt Iudæis, quæ ad ſalutem ſufficiant ſibi: neq; enim holocauſtomata arietum, & adipem pinguium, & ſanguinem vitulorum, agnorum, & hircorum, Neomeniam, & ſabbatum, & feſtiuitates alias, & Kalendas, cæteraſq; carnales cærimonias fures iſti furati dignati ſunt, imò reſpuerunt, & arbitrati ſunt, vt ſtercora, ſufficere ſibi credentes fidem, & iuſtitiam, ſecundum quod ſancti Apoſtoli Act. 15. ſcripſerũt eis: Viſum eſt enim Spiritui Sancto, & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quam hæc neceſſaria, &c. *Secundi autem ſic*: At verò fures iſti ſupradicti, ſcilicet gentiles ad fidem vocati, & vineam legis Prophetarum ingreſſi, totum rapuerunt, nihilq; præter folia litteræ occidentis relinquunt illi tacenti, & dormienti Edom; nullum omninò illi habent reliquum viuificantis ſpiritus racemum: indè admirãdo percunctans, & percunctãdo admirans, dicit: Quomodo perſcrutati ſunt Eſau, inueſtigauerunt abſcondita eius, ſubauditur, fures iſti, qui ad eum introierunt: Quæ autem erãt abſcondita illius, niſi ſpiritualia legis, & Prophetarum Sacramenta, qualia congruè ſignificari potuerunt veſtibus Eſau valdè bonis, quas apud ſe Rebecha domi habebat: multum ſcrutati ſunt, miro modo, abſcondita Eſau fures iſti inueſtigauerunt, quando legem & *P*rophetas ſpiritualiter intelligentes, pelliculis quoq; hędorum manus, & colli nuda protexerũt, ideſt priorum operum, veteriſq; ſuperbiæ manifeſtam cõfeſſionem facientes, pœnitentiam egerunt.

CXI.

R*VPER. Abb. Com. in Amos ad illa verba cap. 5.* Conuertentem in mane tenebras, & diẽ in noctem mutantẽ. *ait ſic:* Quando condidit ſupradictos *P*atres, & Moyſi dedit legem, gentes tenebræ fuerunt, quia Dei notitiam nõ habuerũt: ſed quando factus eſt homo, tenebras illas in mane conuertit, quia gentes Euangelica prædicatione illuminauit: Econtra, diẽ in noctẽ mutauit, quia *I*udæã, in qua prius notus erat Deus, cuius notitia Deus eſt, propter perfidiam in cæcitate reliquit.

CXII.

S. *THOM. Com. in Tren. 3. ad illud:* Me minauit, & adduxit in tenebras, & non in lucem. *ait: P*onit conſolationis ſubtractionem: Me minauit in tenebras tribulationum, & non in lucem conſolationis, quia poſt flagella non adhibuit conſolationem ſolito more. *Vbi apparet, maximam tunc eſſe Dei indignationem, & admirandam, quãdo inflictis tribulationibus, non adhibet conſolationẽ.*

CXIII.

O*LEAST. Com. in Eſai. Ad illa verba cap. 22.* Tenebræ ſtupefecerunt me: *quæ ille ſic vertit:* Noctem amabilem mihi, poſuit mihi in pauorem. *ait ſic*: Magna caſtigatio eſt hominis, reddere illi inquietum locum quietis ſuæ. Cùm .n. Iob vndiq; agitaretur fluctibus, intrans tamẽ cubiculum conſcientiæ ſuæ, & ſe innocentem inueniens, conſolationem capiebat; ſed etiam aliquando Domino permittente, ibidem turbabatur, & ſollicitabatur. Dicebat inquit c. 4. conſolabitur me lectulus meus, ſed terrebis, ait, me ibi per ſomnia, & non ſines me requieſcere in loco quietis meæ. Sic & Babylon nunc quæritur, quod noctem ſibi amabilem, Dominus verterit in pauorem. *Vbi etiam moraliter Religioſi, qui intra religionem inquieti viuunt, attendant, quam graui à Deo ſupplicio puniantur: ſiquidem illis inquietus redditur locus tanta quietis.*

CXIV.

S. *HIERON. Com. in Eſai. ad illa verba cap. 59.* Expectauimus lucem, & ecce tenebræ; *ait:* Expectauerunt lucem dicentes: Emitte lucem tuam: quæ eis per Prophetas fuerat repromiſſa, & erroris tenebris occupati ſunt. *Et poſt aliqua proſequitur ſic.* Deniq; iungit, & dicit: Impegimus, ſiuè cademus meridie, quaſi in tenebris; in caliginoſis, quaſi mortui. In toto enim orbe, Sole iuſtitiæ ſplendore rutilante, illi morantur in tenebris, videlicet, vt peccato mortui. Rugiemus, ait, quaſi vrſi omnes, & quaſi columbæ meditantes gememus; vt & crudeles ſint pariter, & miſeri. feri & immanes, ad humiles, atq; ſubiectos: pauidi, atq; trepidantes ad eos, qui fortiores ſunt: quos quaſi accipitres perhorreſcunt. Legimus & in alio loco 2. Reg. 15. Quaſi vrſa

ra-

Appellauitq; lucem diem, & tenebras noctem.

raptis catulis; Et in Dan. 7. Regnum cruentum; in cuius ore tres ſunt ordines dentium, verſo ferociſſimæ comparatum. Et quaſi columbæ meditantes gememus, abſq; ſenſu, & intelligentia ſcripturarum, tantum verba meditantes, quę decantant memoriter. Sed quomodo columbæ, de quibus ſcriptum eſt Oſe. 7. Ephraim, quaſi colũba non habens ſenſum; Et quomodo in Euangelio cõtra ſerpentum malitiam ſimplicitas ponitur columbarum; ſic in præſenti loco ſimplicitas, abſq; prudentia, quæ vicina ſtultitiæ eſt, in ſola verborum meditatione monſtratur.

CXV.

ARCHIEP. *Tran. Alueres Com. in Eſai. ad illud cap. 32.* Non vocabitur is, qui inſipiens eſt, Princeps, neq; fraudulentus appellabitur maior: *ait:* Translatio 70. ſic habet: Et non vltra dicent ſtulto, vt Princeps ſit: & non vltra dicent miniſtri tui tace, ideſt non eligetur vltra, neq; creabitur ſtultus in Principem: non dicetur illi, eſto Princeps noſter, neq; miniſtri Prĩcipis dicẽt alicui, per iniuriam, tace: videtur Propheta his verbis tacitè reprehendere audaciam ſacrilegã illius, de quo dicitur Ioan. 18. Vnus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam Ieſu, dicens: Sic reſpondes Pontifici. Tales enim Pontifices, tales habuerunt miniſtros, qui Regem ſuum auderẽt colaphizare & dicere illi, tace. *Vbi apparet, miniſtrorum inſolentiam, impietatem denotare Superiorũ.*

Ex Epiſt. Apoſt.

CXVI.

IOAN. *Hofmeiſter. Com. in 2. Cor. 4. ad illud:* Quoniam Deus, qui dixit de tenebris lumẽ ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris, *ait:* Non erat mearum virium, tenebras ignorantiæ excutere, inquit, ſed ei, qui ſtatim à condito mũdo lucem diſcreuit à tenebris, non erat vel impoſſibile, vel difficile expellere ignorantiam noſtram, vt iam Chriſtianus factus, aliter ſapiam, quam exiſtens Iudæus, ſapiebam olim: Proindè qui illuminari petit, vires ſuas negligat, & gratiam Dei ambiat, dicens cum Propheta Pſ. 12. Illumina oculos meos, nè vnquam dormiam in morte: & iterum Pſ. 118. Da mihi intellectũ, &c.

CXVII.

HVG. *Card. Poſtil. in Epiſt. Rom. 11. ad illud:* Dedit illis Deus ſpiritum compunctionis, &c. vſq; in hodiernum diem. *Primum ſic poſtillat:* Spiritum compunctionis, ideſt amarum: Pſ. 59. Potaſti nos vino compũctionis, ſicut homo, qui habet palatum amarum, omnia etiam dulcia videtur eſſe amara: ſimiliter Deus præmiſit, vt eis ſpiritualia eſſent inſipida, & amara. *Secundũ autẽ ſic:* Vſq; in hodiernum diem. i. quãdiù dici poteſt hodiernus dies. i. in tota præſenti vita. *Vbi apparet, & quod maximũ Dei ſupplicium eſt dulcedinem minimè inuenire in ſpiritualibus: & quod æternum poteſt iudicari malum, ſeu peccatum, qui vſq; in præſentem diem durare conſpicitur.*

CXVIII.

S. ANSEL *Com. in Epiſt. Rom. 14. Illud:* Nam alius iudicat diem inter diem, alius autem iudicat omnem diem; *ſic commentatur,* Nã alius eorum, iudicat diem, inter diem abſtinentię ducendum. i. deputandum; alius autem iudicat omnem diem, in abſtinentia ducendum. Quidã .n. in animo ſuo iudicant, & ſtatuunt ut diem inter diem in abſtinentia ducant. i. ut alio die abſtineãt, ſicut qui quarta, & ſexta feria ieiunãt, & cæteris diebus comedunt, alij uerò, quia cõſiderant vitam hanc eſſe breuem, iudicant vt omnem diem. i. continuæ ſuæ vitæ tempus trãſigant in abſtinentia *Vbi apparet, continuum ieiunium denotare conſiderationem breuitatis vitæ, conſiderationemq; hanc conducere ad continuum ieiuniũ.*

CXIX.

THEODORET. *Com. in 2. Cor. 3. Ad illud:* Vſq; in hodiernum diem idipſum velamen in lectione Veteris teſtamenti manet. *ait:* Lex in hodiernum vſq; diem Moſis habitum induit, & imponitur velamen ijs, qui abſq; fide eam legere aggrediuntur. *Vbi apparet, Sacræ Scripturæ lectionem fideliter illam aggredientibus, non eſſe obſcuram.*

CXX.

S. AVG. *tractat. 9. in Ioan. coniungens ſupradictis verbis illa ſequentia:* Sed vſq; in hodiernum diẽ cum legitur Moyſes velamen eſt poſitum ſuper cor eorum. *ait:* Duo obſunt, cur nõ intelligant, quia & velamen. i. obſcuritas eſt in lectione, & cæcitas ſuper corda.

CXXI.

S. AMBROS. *Com. in 2. Cor. 4. Ad illud:* Sed licet is, qui foris eſt noſter homo corrumpatur, tamen is, qui intus eſt renouatur de diem in diẽ *ait,*

Digitized by Google

Appellauitq; lucem diem,& tenebras noctem.

ait: Preſſuris,plagis,fame,ſiti, frigore, nuditate, cato corrumpitur, ſed anima ſpe futuri premij renouatur, quia aſſiduis tribulationibus purgatur.Proficit enim in preſſura,non interit. Ita vt accedentibus tentationibus, quotidiè acquirat ad meritum.

CXXII.

S. *IO.Chryſoſt.Homi.14.in 2.ad Cor.ad illa verba cap.6.* Quæ ſocietas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli: *ait ſic:* Neq; dixit, lucidis,& tenebroſis, ſed ipſamet contraria ponit,quæ contrariorum non ſunt capacia, lucem, & tenebras.Non autem dixit:Chriſtianis,& diabolicis,ſed quod multò maius ſeparat Chriſtum & Belial. *Vbi apparet,quod diuiſiones factæ à Deo, nulla ex parte conſociabiles eſſe debent.*

CXXIII.

S. *IGNATIVS Mart.Epiſc.Antioc.Epiſt.ad Ephe. quæ eſt 14.Aſſerens per occaſionem hæc verba; ait:* Ego verò ita dico;Quę communio veritatis cum mendacio? aut iuſtitiæ cum iuſtitia? aut veræ opinioni cum falſa? Ob id, & Dominus in capite accepit vnguentum,vt Eccleſia ſpiret incorruptionem. *Et poſt pauca ſic:* Non vngatur retro aliquo odore,nimirum doctrina ſæculi, Sancta Dei Eccleſia,non captiuetur illius aſtutia, vt prima illa mulierum.

CXXIV.

S. *CYPRIAN.de duplici Martyrio: Aſſerens eadē: ait ſic:* Adhæſiſſe Belial,eſt abnegaſſe Chriſtum,vtcunq; lingua, aut habitu Chriſtum profitearis. De hoc ſiquis ſimpliciorum dubitarit, dabo argumentum craſſum,& euidens.fingamus tyrannum ita loqui Chriſtiano: Incēde thus Ioui,nihil addentem,nec exigentem, vt Chriſtum abneget, ſi adoleuerit nonnè cūctis manifeſtum erit illum hoc ipſo Chriſtum abnegaſſe, quod Ioui fecerit thymiama: etiam ſi nihil proferat impium in Chriſtum? Quemadmodum,qui magicis artibus vtuntur (à quo malo nos Domini miſericordia liberauit, ſicut à cœteris omnibus, quibus iuxta veterem hominem quondam ambulantes tenebamur) tacitè Chriſtum abnegāt, dum cum Dęmonibus habēt fœdus: iam ſi Machabæi fratres vna cum matre maluerunt tot cruciatibus examinari, quam carne ſuilla veſci, ſic exiſtimantes eum Deum auctorem legis negare, quiſquis ſciens, ac volens præcepta legis violat, quo pacto ſibi blanditur, qui in luxu, temulentia,auaritia, rapinis, adulterijs, alijſq; criminibus conſeneſcunt; quæ gentium etiam leges noluerunt eſſe impunita? Et cum tot modis Chriſtum abnegent, cum toties immolant dæmonibus,pro Chriſtianis haberi poſtulant:Atq; in his ſunt,qui palam iſta committunt,ac propè modum etiam gloriātur in rebus peſſimis; adeò non pudet, aut piget admiſſorum, & tamen audent venire in Eccleſiam Sanctorum, audent miſceri gregi Dominico Tales interdum tollerat Eccleſia, nè prouocati magis etiam perturbent populum Dei,ſed quid prodeſt non eijci à cætu piorum,ſi merueris eijci: Nam eijci remedium,& gradus ad recuperandam ſanitatem: eiectionem meruiſſe, ſumma malorum eſt. Ac fruſtrà miſcetur cœtui Sāctorum in templo manufacto, ſi ſubmotus eſt à conſortio Dei, & ab vniuerſo corpore myſtico Chriſti.

CXXV.

IDem: *de pace danda lapſis: Reprehendens illos, qui lapſos reſipiſcentes ſtatim ad communionē, cæteraq; munia Eccleſiaſtica pacis prætexta admittendos prætendebant: aſſerens ſuę radictum locum Apoſt. ait ſic:* Compatior ego, & condoleo fratribus noſtris,qui lapſi, & perſecutionis infeſtatione proſtrati,partem noſtrorum viſcerum ſecū trahentes, acrem dolorē nobis ſuis vulneribus intulerunt. Quibus potens eſt diuina miſericordia medelam dare, properandum tamen non putò, nec incautè aliquid, & feſtinanter gerendum,nedùm temerè pax vſurpatur,diuinæ indignationis offenſa grauius prouocetur. *Et poſt aliqua, iterum ſic proſequitur:* Nemo importuno adhuc tempore acerba poma decerpat. Nemo nauem ſuam quaſſatam, & perforatam fluctibns prius quam diligenter eam refecerit, in altum denuò committat. Nemo tunicam ſciſſam accipere,& inducre properet, niſi eam ab artifice perito refertam viderit,& à fullone curatam receperit.

Ex Apocal.

CXXVI.

GLO.*in Apocal.Ad illud cap.1.* Ego Ioan.Frater veſter,& particeps in tribulatione, & regno

Appellauitq; lucem diem,& tenebras noctem.

gno,& patientia in Chriſto Ieſu, fui in inſula, quæ appellatur Pathmos. *ait:* Eccleſia comparatur inſulæ, quia ſicut inſula marinis procellis illiditur, ità Eccleſia perſecutionibus marinorũ .i. mundanorum affligitur.

CXXVII.

L*YRA Poſtill. ibi ſic:* De feruentis enim olei dolio non aduſtus exiens, ſed vt fortis athleta perunctus ad inſulam Pathmos fuit in exilium relegatus. *Vbi apparet, primas tribulationes Sanctorũ eſſe, non vt confringantur, ſed vt vires recipiant ad alias maiores patiendas, & tolerandas.*

CXXVIII.

H*VGO Card. Poſtil de anima iuſti, moraliter exponens ait:* Anima iuſti dicitur inſula, quæ poſita eſt in hac vita in ſalo amaritudinum, in conflictu tentationum. Vndè Iob 39. Tabernaculum eius in terra ſalſuginis. Item inſula dicitur Pathmos, propter fremitum, & feruorẽ exteriorum perſecutionum, & anguſtiarum: per quas in iuſtis terrenitas abſorbetur. Iob 29. dicitur de equo .i. iuſto, in inſidijs, & perſecutionibus malorum poſito. Fremens, & feruens ſorbet terram. *Vbi apparet, Sanctos ideò tolerare perſecutiones, quia omnia terrena gaudia frementes abſorbũt.*

CXXIX.

C*OEL Pannon. Collect. in Apocal. ad ead. verba ſic:* Interpretatur autem Pathmos, fretum; feruet enim illic mare amplius, eo quod ſit anguſtum: quatenus omni ſolatio deſtituto Ioanni huic dilecto diſcipulo continuus freti ſonitus quoq; addetet moleſtiam: cui hic exulanti, & ſic ab hominibus deſolato cœlum apertum eſt, vt cui negatum eſſe humanum ſolatium videretur, cœleſte adhibitum eſt. Locus ergò reuelationis fuit exilium, & ſtatus eius, cui reuelatio facta eſt, fuit exul: Quæ optimo myſterio congruunt, quod in medio malorum nota faciet Deus ſuis arcana ſua.

CXXX.

A*NDRE. Caſ. Com. ibi ſic:* Quando, inquit, & veſter frater, & veſtrarum afflictionum ſocius ſum, meritò apud vos fidem, & authoritatem obtinere debeo: igitur propter teſtimonium Ieſu Chriſti ad inſulam Pathmos relegatus, & vt ibi ætatem agerẽ, condẽnatus, myſteria, & arcana, quæ in illa vidi, vobis denuncio. *Vbi apparet, parum fidei debere Prædicatoribus, & Prælatis, nimamq; habere authoritatem, cum ex delicijs & gaudijs, à communiq; vitæ aſperitate, & laboribus alieni alta etiam myſteria ſubditis denuntiant.*

CXXXI.

R*VPER. Abb. Com. ibidem ait:* Poterat enim dicere: Ego Ioan. Doctor, & Apoſtolus, veſter Prædicator, & Euangeliſta veſter, diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus, cuius particeps, vos meruiſtis eſſe fratres, & rectè quidem dixiſſet: ſed hic loquutionis modus non adeò paruuli eſſet, paruuli talis, qualem vnumquenq; Apoſtolorum fieri vel eſſe voluit bonus magiſter, cũ diceret: Amen dico vobis, niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, &c. Quicunq; ergò humiliauerit ſe, &c. *Vbi apparet, religioſas perſonas non excuſari à nimia titulorum oſtentatione, veritate ipſorum; extat enim in oppoſitum humilitatis obligatio.*

CXXXII.

I*Dem ibidem inter prædicta verba notans illud. Et* patientia Ieſu Chriſti: *ait:* Quia ſicut Ieſus patienter ſuſtinuit, & orabat, dicens: Pater ignoſce illis: ita & iſte diligebat illos, qui mala inferebant, & pro eis orabat. *Vbi apparet, quod tolerare iniurias, inſuper diligere, & orare pro perſequẽtibus, non eſſe patientiam humanam, neq; Apoſtolicã, ſed propriam Ieſu Chriſti.*

CXXXIII.

I*Dem ibidem iterum ſic:* Magna cordis manſueti, & humilis congratulatio. Exortem tribulationis, ſiuè tribulationum iuſtorum, quoniam multę ſunt, aliquis illũ exiſtimaret, pro eo, quod de illo in Euangelio ſic ſcriptum eſt: Conuerſus Petrus, &c. Io. 21. Sic eum volo manere, donec veniã, quid ad te? Tu me ſequere. Ac ſi diceret: Non eum per paſſionem martyrij volo conſummari, ſed abſq; violentia perſecutionis diem expectare nouiſſimum, quando ipſe veniens, eum in æterna beatitudinis manſione recipiam. Et quid ad te? Tu tantum crucis patibulum ſubeũdo mea veſtigia te ſequi debere memento. Pro hoc vt iam dictum eſt, exortem illum putaret aliquis Sanctorum Martyrum tribulatione. *Sed dubio hinc inſurgenti, nimirum, quando nè B. Ioann. particeps Sanctorum Martyrum fuerit, & calicem Domini biberit: ſic reſpondet:* Nimirũ illic vbi iuxta propheticum dictum Simeonis iuſti, Beatæ genitricis eius animam gladius pertranſiuit: Nam

cum

Appellauitq; lucem diem,& tenebras noctem.

cum omnes diſcipuli relicto eo, fugiſſent, iſte dilectus Diſcipulus,cum Maria Matre eius,iuxta crucem ſtetit,& clauos manuum, ac pedũ eius, lanceam quoq; perforantem latus eius ipſe inſpexit.Illic enim gladius idem,qui Mariæ matris animam pertranſiuit,nunquid dilecti, ac diligẽtis Diſcipuli animam non tetigit?Tetigit planè, & illic calicem Domini bibens, ſicut Maria, ſic & omnium Martyrum Chriſti particeps factus eſt in tribulatione.*Vbi apparet & Sanctos, minimè pati de illis putari, exemptos eſſe à tribulationibus: & excellentia martyrij Beati Ioannis Euangeliſtæ.*

CXXXIV.

BEDA *Com ibi ſic:* Hiſtoria nota eſt,Ioannem à Domitiano Cæſare propter Euangeliũ in hanc inſulam relegatum, cui tunc congruè ſecreta datum eſt cœli penetrare,cùm certa terrarum ſpatia negabatur excedere. *Vbi apparet, non poſſe multa cœleſtia reuelari ſecreta, terram ad libitum,abſq; termino,perambulantibus.*

CXXXV.

S THO.*Com.ibi,notans, non contentum Apoſtolum dicere ſe relegatum, addiderit*, Propter verbum Dei, & teſtimonium Ieſu Chriſti: *ait:* Fortè dicet aliquis. Hoc fuit propter culpã tuã, non eſt verum. Sed propter Dei verbum,quod prædicabam. Et teſtimonium Ieſu Chriſti, hoc eſt,quod de Ieſu reddebam. *Vbi apparet, parum prodeſſe viros Religioſos iactare labores ab impijs Principibus perpeſſos, niſi etiam cauſã iuſtitiæ, pro qua patiuntur, demonſtrent.*

CXXXVI.

RVPER.*Abb.Com.ibi; in primis ſic ait:* Ecce iam tertio nominis ſui titulum operi huic diligẽs, ac ſollicitus author præfixit:Primò,cum dixit, ſignificauit mittens per Angelum ſuum ſeruo ſuo Ioan.Secundò, cum dixit, Ioan. ſeptẽ Eccleſijs,quæ ſunt in Aſia: & nunc tertiò,Ego, inquiens Ioan.frater veſter: Quã ob cauſam iſte dicturus ſiuè narraturus,hoc modo nominis poſitionem triplicat: nunquid caſu, aut nomen ſuũ dilatare ſtudens, inculcat, & replicat: non vtiq; ſed vtilitati noſtræ intẽdẽs,reuelationes difficiliſſimas, quas conſcribere ingreditur,præmunit,ac defendit,nè cõtemnatur,nè quod futurum erat, ob ſui difficultatem liber vituperetur:& ſenſibus dignis carere iudicetur. *Et poſtquam affert quã-plurimos hæreticos, qui in hunc librum aprocbriphũ dixerant,& indignum loco inter Canonicos:ait:* His huiuſmodi obiectis, & reſponſis, liber iſte reuelationum cœleſtium,disiectus,atq; contrectatus fuit, & niſi Spiritus Sanct. qui hæc omnia reuelauit, rationabilis reuerentiæ viros præparaſſet ad defendendum,tantas, tãq; precioſas margaritas porci conculcaſſent, hæretici contaminaſsẽt.Quid futurum erat,ſi nõ ſtetiſſet in ingreſſu orationis,tanta tantiq; nominis authoritas.*Concludit ſic:* Illuc exulanti, cui negabatur terra,cælum apertum eſt: Exemplum eſt ergò omnibus Sanctis, quod quanto magis in fræto præſentis ſæculi affliguntur, tanto amplius illis ſecreta cœleſtia manifeſtantur.*Addatur, quod ante dixit:* Interpretatur autem Pathmos, fretum: feruet enim illic mare amplius, eo quod ſit anguſtum. *Vbi apparet & non eſſe damnãdos viros religioſos, qui nomina ſua, & titula dilatant in inſcriptionibus ſuorum librorum; neq; multa debere expectare ſibi aperire cœleſtia,cui ampliſſimè patent terreſtria.*

CXXXVII.

ABBAS *Ioachim. Expoſ. in Apocal part.1.cap.1. Titul.12 ad hunc locum, notans, quomodo Beatus Ioan. narraturus reuelationes ſibi factas in ſolitudine Pathmos, ſe nomitat fratrem eorum, qui per martyrium, & perſecutiones teſtimonium reddebant fidei noſtræ: afferens illud Io.21.* Dixit Ieſus Petro: ſequere me, &c. *ait:* Deſignantur enim in his duobus,duo reuerendiſſimi ordines, quibus continuè ſalutis verbo fœcundatur Eccleſia. Clericorum .ſ. & Monachorum.hoc eſt eorum, qui ſuper greges Dominicos curam gerunt: & eorum,qui vt ſoli Deo vacare queant, à ſæculo exeunt.Et in locis ſolitarijs,aut ſoli, aliquando, & aliquandiù,aut in Conuentibus requieſcunt. Et illis quidem incumbit,accepta cruce ſua ambulare poſt Chriſtum, iſtis in caſtitate, & munditia: quã dulcis ſit Dominus deguſtare: quãuis pro cauſa,& tẽpore,ab vtriſq;requiratur vtrunq;

CXXXVIII.

IDem ibidem iterum proſequẽns,ait:Et Sancti quidem Martyres Beato Petro ſtrenuè præliantes:immarciſcibilis coronã gloriæ, adipiſci meruerunt: ſed magno dilectionis ſuæ munere cõtemplatiuæ vitæ filios donat Chriſtus pandens illi arcana,& profunda myſteria. Nè ergò qui,vt arctiùs adhærcant Regi ſuo, ſeipſos ab humanis

obtutibus: ac ſi in alicuius inſulę vaſtitate,abſcondit:inferiores Sanctis Martyribus,& minus Deo vtiles putarentur fratrem ſe teſtatur eſſe Ioannes eorum,qui pro Dño patiuntur. *Et poſt pauca ſic:* Non ſolum Sancti Martyres,qui tranſitoriam,& fallacem vitam Mundi deſerunt pro æterna,Chriſto teſtimonium perhibent: verum etiam,& illi,qui ſic viuunt:vt iam non ſibi viuāt, ſed Chriſto;portantes & ipſi:crucem Chriſti in corporibus ſuis.*Concludit autem ſic:*Quis .n. tam ſtultus, & mentecaptus, qui vltro vellet carere oblectationibus vitæ huius:& ſponte ſe tā multis condemnare miſerijs, niſi certus eſſet de fide ſua: & quam ſit magna nimis merces confitentium Domino? Vnde non incongrue Pathmos fretum interpretari dicitur: quod velut in quodam freto temptationum nauigant pugnaturi, qui contra vitia carnis, & ſpiritus, vitæ ſe religioſæ,& arctæ nimis,ac ſi ex eadem die morituri,committunt.

CXXXIX.

BEDA *Com.in Apoc. Ad illud c.9.* Et ſoluti ſunt quatuor Angeli, qui parati erant in horā, & diem,& menſem,& annum, vt occiderēt tertiam partem hominum. *Intelligens Prophetiam de tempore Antichriſti, quando dęmonibus ad libitum permittetur nocere hominibus, ait:* Maligni ſpiritus,qui ſingulis horarum, & temporum momētis humanam eſuriunt mortem, tunc ad exercēdam Eccleſiam opportune perdendi, liberius ſæuire permittuntur. Quid autem putas,ſoluti facient, qui tantum nocent ligati. *Vbi apparet, maximū argumentū eſſe infanda delicta in libertate perpetraturum, quem impium in clauſura videmus: Alludit venerabilis Pater ad id, quod remanet ſcriptum, ſcilicet ligatos feciſſet innumerabilia mala.*

CXL.

S. *THOM. Com.in Apocal. ad illud cap.16.* Sunt enim ſpiritus Dęmoniorum facientes ſigna, & procedunt ad Reges totius terræ congregare illos in prælium ad diem magnum omnipotentis Dei.*ait:* Id eſt ad diem iudicij, qui dicitur magnus, quia iuſtitia magna erit tunc. *Vbi apparet, illum eſſe maiorem diem dicendum, in quo maior iuſtitia de impijs facta fuerit.*

CXLI.

COEL. *PANNO. vbi ſup. ad illud cap. 21.* Et portæ eius non claudentur per diem. *Poſtquam de cæleſti Hieruſalem dictū intelligens, ſic illi applaudet:* Magna ſecuritas Ciuitatis Hieruſalē ſupernæ deſcribitur, ad quam nullæ peruenturæ ſunt inſidiæ inimici, & ideò portæ eius nō claudentur. *Intelligens etiam de noſtra militante, ait:* Non clauduntur portæ eius ingredi, aut exire volentibus, liberè vt illos recipiat, tanquā obedientes:hos emittat tanquam inobedientes, in quibus nulla virtus, nulla conſtantia eſt. *Vbi apparet maxima excellentia Religionis Societatis Ieſu, cuius porta minimè clauduntur; apertæ enim ſunt, tam vt recipiant ad illam deuotè venire volētes,quam vt emittāt, & expellāt intra ſe inobedientes,inutiliterq; & minus religioſè viuentes.*

CXLII.

BEDA *Com. ibi ſic:* Quod autem portæ non claudantur, pleniſſimæ ſecuritatis indiciū eſt:non enim ibi iam dicitur: Vigilate, & orate, nè intretis in tentationem:ſed potius Vacate,& videte, quoniam ego ſum Deus.

CXLIII.

RVPER. *Abb. Com. ibi ſic:* Quandiù enim hic peregrinamur,oportet, vt perſæpè portæ Apoſtolicę propter hoſtes Iudęos,atq; paganos, & propter fures,ac Hæreticos claudantur,& ſētentiarum vectibus validis obfirmentur: at verò tunc iſti nuſquam comparebunt, iam enim cum diabolo,& angelis eius miſſi erunt in ignē æternum. *Vbi apparet, reprehenſione dignos eſſe prædicatores, qui vbi ſuſpicio eſt de hæreticis vulgarizant diuina noſtræ fidei ſignata myſteria;clariſſimè Angelicus Doctor ſic:* Nunc autem aliquando oportet claudere portas Eccleſiæ,& abſcondere Prædicatores,& doctrinam propter indignitatem, & malitiam hominum. vndè Mat.7. Nolite ſanctū dare canibus.

Finis Tex.Decimi tertij.

S.GRE-

Digitized by Google

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

I.

S. *GREGORIVS Papa Moral: lib. 8. cap. 6. ſpiritualiter reſpondet cuidam digno notatu in noſtro textu; Nimirum, quomodo creata luce poſt illas tenebras ſequatur veſper, cum lucis creationi videatur eſſe conſequens manè iam perfectum, à tenebriſq; diuiſum à lucidum, omni carens veſperea tenebra: ait enim ſic:* Nequaquam ſic in hac vita per exercitationem iuſtitiæ peccatum deſeritur, vt in eadem iuſtitia inconcuſsè maneatur, quia &ſi iam de cordis habitaculo culpam, rectitudo eliminat: ipſa tamẽ culpa quæ repellitur, cogitationis noſtræ foribus aſſidens, vt ſibi aperiatur pulſat. Quod Moyſes ſpiritualiter innuit cum facta corporaliter temporũ momenta narrauit, dicens: Facta eſt lux, atq; paulò poſt ſubijciens: Factum eſt veſpere. *Vbi nouiter egreſſi à culpa cautè ſe habeant, intelligentes, quod & ſi iam extra tenebras per lucem gratiæ aduenientis ſint: non tamen ab eis longè eſſe veſper eiuſdem culpæ tenebrarum, pulſans, vt iterum ingrediatur.*

II.

R*VPER. Abb. in Gene. lib. 1. cap. 20. ſic:* Notãdum hic in primis eſt, quod non dixit: Factæq; ſunt tenebræ, & lux dies vnus. Hoc benè, & prudenter à ſacro ſcriptore obſeruatum eſt. Quæ enim Deus diuiſit, quomodo coniungi, vel vnum quid efficere poſſint? Diuiſit autem lucẽ, & tenebras, appellauitq; lucem diem, diem (inquam) totum, & plenum abſq; conſortio tenebrarum. Benè ergò non dictum eſt: Factæ ſunt tenebræ, & lux dies vnus: quia (ſicut iam dictum eſt) quę Deo diuidente ſeparata ſunt, ſociari vel vnum quid efficere non poſſunt. *Vbi v.g. coneubinati, qui iubente Deo per Eccleſiam ſeparati ſunt: videant quam nephas ſit iterum readunari.*

III.

H*ONCALA Com. in Gene. Aſſignans rationem, quare hic incipiat deſcriptio primi diei à ueſpera, ait:* Licet prior pars huius diei fuerit lux, poſterior verò nox: in feſtorum tamen celebratione contrarius ordo ſeruandus erat. Siquidem decreto diuino nox diei feſti, lucem eius præcedebat. Nam cùm prius Deus præcipiſſet dicẽs: Cuſtodi diem ſabbati; vt doceret ſimul & ſabbatum cuſtodiendum, lucem, tenebraſq; complecti, & ordinem celebrandi illud præſcriberet, iterum dixit: A veſpera in veſperam celebrabitis ſabbata veſtra. Præſagio igitur quodam futuræ religionis ſcriptum eſt hic: Factum eſt veſpere, & mane dies vnus; vt conſtaret, futurũ eſſe aliquando, vt dies, à veſpere in mane computaretur, ideſt, à nocte in diem, & à tenebris in lucem procederet. *Vbi apparet, quam acceptæ ſint Deo vigiliæ feſtiuitatum, quas primo die voluit deſcribi, & præſagio præmonſtrari.*

IV.

E*VCHERIVS in Gene. lib. 1. cap. 2. Intelligens hic per diem naturam Angelicam, ait:* Quia ipſe dies, hoc eſt natura Angelorum, quando creaturam ipſam, quam Deus faciebat, contemplabatur; quodammodo ueſperaſcebat. Verumtamen, quia non permanebat in eius creaturæ intuitu, ſed laudem eius ad Deum referens, ipsã melius in diuina ratione conſpiciebat, tunc continuò quaſi mane fiebat. Nã ſi permaneret neglecto creatore in aſpectu creaturę, iam non veſpera, ſed nox vtiq; fieret. *Vbi apparet, quod contemplatio creaturarum, etiam ad inde inſurgendum in Dei laudem, animam veſperaſcit: & eſt manifeſtum periculum, vt per moram, omninò nox fiat, & totaliter obtenebreſcat.*

V.

S. *IO. Chryſoſt. Hom. 4. in Gen. ſic:* Vidiſti quanta diligẽtia nos docet, finem lucis ueſperam uocans, & finem noctis mane, & totum illũ, diem. Ita nè erremus nos, neq; putemus ueſperam finem eſſe diei: ſed manifeſtè ſciamus, quod utriuſq; tempus unum diem implet. Et ueſperũ finem lucis rectè quis dixerit, manè autem finẽ noctis, complectionem autem diem. *Vbi myſticè apparet, illud ſolum in vnoquoq; genere perfectum, complectumq; ac iucundum dici poſſe, quod inſurgere videtur ex duobus extremis contrariorum terminis. Nam ſi nox aduerſitatis cedat à ſua obſcuritate, & rigore, & lux proſperitatis à ſua inſolentia, & elatione, ſit vnus dies completus, cui nunquam nocti aſcribi poterit, ſicut patet in textu.*

VI.

H*AMERVS Com. in Gen. Ait ſic:* Gregorius nõ ineleganter ex ijs ſcripturæ uerbis: Veſpere, & mane dies unus: adagium exculpſit, ut ue-

Digitized by Google

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

ueſperam,& mane referat ad infelicia,atq; proſpera mortalis huius vitæ.Hæc enim duo inuicē connexa,& ſibi cohærentia ſunt: vt læra triſtibus;infelicibus proſpera ſuccedere ſolent,& fęlicium,atq;infælicium ſemper mixtura quædam ſit.Verum eſt profectò verbum,quod aiunt.Nihil quicquam tam proſperè diuinitùs hominibus datum,quin etiā admixtum ſit aliquid difficultatis. Sapientis verbum eſt: Non eſt iuſtus ſuper terram,qui faciat bonum, & non peccet. Hoc quidem Homerus de Ioue ait: Nunc lætis vitam miſcet, nunc triſtibus idem. Menandri quoq; hic verſus eſt: Num quæpiam intercedit ijs cognatio vitæ,& doloris? Non alienum arbitror ab hac ſententia, quod priſci Romani duas diuas coluerunt.; Angeroniam,atq;Volupiam. Alteram, ab angoribus dictam, alteram à voluptate. Et Angeroniæ quidem Pontifices in ſacello Volupiæ ſacrum faciunt; ſignificantes dolores, ac voluptates in vita hominum inuicem mixta eſſe. Addunt,Angeroniæ ſimulacrum in ara Volupiæ fuiſſe collocatum, quod dolor cōmes ſit voluptati,& voluptas dolori. Idem hoc in prouerbijs Salomonis legitur:Riſus dolore miſcebitur: & extrema gaudij luctus occupat.

VII.

MAGIST. *Sentent.lib.2.diſtin. 13. inter cæteras excellētias,quas aſſignat huic primo diei, qui vnus ſeu vnicus vocatur,& non primus,ſeparatuſq; deſcribitur ab ordine cæterorum;intelligens cū multis hic per veſperam deſignari meridianum tempus: ſic ait:* Mane enim dicitur finis præcedentis, & initium ſequentis diei,quæ eſt Aurora,quæ nec plenā lucem,nec omninò tenebras habet:manè ergò, primus dies non habuit. *Et poſt pauca proſequens ait:*Quia luce apparente, mox ſuper terrā plenus,& pręclarus dies extitit:q, nō ab Aurora, ſed à plena luce inchoauit. *Et vltimò ſic:* Reliqui autem dies mane habuerunt,& veſperam:quorū quiſq;à ſuo mane incipiens,vſq; ad alterius diei mane extendebatur. *Vbi apparet, excellentia Baptiſtę ad cęteros Sanctos:de quo Ambr.lib.1.in Luc.* Neq; enim vllam infantiæ ſenſit ætatem, &c. in vtero matris cæpit à menſura ætatis plenitudinis Chriſti.

VIII.

CAET. *Com.in Geneſ. litteraliter ſic:*Si lux fuiſſet fixa,ſonſequenter fuiſſet fixus,ac perennis dies in vno hemiſphærio, & iugis nox in altero hemiſphærio. *Vbi moraliter arguendi ſunt illi, qui rerū proſperarum mutabilitatem,& varietatem accuſuant:nam ſi fixa fuiſſent proſpera,quę ſpes poterat remanere infelicibus meliorandi ſortem?iugis nox illis vtiq;ad deſperationem impellēs fuiſſet: proſperiq; nimia inſolleſcerent ſuperbia,ſecuri de fortunæ gyro.*

IX.

CONSTANTIN. *Ruſconus Comm. in Geneſ.ad illā quęſtionem cōmuniter hic excitatam, nempè quare Moyſes iſtum diem vnum,ſeu vnicum dixerit,ſic reſpondet:* Dicunt alij,diem primum,vnum dici,quia cū factus fuit,nullū habuit, cui compararetur, & ob id cùm eſſet vnus tantū, non aptè diceretur primus, cùm iam in natura alter non extaret. *Vbi apparet, quod paupertas ſubiectorum in vnaquaq; arte, multos vnici titulo condecorauit, qui ſi alij extitiſſent, minimè ab alijs non diuerſificarentur.*

X.

VIELMIVS *lect.12. ad illam quæſt. communiter excitatam,nempè quare Moyſes hunc diem ab ordine cæterorum alſiraxerit,non vocando illum, primum:ſed vnum,ſic ait:* Dies vnus: & cum dies vnus integer ſit,ſatis apparet,Solem integrum circulum confeciſſe, & proindè erraſſe Ficinum, & quotquot exiſtimant, Solem in Meridiano Orizontis recti fuiſſe creatum: Etenim ſi lux in meridiano motum ſuum inchoaſſet, nō vnus fuiſſet dies, cum diluculum aut mane ille efficiſſet, ſed dimidius, aut certè ſexqui medius, hoc eſt decem & octo horarum: ergò vnus, hoc eſt integer pfectus. *Vbi allegoricè apparet,inter oēs Sāctos nullā haberi ordinis correſpondentiā magnū illū Baptiſtam, qui ſolus dies integer eſt,in quo Sol iuſtitiæ plenum circulum fecit,incipiēs à diluculo vteri matris eius illi elucere,&c.*

XI.

HVGO *Card.Poſtil.in Eſai. Illa verba cap.59.* Expectauimus lucem,& ecce tenebræ: *tā litteraliter,quam moraliter exponens,matèriam miniſtrat,vndè benè moraliter poſſit ſolui illud cōmune dubium,iam non ſemel hic ſolutum,nempè,quomodo creata tali,à Deoq;ſic approbata luce primum,quod deſcribitur eſt obſcurum veſper, cùm expectaretur talem lucem ſequendum lucidiſſimum mane? Videlicet, quia vanas hominum per coniecturas naturales ſpes voluit deſcribere Moyſes à principio. Nam ſic ait*

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

ait Card. ad litteram loquens de Iudæis: Expectauimus lucem, ideſt, cum Chaldæi venirent ſuper nos temptauimus, ſi ab Aegyptijs, vel alijs haberemus auxilium. Et ecce tenebræ captiuitatis. *Et moraliter ſic:* Expectauimus lucem proſperitatis:& ecce tenebræ tribulationis. *Oleaſt. Com. in Eſai. ſic*: Ideſt, expectauimus omnia læta,& proſpera, & ecce cuncta ſunt triſtia, & infelicia.

XII.

INCOGN. *in Pſal. 29. Ad illum verſum:* Ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinũ lætitia. *Aſſignat quandam doctrinam, quæ ſauet quandam ſolutionem non ineptam illius dubij, nempè quare hic dies deſcribi incæperit à veſpere, & finierit in mane, cum cõtrarium aſpiciamus in omnibus diebus, qui incipientes in mane, deſinunt in veſpera: Videlicet, quia non diem naturalem voluit Moyſes deſignare, ſed diem peccati: qui incipiens à veſpere, quo Adam peccauit, finiuit in mane Reſurrectionis Chriſti Domini: ait enim ſic:* Aduerte, quod ſicut peccatum noſtrum fuit cauſa mortis Chriſti, ſic & reſurrectio Chriſti fuit cauſa vitæ, & reſurrectionis noſtræ: quod ſatis patet ex hora peccati noſtri,& Chriſti paſſionis;& ex hora reſurrectionis Chriſti,& noſtræ. Quoniam eadem hora, qua & peccauit primus homo, paſſus eſt Chriſtus; & eadẽ hora, qua Chriſtus ſurrexit, & nos reſurgemus. Primum tangit dicens: A veſperum demorabitur fletus. Secundum, dicens: Et ad matutinum, lætitia. Adam enim peccauit Sole declinante. Veſpera enim eſt, quando Sol in occaſum declinat. *Et poſt aliqua ſic*: Ex iſto peccato adueſperante die, commiſſo, inchoata eſt omnis vita mortalis; dies verſus eſt in noctem; lætitia in fletum: indè omnis miſeria. & pœna huius vitæ mortalis. Et ad matutinum lætitia. Et de hoc mane reſurrectionis dicitur. Mane ſemen tuum florebit Eſai. 17. Quid enim ſemen, niſi corpus, quod ſeminaliter generatur, Quod quidem florebit: quia mane reſurget, Sic & Chriſti caro mane reflotuit.

XIII.

PROCOP. *Com. in Gen. Aſſignans rationem, quare iſte dies non primus, ſed vnus dicatur; reſpondet, quod oculi Domini rapti ſunt ab vnitatis eſſẽtia Vniuerſi. Hæc ſunt eius verba:* Reſpexit diuinus opifex mundi ad vnitatis eſſentiam, cùm appellaret primum diem, diem vnum. *Vbi apparet, præeminentiarum ordines, offuſcare vnitatis eſſentiam in vna Communitate. Deus autem primo reſpicit vnitatem, quam ordinem.*

XIV.

S. GREG. *Papa moral. lib. cap. notans quomodo poſt creatam lucem, nõ manè, ſed veſper deſcribatur & etiã quomodo non nox, ſed veſper dicatur, ait ſic:* Creator enim humanæ culpæ præſcius, tunc expreſſit in tempore, quod nunc verſatur in mẽte: lux quippè ad veſperam ducitur: quia nimirũ lumen rectitudinis, vmbra ſequitur tentationis: ſed quia electorum lux tentatione non extinguitur, nequaquam nox, ſed veſpere facta perhibetur: quia tentatio ſępè in corde rectorum lumen iuſtitiæ abſcondit, ſed non interimit: & quaſi ad pallorem trepidationis pertranſit, ſed funditus non extinguit.

XV.

HVG. *de ſancto Victore lib. 1. de Sacrament. par. 1. cap. 9. ad illam quæſtionem quare, ſcilicet Moyſes primum diem non ab Aurora, & mane, ſed à veſpera deſcripſerit? accipiẽs hic per veſpere, non finem diei, aut declinationem, vt aliqui putant, ſed meridiem, ſic ait:* Quia primus dies Auroram pręcedentem non habuit, quoniã antequam lux crearetur, plenæ tenebræ fuerunt: mox autem luce apparẽte ſuper terram, plenus fuit dies: propterea quod à perfecto opus Dei inchoari debuiſſet, ideò dixiſſe Scriptura: Factum eſt veſpere,& mane dies vnus: non enim dixit: Factum eſt mane, & veſpere: ſed factum eſt (inquit) veſpere, & mane dies vnus; Quia (ſicut diximus) primus dies mane præcedens non habuit, quoniam à luce plena, atq; perfecta initium ſumpſit. *Vbi habemus, quare aliqui Sancti, præcipuè illi primi ſtatim perfecti apparuerint etiam in infantili ętate; quia vt prima Dei opera, Aroram, & principium non cognouerunt.*

XVI.

CAET. *Com. in Geneſ. ſic*: Lux cœleſtis vna circunlatione huiuſmodi efficit viciſſitudinẽ diei, ac noctis in vtroq; Hemiſphærio: itaq; reducendo effectus in proprias cauſas, veſpera, & mane (hoc eſt viciſſitudo diei, ac noctis in vtroq; Hemiſphærio) eſt proprius effectus lucis circulariter latæ motu primi mobilis. *Vbi moraliter apparet, quare diei & noctis viciſſitudo, ideſt proſpe-*

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

ſperitatum, & infelicium non detur in vna Republica:ſed alij in perpetua luce, dieq; permanent: alij in continuis infelicitatibus indeſinenter ſint: nimirum quia Prælati, & Principes non ſunt luces cæleſtes, quæ ad primũ mobile Dei, inquam, circulariter moueantur ad omnes ſubditos: ſed ſicut luces terreſtres fixæ, non vbi volunt ipſi, ſed vbi collocantur ab intimis, quibuſdam ſemper lucent, diemq; proſperitatis efficiunt: alijs verò etiam communibus defraudant ſuffragijs.

XVII.

S. BONAVEN. *Compen. Theolog. verit. cap 9. ſic:* Dignitas dominici diei notatur in hoc, quod fuit prima dierum: item, vt dicitur, erit ultima dies: item nox illam non præceſſit: item nox illi non ſuccedet: item Cœlum, & Terra in ea creata ſunt: itẽ Angelus in ea conuerſus eſt ad Deũ: item primò data ſunt in ea filijs Iſrael mandata, ut dicit Origenes: item in ea Chirſtus natus eſt: item in ea reſurrexit: item in ea Spiritus Sanctus datus eſt Apoſtolis: item omnes in ea reſurgemus, atq, iudicabimur: item in ea perpetuò continuandum in laude Dei.

XVIII.

RVPER. *Abb. in Geneſ lib. 1. cap. 20. ad illam quæſtionem, quare ſcilicet hic Moyſes incæperit deſcribere hunc primum diem à veſpera, tranſiens ad mane, cum videamus contrarium in diebus ordinarijs, qui incipientes à mane progrediuntur deſinere in veſpera; accipit veſpera non pro tempore mane ſubſequente, ſed pro tempore antecedente, eo modo, quo nos vocamus primum veſpere in Eccleſia, tempus precedens mane alicuius feſtiuitatis: & ſic dicit, quod hic inceperit ſanct. Moyſes deſcribere, & formare hunc diem à decreto diuino ipſius creationem præcedenti: beneq; cõparari veſperi, quia in pectore Patris quaſi obumbratũ latebat: hæc ſunt eius verba:* Videamus quomodo factũ eſt ueſpere, & mane dies unus: profectò quando dixit Deus: Fiat lux: ueſpere erat, quia Sol dictionis huius in corde Patris latebat, quia in uerbo eius lux iſta nõdum in actu expoſita, ſed in meditatione illius Solis abſcondita uita erat: Quando autem facta eſt lux, tunc mane factum eſt. *Vbi apparet, certitudinem diuinorum decretorum eſſe tam inhabilem, quod ab illis incipit numerari eſſentia cuiuſcunq; rei.*

XIX.

STELLA *Ordinis Prædicator. Com. in Geneſ. Schol. ad litteram ſic reſpondens dubio, ſcilicet quare primò incæperit Moyſes à veſpera deſcribere diem,* Hæc dicta exiſtimo reſpectu vnius Hemiſphærij: nam ſi abſolutè loquamur, quamprimò fuit dies in vno Hemiſphærio, in altero fuit nox. *Vbi moraliter apparet, in mundo ſemper ſimul eſſe veſpere, & mane: reſpectu diuerſorum: non enim proſperitates terrenæ, diem in vno Hemiſphærio poſſunt facere, quin nox infelicitatis non ſit in altero: vtrunq; operire non poſſunt: præcedit tamen nox in iuſtis, & Dei ſeruis, & ſequitur mane, omni deinceps carens veſpera.*

XX.

HVG. *de ſancto Victore lib. de ſacrament. part. 1. cap. 16. ſic:* Cum nihil eadem die feciſſe legatur, quam lucem, vtrum nè vſq; ad ortum ſequentis diei, quando firmamentum fecit, ab opere ceſſaſſe credendus ſit; cum Scriptura ſeptimo die Deum requieuiſſe teſtetur: Dicere poſſumus, quod prima die lucem in exortu ipſius diei fecit deindè, vt curſu ſuo diem, noctéq; diſtingueret, primum de Oriente ad Occaſum, & rurſum de Occidente ad ortum direxit: nec ſolum opus fuiſſe, quod lux facta eſt, ſed quod directa (ipſo gubernante, & dirigente) curſum expleuit. *Vbi Doctores habent documentum, nè ſtatim vt per ſuos gradus magiſtri & luces formati fuerint, per ſe præſumant illuminare, docere, & curſus ſuos explere: ſed exorent illum, à quo luces facti ſunt, vt ſecum committetur, curſuſq; ſibi imperati ab ipſo dirigantur: ideòq; ille primæ luces tam feliciter munus ſuum explere cognoſcimus: quia ab eo, qui illos luces fecit, non ſolùm facti, ſed directi ſunt.*

XXI.

CAET. *Com. in Geneſ. ad litteram ſic:* Ex hoc quod fuit veſpera terminans diem artificialem, & fuit mane terminans noctem: manifeſtè ſignificatur, quod lux facta eſt in motu: Ex continuo enim lucis motu circa terram fit veſpera, & fit mane. *Vbi moraliter arguuntur ſectatores terrenæ felicitatis, qui vidẽtes quotidiè felicitates ad extremã declinare miſeriam: & miſerrimos, humiliſſimoſq; ad ſummã inſurgere felicitatem, adhuc nõ cõuincuntur humanas proſperitates non eſſe fixas, ſed in motu: cum hoc, quod videmus, & experimur, eorum mutabilitatis ſit concludens argumentum.*

XXII.

PROCOP. *Abb. Com. in Geneſ. aſſignans rationem quare Moyſes iſtum diem vnum, & non primũ vocauerit, ait:* Forſitan de vno illo die, & in Pſ.

ha

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

betur: hic eſt dies, quam fecit Dominus: exultabimus, & lætabimur in eo: ſiquidem ab ipſo Domino cognomen deſumpturus erat, ut diceretur dies dominicus, tanquam ſoli Domino conſecratus, & dedicatus ſit ille vnus dies. *Vbi apparet, quod res Deo conſecrata cum nulla alia ordinem debent habere, neq; etiam cum cognatis, & eiuſdem naturalis ordinis: vndè Paulus*: Qui me ſegregauit: Segregatus in Euangelio, &c.

XXIII.

PAVLVS *Burgen. Addit. Gloſ. 1. cap. Geneſ ad illā quæſtionem, quare, ſcilicet, Moyſes à veſpera inceperit diem deſcribere, indè progrediens ad mane, cum videatur debere eſſe vice verſa, Reſpondet ſic:* Poteſt hic ſumi alia ratio naturalis, ex hoc, ꝙ res denominantur à termino, ad quem non à termino à quo, vt in 1. Phyſ. Et ideò dies artificialis debet denominari à veſpera, in quam terminatur, & nox denominari à mane, in quo terminatur, & ſic per hoc q̄d dicitur: Factū eſt veſpere, intelligendus eſt dies artificialis, cuius terminus ad quem, eſt veſpere, ſiuè nox: & conſequenter cum dicitur (Et mane) intelligenda eſt nox, cuius terminus ad quem eſt mane. *Vbi moraliter habemus, impropriè vocari dies noſtros, dies vitæ: cum potius debeant vocari dies mortis: ſiquidem mors eſt terminus ad quem; & etiam quam impropriè iuſtorū mors nigris, funeralibusq; veſtibus denotetur, cum magis albis, iucundiſq; debeat calçulari: nimirum à termino ad quem, qui eſt vita glorioſa, candidaq; Aurora illis quaſi mane elucens.*

XXIV.

HVG. *Etherianus lib de regreſſu animarum ab inferis, aſſignans rationem, quare Moyſes hunc diem non primum, ſed vnum uocauerit, ait:* Futuri enim ſæculi dies illa imago eſt: vndè à Moyſe non vna, ſed prima nominatur: Et factum eſt inquir, veſpere, & mane dies vñus; quaſi per circuitum reducta frequenter, eadē vna ſit, & octaua, quæ nullam habebit varietatem, nihil decliue poſt huius temporis decurſum. *Vbi apparet, dies, temporaq; multiplices dici per gaudiorum, triſtiumq; diuerſa interpollatione: undè non mirum, ſi amantibus anni multi, uideantur dies pauci, iugè enim eſt illorum gaudium, & quadam in hac uita beatitudinis imago.*

XXV.

S. *GREG. Nyſſen. Hexam. aſſignans rationem, quare ſimul exorta luce, fieret ueſpere, & mane, lux, & tenebræ, ait:* Nam cum illuſtrandi vis naturaliter non poſſet quieſcere: vbi lux per ſummā circuli partem trāſiliens, ad ſuperiora peruenit; neceſsè fuit, vt inferiora obſcurarentur, craſſiori natura, vt par eſt, ſplendorem non admittente: Ignis igitur abſeſſum veſpera nominauit: rutſus autem cum ignis ſupremum circulum percurreret, & ſuperioribus lumen afferret: illud ipſum factum vocauit, mane. *Vbi myſticè apparet ratio, quare nunc ſimul, eodemquemet tempore conſpicimus in Orientalibus partibus eluceſcere lucidiſſimū mane noua gentium illarum regionum conuerſione: & in Occidente, noſtraq; Europa indies obſcurari regna, prouinciaſq; hæræſis tenebris: nimirum, quia diuina fidei lumē, & gratia, qui quieſcere non poteſt; hic inueniens incapacitatem, & reſiſtentiam: ad illas diſpoſitas nationes ſe confert illuſtrandas, fitq; ueſpere hic, & mane ibi dies unus.*

XXVI.

DIONYS. *Cart. Com. in Gene. notans, quomodo facta luce ſequitur ueſpere, & ueſperam ſequatur, & idem mane: myſticè reſpondens, ait:* Veſpera lucis perfectæ, dici poteſt, ceſſatio ab actu virtutis, & gratiæ. Non enim poſſumus in hac vita ſine interruptione Deo vacare, aut actualiter ſemper virtuoſis operibus occupari. Mane verò, eſt renouatio, aut repetitio actus virtuoſi, ad rempus intermiſſi. Quod dum agimus, completur in nobis dies vnus interior. *Vbi apparet, quod ad hoc, ut quis dicatur perfectus, nō requiritur ſemper continua uacatio ad bona opera: requiritur tamen ut uacatio, quę per fragilitatē naturæ aliquod intermittere fecit tempus: reſarciatur per nouā quandam exurgentem boni operis repetitionem.*

XXVII.

S. *ISIDOR. Peluſiota lib. 1. epiſt. epiſt. 248. Dracōtio presbytero, Fauet quandam myſticam expoſitionem, quæ benè aſſignari poteſt illi dubio non ſemel hic excitato: nempè, quomodo Moyſes unum diē ex duobus contrarijs connexerit, nempè ex mane, & ueſpere, luce & tenebris? Videlicet, uoluiſſe in hac prima die Chriſtum Dominum deſcribere, qui cum uerus Deus, & immortalis eſſet: ſibi ita uniuit mortalē carnē, ut unus, idēq; Deus, & homo ſit, credatur, & confiteatur; ait enim ſic:* Quæris, quo nam pacto

O cum

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

cum Deus oriens appelletur,ac lumen in acceſſum ſit: ſuper occaſum tamen aſcenderit? Reſpondeo:Oriens vocatur diuinitas,ortus expers, quæ ſempiternum lumen eſt. Aſcenſus autem ſuper occaſum,eſt humanæ paupertatis communio,ac ſocietas:quæ occaſus eſt,ac nocti ſimilis, ſi cum ſuperno ſplendore comparetur: Incomparabiles enim hæ duo res erant; prius quam eas artifex in ſeipſo copulaſſet.

XXVIII.

HVGO Card. *Poſtil.in Gene. Notans,quomodo cũ immediatè poſt lucem ueſper ſequatur:etiam ueſperi mane ſuccedat:ait moraliter ſic:* Prima dies à plena luce inchoauit,& luce occidente in ueſperum declinauit. Sed iterum luce redeunte ad ortum,lucem recepit, quia primus homo factus eſt in luce plena, idest, in peccati immunitate,poſt in tenebras ignorantiæ, & peccati cecidit. Sed iterum de morte ad vitam per Chriſtum reſurgentem ad lucem rediit.Eph.5.Exurge qui dormis: exurge à mortuis,& illuminabit te Chriſtus. Nos uerò omnes primo fuimus tenebrę,quia omnes naſcimur filij iræ: Epheſ 2. Sed per gratiam baptiſmalem,vel pœnitentiam ſumus lux.Eph.5.Eratis aliquandò tenebræ,nũc autem lux in Domino. *Vbi apparet,quod natura humana etſi per fragilitatem prona ſit ad lapſum, per gratiam tamen diuinam,facilis eſt ad reparationem.*

XXIX.

CAET. *Com.in Gene. Literaliter reſpondet cuidã dubio hic inſurgenti: Nimirum, quomodo creata luce tam ampla nõ totum illuminauerit, quin nox,aut ueſper daretur: reſpondet autem ſic:* Quia Deus non fecit lucem illuminantẽ ſimul utrũq; hemiſphærium. Si enim lux cœleſtis ſimul illuminaret utrunq; hemiſphærium (putà, ſi eſſent multi Soles fixi in diuerſis hemiſphærij) nulla eſſet nox, quia nullus relinqueretur locus umbræ terræ: Nã umbra terræ totius uocatur nox. Sed Deus fecit lucem tantam in tali loco, & in tanta diſtantia à terra, ut terrę umbræ locus relinqueretur. *Vbi conſequenter uidere eſt,eſſe inſolubilem quandam queſtionem. Nimirum,cur cùm nõ ſit pars orbis,ubi non ſint Religioſi,Prædicatores,Soleſq; tanti, quos diuina manus non ſolum largius in ſpiritualibus,quam fecerat in corporalibus:ſed etiam in lege gratię,quam in ueteri,ubi ſolum in Iudæa, & Iſrael notum erat nomen eius, uniuerſum mundum luminaribus repleuerit: nihilominus adhuc nox, & ubi uidetur eſſe dies: nempè in Chriſtianiſmo,adhuc, immò,indies terrenæ umbrę obumbrant.*

XXX.

ANAST. *Synaita Hexamer.lib.1.ſic:* Neq; dixit diem primum,quod magis oportebat: ſed quoniam typicè prenarrabat illum futurum, quem non mentiatur horę,& puncta, & qui nocte non interrumpitur:ſed eſt perpetuus, & cõtinuus, eum nominauit vnum, vt qui ſemper ſimiliter,& eodem modo ſe habeat,& non primũ præterea, quod nec omninò circunſcribatur vltimo.

XXXI.

RVPERT. *Abb.in Gen lib.1.cap.20. Ad illam quæſtionem quare ſcilicet iſte dies non dicatur primus,ſed vnus: reſpondet,vt communiter,quia præcedebat eum dies æternitatis, & ſic iniuria eſſet diei æternitatis,hunc vocari primũ. Sed adhuc quærit, quare non vocetur ſaltim ſecundus? reſpondet ſic:* Videlicet, quia dies ille,non de ordine,nec de natura cæterorum eſt. *Vbi apparet,excellentiã conſiſtere,non ſolum in eo,quis non habet antè ſe primum,ſed quod neq; poſt ſe inueniatur ſecundus. De Beata Maria canit Eccleſia:* Nec ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem.

XXXII.

S. BONAV. *Expoſit.in Luc.ad illud cap. 24.* Vna autem ſabbati: *Combinat prædicta verba cum noſtro textu,& aſſignans rationem, quare utraque dies dicatur (vna) potius quam prima, ait:* Et attendendum,quod ſabbatum dicitur tota illa ſeptimana ſabbati, quia ſeptem diebus erat feriãdum.Septem diebus,& azima comedetis:Leui. 23. ſequitur: Offeretis ſacrificium in igne Domino ſeptem diebus. Et ideò tota illa ſeptimana dicebatur ſabbatum,in cuius prima die,ſummo mane venerunt ad monumentum, quia decebat,quod illo die,quo primo facta eſt lux,reſurgeret Chriſtus de tenebris mortis, & inferni ad lucem vitæ.Et ideò dies iſta uocatur (Vna) quia principium eſt ſpiritualium illuminationũ, ſicut unitas numerorum.Et ideò in Gene.Factũ eſt veſpere,& mane dies unus. *Vbi allegoricè apparet, quod primi Doctores Eccleſiæ magis dicendi ſunt vnici,quam primi:videlicet,quia per illos incepit illuceſcere in Eccleſia doctrina, qua illa illumina-*

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

...: Vndè non caret temeritate velle ſe illis facere ſecundos. In illis reſurrexit Chriſtus à tenebris, & ſepulchro ignoratiæ: & iam non moritur, & mors illi vltra non dominabitur. Cæteri illum reſurrexiſſe prædicant: & ſi, Soles, tamen ad quartam pertinent diem, ideſt, ſunt ordinarij.

XXXIII.

S. *AMBROS. Hexam. lib. 1. cap. 9. Reſpōdet cuidam dubio hinc inſurgenti. Nimirum, ſi nunc iam, ſola creata luce, dies effectus dicitur; quid vltra Sol diei conduxerit? ait enim ſic:* Diem Sol clarificat, lux facit. Frequenter cœlum nubibus texitur, ut Sol tegatur, nè ullus radius eius appareat: lux tamen diem demonſtrat, & tenebras abſcondit. *Vbi ſimilitudinariè, Doctores moderni, qui Soles ſ: i... ſunt, intelligant ſe, & ſi illuſtrare putant Eccleſiam, non tamen illi Diem facere ab initio enim illa, antiqua Sanctorum Patrū luce dieſcit: quorum doctrina; etiam ſi iſti moderni deſint, aut, quod fieri poteſt, vel à ſeipſis mutuis incontra ad inuicem diſceptationibus obſcurētur (nam revera neſcitur quid in eorum ſcriptis certum reſoluatur) aut ab hæreticis illam paruipendentes, negetur: vel alio quocunq; caſu deſit: doctrina, inquam, Sanctorum Patrum ſufficit vt in Eccleſia dies ſit, & tenebras expellat.*

XXXIV.

H*VGO de Sancto Victore lib. 1. de Sacram. p. 1. cap. 9. Ex eo, quòd hic dicitur per illam lucem fieri veſpere, & mane, ſcilicet diem & noctem arguit illā lucem eſſe mobilem, & non fixam: ſic enim ait:* Niſi enim mobilis fuiſſet lux illa, nequaquam alterna uiciſſitudine diem, ac noctem diſtinguere, nec temporis ſpatium ullatenus ſine motu peragere ualuiſſet. *Vbi moraliter apparet, cōfuſiones in Regnis, & Republicis cauſari ab immobilitate Prælatorum, qui cuncta ſibi credita non verſant, ſed immobiles, fixiq; in vno loco ſemper aſſiſtunt.*

XXXV.

A*NAST. Synaita Hexam. lib. 1. Ad illud commune notatum, nimirum, quomodo dies, qui ſupra ſolum luci adſcriptus legitur, nunc ex veſpere, ideſt nocte, tenebriſq; ac die, ſeù mane copulatim dicatur dies vnus: ſic ait,* Hoc myſterium magnum eſt, Veſper, & mane. Ego autem dico, in Chriſto, & Eccleſia, quæ aliquando erat veſper obſcurum, ei autem vnita uera luce fuerunt duo in carnem unam, in unum lucis diē, qui illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundū. *Vbi clarè infertur Eccleſiam, quamuis veſpertinum, ignorantiā tamen pati non poſſe; ex eo tamen quod iuncta eſt illi lucidiſſimo mane Chriſto Domino.*

XXXVI.

R*VPER. Abb. in Geneſ. lib. 1. cap. 20 ad illam quæſtionem, quare ſcilicet, non primus, ſed vnus, dicatur hic dies: reſpondet voluiſſe Moyſem in hoc inſinuare illum æternitatis diem, nempè Verbū æternum præceſſiſſe: vndè ſic ait:* Benè ergò dictus eſt hic non primus, ſed vnus dies: quia videlicet ille alius primus dies eſt. *Et poſtea lib. 9. de operibus Spiritus Sancti cap. 2. repetens idem, ait:* Nam qui verè eſt primus, nō temporalis eſt, ſed æternus, non de creatura lucens, ſed creaturam illuminans lux: Quod ſciēs Scriptor noluit dicere: Factum eſt veſpere, & mane, dies primus: ſed Factumq; eſt, ait, veſpere, & mane dies vnus. *Vbi apparet, excellentius eſſe vocari, & eſſe primum, quā vnicum, in quacunq; bona arte, & operatione; primus enim denotat nō ab alio, ſed alios à ſe accipiſſe: vnicus autem ſolum excludit æqualem.*

XXXVII.

S. *AVG. Prologo tract. in Pſ. reſpondere videtur ſuprapoſito dubio: nam notans quod cum in Hebræo omnes Pſalmi ante numerum habeant: ille tamen Pſalmus, à quo incipit Pſalterium, primus non vocatur, ſed ſine titulo numerante incipit: reſpondens ait ſic:* Nè ſi habuiſſet, vt primus eſſet: melior tantum in ordine numeri, non authoritate iudicaretur. *Vbi patet, prioritatem in ordine numeri non eſſe quid magnum.*

XXXVIII.

H*ONCALA Com. in Geneſ. ad illud dubium, nempè quare iſte magis vocetur vnus, quam primus dies: reſpondet ſic:* An ratio potior eſt (quæ in archanis ſecretiſq; traditur (Deus, inquit, qui tēporis naturam creauit, menſuras ipſi, ſignaq; ſpatia dierum adiunxit ſeptimanaq; ipſum metiens, in orbem ſeptimanam in ſe ſe ſemp verſari iuſſit, circula temporum, atq; motiones enumerantem, & vnum diem, ſeptimanāq; conficere, ipsū in ſe ſepties redeuntem: Id autem orbis ſubit effigiem: à ſe ſe incipere: & in ſe ipſum deſinere (quod iam & ſæculi proprium eſſe conſtat) in ſe ipſum conuertit, & huiuſce nullum exitum eſſe: Quamobrēm caput ipſius temporis non diem primum, ſed vnum appellauit, vt ex appellatio-

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

ne etiam affiniratem ad ipſum ſæculum ſortiatur:is enim, qui vnici principij incommutabilis ad aliud, præſefert formam, accomodatè ſanè, atq;appoſitè vnus eſt,& nuncupatur. *Vbi moraliter apparet, quod Prelati, qui in ſe Orbem ſuæ Cōmunitatis de primo ad vltimum debent complere: cum nullo debent affinitatem habere, neq; correſpondentiam; ſed vnicos, & abſolutos eſſe: Nam ſi iſta dies vocaretur prima maiorem correſpondentiam haberet ad ſecundam, quam ad ſeptimam: & ſic iā non æquali gradu connecteret ſibi ſeptimā, vndè orbis non perficeretur in illa, ſed tenderet ad octauum ſibi naturali ordine competentem, & ſic daretur proceſſus in infinitum: cùm autem ſit, vna, æqualiter, & ſecūdum, & ſeptimum complectitur, quia omnes numeri ſine violentia reflectuntur ad vnitatem, quam appetunt, tanquam radicem, vndè exierunt. Tales, inquam debent eſſe Prelati tàm circa primos, quàm ergà vltimos, vt in orbem Communitas redigatur.*

XXXIX.

A*MBR Catherinus Enar. in Geneſ. illi dubio communiter excitato, nempè quare Moyſes diem à veſpera inceperit deſcribere, & non potius à mane, dicit (non vt aliqui, qui aſſerunt illum primum diē mane non habuiſſe, ex eo quod lux creata fuerit in meridiano, & ſic ſtatim ad veſperam declinando, medium tantum effecerit diem) ſed quia cum lux creata fuiſſet in alio Hemiſphærio oppoſito illi, in quo habitant illi, quibus ſcribebat, eodemmet tempore quo alibi erat, mane ex præſentia lucis ibi exortæ, hic ex adhuc non aduenientæ luce, erat veſpera: ſic enim ait:* Dicendum eſt à Moyſe ſic fuiſſe poſitā mūdi inchoationem, vt in alio Hemiſphærio illi gēti, ad quam ſcribebat oppoſito, Sol illucere incæperit, ita ut primò eſſet veſpere in hoc noſtro & Sole poſtmodum nobis oriente lux diurna, vſq; ad aliud veſpere redderetur: Itaq; mundus iſte ſecundum hoc noſtrum Hemiſpherium, in quo creatus eſt homo, habuit primum veſpere, deindè mane. *Et iterum eodem loco ſic:* Iſta autem, quæ dicitur à Deo indita diei, & nocti appellatio, quid aliud ſignificat, quam indè ab eo fuiſſe edoctos primos homines, vt iſta tempora ijs nominibus appellaſſent, vt diei quidem appellatio ad id temporis arctetur, quo Sol luceat in Hemiſphærio, vbi inuenimur, & ſic aliter accipiēdo hanc vocem, dies quoq; noctem comprehēdat. *Vbi morale documentum habemus, nè diem vocemus, neq; mane, ſecūdum quod alijs arridet felicitas, ſed ſecundum quod in noſtro viderimus Hemiſphærio: ridiculum enim erit nos ſolēnizare mane alterius Hemiſphærij, illudq; prædicare, nobis aduesperante fortuna, quæ illis illucet: Dicant ipſi mane factū eſt: dicamus nos: Factum eſt veſpere: vtriq; veritatem affirmabunt: Et in genere ſpiritus arctius: qui ſolēnizamus Sanctorum virtutes, & dies, nobis in peccatis veſperantibus.*

XL.

S. *HIER. Com. in Ezech. ad illa verba cap. 1.* Cūq; aſpicerem animalia, apparuit rota vna ſuper terrā. *Præbet materiam, vndè colligere poſſimus, hic vnus, dicere, non ſingularitatem, ſed ſimilitudinem reſpectu ſub ſequentium dierum: nam illi dubio inſurgenti ex verbis ſupradictis, nimirum quomodo ille currus vnam tantum dicatur habere rotam, reſpondet ſic:* Tantaq; ſimilitudo erat rotarum quatuor ſequentium animalia, ut una rota ueriſſimè crederetur.

XLI.

S*TEVCHVS in Coſmopœia loquens de primo die, ait:* Teneriq; eſt ſimillimum, primum illū diē fuiſſe ardentiſſimum, quod id & diuinus impulſus urgeret, & nubes, & uapores, qui Solis ardorem retunderint, pauci, & perexiles eſſent. *Vbi moraliter apparet ratio, quare primi Patres tantum fructum faciebāt in Eccleſia, cum forſitan non plurē ſcientiam habuiſſent: nempè quia & Deus plus vrgebat in illis: & in populis non erant tanta vitia, quæ eorum retunderent ardorem: quod vtrūq; in noſtris temporibus contra fieri cognoſcitur.*

XLII.

S. *AMBR. Hexam. lib. 1. cap. 10. ad illam quæſtionem, quare ſcilicet Moyſes diem concluſerit, nulla facta mentione noctis, quæ proculdubio eſt pars diei artificialis, reſpondet eſſe morem ſacræ Scripturæ compoſita denominare à potiori parte, nulla facta mētione de deteriori: Hæc eius verba.* Tanquā principalis authoritatem nominis vindicauerit, & hanc Scripturæ eſſe cōſuetudinem, vt potiori appellationem deputet, frequentibus exemplis probamus: ſiquidem & Iacob 47. dixit: Vitæ meæ dies puſili, & mali: & iterum: Omnes dies vitæ meæ: & Dauid Pſ. 89. Dies annorum meorum; non & noctes. *Vbi moraliter habemus documētum, nè res (vt communiter mundani faciūt) à deterioribus, tacendo potiora, denominemus.*

S.BO-

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

XLIII.

S. *BONAVEN. 2. ſentẽt. diſt. 13. art. 1. quæſt. 2. ad illam quæſtionem hic cõiter excitatã, nempè quomodo illa lux primò creata diem, & noctem faciebat; cum multi (vt inquit ipſe) reſpondent eſſe quia lux faciebat idem circulum, quod facit nunc, & Sol, & ſic per acceſſum ad Hemiſphæriũ faciebat diẽ, & per receſſum cauſabat noctem: ponens contrariam aſſertionem, ait ſic:* Dixerunt enim Baſilius, & Damaſcenus, quod lux illa emiſſione, & contractione radiorum, diem, & noctem faciebat: hoc autẽ dicebant eſſe in poteſtate ipſius lucis, non per virtutem propriam, ſed per præceptionem diuinã: Et huius ſimile legimus in Scriptura Exod. 10. Extendit Moyſes manum in cœlum, & factæ ſunt tenebræ horribiles in tota terra Aægypti tribus diebus; Conſtat enim, quod in illo triduo Sol erat in Hemiſphærio terræ noſtræ habitabilis, & in terras Geſſen, & in alias habitabiles regiones radios ſuæ lucis emittebat, & à terra Aegypti radios ſuæ lucis contrahebat. *Verba autem Baſilij ſunt:* Tum verò fiebat dies, cui cedẽti nox viciſſim ſuccedebat, non quidem ſecũdum motionem Solis, ſed primigenia illa luce ſuum ſplendorem diffundente, ſeq; verſum contrahẽte, idq; pro menſura à Deo diffinita. *Vbi moralem aduertentiam habent illi, qui de præſentia Superiorũ ſibi arridentium inſoleſcũt, quod benè eſſe poteſt, Deo diſponente, vt ſine vlla rerum mutatione illis dies ſuæ iucunditatis obtenebreſcat, contrahentibus, ad menſuram diuinæ voluntatis ipſis Prælatis ſuam lucem, ita quod circumuicinis in luce degentibus, ipſi in tenebris lugeant.*

XLIV.

S. *BONAVEN. 2. ſentent. diſt. 13. Ex hoc communiter notatu, nempè poſt lucis creationem ſtatim ſubſequens deſcribi veſper, infert ex aliquorum opinione lucem creatam fuiſſe perfectam, & in meridie, ſic enim ait:* Quidam enim dicunt, quod lux illa facta eſt in meridie, & rationem huius aſſignant duplicem: Vna, quia lux illa primò faciebat veſpere, & poſteà mane: ſicut dicit Scriptura: ergò videtur, quod prius tenderet ad Occaſum, quam rediret ad Ortum. *Vbi apparet, res perfectas neceſſar[illegible]ndere ad Occaſum: & quas viderimus incipere à meridiana luce debemus expectare proceſſuras ad veſperam; contrarium autem eſt de his, quæ ab Aurora, & ortu incipiunt paulatim creſcere: ad meridiem enim aſcendendo tendunt.*

XLV.

S*TEVCHVS in Coſmopæia ad illam communiter hic excitatam quæſtionem, nempè quare Moyſes hunc primum diem incæperit deſcribere à veſpere: & conſumauit in mane ſequentis diei; reſpondet fuiſſe, quia re vera iſte primus dies mane non habuit, creatam namq; tenet lucem fuiſſe in meridiano, & cũ mutilatus eſſet, conſtareq; deberet vt vnus eſſet, non ſolum veſpere, ſed mane, primè deſcripſit, quod re vera erat, & poſteà ſupplementum, quod ab alio accepit ſibi vicino ſubſequente die: ſic enim ait:* Ob eã cauſã Scriptor dixit: & Factum eſt & veſpere, nam cũ in deſcribendo vnius diei interuallo, debuerit mane primum, poſteaq; veſperum cenſere, videlicet factum eſt mane, & veſpere: tuncq; dicere, diem vnum fuiſſe, huncq; ordinem vbiq; Moſen ſeruare decuerit: ea certè cur non ſeruarit, cauſa fuit, quod primus ille dies, quia ſuper Orizonte Sol eſt creatus, dimidius propè dies fuit, nec Auroram, antecedenteſq; Solem lucis afflatus habuit, caruitq; matutino. *Vbi apparet, hiſtoriatores Prædicatores, & Oratores diminutos iniuſte æquam pluribus iudicari: cum re vera in deſcriptis rebus nõ ſit plena materia, vndè plenas, & perfectas laudes debeant deſcribi, ſeù prædicari: mane non habuit, quomodo ego illi niſi veſper debeo aſcribere? poſteà benè apparet ſupplementum: ſed prius, quod de ſe habuit.*

XLVI.

O*LEAST. Com. in Gen. Ad litteram ſup. quæſt. ſic:* Propriè tamen appellari veſperam, putò crepuſculum, quod eſt inter Solis occaſum, & noctem; quod tempus in ſacris litteris dicitur inter veſperas, quo immolare iubetur Agnum Paſchalem. *Vbi apparet, à ſacrificio diuinæ Eucharictiæ incæpiſſe elucere diem mundo.*

XLVII.

S. *AVG. de Gene. imperf. c. 7. Ad illam quæſtion. hic & cæteris diebus non ſemel ſolutam, nempè, quare Moyſes hunc diem ſolum de veſpere, & mane conſtare deſcripſerit, nulla facta noctis mentione, quæ ſine dubio ad integritatem diei artificialis conſtat; reſpõdet, voluiſſe Moyſen deſcribere pertinere celeritatem, qua Deus operatus fuit; & ait ſic:* An tanta mora tẽpis fecit lucem Deum, & diuiſit inter lucem, & tenebras, quanta mora tenditur dies lucens, ideſt, non annumerata nocte? *Vbi appa-*

ret

Digitized by Google

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

ret, negligenter operari, qui vſq; ad noctem faciendũ dilatat. Vndè Chriſtus Io.12. volens perſuadere feſtinationem, & diligentiam, ait: Ambulate dum lucem habetis, &c.

XLVIII.

S *AMBR. Hexam. lib.1. cap.10. Ad illam quæſtionem, quare ſcilicet Moyſes incipiens deſcribere diem à veſpere, deſierit in mane (nulla facta mentione de nocte, & tenebris) ſed incipit à luce meridiana, & deſijt in luce matutina? Reſpondet, hic voluiſſe deſcribere non diem naturalem, ſed ſpiritualem, in quo neq; datur nox requiei, & otij, neq; tenebrarum latebræ: ſemper & laborandum eſt, & honeſtè ambulandum. Hæc ſunt eius verba:* Pulchrè autem vicem vtranq; vnum dicturus diem, matutino eum fine concluſit, vt & à luce inchoare diem doceret, & in lucẽ deſinere. Vndè, & nos ſẽper quaſi in die honeſtè ambulemus, & abijciamus opera tenebrarum. Noctem;.n. ad quietem corporis datam eſſe cognoſcimus, non ad muneris alicuius, & o peris functionem, quæ ſõno, & obliuione tranſcurritur. Non ſit in nobis commeſſatio, ebrietas, cubile, impudicitia. Non dicamus: Tenebræ, & parietes operient nos, & quis ſcit, ſi videbit altiſſimus? Sed ſit in nobis amor lucis, & cura honeſtatis, vt tanquam in die ambulantes, opera noſtra coram Deo lucere cupiamus.

XLIX.

I*Dem ibidem ad eandem quæſtionem literaliter reſpondet ſic:* Sicut;.n. cũ virorum generatio cõputatur, & intelligitur etiam fœminarum, quia nectuntur ſecũda potioribus: ita etiam cũ dies numerantur, & noctes extimantur adiunctę.

L.

S. *IOAN. Chryſ. Homil.3. in Geneſ. coniungens hãc ſententiam cum ſuperioribus text. ait:* Suam vnicuiq; regionem diſtribuit: nam ab initio cuiq; ſuos terminos præfixit, quos perpetuò abſq; impedimento cuſtodiret: id quod quilibet, qui mediocriter ſapit, contueri licet, quomodo ex eo tempore, vſq; ad iſtud præſens neq; lux terminos ſuos tranſgreſſa ſit, neq; tenebræ ſuum ordinem prætererint, confuſione deordinatione quadã introducta, &c. Exindè poſtquam vtriq; ſuum nomen dedit, vtrunq; in vnum coegit; nam dicit: Factum eſt veſperum, & factum eſt mane dies vnus. *Vbi patet, à Deo factas diuiſiones non cauſare ſciſmata: ſed confuſionem tantum tollere: vndè Prælati etſi bonos à malis diuidere debent, vt text. ſuperioribus patet, quo ad conſortium, quo ad præmia, etiamq; quo ad titula, nè in quolibet horum confundantur: tamẽ vtroſq; vniformiter viuere, debẽt compellere.*

LI.

E*VCHERIVS Com. in Geneſ. lib.1. cap.2. ſic:* In hac ergò luce hiſtorialitier recapitulatur creatio Angelorum, qui pro participatione ęternæ lucis, lux, & dies nuncupati ſunt: quorum vnitas, vt oſtenderetur, non eſt dictus dies primus, ſed dies vnus. *Vbi apparet, vnitatis rationem non poſſe conſeruari, niſi vbi primatus, & præcedentia non intuetur affectus, ſeù reſpectus.*

LII.

P*ROCOP. Abb. Com. in Geneſ. ſic:* Primus dies dignitate reliquos ſequentes longè anteit: nam in illo, quę nunquam fuerũt, ſuam creationem ſumſperunt diuinitus: in cœteris diebus nihil effecit, cuius ſeminaria non in prima die ſparſiſſet. *Vbi ſpiritaliter apparet dignitas ſanctorũ Apoſtolorum (qui à Deo ſcientię, & doctrine primitias acceperunt) reſpectu ſubſequentium Eccleſiæ magiſtrorum.*

LIII.

H*ONCALA Com. in Gene: Ad illam quæſtionem, quare, ſcilicet iſte dies per vnitatis vocabulum reſciſſus deſcribatur ab ordine cæterorum ſubſequentium; reſpondet Moyſem, non iſtum aſſignaſſe diem ad ordinem componendum; nam tunc ſine vllo dubio primus dicendus erat; ſed ad legem ſtatuendam ſeruandam, & obſeruandam in menſuris, temporiſq; ſpatijs in cæteris ſubſequentibus diebus. Et (vt ait) ex verbis S. Ambroſij, ſic inquit:* Præclarè Moyſes vnum; non; primum dixit. Nam ſequuturo ſecũdo, & tertio die, & deinceps reliquis, primum potuit dicere: Et hoc ordinis eſſe videbatur. Sed legem ſtatuit vt viginti quatuor horæ diurnæ, atq; nocturnæ, diei tantum nomine definiantur; vt ſi diceret: vigintiquatuor horarum menſura, vnius diei tempus eſt. *Vbi apparet, quod ea, quæ ponuntur in vnoquoq; genere, ad exemplaria, & quaſi legem, ad ſubſequentia eiuſdem generis, & ſpeciei; eſſe ſelecta, neq; cum ſubſequentibus [illegible] ordinis habere connexionẽ, ſeu proportionalem ordinis reſpectum, ſed vnica diei debere.*

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

LIV.

S. *AVG.Prolog.tract.in Pſal. Reſpondere videtur dubio ſupra excitato. Nam notans, quomodo cũ omnes pſalmi habeant ſuum numeralem titulum, ſolus ille, à quo pſalterium incipit, primus non dicitur; maximè, quia ſequens vocatur, ſecũdus & alius tertius, & ſic cœteri aſſignans rationem, ait:* Nam & præcæteris potuiſſet intelligi, ſi primus dictus fuiſſet. *Vbi apparet, quod primus in vnaquaq; materia vocari, ſeù ordine: denotat excellẽtiam, & præferentiam ad cœtera ſubſequentia.*

LV.

S. *IO.Chryſoſt.Hom.3.in Gen. Reſpondet illi quæſtion. quare ſcilicet Moyſes ex rebus tam diſtinctis, nimirum, die & nocte, vnum dixerit; & ait ſic:* Finem diei, & finem noctis vnum ſignanter nominauit, vt ordin m aliquem, & conſequentiam ſtatuerit viſibilium, nullaq; fieret confuſio. *Vbi apparet, nullam conſequentiam in ſubſequentibus, aut ordinem ſtatui poſſe, niſi à principio, prima eiuſdem ordinis, aliàs diſtantia adunentur. Alias confuſio continuabitur in infinitum.*

LVI.

R*VPERT. Abb.in Gene. lib.1. cap.21. Tenens, quod in ſupra aſſignata diuiſione lucis à tenebris, deſcriptum ſit illud tremendum iudicium factũ in cœlo, quando propter peccatum Diabolus, & angeli apoſtatæ indè proiecti ſunt, diuiſiq; à conſortio reliquorum Sanctorum Spirituum; notauit hoc iudiciũ factum deſcribi prima ſæculi die, quam cùm cœteris ſubſequentibus diſtribuens per ſeptem Spiritusſancti dona (quæ oſtendit effulcere in cuiuſcunq; diei opere) quorum cum primum ſit, timor Domini oſtendens, quare Deus ſtatim prima die ſe timendum propoſuerit, ait:* Hic vnus dies cauſa originalis eſt, cur Spiritusſãctus, qui ferebatur ſuper aquas, vt fieret iſta lux, rectè dicatur; Spiritus timoris Domini. Ab hoc enim facto primum creatura Deo ſubdita, didicit, quod creator verè timendus ſit. *Et poſt pauca concludit:* Et ab iſto, ſcilicet, cognitionis eius initio: ſcilicet, timoris, Græcè dicitur Theos, quod nomen parce detortum, latinè dicitur, Deus; eò quod iure timeatur. Quod in ſua, ſcilicet, vanitate, tamen, ſciens quidam ethnicorum, dixit: Primos in orbe Deos fecit timor. Verum illos, qui non erant timendi ſtultus timor Deos appellauit. Creator autem, quia ſolus iure eſt timendus, rõnabili timore, Deus nũcupatur.

LVII.

S*TEPHAN. Cantuarien. Archiep. li. alleg. ait ſic:* Factum eſt veſpere, & mane, &c. Quando iuſtus errat, & cadit, eſt veſper gratiæ: quando reſurgit, mane. Nec fit mentio de nocte, quia ſi fueris iuſtus, & cadas, & reſurgas, Deus ex veſpere, & mane vnum diem reputat, non noctem peccati mortalis computat, iuxta promiſſionem ſuam: Quacunq; hora ingemuerit peccator.

LVIII.

B*EDA Expoſit. in Gene. Ad illam quæſtionem hic non ſemel excitatam, nempè, quare Moyſes hunc diem non primum, ſed vnum appellauerit; ſic reſpondet:* Fortaſſis hic diei nomen, totius temporis nomen eſt, & omnia volumina ſæculorum hoc vocabulo includit; cùm tamen vna, eadẽq; eſſe declaret. *Vbi apparet, quod quantumuis nos annos numeremus, diuerſitatemq; temporũ coniungamus, nil amplius eſſe omnia tẽpora, quã dies vnus: & benè cõputatis rebus eadẽ ſunt, fuerunt, & erunt tẽpora. Confirmatur hoc ex Ambroſ. Hexam. lib.1. cap.10. qui tenens idem ponens exemplũ, quod etiam ſæculũ vnũ dicitur, replicans ait:* Nam etſi alijs locis ſæcula appellat, videtur magis diuerſitates ſtatuum publicorum negotiorum ſignificare, quam ſucceſſiones ſæculorum aliquas definire.

LIX.

I*NCOGN. in Pſal.18. Ad illũ verſ.* Dies diei eructat verbum, &c. *vult, quod vniuſcuiuſq; creationis diei opus, ſingulo Spiritusſancti dono correſpondeat. Et incipiens ab hac die, dicit ſic:* Iſte primus ſignificat primum donum Spiritusſancti. ſ. timorem, quod Spiritusſanctus in nobis format Cœlum, Terram, & Lucem: ad denotandum, quod timor Domini animam diem facit, quia ipſam pulchrificat, quia facit cœlum; animam humiliat, quia facit terram; animam illuminat, quia facit lucem. Cœlum enim, quod ſordes nõ recipit, ſed ſemper purum permanet, puritatem ſignificat animæ: tunc enim timor facit animam cęleſtem, quando animam purgando à vitijs, facit cœleſtem: Quia timor Domini expellit peccatum. Terra, quę infirmior eſt elementis cœteris, ſignificat humilitatem, quam timor Domini generat. Lux autem, qua mediante, cognoſcuntur omnia, ſignificat cognitionem, qua quis ſuã miſeriam, & fragilitatẽ cognoſcit, quã cognitionem generat timor dñi. Hæc eſt prima hora diei ſpiritualis.

ISI-

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

LX.

ISIDOR. *vt in Gloſ. myſticè explanans omnes ſex dies creationis de ſtatu ſpirituali, & morali humani generis: incipiens ab iſto primo, ſic ait:* Per totum huius ſcripturæ textum ſex quaſdam operoſas ætates videmus, licet, quaſi proximis limitibus diſtinctas: vt in ſeptima quies ſperetur, & eas habere ſimilitudinem ſex dierum, quibus ea facta ſunt: quæ Deum feciſſe ſcriptura memoratur. Primordium enim generis humani, quo iſta luce frui cœpit: comparatur primo diei, quo lucem Deus fecit. Hæc ætas tanquam infantia eſt totius ſæculi: quod tanquam vnum hominem proportione magnitudinis ſuæ cogitamus. Homo enim cùm primo naſcitur in lucem, infantiã agit primam ætatem: quæ tenditur ab Adam, vſq; ad Noè generationibus decem. Diluuium, quaſi veſpera huius diei eſt: quia infantia noſtra obliuionis diluuio deletur.

LXI.

IDem ibidem, *Moraliter ſic:* Habet quiſq, in operibus, & recta vita diſtinctos ſex dies, poſt quos requiem ſperet. Primo die lucem fidei: quando primo inuiſibilibus credit: propter quã fidem Dominus apparere dignatus eſt.

LXII.

RVPERT. *Abb. de Glorificatione Trinit. & proceſſ. Spirit. Sanct. lib. 9. cap. 4. Volens demonſtrare, quomodo in vnoquoq; opere vniuſcuiuſq; diei reſplenduerit ſingulum Spiritusſancti donum: loquẽs de hac prima ſic ait:* Ab illo die, quo diuiſit Deus lucem, & tenebras, id eſt Angelos bonos, & Angelos malos, cognoſcitur ſpiritus iſte, quia timoris eſt. Timorem quippè efficit credenti animæ memoria illius iudicij magni, & terribilis, quo Angeli tenebrarum ab Angelis lucis tanta diuiſione diuiſi ſunt, vt vltra in æternum recuperari non poſſint, de quo videlicèt, timore, ſiuè ſpiritu timoris, ſcriptum eſt in Iob 21. Poteſtas, & terror apud illum eſt, qui facit concordiam in ſublimibus ſuis. *Vbi patet, per nullum fieri concordiã in vna Communitate, quam per ſeueram expulſionẽ impiorum, & diuiſionem talium à bonis.*

Expoſitiones ſententiarum, quæ inueniuntur in Cap. Parabolicis Iob. Pſal. Lib. Salom. Prophet. Epiſt. Apoſt. Apocal. in quibus eſt aliquod horum verborum. Factũ eſt. Veſpere. Mane. Dies. Vnus.

Ex Iob.

LXIII.

S. GREG. *Pap. Moral. 5. cap. 28. Ad illa verba Iob cap. 4.* De mane vſq; ad veſperam ſuccindẽtur: *ait ſic:* Poteſt etiam mane, proſperitas, veſpere huius mundi aduerſitas deſignari. De mane ergò vſq; ad veſperam reprobi ſucciduntur, quia & per proſpera laſciuientes depereunt, & per aduerſa impatientes ad inſaniam exurgũt. Quos de mane vſq; ad veſperam nequaquam culpam ſucciderct, ſi vel proſpera fomentum crederẽt, vel aduerſa ſectionem ſui vulneris æſtimarent. *Hugo Card. Poſtil. ibid. poſt ſuprapoſitam expoſitionem: addit ſic:* Eccleſiaſtici 39. Impijs, & peccatoribus omnia in mala conuertentur.

LXIV.

HVGO *Card. Poſtil. ibi ſic:* De mane vſq; ad veſperam, .i. ab initio vſq; ad finem vitæ. Eccli. 41. Si nati fueritis in maledictione naſcemini: & ſi mortui fueritis in maledictione erit pars veſtra.

LXV.

S. THO. *Com. in Iob. Ad illud cap. 7.* Si dormiero, dicam quando conſurgam, & rurſum expectabo veſperam: *ait:* Et ſic ſemper in futurũ per deſiderium tendens, & hoc quidem eſt commune omni homini viuenti ſuper terram, ſed plus & minus hoc ſentiunt homines, ſecũdum quod magis, ac minus gaudijs, aut triſtitijs afficiuntur. Nam qui in gaudio eſt, minus conſiderat futurum, plus autem, qui in triſtitia. Et ideò vt hoc deſiderium Iob, in ſe eſſe vehemens oſtentet, ſubiungit. Et replebor doloribus vſq; ad tenebras. Propter quos dolores præſens tempus, ſi eſt mihi tædioſum futurum magis deſidero. *Vbi apparet, non benè probari futuri temporis, & temporum mutationis deſiderium, vbi gaudia, & non dolores videntur.*

Lyra

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

LXVI.

LYRA Poſtil. in Iob, illud Soph ir Naamithes cap. 11. Quaſi meridianus fulgor conſurget tibi ad veſperam. Et cùm te conſumptũ putaueris, orieris, vt lucifer. ſic poſtillat. Hoc dicit contra illud, quod ſupra dixerat, quaſi nihil reputans proſperitatem temporalem ſibi de cætero affuturam: eò quod eſſet ſenex, & propè mortem, quaſi diceret: Licet fueris in veſpera ſenectutis: tamen tanta proſperitas adueniet tibi, quod reputabis te eſſe in meridie .i. in potiſſimo ſtatu vitæ tuæ. Ideò ſequitur: Et cum te conſumptum putaueris: per afflictionem, & ſenectutem: Orieris vt lucifer per proſperitatis abundantiam. Quaſi diceret: Quod tibi de proſperitate ſubtrahetur ex breuitate temporis: ſupplebitur ex intentione, & abũdãtia proſperitatis. *Vbi ſenes boni, qui ad proſperitates triſtes aſcendunt, conſiderantes breuitatem temporis, quo illis fruentur: attendant intentione, & abundãtia proſperitatis ſupplere Deum, temporis & vitæ breuitatẽ.*

LXII.

GLO. Moraliter in Iob ad illud cap. 38. Nũquid produces luciferum in tempore ſuo, & veſpere ſuper filios terræ conſurgere facies. *ait*: Dicunt aliqui Aſtrologi, quòd lucifer, & heſperus ſunt eadẽ ſtella, ſic nominata, eò quòd aliquando apparet in mane, aliquando in veſpere: & ſignificat Dei Filium, qui mane in ſuo aduentu primo apparuit, & ſecundo tãquam in veſperè apparebit. *Vbi benè poſſumus dicere in prima diei deſcriptione voluiſſe Moyſem deſcribere Eccleſiæ ordinem in propoſitione aduentus Chriſti Domini, quæ primo eum oſtendit in veſpere apparentem, .ſ. iudicium finale prædicando; & poſtea in mane ſuæ Natiuitatis aduenientem celebrat.*

LXVIII.

CATENA Græca, in Iob, Ad illud cap. 7. Ecce nunc in puluere dormiam: & ſi mane me quæſieris non ſubſiſtam. *ait*: Non perindè, vt ſõnus eſt mors. Homines enim poſt ſomnum rurſus ſurgunt de mane, & ad humanum conuictũ ſe referunt. Qui verò ſemel mortuus eſt, neque ex orientem expectat auroram, dum expergiſcatur, neq; hominum conſuetudini, & collocutioni præſtolatur. *Vbi facilè venit in mentem Magnatorum Mors, qua completa, non amplius quæruntur ab illis, qui quotidiè mane eorum præſtolabantur collocutionibus, & conſuetudini. Quia dormiunt in puluere, & mane ſi quæſiti fuerint, non ſubſiſtunt.*

LXIX.

GLO. Moraliter ad illud cap. 24. Mane primo conſurget homicida, interficiet egenum, & pauperem: per noctem verò erit quaſi fur. *ait*: Per mane tempus proſperitatis intelligitur, in quo hæreticus apertè fideles perſequitur. Per noctem verò erit quaſi fur: Quia tempore aduerſitatis occultè fideles decipere conatur. *Vbi apparet, hæreticos minimè vnquam à perſecutione fidelium deſiſtere: ſi proſperi, audacter, & inſolenter: ſi in aduerſitate, callidè.*

LXX.

ORIGEN. Hom. 3. in Iob, Ad illa verba cap. 3. Pereat dies, in qua natus ſum, *ait ſic*: Putò, quod forſitan olim in initio iuuentutis celebrauerit Iob diem natiuitatis ſuæ, item nunc ipſum reprobans, quia non celebrandus, ſed lamentandus, atq; plorandus eſt dies carnalis natiuitatis, vtpotè tantarum tentationum, atq; dolorum introitus: & non ſolum nõ celebrauit vlterius, ſed maledixit, ac perire optauit, dicens: Pereat dies, &c. Qui dies? Ille, inquit, qui olim fuit honeſtus, & hilaris, feſtiuus, & lætus, atque ſplendidus. Hic ergò pereat dies: Vndè pereat? Ex ſolemnitate, ex lætitia, ex ſplendore, & iſtis pereat, & nunquam in his inueniatur. *Vbi apparet, quod dies, qui cùm eſſet feſtiuus decidit à conſueta feſtiuitate poteſt dici, quod perijt: ſicut, & qui feſtiuus fit dici poteſt, quod anno accreuit, & tot dies addi anno, quot feſtiui inſtituuntur: & èconuerſo tot minui, quot à ſolemnitate ſolita priuantur.*

LXXI.

S. GREG. Papa Moral. 21. cap. 10. Ad illa verba Iob cap. 31. Si contempſi iudicium ſubire cum ſeruo meo, & ancilla mea, &c. Quid enim faciam cum ſurrexerit ad iudicãdum Deus, &c. Nunquid non in vtero fecit me, qui & illũ operatus eſt, & formauit me in vulua vnus. *ait*: Quĩ vt ſemper cor in humilitate deprimat, nequaquã in eiſdem famulis conſpicit, quod ſibi ſtatus eſt diſpar, ſed quod natura communis. Potentibus viris magna eſt virtus humilitatis, conſiderata æqualitas conditionis. Omnes namq; homines natura æquales ſumus, ſed acceſſit diſpenſatorio ordine, vt quibuſdam Prælati videantur, &c. Si enim apud ſemetipſam mens deſcendit de

P ver-

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

vertice culminis, citius planitiem inuenit naturalis æquitatis: nam vt præfati ſumus, omnes homines natura æquales genuit: ſed varietate meritorum ordine alios alijs diſpenſatio occulta poſtponit.

LXXII.

INterlin. ibi ſic: Non conſiderat humilis, quod præeſt, ſed quod natura cõmunis: nõ gaudet preeſſe, ſed prodeſſe. *Addatur illud Lyrę Poſtil. ibi.* Quaſi diceret licet ſit inferior me ratione ſeruitutis, tamẽ in ſpecie humana eſt mihi ęqualis.

LXXIII.

CATENA *Græca ibidem ſic*: Contritam mentem, quæ hominum naturam conſiderarit, & quid ſeruus, & quid homo liber valeat, pſpexerit, animaduertiſti: Eam enim, quæ iactatur à multis, fugiens inæqualitatem, de æqualitate, quæ à communi ſumitur ortu, Philoſophiam dignam inducit orationem: Atq; hoc in eo fuit admirabile, quod cum hoc ageret, non ideò indignum animo ſuo quidpiam ſe facere exiſtimabat, verum neceſſariò ſe muneri ſuo ſatisfacere arbitrabatur. *Vbi apparet, viros perfectos cum in Prælaturis ſe ad audientiam ſubditorum, iudiciũq; cum illis ſubeundi deſcẽdunt, non indignas ſua magnitudine humiliter res ſe agere putare: ſed debitum feciſſe iudicare.*

LXXIV.

IBidem iterum ſic: Hæc enim nomina, ſeruus, & Dominus, nuda ſunt nomina re carentia; Seruitus enim in peccato: libertas in iuſtitia ſita eſt. *ad marginem verò ſic*: Eſſe nuda vocabula re carentia dixit Chryſoſtomus, ſi ad primum humanæ naturæ ortum, a dipſam naturam humanam, vt humana eſt, animus referatur: non item nuda erunt: ſi ad eandem naturam, vt nunc eſt labefactatam, & corruptam, illa ipſa vocabula referantur.

LXXV.

BRITONIS Gloſ. *ibi recurrens ad immediatè præcedentem ſententiam, nimirum*: Si deceptum eſt cor meum ſuper mulierem, &c. *Et ad immediatè ſubſequentem ſcilicet*: Si negaui quod volebant, pauperibus: *ait*: Poſt caſtitatem, & humilitatem, ſubdit de liberalitate. *Vbi apparet naturalis conſequentia harum virtutum: caſtus eſt humilis, humilis omnis liberalis, & miſericors: Addatur illud Hug. Car. Poſtil. ibi.* Caſtitas .n. ſibi ſoli proficit: humilitas alijs non nocet: ſed liberalitas proximo prodeſt.

LXXVI.

S. THOM. *Com. ibi ſic commentatur*: Quaſi dicat, ea idem animam cum ſeruis meis habeo à Deo creatam: corpus etiam meum eadem diuina virtute formatum eſt; vndè ſubdit: Et formauit me in vulua vnus, ſcilicet Deus, qui & illum formauit: Et ideò manifeſtum eſt, quod cura eſt Deo, qualiter illum tractem.

LXXVII.

HVG. *Card. Poſtil. ibi ſic*: Quaſi diceret: Omnes ſumus natura æquales: licet ordine diſpẽſatorio, alij alijs ſint Pręlati: vndè Sancti non poteſtatem ordinis in ſe, ſed æqualitatem conditionis attendunt: nam vt dicit Gregorius, contra naturam ſuperbire, eſt ab æquali ſecundum naturã, ſcilicet ab homine velle timeri: neq; enim Noe, & filijs eius dictũ eſt Gen. 9. Terror veſter ſit ſuper omnes homines, ſed ſuper cuncta animalia ideò dicitur Eccl. 32. Rectorem te poſuerunt, noli extolli, eſto in illis quaſi vnus ex ipſis.

Ex Pſal.

LXXVIII.

CARD. *Thom. Angl. Com. in Pſ. 21. ad illud*: Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcẽs in medio ventris mei. *ait*: Quarto modo poteſt exponi de Beata Virgine, quæ ratione ſummæ dilectionis qua à filio dilecta fuit, dici poterat cor eius, hæc autem in propoſito comparatur ceræ liqueſcenti, in medio ventris. i. aliorum infirmorum: cera enim liqueſcens fortiùs adhæret tangenti: ſic Beata Virgo Chriſto in paſſione, non ſolum mẽte, ſed etiam corpore vnita fuit, vt patet Ioan. 19. Stabat autem iuxta crucem Ieſu Mater eius, &c. Comparatur autem ceræ propter tria: Primò, quia cera eſt aptiſſimum fomẽtum luminis: ſic & Beata Virgo, quæ propter excellentiam ſuę lucis vocata eſt maris ſtella, ideſt ſtella maris: Vndè Bernardus in Homil. ſuper, Miſſus eſt: Ipſa eſt nobis ſtella, cuius radium vniuerſum Orbem illuminat, cuius ſplẽdor & pſulget in ſupernis, & inferos penetrat: terras etiam illuſtrans, & calefaciens, magis mentes, quam corpora, fouet virtutes, excoquit vitia: Secundò, quia cera eſt domus melis: ſic & Beata Virgo, illius

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

illius qui dicit Eccleſ. 42. Spiritus meus ſuper mel dulcis: nam domus pudici pectoris templum repentè fit Dei: ſicut & apis (quæ ſecundum Philoſ. lib. 8. de Animalib.) de floribus ceram colligit: ſic & Spiritus Sanctus hàc Virginẽ de Patriarchis, Regibus, & Prophetis propagari voluit, vt Filio Dei incarnando, tanquam melli ſuauiſſimo domus fieret: Vndè Bernardus vbi ſupra: neq; enim niſi in deuotiſſimo & hilariſſimo corde tanta ſe capere poterat dulcedinis, & alacritatis affluentia: Tertiò, quia cera eſt apta litteris ſcribendis: Vndè dicit Iſidorus 6. Ethic. Cæræ lucernarũ ſunt materia, paruulorum nutrices ipſæ dant ingenium pueris, primordia ſẽſus: ſic Beata Virgo, quæ conſeruabat omnia verba hæc, quæ de filio ſuo dicebantur, conferẽs in corde ſuo: imò, quod magis erat mirabile (ipſum Verbum Dei clauſit corporaliter in ſuo gremio.

LXXIX.

LYRA Poſtil. in Pſ. 68. illud: Et operui in ieiunio animã meã, & factum eſt in opprobriũ mihi. *ſic poſtillat*: Et operui in ieiunio animam meã; Chriſtus enim ieiunauit quadraginta dies, & quadraginta noctibus: Mat. 4. Et factum eſt in opprobrium mihi: Quia Diabolus accepit ex hoc occaſionem tentandi Chriſtum, & perſuadẽdi ei, vt eum adoraret, vt ibidem habetur, quod Chriſtus ſibi repurauit opprobrium, propter quod repulit eum indignanter dicẽs: Vade Sathana. *Vbi apparet, nihil ſic diabolicum, neq; Deo ita exoſum, quam ex virtutis actibus occaſionem ſumere humiliandi, & ſubijciendi, opprobriaq; faciendi pijs ſiquidem de hac circũſtantia Filius Dei ſic conquæritur Patri*.

LXXX.

CATENA Aurea in Pſ. 105. ex Hugo Cardin. Caſſiod. & Glo. illud: Et commixti ſunt inter gentes, & didiſcerunt opera eorum. Et ſeruierũt ſculptilibus eorum, & factum eſt illi in ſcandalum. *ſic commentatur*: Commixti ſunt, inquit, inter gentes, non tantum corpore, ſed opere, vndè ſubdit: Et didiſcerunt opera eorum, &c. Commixti nanq; ſunt inter gentes vetita ſocietate. Miſerrimi enim hominum Dei munus in peccata verterunt: vt quod ille donauerat ad gratiam: excedentibus fieret ad ruinam. Terra nanque promiſſionis, quæ fuerat data in premium, verſa eſt illis in ruinam, & ſcandalum, quia gentium conformitate facti ſunt idolatræ. *Vbi apparet, nihil ſic miſerrimum, ac verti in ruinam, quod datum fuit in gratiam, & in premium. Quod benè deplangi poteſt in gubernationibus, quæ dantur nobilibus in gratiam, & in premium ſuorum laborum pro Reipublicæ, & Regum longo ſeruitio.*

LXXXI.

GLO. in S. Auguſt. in Pſal. 59. Ad illud: Veſpere, & mane, & meridie narrabo, & annuntiabo, & exaudiet vocem meam. *ait*: Veſpere Dominus in Cruce, mane in Reſurrectione, meridie in Aſcenſione. Veſpere narrabo patientiã mortis. Mane annnntiabo vitam reſurrectionis. In meridie exaudiet, ſedens ad dexteram Patris: qui interpellat pro nobis. *Vbi apparet, illos Chriſtianos poſſe confidenter expectare ſe exaudiri in gloria, & meridie Aſcenſionis Dominicæ, qui narrauerũt veſperã eius ſacratiſſimæ paſſionis dolẽtes, & lætãtes mane, eius reſurrectionem annunti auerũt.*

LXXXII.

THEODOR. Com. in Pſ 89. Ad illud: Manè ſicut herba tranſeat, mane floreat, & trãſeat, veſpere decidat, & induret, *ait*: Mane vocat principium euræ Iudæorum. Veſperi verò diuini præſidij ceſſationem: hoc ſanè poſt crucem orbati ſunt. *Vbi apparet, quam triſtis fuit Iudæis veſper illud paſſionis Chriſti Domini, quo omnis viror ſui generis, eouſq; tanquam in mane florentis, decidit & aruit.*

LXXXIII.

S. IO. Chryſoſt. Homil. in Pſ. 5. Ad illud: Quoniam ad te orabo Domine: mane exaudies vocẽ meam: *ait*: Quis, inquit, Deum non oret? Multi videntur quidem Deum orare, ſed id faciunt vt ſe oſtentent hominibus. At non hic, ſed ad Deũ ferebatur, humanis rebus omnibus dimiſſis. Vides vehemens ſtudium, & contritum animum. A principio diei, inquit, hoc ago. Audiant, qui poſt innumerabilia opera tandem veniunt ad orationem. At non ipſe, ſed ab initio diei dabat Deo primitias. Oportet enim, inquit, ad gratias tibi agendas Solem præuenire, & antè ortum lucis te interpellare. Tu autẽ in Imperatore quidem minimè patieris eum, qui eſt inferior antè te adorare: nunc autem Sole oriente ipſe dormis, & cedis primo loco creaturæ, nec omnem creaturam præuenis, quæ propter te facta eſt:

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

nec ei agis gratias, ſed cum ſurgis manus lauas, animam autem immundã negligis. Neſcis, quod ſicut corpus aqua, ita oratione mundatur anima? Laua ergò antè corpus animam, multò illi inſident vitiorum maculæ, eas expellemus per orationem: ſi enim os noſtrum ita munierimus, diurnæ actionis pulchrum iecerimus fundamẽtum.

LXXXIV.

I*Nterli. ex Diuo Auguſtino in Pſ. 5. ad illud:* Mane ſtabo tibi, & videbo: *ait:* Iniquitates, mendacium, homicidium, dolus, & huiuſmodi ſunt nox, qua tranſeunte, fit mane, & Deus videtur.

LXXXV.

H*VGO de Sancto Victore lib. ſentent. cap. 155. afferens illud Pſ. 45.* Deus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eam Deus mane diluculò. *ait:* Beata igitur eſt illa ciuitas, quæ Regem habet Deum: quia cum foris bella patitur, pax eius non exturbatur: felix ille, qui talem habet animam, ita in amore Dei ſolidatam, vt quæcunq; foris moleſtiæ perſtrepāt: tamen vſq; ad ſilentium internę quietis non irrumpant: Quia Deus, qui pacis amator eſt cor conturbatum inhabitare non poteſt: ſed quia tam pacificam habitationem Deus non inueniret, niſi eam faceret: adiuuabit eam Deus mane diluculò: mane tempeſtiuè, diluculo, in luce: mane: quia adiutor in opportunitatibus: diluculo: quia in tenebris operari neſcit: Adiuuabit volentem: quia nemo inuitus bonum facit: Adiuuat ciuitatem: ædificat ciuitatem: requieſcit in ciuitate: & protegit ciuitatem.

LXXXVI.

S. *AVG. Enar. in Pſ. 58. ad illud:* Et exultabo mane miſericordiam tuam. *ait:* Mane: tranſactis tentationibus: mane: cum nox huius ſæculi trãſierit: mane quando iam latronum inſidias, & diaboli, & Angelorum eius non expaueſcemus: mane: quando iam non ad lucernam prophetiæ ambulamus, ſed ipſum Dei Verbum tanquam Solem contemplamur.

LXXXVII.

H*VGO Card. Poſtil. in Pſ. 87. ad illud:* Mane oratio mea præueniet te. *ſic moraliter poſtillat:* Mane cõtra eos, qui dormiunt vſq; ad primã: oratio mea: Chriſtiana: & mihi vtilis, non petẽs vltionem, vel pecuniam: Præueniet te; iudicantem, non te miſerantem: quia vt dicitur Pſ. 58. Miſericordia eius præueniet me: Sap. 16. Oportet præuenire Solem ad benedictionem tuam: Auguſt. Turpe eſt chriſtiano, ſi eum radius Solis in lecto inueniat ocioſum. *Vbi notatur, benè poſſe diuinam iuſtitiam præueniri: tardè enim & lento paſſu graditur: minimè autem diuinam miſericordiam, quæ ſemper nos præuenit.*

LXXXVIII.

C*ASSIODORVS Com. in Pſ. 89. ad illud:* Repleti ſumus mane miſericordia tua, & exultauimus, & delectati ſumus in omnibus diebus noſtris. *ait:* Miſericordiam dicit Dominum Saluatorem, qui miſeris datus eſt, vt per ipſum viuerent, qui per ſe corruerant: Repletum ergò ſe dicit hac miſericordia mane, ideſt lucida contemplatione. Quoniam vir ſanctus Chriſti Domini præuidebat aduentum; & neceſsè fuit, vt cor eius exultaret in laude, & delectaretur in omnibus diebus vitę ſuæ: vndè ſequitur, & exultauimus, &c. *Vbi apparet, lucida contemplatione Domini aduentum minimè vidiſſe qui omnibus diebus vitæ ſuæ lætus non viuit: neceſſariò enim illius myſterij contemplationem, ſequitur perennis lætitia.*

LXXXIX.

S. *REMIGIVS Enar in Pſ. 91. ad illud:* Bonum eſt confiteri Domino, & pſallere nomini tuo altiſſimè: ad annuntiandum mane miſericordiã tuam, & veritatem tuam per noctem. *ſic ait.* In hoc videlicet pſallendum eſt nomini tuo, ut annuntiet unuſquiſq; eſſe miſericordiæ tuæ, quod conſolaris in proſperis, eſſe iuſtitiæ tuæ, quod corrigis in aduerſis: Quod dicit: Bonũ eſt pſallere nomini tuo ad annuntiandum miſericordiam tuam eſſe in mane, ideſt in proſperis nè deficiãt tui: & veritatem tuam, ideſt iuſtitiã eſſe per noctem, Ideſt in aduerſis, nè impunè peccetur à tuis. *Vbi apparet ratio, quare æquali viciſſitudine, tanquam mane, & noctis Deus, & proſpera, & aduerſa in Eccleſia alternare conſpicitur, ſcilicet nè deficiant boni, & nè impunè putent ſui peccare permittendi.*

XC.

S. *IOAN. Chryſoſt. Homil. in Pſ. 142. ad illud:* Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam: quoniam in te ſperaui. *ait:* Alius: Auditam fac mihi à matutino miſericordiam tuam, ideſt celeriter: Vidiſti afflictam, & perturbatam animam:

Vult

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

Vult audiri ante experientiam, ut ſpe erigatur, & expectatione. Hoc eſt autem, quod dicit: Fac me ſurgere à peccato. Deindè adijcit etiam rationem, dicens: Quia in te ſperaui. Deus enim nihil æquè requirit, quam vt eũ ſemper intueamur, & ab eo perpetuò pendeamus.

XCI.

EVTHIMIVS *Com in Pſ. 18. Ad illum verſũ:* Dies diei eructat Verbum, &c. *ait: ſic:* Tanta vbiq; patet in toto orbe ipſius Dei prouidẽtia, vt ex tam exacto, ac diligenti rerum ordine, prior dies videatur ſubſequentem ſe diem docere determinationem illius ordinis, qui ei obuenturus eſt. *Vbi apparet, inexcuſabiliter delinquere, qui præſenti die errat: eum ab ipſo externo die doctus fuit, quid in hac die futurum erat*: nihil .n. vt ait ſapiens nouum ſub Sole: *ideſt, nihil bodie accidit, quod à die præterito non ſit admonitum.*

XCII.

S. AMBR *Epiſt. 85. quæ eſt de inuentione corporum SS. Geruaſij, & Prothaſij: Afferens per occaſionem illum verſum Pſ. 18.* Dies diei eructat verbum: nox nocti indicat ſcientiam. *Intelligens per diem animas, per noctes corpora Sanctorũ Martyrum: ait ſic:* Dies diei eructat verbum, anima animæ, vita vitæ, reſurrectio reſurrectioni. Et nox nocti indicat ſcientiam, hoc eſt, caro carni, quorum paſſio veram fidei ſcientiam omnibus indicauit, Bonæ noctes, noctes lucidæ, quæ habent ſtellas,

XCIII.

S. AVG. *Tract. 62. in Euang. Ioan. de cap. 13. Conſiderans verba Chriſti Domini in Cœna dicta Diſcipulis, & verba Iudæ dicta Iudæis, ait ſic:* Dies ergò diei eructauit verbum, Chriſtus Diſcipulis fidelibus, vt audirent eum, & amarent ſequẽdo: & nox nocti annuntiauit ſcientiam, ideſt, Iudas, Iudæis infidelibus, vt venirent ad eum, & apprehenderent perſequendo.

XCIV.

CARTHVS. *Expoſit. in Pſ. ibidem ſic:* Ideſt Angeli ſuperiores de plenitudine ſuæ cognitionis in fundunt inferioribus angelis, purgãdo, illuminando, perficiendoq; eos ſecundum Dionyſium. Et nox nocti indicat ſcientiam, quoniã dæmones ſæpè peruerſis hominibus quædam ſecreta reuelant.

XCV.

INTERLIN. *in Pſ. 81. Ad illud:* Sicut vnus de Principibus cadetis: *ait:* Per elationem animi, vt diabolus. *Sanctus autem Auguſtinus, prout in Glo. ibi ſic:* Turba, quæ cecidit dicitur vnus, quia in ſuperbia ſimilis. *Vbi apparet, vnionem malorũ non reſpicere voluntatum conformitatem, ſed vitiorũ ſimilitudinem.*

XCVI.

BEDA *Com. ibidem, vtputo, de hæreſiarchis, reſpectus ſeductorum intelligens: ait:* In vos minores moriemini in anima per deceptionem maiorum, ſicut homines .i. primi parentes per deceptionem diaboli mortui ſunt, & vos maiores cadetis per primam elationem, ſicut vnus de Principibus .i. de Angelis, qui principes hominum ſunt, quos regunt: per propriam elationem cecidit, cum dixit: Ponam ſedem meam ad aquilonem, & ero ſimilis Altiſſimo. *Vbi apparet, inutiliter deceptos ſe excuſari: ſi non ſicut Angeli, ſicut homines punientur: nulla alia dabitur inter vtroſque differentia.*

XCVII.

S. AVG. *Enar. in Pſ. 83. Ad illud:* Melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper millia. *ait:* Millia dierum deſiderant homines, & multum volunt hic viuere: contemnant millia dierum, deſiderent vnum diem, qui non habet ortum, & occaſum. Vnum diem ſempiternum, cui non cedit eſternus, quem non vrget craſtinus. Ipſe vnus dies deſideretur à nobis. Quid nobis eſt cum millibus dierum? Imus à millibus dierum ad vnum diem.

Ex Lib. Salom.

XCVIII.

DIONYS. *Cart. Enarr. in Ecclẽſ. Illud cap. 3.* Quod factum eſt ipſum permanet: quæ futura ſunt iam fuerunt, & Deus inſtaurat, quod abijt, *ſic commentatur*: Quod factum eſt permanet, vel in ſe, vel in ſimile ſibi. Quæ futura ſunt iam fuerũt in ſimilibus ſibi in ſpecie. Et Deus reſtau at, quod abijt .i. reſtituit in ſimile ſibi, quod deſijt eſſe.

XCIX.

HVGO *Card. Poſtil. in Eccleſiaſt. Ad illa verba cap. 11.* Manc ſemina ſemen tuum, & veſpe-

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

ſpere, nè ceſset manus tua, quia neſcis,qđ magis oriatur hoc,an illud: *myſticè de prædicatoribus exponens,ait ſic:* Nè aliquis ſe excuſare vellet ab hac ſeminatione: aut propter teneritudinem iuuentutis, aut propter inualitudinem ſenectutis; ſicut multi faciunt. Quidam enim dicunt:Senex ſum,& non poſſum ire oportet me quieſcere. Alij dicunt:Iuuenis ſum,& contemneretur prædicatio mea: ideò ſequitur: Quia neſcis quod magis oriatur,hoc an illud: ideſt,an ſemē,quod mane iuuentutis ſeminas:an illud,quod veſpere ſenectutis.Et ſæpè accidit,quod illud verbum, quod magis credit prædicator oriturum, & fructificaturum,& audientes moturum ad deuotionem,minus mouet eos,& minus fructificat. Et è conuerſo,&c.Et hoc eſt, quia virtus fructificandi non eſt in verbo à prædicatore, ſed à Deo, qui dat virtutem verbo,quando vult, & quando nō vult dimittit.Et hoc eſt,quod dicitur 1. Corinth.2.Neq; qui plantat,neq; qui rigat aliquid eſt,ſed qui incrementum dat Deus.Mat.10. Nō enim vos eſtis,qui loquimini,&c. Et Pſ.72. Dabit voci ſuæ virtutem.

C.

S. HIER.*Com.ibidem, Ad eadem verba:ait ſic:* Et in adoleſcentia, & in ſenecta, æquus tibi labor ſit.Nec dicas:dum potui,laboraui: debeo in ſenectute quieſcere.Neſcis enim vtrum in iuuētute,an in ætate lōgæua placeas Deo.Nec prodeſt adoleſcētiæ frugalitas, ſi ſenectus ducatur in luxu.*Addatur illud Solonij Vien.Epiſc.Explic.ibi:* Scilicet vt nullo tempore, nulla ætate, à bonis operibus ceſſemus, & noſtram matutinam iuſtitiam veſper inueniat, & veſpertinam miſericordiam iterum Sol ortus accumulet.

CI.

NICOL.*de Lyra Poſtil.ibid. Ait ſic:* Poſtquam Salomon induxit ad pietatis exercitium: hic conſequenter inducit ad huius exercitij feſtinum principium,& etiam perfectum cōtinuū. Mane ſemina ſemen tuum,ideſt pietatis opera incipe à tempore iuuentutis. Et veſpere,ideſt in ſenectute,in qua ſolent homines fieri tenaces.

CII.

S. IO.Chryſoſt.*adducitur à Salazar, Com. in Prouerb.ad illud c.*1. Tunc inuocabunt me,& nō exaudiam: mane conſurgent, & non inuenient me. *In confirmationem cuiuſdam doctrinæ modificantis ſenſum communem huius loci,ſimul,ac probātis,nempè Deum minare peccatores feſtinos ad pœnitentiam,negatione ſui auxilij.Scilicet cum non pœnitentia de culpa,ſed metu pœnæ ſtatim ad eum confugiunt.Sancti Patris verba ſunt hæc loquens de Iuda traditore:* Dixit: Peccaui, tradens ſanguinem iuſtum,ſed non potuit vitare peccatum. Sic enim de eo ait Spiritusſanctus:Et oratio eius fiat ei in peccatum; vt in eo, quod pœnitentiæ feſtinauit ad portum,ibi incideret in æternum, & ſine reparatione naufragium. *Vbi qui ſe videntes recurrere ad pœnitentiam citò, & minimè inuenire portū, ſed naufragium attendant,an confugiant metu pœnæ, an pœnitudine culpæ.*

CIII.

S. BERN.*Serm.* 69. *in Cant. Afferens illud Prouerb.*8. Ego diligentes me diligo: Et qui mane vigilant ad me,inuenient me. *ait:* Vides quomodo non ſolum de amore ſuo certum te reddat, ſed ēt de ſollicitudine ſua, quam pro te gerit, ſi te ſenſerit ſollicitum ſui. Vigilas tu,vigilat & ille. Conſurge in nocte in principio vigiliarum accelera quantumuis, etiam ipſas anticipas vigilias,inuenies eum,non præuenies. Temerè in tali negotio, vel prius aliquid tibi tribuis,vel plus. Nam ille te magis amat, & ante.

CIV.

S. HIERO. *Com. in Ecclēſ. Ad illud cap.*10. Væ tibi terra,cuius Rex puer eſt,& cuius Principes mane comedunt. *ait:* Videtur quidem reprobare iuuenum principatum, & luxurioſos iudices condemnare: quod in altero per ætatem ſit infirma ſapientia:in alijs matura ætas delicijs eneruetur.

CV.

MAGIST.*Soto Maior.Com.in Cant. Ad illud c.*7 Mane ſurgamus ad vineas. *allegorizans de viſitationibus,& præſentia neceſſarijs Prælatorum Eccleſijs ſuis,inter cætera ait:* Legendus eſt etiam Plinius lib.18. cap.5. Vbi ait,probum patremfamilias ſæpiùs ventitare in agrum,frontemque Domini plus prodeſſe,quam occipitium.Et rurſus cap.6.eiuſdem libri ait.Et ideò maiores fertiliſſimum in agro oculum domini eſſe dixerunt. Quo ſenſu etiam Ariſtotel. Oecomicor. lib. 1. congruenter, & eleganter ait, quendam cùm eſſet interrogatus,quæ res potiſſimum ſaginaret equum, reſpondiſſe: Oculus Domini. Alterum

verò

verò rogatum, quod ſtercus eſſet optimum, reſpondiſſe, domini veſtigia. Vterq; autem horum prudenter ſignificare voluit præſentiam domini plurimum momenti, & ponderis habere ad rem quamlibet benè, & feliciter gerendam.

CVI.

HVGO *Card. Poſtil. in Eccleſiaſt. Ad illa verba cap. 18.* Memento paupertatis in tempore abundantię: & neceſſitatem paupertatis in die diuitiarum: A mane vſq; ad veſperam mutabitur tempus: & hæc omnia citata in oculis Dei. *ait ſic:* A mane vſq; ad veſperam mutabitur tempus: quaſi diceret: citò mutatur fortuna, & ideò neceſſarium eſt prædicta facere: Vel, à mane iuuẽtutis, vſq; ad veſperam ſenectutis. *Vbi non multũ littera torquendo benè dici poteſt Moyſem ad hoc ex profeſſo in quodam tam breuĩ ſpatio nempè vnius diei, tot viciſſitudines temporum deſcripſiſſe à principio, vt nullum daretur momentum, in quo homo de futura mutabilitate non anxius, & ſollicitus eſſet: Vbi etiam quadrat illud, quod refert Petrarcha de Seneca, qui audiens quendam iuuenem iactanter dicere.* Liber ſum. *Et reſpondit:* Idcircò te, vt reor, liberum dicis, quia dominũm nullũ habes: bona ætas eſt: forſitan habebis: neſcis qua ætate Hecuba ſeruire cæpit, qua Craſſus, qua Darij mater: qua Plato, qua Diogenes: His te admone exemplis.

CVII.

DIVVS *Gaudentius Brixi. Epiſt. de Natal. Domini ad Neophytos ſerm. 13. fauet ſupradicta, dicens contra auaros:* Sed fortè tibi vel filijs tuis ſeruatum æſtimas, q pauperibus negas, nolo ſis tã periculosè ſollicitus: neſcis .n. quid pariat ſubſequens dies: Prouer. 27. Deus noſter potẽs eſt, & illis dare, ſicut & tibi: quinimò quicquid largitus pauperibus fueris, & tibi, & tuis liberis contuliſti: deeſſe nihil poterit eis, quibus Chriſtum comparticipem feceris: nouit retribuere qui ſe in pauperibus teſtatur accipere: ſecurus dona: eſt enim repenſor idoneus, qui cœlorum regna promittit.

CVIII.

DIONYS. *Cart. Enarr. in Ecclũm. Illud cap. 31.* Sõnus ſanitatis in homine parco: dormiet vſq; mane *ſic commentatur:* Ideſt, homo in victu parcus, & ſobrius, dormit quietus: & ſalubtior eſt dormitio eius, in quo non grauatur natura digerendo tam fortia pocula. Dormiet vſq; mane: ſine afflictione.

CIX.

IANSEN. *Com. in Ecclũm. Ad illud c. 47. de Dauid* Et dedit in celebrationibus decus, & ornauit tempora vſq; ad conſummationem vitæ. Vt laudarent ſanctum nomen Domini, & amplificarent mane Dei ſanctitatem. *ait:* Indicant hi verſus, quod boni ſecutum ſit per cantorum inſtitutionem, nempè, quod hac ratione feſtiuis diebus, qui à populo celebrandi erant ex legis præſcripto, addiderit magnum decus, & ornamentum, qui prius rudi modo peragebantur; quodq; eadem illa tempora ornauerit, addito illo, quo prius carebant ſplendore, idq; fecit, vſq; ad conſummationem uitæ ſuæ, ſemper .ſ. maximè in ſenectute, ſollicitus pro augendo, & ornãdo cultu diuino, atq; in ea ſollicitudine immoriens, ad hoc, ut cantores inſtituti laudarent nomen ſanctum Domini, & magnificarent, etiam ſingulis diebus, idq; mane, Dei ſanctitatem, ita .ſ. ut diem inciperent à Dei laude, quemadmodum conſtitutum legimus. 1. Paralip. 23. vbi ſic habetur. Leuitæ ut ſtent mane ad confitendum, & canendum Domino. *Vbi apparet, non ſufficere Prælatos facere ſoluere diuinas laudes, ſuis ſubditis: niſi etiam hora matutina, & præordinata, competẽtiq; id cogant facere.*

CX.

DANIEL *Recuperus. Com. in Prouerb. Ad illud cap. 7.* Veni, inebriemur uberibus, & fruamur cupitis amplexibus, donec illuceſcat dies. *ait:* In huius impiæ uitæ noſtræ tenebris, ad ebrietatem .i. exceſſum, uel inſaniam inuitat. In nocte erroris, & ignorantiæ, & tenebroſæ delectationis à nocendo dicta. In qua Iob perforabatur doloribus, & ſponſus requiſitus, non inueniebatur in Canticis. *Vbi apparet, Mundum ſuis illecebris, & fucatis gaudijs neminem, niſi ignorantem inuitare: neq; enim talia locum habent, niſi vbi Deus deeſt.*

CXI.

GLoſ. *ex Beda ad illud Prouerb. cap. 27.* Nè glorieris in craſtinum, ignorans quid ſuperuẽtura pariat dies. *ait:* Nè ſecurus ſis aliquando de futuro, quia etſi hodiè ſeruis Domino, qualis eſſe in futuro poſſis, quomodo vitam finire, ptorſus videre non vales: Beatus homo, qui ſemper

eſt

Digitized by Google

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

eſt pauidus. *Addatur illud Senecæ Epiſt. 101.* Omnia mihi crede, etiam felicibus dubia ſunt; nihil ſibi quiſquam de futuro debet promittere: Id quoq; quod tenetur per manus exit, & ipſam quam premimus horam, caſus incidit.

CXII.

OLYMPIOD *Enar. in Salom. Ecclẽm. illud c.7.* Melior eſt dies mortis die Natiuitatis. *Myſticè intelligit dictum de die Baptiſmi, reſpectu diti Natiuitatis vniuſcuiuſq; Chriſtiani: ait enim ſic:* Bona eſt etiam interitus dies, quia peccato mortui Chriſto conſepelimur, ſup diem vulgaris huius ae mundanæ natiuitatis, qua nos Adam pater primus in vitam progenuit.

CXIII.

MAGISTER *Soto Maior Com. in Cant. ad illud cap.2.* Qui paſcitur inter lilia donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ. *ait:* Dilectus meus non ſolum gregem, ſeu oues, ſeu agnos, & hinnulos, ideſt in locis florentibus, lucidis, pulchris, & fragrantibus, ſed etiam diligenter, & vigilanter, atq; peritè. i. ex arte, & opportunè paſcit: Quandoquidem optimam quanq; horam, ideſt opportunitatem temporis captat ad paſcẽdum. *Vbi apparet, Deum nõ minus iactare ſe de beneficiorum excellentia, quam de opportunitate qua illa cõfert: Et poſteà cap.4. ad illa verba.* Qui paſcuntur in lilijs donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ. *Duplicans eundem conceptum, ait:* Nam iuxta præcepta artis paſtoritiæ duobus præſertim temporibus, maximè verò in æſtate pecus paſci debet, nempè circa exortum Solis, & ruſus occidente iam Sole, quando vmbræ nocturnæ videntur magis ac magis inclinare, &c. Quemadmodum docet ex profeſſo Marco Varo lib. 2. vbi ſic ſcripſit: At æſtate prima luce paſtores exeũt paſtum, propterea quod tunc herba roſcida iucũditatem præſtat: circiter autẽ meridianos æſtus, dum deferueſcũt ſub vmbriferas rupes, & arbores patulas ſubijciunt, quoad refrigerante aere veſpertino, ruſus paſcant ad Solis occaſum. Hęc Varo præcipit de opportunitate temporis pecoris paſcendi.

CXIV.

IDem *ibidem ad illud cap.4.* Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in lilijs donec aſpiret dies, & inclinẽtur vmbræ. *ait:* Rab Selemoh talem ferè vult eſſe ſenſum ſaltem horum verborum priorum (Donec aſpiret dies) quaſi dicat ſponſus: Qui duo hinnuli capreæ gemelli, quandiù dies, ideſt Sol maximè ardet, iuxta præcepta artis paſtoritiæ, paſcuntur inter lilia, ſeu inter flores, ideſt in locis floridis, amænis, & delicatis, ſeu vmbroſis. i. ſub rupes vmbriferas, atq; patulas arbores: Vt referatur hæc ratio, ſeu particula (Donec aſpiret dies) ad tempus meridianum, quando etiam ipſi paſtores vmbras rupium, & arborum captare ſolent ad requieſcendum. Iuxta illud Cant. cap. Indica mihi, &c. vbi paſcas vbi cubas in meridie. Hæc autem animalia minuta paruula, atque tenella, cuiuſmodi ſunt hinnuli caprarum, citiùs periclitantur, quàm maiora. Ideoq; oportet, vt diligenter defendantur, & contineantur iuxta illud Poetæ Latini Eclog.7. Quid facerem? nec egò Alcipem, neq; Phyllida haberem. Depulſos à lacte domi, quæ clauderet agnos, &c. Vndè etiam Chriſtus Dominus apud Ioan. cap.21. nõ ſaris habuit Petro Apoſtolo, & Principi Apoſtolorum, quem ſupremum in terris Vicarium ſuũ, ac totius ouilis, ſeu gregis Chriſtiani Paſtorem ſummum eſſe voluit, vt paſceret oues ſuas: ſed etiam priuatim, & nominatim ei mandauit, vt agnos ſuos paſceret. Indigent enim maiori cura paſtorali agni, & hinnuli, & cœtera huiuſmodi animalcula, ſeù pecora parua, & tenella. Nec diſplicet tamen mihi interpretatio Rab. Selomoh, quatenus vult vt per aſpirantem diem, intelligamus hic ardentem Solem. i. tempus, ſeù æſtũ meridianum. Tempore enim meridiano ſolet Sol maximè feruere, ſeù ardere, ita vt ignem aſpirare, quodammodo videatur, atq; radijs ſuis, ſic quaſi ſagittis igneis corpora ferire.

CXV.

HVGO *Card. Poſtil. in Ecclẽm. Illud cap.2.* Sapientis oculi in capite eius: ſtultus in tenebris ambulat. Et didici, quod vnus, vtriſq; eſſet interitus, & cœtera; *ſic poſtillat:* Dicit, quod vnus vtriſq; ideſt ſapienti: & ſtulto. Eſſet interitus. Vnus quantũ ad ſubſtantiam mortis: & ẽt vnus quo ad ignominiam, quia ſæpè, vel plus ignominiosè moritur ſapiens quam ſtultus. Vnus etiã quantum ad præuiſionem: multotiens enim ſapiens ſicut ſtultus, ex improuiſo moritur. Quaſi diceret Salomon: Conſiderans res vidi, quod omnes communi morte pereunt, & ſimili miſeria

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

ria hic præmuntur: quamuis oculi illius in Cœlo ſint: & oculi illius in finibus terræ. Et dixi in corde meo: Loquens in perſona infirmorum; quos conſideratio iſta ſæpè à bono propoſito reuocat. Si vnus ſtulti, & meus occaſus erit .i. ſi ſimilis eſt interitus ſapientis, & ſtulti: Quid mihi prodeſt, quod maiorem ſapientiæ dedi operam? Contemplandæ, vel acquirendæ. Quaſi diceret: Nihil prodeſt inueſtigatio ſapientiæ, quia omnes ſimiliter moriuntur. Sed hæc ſententia citò falſa probatur, ſi homo redeat ad cor ſuum, vbi videtur veritas. Vndè Eſai. 46. Redite præuaricatores ad cor. Et Io. 4. Voca virum tuum: Quod audiens Salomon inuenit prædictam ſententiã falſam eſſe; vndè ſequitur: Locutus ſui cum mẽte mea, quia redij ad cor: Et animaduerti, quod hoc .ſ. ſubreptio hæc, qua dixi, quod nihil prodeſt operam dare ſapientiæ. Quoq; eſſet vanitas. Vel, Animaduerti, quod hoc eſſet vanitas .i. falſum .ſ. quod omninò vnus eſſet interitus ſapientis, & ſtulti, quia ſapientis interitus, via eſt ad beatitudinem, interitus ſtulti via eſt ad æternam damnationem.

CXVI.

S. *BERN. ſerm. 82. ſuper Cant. Afferens eadem verba, ait:* Quid ni ſimiliter exeat, qui ſimiliter vixit? More beſtiali incumbit terrenis, more beſtiali excedet è terris.

CXVII.

HVGO *Card. Poſtil. in Ecclẽ. Ad illa verba cap. 3.* Dixi in corde meo de filijs hominum, vt probaret eos Deus, & oſtenderet ſimiles eſſe beſtijs. Idcircò vnus interitus eſt hominum, & iumentorum. *ait ſic: I*dcircò, quia homines ſunt ſimiles beſtijs in indomabilitate, & ferocitate facti ſunt eis ſimiles in pœnalitate, ideſt in morte. myſticè: homines dicuntur Prælati: iumenta laici. *Ante hoc attribuit indomabilitatẽ ſubditis, ferocitatem Prælatis: Vbi apparet, non minus brutales eſſe Prælatos feroces, quam ſubditi indomiti: & eſſe mirum videre tales, qui ſæpius ſunt doctiſſimi, mori ac ſi bruti eſſent, & idiotæ: quia vnus interitus eſt vtriſq; iumentis, ſcilicet & hominibus: & quod æqualitas mortis, eſt indicium æqualitatis culpę.*

CXVIII.

HVGO *Card. Poſtil. in Ecclẽ. ad illa verba c. 4. vbi Sapiens inter cætera ſibi admiranda, ait:* Vnus eſt, & ſecundum, & non habet: non filium non fratrem, & tamen laborare nõ ceſſat. *ait ſic:* Quidam exponſit hoc de Chriſto: vt dicit Hieronymus, in his verbis notantes deſiderium noſtrę ſalutis, quam tanta auiditate ſitiebat: Vndè in cruce pendens dixit: Sitio: Ad quod non neceſſitudo affinitatis, aut cõſanguinitatis, aut merita noſtra adduxerunt: ſed ſola miſericordia eius eum adduxit.

CXIX.

GLO. *ibi ſic:* Poſſumus hæc intelligere de his, qui libros faciunt, & ignauis lectoribus relinquunt.

CXX.

S. *HIER. Com. ibi ſic:* Quidam hunc locum ſup Saluatore interpretantur, quod ſolus abſq; vllo comite ad ſaluandum Mundum deſcenderit: Et quamquam multi filij Dei ſint, & fratres eius adoptione dicantur: tamen nullus dignus extitetit, qui in hoc ei opere iungeretur.

CXXI.

OLYMPIOD. *Enar. ibi ſic:* Vnum hoc loco accipit, qui ſe ipſum tantummodo fouet, ac diligit, qui nè habere quidem velit filios, ac fratres: nam qui deſiderio illorum tenetur, quãuis natura nullos affines, & conſanguineos habeat, quia tamen ſecundum Dei præcepta charitatem ſectatur: omnes homines quamuis externos, eſſe ſibi filiorum loco putant, & fratrum.

CXXII.

LYRA *Poſtil. ibi ſic:* Quia refugit habere familiaritatem, & amicitiam cum quocunq; nè oporteat ipſum aliquid expendere.

CXXIII.

S. *HIER. Com. in Ecclẽ. ad illud cap. 4.* Melius eſt ergò duos eſſe ſimul, quàm vnus: habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ: ſi vnus ceciderit, ab alio fulcietur. *ait:* Melius eſt enim habitantem in ſe habere Chriſtum, quam ſolum patere inſidijs aduerſarij, ſi enim vnus ceciderit, Chriſtus erigit participem ſuum: vè quippè ei, qui cum ceciderit, Chriſtum in ſe non habet erigentem.

CXXIV.

OLYMPIOD. *Enar. ibi ſic:* Qui bonis de rebus conueniunt, mutuum ſibi auxilium præſtant: ſic accidit vt ex humana fragilitate omittat aliquid, quod faciendum ſit, alterius cõſilio emendabitur.

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

CXXV.

IDem ibidem ſic: Concordiam duorum in operibus bonis laudat, hæc namq; præcium cōſequitur apud Deum: itaq; Saluator benè concordes Apoſtolos miſit ante faciem ſuam: Eos verò, qui rurſim ſuperbiæ fabricantes, in malo opere conueniebant, diſſipauit. *Vbi apparet, non eſſe calumniandos, quaſi pacis perturbatores, illos, qui inter malos, ad maliq; cōueniētes, diſcordias faciūt.*

CXXVI

DIONY. Cart. Enar. in Ecclēm. illud cap. 4. Si dormierint duo, fouebuntur mutuò: Vnus quomodo calefiet? *Sic commentatur:* Ideſt ſicut corporaliter pariter dormientes, inuicem calefiunt ſe, ſic amicabiliter cohabitātes, ac inuicem conuerſantes, mutuò ſe accendunt per verba, & facta charitate Dei, & proximi: Vnus quomodo, &c. ideſt ſicut difficulter calefit tempore frigido, qui ſolus dormit in lecto: ſic qui ſolus eſt, difficulter charitate accenditur, imò faciliter in torporem cadit pigritiæ, & in deſideria carnalitatis cuiuſdā, ac cōſolationis externę, vt Caſſianus teſtatur. *Vbi apparet ſolitarios mimimè poſſe eſſe multum charitatiuos.*

CXXVII.

HVGO Card. Poſtil. ibi ſic poſtillat: Si dormierint duo ſimul, ſcilicet Chriſtus cum homine, & homo cum Chriſto in lecto puræ conſcientię: de quo Sponſa Cant. 1. Lectulus noſter floridus, roſis charitatis, violis humilitatis, lilijs caſtitatis: fouebunt ſe mutuò: Chriſtus enim fouet hominem calore charitatis, quam infundit homo fouet Chriſtum calore deſiderij, & bonæ operationis.

CXXVIII.

ROPERT. HolKot. ſuper lib. Sap. cap. 7. lect. 89. ad illa verba: Vnus ergò introitus ad vitā, & ſimilis exitus. *Sic explanans vt dicere libeat, Moyſem in hoc noſtro textu ideò iſtum primum diē vocaſſe non primum, ſed vnum, vt per hoc redderet rationem myſticam; quare deſcribens dies omnes, primò poneret veſperam, poſteà mane, nempè quia cum per mane, natiuitas, nō ſemel deſignetur in ſacro text. & per veſperam, mortem, parum intereſt an illud, vel iſtud præponatur, cum vnus introitus ſit ad vitam, & ſimilis exitus: nam inter cætera, poſtquam notauit cum multis primam vocem infantium eſſe, O, quæ littera eſt vltima Alphabeti Græci, dicens:* Prima enim vox humana & vltima eſt vox plorationis, & gemitus, quia extrema gaudij luctus occupat. *proſequitur ſic:* Vndè Bernardus in quodam ſermone de paſſione Domini: Graue iugum ſuper omnes, & totos filios Adam: à die exitus de vētre matris eorum vſq; ad diem ſepulturæ in matrem omnium: id ſordibus generamur: in tenebris confouemur: in doloribus parturimur: ante exilium miſeras oneramus matres: in exitu more vipereo laceramus, mirum, quod non ipſi pariter laceramur: primam vocem plorationis edimus: meritò quidem vtpotè vallem plorationis ingreſſi: vbi malitiæ plurimum: ſapientiæ modicum, &c.

CXXIX.

LYRA Poſtil. ibi ſic poſtillat: Vnus ergò introitus eſt omnibus ad vitam, quantum ad impotentiam, & ignorātiam: Et ſimilis exitus, quātum ad anguſtiam, & omnium temporalium expoliationem. *Addatur illud Hugonis Card. Poſtil. ibi:* Vndè verſus: Mors dominū ſeruo: mors ſceptra ligonibus ęquat: Diſſimiles, ſimili conditione trahit.

CXXX.

IANSEN. Com. in Ecclūm. ad illud cap. 1. Vnus eſt altiſſimus creator omnium Omnipotens, Rex potens metuendus ſedens ſuper thronum. *ait:* Græcaliter habent, & quædam, & pauciora ſic: Vnus eſt ſapiens metuendus valdè. *Vbi apparet, omnes rationes, quibus Dei timor incuti poteſt hominibus, reſumi in hoc, quod ſapiens ſolum credatur.*

CXXXI.

RVPERT. HolKot. Com. ibi ſic: Attribuitur ſibi primo potentia creatiua, quando dicitur: Creator omnipotens. Deut. 32. Non nè ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit, fecit, & creauit te? Secundò, attribuitur ſibi potentia regitiua, quando dicitur: Rex potens. Pſ. 22. Dominus regit me, nihil mihi deerit. Tertiò, attribuitur ſibi potentia punitiua, non ſolum quantum ad tempus præſens, ſed etiam perpetuo in futurū, & ideò dicitur: & metuendus nimis. Luc. 22. Timete eum, qui poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam. Quartò, attribuitur ſibi potētia iudicatiua, quādo dicitur: Sedens ſuper thronum illius .ſ. iudicij. Et Dominus Deus, Dan. 7. Et throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit.

AV-

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

CXXXII.

AVTHOR lib. de ſalutaribus documentis, qui inuenitur inter opera B. Auguſtini. Afferens illud Eccl. 6. Multi pacifici ſint tibi, & conſiliarius ſit tibi vnus de mille. *ait:* Elige tibi conſiliatios bonos Deum timentes, & veritatem amantes. Sæpè enim adulatores blanda facie decipiunt animas audientium ſe, & perpetuæ mortis laqueis interimunt. *Et poſt pauca ſic:* Non omnis amicus conſiliarius eſſe poteſt dicente Scriptura: Amici tibi ſint multi, conſiliarius autem vnus.

CXXXIII.

RVPERT. HolKot. Com. ibi ſic: Multi enim ſunt conſiliarij impij, vel ex ignorantia, vel ex auaritia, vel ex adulatione, vel ex ſecretorum reuelatione, & vix inter mille inuenitur vnus ſufficiens, & fidelis. Exemplum Seneca epiſt. 224. ad Luxi. dicit, quod Tullius Marcellinus adoleſcens quietus, & citò ſenex morbo graui, & non ſanabili correptus longo, & moleſto: cœpit deliberare de morte .ſ. qualiter ſe diſponeret contra mortem, conuocauitq; plures amicos pro conſilio acquirendo. Sed vnuſquiſq; quia timidus erat ſibi ſuadebat, quod credidit eum non turbare, aut quia adulator, & blandus illud conſilium dabat, quod ægrotanti gratius fore ſuſpicabatur. Solus autem Stoicus veritatis amicus dixit. Noli mi Marcelline torqueri: tanquam de re magna deliberans: omnes ſerui tui uiuunt, animalia tua. Magnum eſt mori honeſtè, prudenter, & fortiter. Et ſic ſibi conſuluit, quod ſe diſponeret ad moriendum honeſtè, quod alij non audebant, uel etiam non volebant. Ideò conſiliariùs erit tibi unus. *Vbi inter cœtera, apparet virere non eſſe quid magnum, cum etiam ſerui, & animalia viuant: ſingulare tamen, & maximum, eſt benè mori.*

CXXXIV.

IANSEN. Com in Ecclũ. Ad illud cap. 16. Melior eſt unus timens Deum, quam mille filij impij. *ait:* Reddit ergò cauſam cur in multitudine impiorum filiorum non ſit gaudendum, quia inquit pluris eſt faciendus unus filius Deum timens, quam mille Deum non timentes. Immò utilius eſt mori ſine filijs, quam relinquere impios: Quia etſi dedecus ſit maximè apud Iſraelitas, nullum reliquiſſe hæredem ex ſe prognatũ, qui nomen defuncti cõſeruet: tamen maius decus eſt apud homines poſt ſe relinquere filios impios, qui patris nomen dehoneſtent.

CXXXV.

IDem ibidem. Ad illud: Non miſertus eſt illius, gentem totam perdens extollentẽ ſe in peccatis ſuis, & ſicut ſexcenta millia peditum, qui congregati ſunt in duritia cordis ſui: Etſi unus ceruicatus fuerit, mirum ſi fuiſſet immunis. *Intelligens primam partem huius ſententiæ de diluuio vniuerſali, & de ſubuerſione Sodomæ: ſecundam, de Iſraelitis proſtratis in deſerto, propter incredulitatẽ: tertiam, ſic exponit:* Ceruicatus, hoc eſt homo duræ ceruicis, qui .ſ. ceruicem ſuam non uult, uel non poteſt flectere quò deberet, hoc eſt, qui obedire recuſat. Et eſt ſenſus. Quandoquidem Deus tantæ multitudini nõn pepercit, ob duritiam cordis eorum, an putãdus eſt, quod ſi unus tãtum inter eos dura ceruice reſtitiſſet Dei uoluntati is à Dei ultione immunis fuiſſet, & impunitus euaſiſſet? Quod ad hoc dicitur, ut ex generalibus illis ultionibus intelligamus quenq; ſibi meritò timere debere, ſibiq; ſuadere Deum, qui multitudini non pepercit, nè ſingulis parciturũ. Quod Græca clariùs ſignificant, quæ ſic potius erant uertenda: Etſi unus fuerit ceruicoſus in populo, mirandum hoc ſi impunitus erit. *Vnde peccator vnuſquiſq; qui ſe à communibus ſupplicijs euadere viderit, admiretur diuinam iuſtitiam, quæ multitudine punita, eum impunitum relinquit: parcit enim Deus facilius multitudini, quam ſingulari.*

CXXXVI.

LYRA Poſtil. in Ecclũ. Illud cap. 32. Rectorem te poſuerunt, noli extolli: eſto in illis, quaſi vnus ex ipſis. *ſic poſtillat.* Noli extolli ex honore tibi impenſo, ſed magis humiliare, ſaluo tamen honore officij.

CXXXVII.

S. HIERON. Com. in Ezech. lib. 6. Affert prædicta verba ad expoſitionem illorum Ezech. 18. Et hominem non contriſtauerit. *ait enim:* Siuè vt 70. tranſtulerunt: non oppreſſerit per potentiam. A quo vitio atq; peccato, neſcio quis alienus ſir. Et Aegyptij enim opprimebant Hebræos per potentiam. Vndè Habacuc quæritur c. 10. quare impius opprimat iuſtum: Atq; vtinam de ſolis his diceretur, qui foris ſunt, & non de his, qui intus. Solẽt enim & Principes Eccleſiarum opprimere plebem per ſuperbiam. De quibus ſcriptũ

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

eſt. Principem te conſtituerunt, nè eleueris: eſto inter eos, &c. *Et poſt pauca ſic exclamat contra tales.* Quid gloriatur terra, & cinis? vt oblitus conditionis ſuę, quomodo plenus pituiris, felle, ſtercoribus, & poſt paulolum vermibus exarandus, ponat in cœlum os ſuum, & lingua eius pertranſeat vſq; in terram: & dicat cùm verò Nabuchodonoſor: Aſcendam in cœlum, & ſuper ſydera ponam thronum meum, & ero ſimilis Altiſſimo.

CXXXVIII.

DIONYS. *Cart. Enar. ibi ſic:* Ex conſideratione naturę, ſe parem illis exhibeat, ex cōſideratione defectuoſitatis ſuæ, oneriſq; annexi, humilior ſit: ex conſideratione debitæ authoritatis, & præcedentiæ ſuæ maioritatem ſuam oſtendat, per diſciplinæ diſcretum rigorem, per paſtoralium actuum adimpletionem, & per exēplaris vitæ proceſſionem condignam. Et certè ſpecialis gratiæ donum eſt taliter ſe habere. Cùm dicat Greg. Magnum eſt dum in corde ſublimium regnat humilitas morum. Itemq;. Summa viuendi ars eſt, culmen tenere, & gloriā ſpernere.

CXXXIX.

S. BERN. *Epiſt. 9. Ad Brunonem Archiep. Coloniēſem. Aſſerens eadem verba. ait:* Curemus in altum poſiti, non altum ſapere, ſed timere, ſed humilibus conſentire. Principem, inquit te conſtituerunt, &c. *Et poſt pauca ſic:* Timeat, qui cognouit literaturam. Timeat nobilis, quia Iudex omnium non eſt acceptor perſonarum. *Concludit autem ſic:* Dutus nè videor, quia non blandior, ꝗ metum incutio, quod amico cupio initium ſapientiæ? Sic mihi contingat ſemper beare amicos .i. terrendo ſalubriter, non adulando fallaciter. Ad illud me prouocat, qui dicit: Beatus homo, qui ſemper eſt pauidus Prouerb. 28. Ab iſto me reuocat, qui ait Eſa. 3. Popule meus, qui te beatificant, in errorem inducunt.

CXL.

PETR. *Damian. lib. 1. Epiſt. Epiſt. 12. Ad Alexandrum 2. Rom. Pont. Aſſert ſupradicta verba in hunc modum:* Tu dicis: Abſit vt digner ad examen venire cum Clerico meo. Deus Omnipotens per Eſai. clamat cap. 1. Iudicate pupillo, defendite viduam, & venite arguite me. Si is, qui iudicat omnia, non dedignatur à ſeruis argui: tu etuus vtiq; cum conſeruo in iudicium venire faſtidis? Et cum ſis terra, & cinis; vermis, ac puluis humiliare te deſpicis ad imaginem conditoris? Præſertim cum ſcriptura dicat: Ducem te conſtituerunt, &c. Quis planè neſciat, quia Samueli Iſraelitica plebs præiudicium intulit; eumq; de principatu iniuſtè deiecit? Et cùm omnes arguere meritò potuiſſet, vltro ſe arguēdum, nullis accuſantibus obtulit; & vtrum eos, in aliquo violenter oppreſſerit, inquiſiuit. Ecce præſto ſum, inquit, loquimini de me coram Domino, & Chriſto eius, vtrum bouem alicuius tulerim. *Vbi inter cætera apparet, Sanctos non dolere de ablatis prælaturis, ſe an per culpam ab illis priuētur. Vndè ſe ſpoliantes minimè, etiam ſi iuſtè poſſint, arguunt: ſe tamen metipſos examini committūt.*

CXLI.

HVGO *Card Poſtil. ibi ſic poſtillat:* Rectorem te poſuerunt: Rectorem, non dominatorem: non mercenarium, ſed paſtorem: non dominum, ſed miniſtrum. Te: non tuas diuitias, non tuam nobilitatem, non tuam progeniem, ſed te, .i. tuam perſonam. Hodie tamen, vno facto Epiſcopo, epiſcopatur tota parentela. Vndè & nomen ſuum amittit tota progenies: & qui prius dicebatur filius fabri, vel Roberti, dicitur nepos Epiſcopi. Eſai. 66. Nunquid parturiet terra in die vna, aut parietur gens ſimul? Verba ſunt Chriſti, vel Eccleſię, admirantis de tot nepotulis vno partu natis. Vndè Eſai. 49. Quis genuit mihi iſtos? Ego ſterilis, & non pariens tranſmigrata, & captiua, & iſtos quis enutriuit? Poſuerunt. Vt deponi poſſes, ſi res poſtulat, aut tēpus. Vel: Poſuerunt .i. electum canonicè: non receperunt datum coactè? Noli extolli .i. extra alios tolli: vel contra ſtatum tuum tolli: Vt non ſolum extollentiam exteriorem, ſed etiam interiorem oſtenderet in prælatis eſſe reprimendam. Eſto in illis: non ſupra illos in throno poteſtatis, nec extra illos in cameris priuatis? ſed inter illos in dormitorio, in refectorio, in oratorio. Quaſi vnus ex ipſis. Ita veſtitus, procuratus.

CXLII.

IDem in Ecclūm. *Ad illa verba c. 34.* Vnus ædificans, & vnus deſtruens, quid prodeſt illis, niſi labor? *ait ſic:* Myſticè, vnus ædificans verbo: Et vnus deſtruens: exemplo: Quid proderit illis: ideſt, illi benè loquenti, & malè viuenti: niſi labor: in vtroq; & labor pœnæ æternæ, quem ſibi me-

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

meretur. Vndè in lib. Proſperi: Benè loqui, & malè viuere: nihil aliud eſt, quam ſe ſua voce damnare.

CXLIII.

IANSEN. *Com. ibi ſic*: Contra eos præcipuè, qui ædificant Eccleſias, & magnas faciunt impenſas, ſed iniuſtè ablata non reſtituunt: quibus debebant, quique, vt habet Gregorius, quãta tribuunt penſant, ſed quanta rapiunt conſiderare diſſimulant.

CXLIV.

DIONYS. *Cart. Com. in Ecclũm. Ad illud ca. 34.* Vnus orans, & vnus maledicens, cuius vocem exaudiet Dominus? *ait*: Ideſt, ſi is, qui abſtulit aliena iniuſtè facit eleemoſynam inde, ita quod vnus, cui eleemoſynam contulit, oret pro ipſo: alter verò, cui intulit damnum ex impatiẽtia, ira, inuidia maledicat ei, amborum voces inexaudibiles ſunt coram Deo. Nam orans, non exauditur propter indignitatem eius, pro quo orat, cui non dimittitur peccatum, niſi reddat ablatum. Maledicens verò non exauditur, quoniam imprecatur ſpoliatur, malum ex vitioſa radice, & quoniam in Prouerbijs dicitur 20. Nè dicas: reddam malum pro malo: expecta Dominum, & liberabit te.

Ex Prophet.

CXLV.

HVGO *Card. Poſtil. in Eſai. Ad illud cap. 7.* Et factum eſt in diebus Achaz filij Ioathan, filij Oziæ Regis Iuda: aſcendit Raſin Rex Syriæ, & Phacee filius Romeliç Rex Iſrael in Hieruſalem ad præliandum contra eam. *ait, myſticè*: Hieruſalem eſt Eccleſia militans; filia Syon, ideſt Eccleſiæ triumphantis. Raſim Rex Syriæ: diabolus eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiç Iob 41. Phacee rex Samariæ: ſimiliter diabolus eſt: Rex ſuper omnes cuſtodes pecuniæ. Per Syriam ergò & Samariam ſignificantur, ſuperbia, & auaritia: quæ ſemper Hieruſalem, ideſt Eccleſiam impugnant.

CXLVI.

SCYRIL. *Alexandri. Com. in Eſai. Ad illud c. 14. vbi poſtquam Propheta vaticinauit ſupplicia, quibus Deus affici decreuerat Phyliſtæos, & cæteros inimicos Iſrael, ait*: In anno, quo mortuus eſt Achaz factum eſt onus iſtud. Nè læteris Phyliſtæa, quoniam comminuta eſt virga percuſſoris tui. *aſſignans rationem, quare expreſſerit ſupplicium illud factum fuiſſe in anno, quo mortuus fuit Achaz dicit, quod ideò, quia cum illæ alienigenæ nationes mortuo Achazo, qui eos, eòuſq; ſub graui tributo oppreſſerat, lætari cœperunt, quaſi iam liberi eſſent ab illa tyrannide, ait enim ſic*: Mortuo Achazo, ob id reſilierunt alienigenæ ciuitates, velut è medio ſublato eo, qui percuſſerat, ac intolerabile velut iugum tyrannidis induxerat. *Vbi apparet, inaniter lætari, ac ſibi promittere requiem inimicos fidei, cum mortuum vident ſtrenuum fidelium aliquem Principem, ac defenſorem, qui ſe opprimebat: Onus enim ſuum, vt tali tempore ſuper illos imponat de induſtria reſeruat Deus.*

CXLVII.

HVGO *Card. Poſtil in Eſai. myſticè illud cap. 36.* Et factum eſt quarto decimo anno Regis Ezechiæ, aſcendit Sennacherib Rex Aſſyriorum ſuper omnes ciuitates Iudà munitas, & cœpit eas: Et miſit rex Aſſyriorum Rabſacen de Lachis in Hieruſalem. *ſic poſtillat*: Ezechias in hoc loco gerit typum cuiſlibet Chriſtiani, vel magis propriè Prælati: ſed proprijſſimè Religioſi Ciuitates Iudà ſunt Eccleſiæ, vel congregationes laicorum. Hieruſalem verò clauſtrum; Sennacherib autem gerit typum principis dæmoniorum. Rabſaces verò gerit typum Satellitum eius. Captis ergò Ciuitatibus Iudà .i. ſæcularium congregationibus per peccatum, mittit diabolus, qui eſt Sennacherib Rabſacen .i. ſatellites ſuos ad capiendam Hieruſalem, & Ezechiam captiuandũ, .i. ad deſtruendam religionem, & religioſum perdendum. Et notabile eſt, quod quartodecimo anno dicitur aſcendere, & non antè: quia poſtquam homo nititur cuſtodire quaternarium Euangelij, & decalogum præceptorum: quæ per quatuordecim, quod ex quatuor, & decem conſtat deſignatur, grauius impugnatur à diabolo aduerſario, quia tunc inſanit diabolus videns ſe contemni. Vndè ſuper Exod. dicit Gloſ. Pharao contemptus ſurgit in ſcandala. Et Greg. Illos pulſare negligit, quos iure quieto poſſideri a ſe ſentit.

CXLVIII.

SHIER. *Com. in Eſai. ad illud cap. 37.* Et factũ eſt cum audiſſet Rex Ezechias ſcidit veſti-

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

ſtimenta ſua.*ait ſic:*Scindũt veſtes, quia Rabſacẽ audiunt blaſphemantem, ſcindit & ipſe Rex veſtimenta ſua,quia peccatorum ſuorum,& populi eſſe credebat, quod Rabſacen vſq; ad portam Hieruſalem veneris, & contra Dominum talia locutus ſit: Vndè & Pontifex, quia Saluatorem blaſphemaſſe credebat, ſcidit veſtimenta ſua. *Vbi apparet, quod cum infideles audierimus blaſphemare nomen Domini, non in illos iraſcendum ſit, ſed in nos per pœnitentiam; noſtra enim peccata, eos ad blaſphemandum Deum impellunt.*

CXLIX.

PROCOP.*Com. in Eſai. ad illud cap.*37. *de Sennacherib, qui occiſo exercitu eius, ipſe fugit in terram ſuam, euadere cogitans:* Et factum eſt cum adoraret in templo Reſiach Deum ſuum, Adramelech, & Sarar filij eius percuſſerunt eum:*ait:* In hoc iniquior populo ſuo oſtenſus, quia non in terra ſua ab ipſo percuſſus: ſed ad gloriam Dei (ſicut Pharao inter multas plagas)reſeruatus à filijs in templo Dei ſui occidendus. *Vbi apparet, reſeruari à communibus cladibus, & morte in terra aliena, & miſerè occumbere in patria, eſſe indicium maioris malitiæ: & quod impios maximos reſeruat Deus à communibus ſupplicijs, vt maiori infamia, & acrius puniantur.*

CL.

LYRA:*Poſtil.in Hierem. ad illud cap.*1.Quod factum eſt verbum Domini ad eum in diebus Ioſiæ filij Amon Regis Iuda in tertio decimo anno Regni eius: Et factum eſt in diebus Ioachim filij Ioſiæ Regis Iuda, vſq; ad conſumationem vndecimi anni Sedechiæ filij Ioſiæ Regis Iuda.*ait:*Tacentur hic duo Reges, quorum temporibus prophetauit .S. Ioachaz, & Iechonias filius Ioachim, eo quod quilibet eorum regnauit tantum tribus menſibus: & ſic tempus eorum coputatur ſub alijs Regibus. *Vbi apparet, quod imperare per breue tempus, pro non imperaſſe computatur.*

CLI.

THEODORE.*Com.in Hierem. ad illud cap.*1. Et factum eſt verbum Domini ad me dicens: Priuſquam te formarem, in vtero noui te, &c.*ait:* Electio non iniqua: Hanc enim notitia præceſſit.*Vbi apparet, iniquam eſſe electionem, quã non precedit notitia electi.*

CLII.

CAPPELLA *Cart.Com.in Hierem.ad illud c.*13. Et factum eſt poſt dies plurimos dixit Dominus ad me: Surge, & vade ad Euphratem,& tolle lumbare, quod præcepi tibi, vt abſconderes illud ibi: Et abij ad Euphratem,& tuli lumbare de loco, vbi abſconderam illud, & ecce computruerat lumbare, ira vt nulli vſui aptum eſſet. *ait.* Computruiſſe autem lumbare, ſignificat gentium moribus corruptum populum, ſed & ingloriosum ibi fuiſſe,& abiectum. Theodoretus foramen petræ vocat Babylonem,populus illic agens inutilis erat:non iam vocitabatur populus Dei, nec à ſe pſo regebatur,neq;cultum diuinum à lege mandatum celebrabat, ſed inutilis erat, per indè ac ſingulum illud putrefactũ. *Vbi apparet, per quæ inutiles, & ingloriosæ fiunt cõmunitates, per impiorum nimiam conuerſationem, per cultus diuini ceſſationem; per exterorum ſuper ſe gubernationem.*

CLIII.

IDEm *ibidem ad illud cap.* 15. Inuenti ſunt ſermones tui, & comedi eos: factum eſt mihi verbum tuum in gaudium.*ait:*Inuentos dicit ſermones, quando operi completi ſunt: nam vox Hebræa à verbo(Maſa)quod inuenire, & euenire ſignificat: Comediſſe autem ideſt fructum ex verbo Dei ſenſiſſe,vel gauiſum fuiſſe,quod operi fuerint compleri propter gloriam Dei, & nè falſus Propheta exiſtimaretur.*Vbi apparet, verba, & ſermones, eſſe perditos, dummodo non complentur: & quod fructus ex prædicatione, & Dei verbo ſunt cibum prædicantium illud: ieiunoſq; ac mæſtos eſſe ſanctos Prædicatores, quandiù fructus ex ſuas concionibus non vident.*

CLIV.

S. HIER.*Com.in Hierem. ad illud cap.*16. Et factum eſt ſerbum Domini ad me dicens: Noli accipere vxorem,& non ſint tibi filij,& filiæ in loco iſto, &c. *Aſſignans rationem, quare eminente captiuitate probibuerit Deus Prophetæ ducere vxorem, filioſq; habere: ait:* Nè ſuper dolorem proprium, vxoris quoq; ac liberorum miſerijs torqueatur. *Vbi apparet, illos probari eſſe à Deo magis dilectos, quos tribulationes inueniunt ſine vxore, liberis, ac cognatis, quorum miſeriæ addunt miſerias proprias, & perſonales.*

Idem

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

CLV.

IDEm Com. in Hierem. ad illud cap. 25. Verbum quod factum eſt ad Hieremiã de omni populo Iudæ in anno 4. IoaKim filij Ioſiæ Regis Iudæ. ait: Hæc priora ſunt præterita viſione, illa enim ſub Sedechia facta eſt, poſtquam Iechonias tranſlatus eſt in Babylonem, hęc autem ſub IoaKim filio Ioſiæ, & patre Iechoniæ: non enim curę erat (vt ante iam dixi) Prpophetis tempora conſeruare, quod hiſtoriæ leges deſiderant: ſed deſcribere vtcunq; audientibus, atq; lectoribus vtile nouerat: Vndè & in Pſalterio malè quidẽ iuxta textum hiſtoriæ aliqui Pſalmorũ requirunt ordinem, quod in lytico carminè non obſeruatur. *Vbi addiſcant Eccleſiaſtici ſcriptores, etiam Chroniſta religionum, non commorari, in diſcuſſione temporum, cæterumq; quæ vtilia minimè ſunt audientibus.*

CLVI.

HVGO Card. Poſtil. in Thren. 5. ad illud: Propterea mæſtum factum in dolore cor noſtrũ. myſticè ait: Ideſt religioſi, qui comparantur cordi: quia ſicut cor de læua ſpirat ad dexteram: ſic ipſi de mundo ad cœlum: Cant. 2. Dilectus meus mihi, & ego illi; qui paſcitur inter lilia, donec aſpiret dies. Itẽ cor latet: ſic religioſi, Cãt. 4. O quam pulchra eſt amica mea: quam pulchra, &c. abſq; eo quod intrinſecus latet: illud enim, quod latet in religioſis, debet eſſe pulcherrimũ: item in corde eſt pulſus, & religioſi orationibus, & meditationibus, & lectionibus pulſant cœlũ: Luc. 11. Pulſate, & aperietur vobis: item quando ſuccenditur cor, totũ corpus febricitat: ſic qñ religioſi ardẽt per auaritiam, vel per luxuriam, tota Eccleſia damnificatur Hierẽ. 23. A Prophetis Hieruſalem egreſſa eſt pollutio, ſuper omnẽ terram.

CLVII.

HECTOR Pinto Com. in Ezech. ad illud cap. 1. Factum eſt verbum Domini ad Ezechielẽ filium Buzi. ait: Explicat genus ſuum. Buzi ſonat contemptum: Ezechiel roboratum à Deo: illum quem mundus contemnit, Deus corroborat, & fauore proſequitur. *Vbi apparet, diuinam corroborationem, eſſe filiam contemptus mundi.*

CLVIII.

HVGO Card. Poſtil. in Ezech. ad illud cap. 3. Et comedi illud: & factum eſt in ore meo ſicut mel dulce: ait. In ore Prædicatoris debet eſſe verbum dulce: vt ex compaſſione, & manſuetudine loquentis, trahatur animus auditoris; Eccl. 6. Verbum dulce multiplicat amicos, mitigat inimicos.

CLIX.

SHIER. Com. in Ezech. ad illud c. 11. Et factũ eſt cum prophetarem Pheltias filius Banaiæ mortuus eſt. ait: Hic autem prophetante fortitudine Dei, Princeps, qui à Domini declinauerat ſeruitute, cadit, vt eleuetur à Chriſto; ſi enim reſurrectio Dominus, ruina diabolus: in quo quæritur quomodo de Saluatore dicatur, Luc. 2. Ecce hic poſitus eſt in ruinam, & reſurrectionem multorum in Iſrael: in ruinam eorum, qui ſtabant peſſimè, & reſurrectionem eorũ, qui malè ceciderant. *Vbi apparet, prædicationẽ debere eſſe talẽ, quæ mortuos cadere faciat Principes rebelles, non ad perniciẽ, ſed ad pœnitentiã, vndè reſurgãt emendati.*

CLX.

OLEAST. Com. in Eſai. ad illa verba cap. 17. In tempore veſpere: & ecce turbatio: in matutino & non ſubſiſtit. *Quæ verba ille ſic vertit;* In tempore veſpertino erit turbatio, ſed antequam ſit mane non erit. *Ad mores talem profert expoſitionem, vt libeat dicere Moyſem in iſtorum dierum deſcriptione, ideò de veſpera trãſiſſe ad mane, vt myſticè deſcriberet dies iuſtorum: qui etſi in veſpere tribulationis ſe videant, per ſpem ad mane releuationis aſpirant; non ſicut impij & mundani, qui in veſpere finem ſuum pro certo deplorant:* De mane vſq; ad veſperam finies me. *Ideſt, ſi ego decidam à mane meæ proſperitatis ad veſperam aduerſitatis, non habeo, vndè vlterius mea progrediatur ſpes, ſed ibi finies me: Hæc ad propoſitum ſunt Oleaſtri verba:* Terribiles ſunt aliquando punitiones iuſtorum, & à quibus ſe vix euadere ſperent: ſed ſcientes Dominum à mortuis ſuſcitare poſſe, etiam in morte non amittunt ſpem: *vndè etiam dicant:* Spetaui vſq; ad mane.

CLXI.

OLEAST. Com. in Eſai. ad illud c. 5. Vè, qui cõſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam, & potandum vſq; ad veſperam. *Ad mores quandã moralitatem præbet, ex qua non extorquendo litterã, quædam ratio elici poteſt, quare Moyſes omnes dies iſtos à veſpere potius, quam à mane deſcribere voluerit; videlicet ad taxandum ſtudium in terrenis, & mundanis operationibus: quarum etſi nonnullæ ſint*

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

ſint licita, imò neceſſariè tamen ſemper nimium ſtudium eſt condemnabile: & in illicitis eſt circunſtantia valdè aggrauans: vndè neutra debent incipi mane, per quod nimium deſignatur ſtudium: ſed veſpere, per quod iam mediocritas & attemperatio in labore ſignificatur: nam ſic ſuprapoſitum Eſai. textū exponens, ait: Ebrietates, & commeſſationes iocus iſte taxare videtur, & conſidera, quam vitupetet Deus, qui ſtudioſè peccant. Parum eſſet cibo, & potui vacare, ſi non mane ſurgerent ad hæc. *Et poſt aliqua ſic concludit:* Quis daret etiam vt ſic homo vigilaret ad opera virtutis: quemadmodum vigilat ad opera vitioſa.

CLXII.

HVGO *Card. Poſtil. in Eſai. ad illa verba cap. 21.* Dixit cuſtos: Venit mane, & nox. *Sic explanat litteraliter, quod non incongruam rationem inſinuet, qua ſolui poteſt illud commune non ſemel excitatum, & ſolutum dubium, nempè, quare Moyſes ex rebus tum diuerſis, ſcilicet veſpere obſcuro & manè lucidiſſimo vnum diem compoſuerit? videlicet vt ſtatim à principio oſtenderet, nullum eſſe diem in hac vita, qui ſimul alijs proſper, & alijs aduerſus non ſit: illis mane, iſtis veſper: vndè ſimul videmus eodemmet tempore, & ex eodemmet ſucceſſu alios gaudere, alioſq; plangere: nam ſic ad verba prædicta Eſai. ait:* Ideſt reſpondit cuſtos ſuorum: Venit mane, ideſt tempus liberationis duarum tribuū: Et nox, ideſt tempus tribulationis veſtræ: quia remanebitis in captiuitate.

CLXIII.

HVGO *idem ibidem, ſupradictum Eſai. locum moraliter explanat, quod non prohibeat dicere ad ſupradictum dubium, Moyſem voluiſſe deſcribere diem ſpiritualem cuiuſcunq; chriſtiani, qui vnus, atq; idem debet eſſe in aduerſitatibus, benè non ſemel intellectis per veſperam, & noctem, ac in proſperitatibus: quæ per mane intelliguntur: ad veſperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia: nam ſi verba prædicta Propheta ſic exponit:* Dixit cuſtos cuilibet noſtrum loquens per ſe, per ſcripturas, per creaturas, per Angelos, per Prædicatores: Venit mane proſperitatis, & nox aduerſitatis: Si quæritis me in aduerſitate: Quærite in proſperitate; multi dominum quærunt in aduerſitate, & in proſperitate fugiunt ab eo: ſed tales non audit Dominus: Hierem. 2. Verterunt ad me tergum, & non faciem: in tempore afflictionis dicent: Surge, & libera nos: item idem 26. Domine in anguſtia requiſierunt: in tribulatione murmuris doctrina tua eis.

CLXIV.

OLEAST. *Com. in Eſai. ad illa verba cap. 27.* Et vos congregabimini vnus & vnus filij Iſrael. *Notans quomodo non contentus Deus dicere filios Iſrael finito captiuitatis tempore eſſe congregandos: addiderit, vnus, & vnus, quæ verba ille legit ſic:* Vos colligemini ſigillatim: *ait ſic:* Magna hæc piorum conſolatio, ſcire quantum Dominus eorum ſalutem curet, vt nec minimū eorum inter impios relinquat, ſed ſigillatim vnumquemq; in loco ſuo congreget: videtur enim optimum agere paſtorem, qui cum gregem ſuam ad caulas è paſtu reducit, oues ſigillatim numerat, nè aliqua deſit. *Vbi Prælati aduertant, obligationem ſuam eſſe non ſolum vt res benè communiter agatur, ſed vt ſigillatim nullus ob eius ignauiam pereat; neq; enim de communi bono vel malo ſtatu rerum interrogabuntur, ſed de vno, & vno.*

CLXV.

HVGO *Card. Poſtil. ibidem ſupradicta verba ad futuram beatitudinem refert, quaſi inſinuando ibi nullum fine ſigillatim facta meritorum diſcuſſione introducendum, finita huius ſæculi captiuitate, à contrario illius, quod fieri videmus in hac vita, vbi multoties inuoluti boni, & mali, pro bonis multi reprobi admittuntur: Hæc ſunt eius verba:* Vnus, & vnus filij Iſrael: ideſt, vt ſitis filij Iſrael videntes Deum: Hierem. 3. Aſſumam vos vnum de ciuitate, & duos de cognatione, & introducam vos in Syon. *Vbi apparet, paruitatē numeri reſpectu futuræ beatitudinis, non inſinuare paucitatem ſaluandorum, ſed ſigillatim faciēdam diſcuſſionē meritorū.*

CLXVI.

INterlin. *ad ſupradictum locum, talem præbet expoſitionem, Verbo, Vnus, quod non prohibet dicere Moyſen iſtum diem non primum, ſed vnum dicere ad ab initio inſinuandam illam veritatem celebrem in ore Sanctorum, nempè dies huius vitæ eſſe paucos: Pſ. 5.* Paucitatam dierum meorum, &c. *Iacob Gen.* Dies vitæ meæ pauci, & mali. *Nam non poteſt eſſe maxima quantitas in rebus, quæ vnum, & vna numerantur. Non per milliaria noſtri numerantur dies, ſed vnus, & vnus: ad rem autē Interlin. inquā, ſic exponit:* vnus, & vnus: pauci ſcilicet. *Quod cōfirmat ſanctus Hieronymus ad eundem locum Com. ſic:*

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

ſic: Vos ipſi congregabimini ad fidem Domini unus et unus: quia Iudæorum turba non credidit (per quod ſignificat paucos ex Iudęis in Saluatorem credituros.

CLXVII.

RVPER. *Abb. Com. in Ioel. ad illa verba cap. 1. vbi loquens de excellentia Romani exercitus, inter alia ait:* Vnuſquiſq; fratrem ſuum non coarctabit, ſinguli in calle ſuo ambulabunt. *Ait ſic:* Vnuſquiſq; fratrem ſuum non coarctabit, quod facere ſolent fugientes, erumpendo quo poſſũt, inordinati, atq; confuſi, ſed in ſuo calle ambulabunt ſinguli: quod maximè in illo populo laudabile fuit, tenendo, uidelicet, ordines ſuos, ſemperq; procedendo cum diſciplina militari. *Vbi apparet, in nulla communitate coarctari alios ab aliis, niſi quia vnuſquiſq; ordinem ſuum non tenet.*

CLXVIII.

SHIER. *Com. in Danielem: ad illa verba cap. 6.* Allatuſq; eſt lapis unus, & poſitus ſuper os laci, quem aſſignauit Rex anulo ſuo, &c. nè quid fieret contra Danielem. *ait ſic:* Qui de leonibus ſecurus eſt, de hominibus pertimeſcit.

CLXIX.

NICOLAVS *de Lyra Poſtil. in Daniel. ad illa verba cap. 6. vbi poſtquam dicitur Regem Dariũ ſuper omnes Satrapas conſtituiſſe tres Principes: Additur:* Ex quibus Daniel unus erat: ut Satrapę illis redderet rationem, & Rex non ſuſtineret moleſtiam. *ait ſic:* Duplici de cauſa: Vna, quia iam erat antiquus: Alia, quia erat Monarcha nouus: Et in principio talium ſolent aliqui magis rebellare: ideò curam regni alij tradiderat, ut ipſe poſſet magis uacare circa hoſtes reprimendos, ſi inſurgerent. *Vbi apparet, in ſolis duobus caſibus eſſe honeſtum Reges curam gubernationis aliis tradere, & à ſe abdicare.*

CLXX.

OLEAST. *Com. in Eſai. ad illa verba cap. 27.* Et vos congregabimini vnus, & unus filij Iſrael: *Notans, quomodo non contentus dicere ſe congregaturum filios Iſrrael in communi poſt captiuitatem addiderit, quod:* Vnus, & unus. *Quæ verba ille ſic legit:* Vos collegimini ſigillatim. *ait ſic:* Nouit enim ſingularitatis amatores eſſe, ideò non omnes ſimul vt pecudes congregat, ſed ſeorſum. *Vbi patet, veritas illa ab ipſo authore alio loco definita, nempè beneficia facta Communitati, non obligare peculiares: quia non recognoſcunt; niſi ea, quæ vni, & vni ſigillatim fiunt.*

CLXXI.

SHIERON. *Com. ibidem. Supradicta verba ſic exponit, quod non ſit extra chorum canere dicere Moyſen in noſtro textu, ideò hunc diem non primum, ſed, vnum, dicere, vt ab initio nos doceret: dies huius ſaculi contemnere, viliq; facere, ſiquidem, vnus, abiectum, & morbidũ dicit ſignificare, vtpotè qui cum cæteris eiuſdem ſpeciei, quaſi ab illa derelictum, niſi alteri ex gratia connumeretur, non computatur, ſicut computatur primus, qui reſpectum dicit ad ſecundum, & tertium. Quod Iob benè confirmat cum in deteſtatione diei ſuæ natiuitatis rogat, nè computetur. Verba Hieronymi ſunt hæc:* O Apoſtoli, & Apoſtolici uiri. Iudæorum multitudine non credente, uos de toto orbe quos potueritis, quaſi oues morbidas referte ad caulas Domini, & congregate eas cum gentium populo.

CLXXII.

HECTOR *Pinto Com. in Ezech. 12. Ad illud:* Et efferes foras uaſa tua, quaſi uaſa tranſmigrationis per diem in conſpectu eorum. Tu autẽ egredieris veſpere coram eis, ſicut egreditur tranſmigrans antè oculos eorum. *Aſſignans rationem, quare Deus voluerit vt Propheta, coram filiis Iſrael cum baculo, cæteriſq; ad tranſmigrationẽ pertinentibus publicè appareret in Ciuitate, quaſi tranſmigrans coram filiis Iſrael. ait:* Vt homines hac admirabili nouitate excitaret ad quærendum quid hoc eſſet. Cùm volumus homines mouete, vt aduertant noſq; diligenter attendant, aliquid agimus inſuetum, & portentoſum, quo alij in nos oculos coniiciant, & nouitatis cauſam inquirãt. Et ita id, quod fieri extra propoſitum videbatur, eſt optimè propoſitũ: vt eò homines aliàs obliti Dei ad propoſitum intelligendum animum intendant. Eodem ferè modo Chriſtus Deus noſter Hieroſolymam proficiſcens cum admirabili hominum applauſu, & lętitia, canentibus aliis, & viam ramis ſternentibus, in medio triumphi cœpit plorare, & vim lachrymarum profundere, vt Iudæos ad cauſam tanti mæroris in feſto tanti gaudij inquirendã incitaret. Quò ploratus cauſam intelligentes, ſe à peccatis ad virtutes conferrent. Offerebant Deo veſtes exteriores, & non corda interiora, ramos arborum, non autem truncum, & radicẽ,

R tra-

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

tradebat ei verba,non autem voluntatem. Ideò tàm citò fuerunt de ſententia deiecti.

CLXXIII.

G*LO moraliter exponens illud primum verbum c.20.Ezech.*Et factũ eſt anno ſeptimo,&c. *Reſoluens materiam totius capitis,ait:* Hic ſecundum ſenſum literalem ſub parabola ſaltus combuſti,ponitur punitio Iudęorum:præmittitur tamen primo peccata eorum in Aegypto.Secundò in deſerto; & tertiò in promiſſionis loco. Moraliter autem per peccanres in Aegypto, ſignificantur peccantes in ſæculo. Nam Aegyptus tenebra interpretatur, ſæculum autem tenebras ignorantiæ, & culpæ inuoluitur: Per peccantes in deſerto ſignificantur peccantes in clauſtro, quorum peccata ſunt, cœteris paribus grauiora: quia quanto ſtatus, altior, tanto caſus grauior: Per peccantes in terra promiſſionis, ſignificantur peccanres in ſtatu Prælationis, qui ſublimior eſt ſtatu religionis, & per conſequens cæteris paribus, eorum peccata ſunt grauiora. *Vbi apparet, quod vbi peccata inueniantur, in his tribus generibus, & in ordinibus in vna Republica non aliud debet ſperari, quam ignis, qui illam veluti ſaltum comburat.*

CLXXIV.

I*Bidem ad illa verba cap.22.*Et factum eſt verbũ Domini ad me dicens, &c. *Omne reſumendo caput dicitur:* In hoc cap. litteraliter intellecto deſcribitur malitia Iudæorum grauiter punienda ſub metaphora multiplicis metalli in fornace conflandi: Myſticè verò per hoc ſignificatur punitio malitiæ plebis chriſtianę:Ponuntur autẽ in proceſſu huius capituli quinq; metallia in ſcorriam verſa, ſcilicet argentum, æs, ſtannum, ferrum, & plumbum, vt patet in littera: Per argentũ verò ſignificatur mũditia caſtitatis:Pſ.11. Eloquia Domini eloquia caſta: argentum igne examinatum: Per æs, quod eſt ſonorum eloquium veritatis: Per ſtannum, quod per ſuĩ conſumptionem defendit aurum,feruor charitatis, quo quis ponit animam pro amicis ſuis:Per ferrum, quod domat omnia fortitudo ſtabilitatis: Per plumbum,quod defacilè liqueſcit, dulcor pietatis: iſta quinq; tempore Eccleſiæ primitiuę fuerunt excellenter in Chriſtianis,vt patet Act.4. & in pluribus alijs locis, ſed modo verſa ſunt ſunt in ſcoriam:Nam argenti munditia verſa eſt in ſcoriam carnalitatis,& æris ſonor, in ſcoriam falſitatis, quod maximè patet in aduocatis: Et ſtanni charitas in odium fraternitatis,ſicut patet per guerras exiſtentes in chriſtianis:Et ferri fortitudo, in molliciem puſillanimitatis, & plumbi pietas in duritiem crudelitatis, propter quod proijcientur in fornace gehennalis ardoris, non vt purgentur, ſed vt æternaliter crucientur.

CLXXV.

T*HEODORE.Com. in Ezech. ad illud cap.27.* Et factum eſt verbum Domini ad me dicẽs, Fili hominis aſſume ſuper Tyrum lamentũ. *ait:* Clementiæ Dei exuperantiam ſignificant, quę dicta ſunt: Docet aũt nos hæc oratio cum peccantibus correctionem quandam adhibemus,non odio aliquo aut inimicitia, id facere, ſed commiſcrantes, & admodum dolentes: Etenim ipſe iure, & iuſtiſſimè iudicans, Prophetæ præcepit,vt ciuitatem punitam lamentetur, declarans qua animi afflictione illam puniret. *Vbi apparet, Prælatos debere non ſolum mæſtos eſſe cum puniunt,ſed procurare,ne de ſupplicijs alijs illatis ſit aliquis lętus,& hilaris, vt ſic affectus,quo puniunt, appareat.*

CLXXVI.

G*LO.moraliter in Ezech.ad illud cap.32.* Et factũ eſt verbum Domini ad me dicens: Fili hominis aſſume lamentum ſuper Pharaonẽ Regem Aægypti. *ait:* Ezechiel prophetat ex præcepto Domini planctum aſſumi ſuper deiectionem Regis Aegypti: Moraliter autem per Regẽ Aægypti ratione dignitatis regiæ ſignificari poteſt homo magnus in ſcientia,vel virtutibus,qui ex donis gratuitis nimis erigitur:Et ſic Deo ꝑmittente,& diabolo procurante,in enormia vitia labitur,& talis caſus eſt multum plangẽdus: Tum ratione perſonæ,& ratione ſtatus,& ratione grauitatis culpę ex his aggrauatur,quia quãto ſtatus altior,tãto eſt culpa grauior:& per cõſequens pœna ſequens:itẽ plangendus eſt propter ſcandalum multorum,occaſionem ruinę ex hoc accipientium,& propter ſtatus infamiam, & propter dæmonum lætitiam, qui magis lætatur de deiectione modica perſonæ talis, quam de multis,& maioribus malis: Vndè refert Gregorius in Dialog. quod quidam Iudæus tranſiẽs per Lombardiam nocte ſuperueniente, intrauit

in

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

in quoddā antiquū ædificiū factū antiquitus ad idoli cultum: Et circa mediam noctem venit turba dæmonum, inter quos vnus ſedebat quaſi princeps, quærens in ſingulis quid feciſſent: Et illis referentibus diſſentiones, homicidia, & alia mala, quæ procurauerant: ille videbatur parum curare: Tunc vnus dixit ſe frequētaſſe domum cuiuſdam Epiſcopi deuoti, & eum tentaſſe de quadam muliere deuota ibidem manente: Et ad hoc dictum Epiſcopum adduxiſſe, quod die præcedenti terga mulieris percuſſerat blandiendo: tunc ille Princeps incæpit illum commendare, & eum inducere ad proſequendum, quod incæperat quouſq; negotium perfeciſſet.

CLXXVII.

HECTOR *Pinto Comm in Dan. Ad illud cap. 8.* Ex eis egreſſum eſt cornu vnum modicū, & factum eſt grande contra meridiem, & contra orientem, & contra fortitudinem: Et magnificatum eſt vſq; ad fortitudinem Cœli. *ſic commentatur. Intelligens de Antiocho, qui fugiens à Roma multa occupauit Regna*: Contra meridiem. Hoc eſt conrra Aegyptum, quæ eſt quodammodo ad meridiem reſpectu Syriæ. Et contra Orientem, hoc eſt contra Perſidem. Et contra fortitudinem, hoc eſt contra Hieroſolymam, vbi Deus, qui eſt ipſa fortitudo, colebatur. Vel contra Dei populum, qui in ipſo Deo fortis erat. Et magnificatum eſt vſq; ad fortitudinem Cœli. Ideſt & creuit hoc cornu, creuit robur, ac potentia Antiochi contra filios Iſrael, qui cœleſti fortitudine ſoliti erant pugnare, & olim Angelorum vallabantur cuſtodia. *Et poſt pauca iterum*: Poteris rectè per fortitudinem Cœli exercitum cœli interpretari. Vt ſic ſenſus: Comparauit copias, quas duxit cōtra pios Iſraelitas, qui colūt Deū cœli, quare exercitus Cœli dicuntur. *Vbi apparet & quod ſolum, ibi eſt fortitudo, vbi Deus colitur, & quod qui contra fideles armantur, non cōtra humanum, ſed contra cœleſtem debent putare ſe pugnaturos exercitū: & quod fideles minimè in ſua fortitudine debēt confidere, cū nō aliam, niſi à Cęlo habeant.*

CLXXVIII.

INTERL. *in Dan. Ad illud cap. 8.* Factum eſt aūt cum viderem ego Daniel viſionem: & quærerem intelligētiam. *ait:* Quaſi picturam, & imaginem. Nō enim omnis, qui videt intelligit ſcripturam ſanctam. Sæpè oculis videmus, & corde non intelligimus. *Vbi apparet, non ex eo quempiam doctum debere dici, quod libros ſæpiùs conſpicere videatur: aliqui enim vt ſolas figuras ibi ſculptas illos aperiunt, & ideò aliqui vt emant libros primū quod quærunt eſt: an plurimas figuras, & benè ſculptas habeant.*

CLXXIX.

GLO. *Moraliter in Io. Ad illud cap. 1* Et factum eſt verbum Domini ad Ionam. *ait:* Per Ionam, quem Dominus miſit ad prædicandū contra Niniuem, ſignificatur Euangelij prædicator, & nomen conſonat, quia Ionas interpretatur, columba, Prædicator autem debet eſſe ſimplicitatis columbinæ, & carens amaritudinis felle.

CLXXX.

S. HIERO. *Com. in Ion. Ad illud cap. 3.* Et factū eſt verbum Domini ad Ionam ſecundo dicens. *ait:* Non dicitur Prophetæ: quare non feciſti, quod tibi fuerat imperatū, ſed ſufficit ei naufragij, & deuorationis ſola correptio: vt qui imperantem non ſenſerat, Dominum intelligeret liberantem. Alioquin ſuperfluum eſt delinquēti ſeruo poſt plagas velle imputare quod fecit, cū huiuſcemodi correptio non tam emendatio ſit, quam, exprobratio.

CLXXXI.

IDem, *Com. in Abac. Ad illud c. 1.* Et factum eſt iudicium, & contradictio potentior? Propter hoc lacerata eſt lex, & non peruenit vſq; ad finem iudicium. *ait:* Adhuc Propheta, vel populus loquitur ad Dominum, quod non veritate aduerſus ſe, ſed potentia iudicatum ſit, & nihil ex lege, & iuſtitia ſuſtinuerit. Vndè & ipſum iudiciū non habuerit finem ſuum. Finis autem iudicij, eſt iudicare iuſtè.

CLXXXII.

THEODORET. *Com. in Abacuc: Ad illud c. 1.* Obſtupeſcite quod opus factum eſt in diebus veſtris, quod nemo credet. *Intelligens de aduentu Meſſiæ, quem non credituri erant Iudæi. ait ſic:* Sciebat quippè, qui ante omnia nouit, quod credituri nō eſſent. Sed tū quia bonus eſt & iuſtus, iudicare à ſola prænotione non vult: quin etiam non credentibus prædictiones affert. *Vbi apparet, iniquum eſſe aliquem ex prænotione iudicare: & quod Deus ſuas promiſſiones attendit, vt beneficus ſit, non ingratitudinis noſtræ prænotionem.*

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

CLXXXIII.

LYRA *Poſtill. in Sophon. Ad illud cap.* 1. Verbũ Domini, quod factum eſt ad Sophoniam, *ait:* Per hoc enim oſtenditur, ipſum fuiſſe Prophetam 2. Pet. 1. Non voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt Sancti Dei homines. Et iſte ſtatus eſt, quaſi medius inter Deum, & communẽ populum, propter quod Prophetæ dicuntur Dij participatione: ſecundum quod exponit Saluator illud Pſal. Ego dixi Dij eſtis. Io. 10. Illos dixit Deos, ad quod factus eſt ſermo. *Vbi apparet, Prædicatores, qui nunc Prophetarum vices gerunt, tunc ſe probare eſſe veros Prædicatores cùm verba ſua, non à ſe, ſuaq; paſſione: ſed à Spiritu ſancto, & à Deo eſſe conſtiterit. Et quod etſi quid medium inter Deum, & homines; tamen ita illi ſupremo extremo eſſe coniunctiores, quod merè, Dij, ab ipſo ore Saluatoris vocentur.*

CLXXXIV.

S. HIER. *Com. in Aggeum. Ad illud cap.* 1. In anno ſecundo Darij Regis, &c. factum eſt verbum Domini in manu Aggei Prophetæ. *ait:* Darius autem lingua noſtra ſonat (generationes factæ) ſiuè quæ fuerunt. Nec merebatur abſque templo populus, & deorſum habitans alium habere Regem, niſi, qui generationibus ſeruiebat, & amabat carnem, & primam ſententiam ineruditi adhuc hominis, & eiecti de paradiſo cuſtodiebat: Creſcite, & multiplicamini, & implete terram. Ergò, quia Darius amator erat coitus, & ſocius Draconis (cuius omnis virtus in lũbo eſt) idcircò in ſecundo anno viſio populo cernitur: in immundo numero. *Vbi apparet, nihil ſic abiectionem vnius populi demonſtrare, quã luxurioſis Principibus ſubdi.*

CLXXXV.

IDem *ibidem, Ad illud, quod ibi ſemel, atq; iterum repetitur:* Factum eſt verbum Domini in manu Aggei Prophetæ. *ait:* Fit autem verbum Domini quærens ad quẽ veniat, & quem doceat, in manu Aggei Prophetæ, q. bona habet opera, & in cuius factis poterat Dei ſermo requieſcere. Porrò vbi manus ſanguine plenæ ſunt, & interficitur Ieſus, & audet Populus dicere: Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros: ibi non fit ſermo Dei. Vſq; hodie immundas habens manus carneus Iſrael, extendit eas ad Dominum: ſed quia ſanguine plenæ ſunt, loquitur ad eos Dominus per Prophetam Eſai. 1. Si extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos à vobis; manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Nõ fit in manibus eorum verbum Domini, quia immundæ ſunt: non venit ad eos ſermo Dei, quia in ſe occiderẽt ſermonem Dei. *Vbi apparet, verbum Dei eſſe inquietum in Prædicatore malè operãte, neq; enim à Deo emiſſum, quærit ora prædicantium, ſi opera bona.*

CLXXXVI.

HVGO *Card. Poſtil. in Aggeum: Ad illud cap.* 1. Reſpexiſtis ad amplius, & ecce factum eſt minus. *ait:* Adhuc replicat malum, quæ eis euenerunt, quia negligebant opus Dei. Reſpexiſtis, &c. i. propria lucra captaſtis, & pauperiores facti eſtis. Vel fruges ad meſſem paratas vidiſtis: & culmos vacuos recepiſtis. *Vbi apparet, quod videmus, nempè pauperiores fieri, qui opus Dei ob propria lucra relinquit. Hic improperat Deus Iſraelitis, quod reædificare omiſerunt domum Dei, vt vineis, & agriculturæ vacarent. Et quod maximum ſupplicium eſt fruges ad meſſem, in vnoquoq; genere paratas videre, & culmos vacuos recipere.*

CLXXXVII.

GLO. *In Aggeum poſtquam cap. prim. vbi populus reuertens de captiuitate Babylonica redarguitur de eo, quod renuit laborare in reædificatione Templi, prophetia ſic incipiente:* In anno ſecundo Regis Darij in menſe ſexto. *Inter cæteras funeſtas huius prophetiæ circumſtantias, ait:* Menſis etiã ſextus congruit, quia hic menſis non habet aliquas ſolemnitates Dei ſicut ſeptimus. Similis eſt ſex dierum, quibus factus eſt Mundus, in quo laboratur, & panis ſub ſudore comeditur: *ad 2. cap. vbi iam populo incipiente reædificare domum Dei, Propheta ex verbis eiuſdem Domini, populo cõgratulatur, & ſic incipit:* In ſeptimo menſe viceſſima, & prima menſis factum eſt verbum Domini in manu Aggei Prophetæ. *ait:* In menſe ſeptimo, in quo ſunt ſolemnitates Dei, viceſſima prima die menſis. i. tribus hebdomadibus cõpletis, & perfecta requie in myſterio Trinitatis fit ſermo Dei, ad eos, qui cæperant operari in domo Dei iam in requie. i. menſe ſeptimo. *Vbi apparet, requiem minimè inueniri, niſi in labore domus Dei; & quod minimè requieſcere poteſt, qui illum ſubterfugerit.*

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

CLXXXVIII.

LYRA Poſtil. in Zachar. Ad illud cap. 1. Factũ eſt verbum Domini ad Zachariam fili Barachiæ, filij Addo. *ait:* Dicunt autem hic aliqui, quod iſte Addo fuit ille Propheta, qui miſſus fuit à Ieroboam .i. Reg. 13. & ſecundũ hoc hic nõ fuit auus Zachariæ, ſed magis remotus, quia inter illum, & Zachariam fluxit valdè longum tempus, dicitur tamen filius eius, quia fuit de genere ipſius, ſicut Chriſtus in Euangelio dicitur filius Dauid, quia de eius genere deſcendit ſecundum carnem. *Sed poſteà reprobans hanc aſſertionem, inter cætera ait ſic:* Sic iſte Addo videtur eſſe alius ab illo, etiam ſi vocatus fuerit Addo. Non enim cõſuetum eſt, quod Prophetæ ſic genealogizentur, videlicet per patrem, & per alium ſic remotum à patre intermedijs omiſſis. *Vbi redargui poſſunt quamplurimi, qui vanè volentes de ſe genealogizare, etiam omiſſo patre, & alijs proximioribus aſcendunt ad aliquem remotiſſimum nobiliorem ſua genealogia, & de ipſis cognomina accipiunt.*

CLXXXIX.

INTERLIN. in Hierem. ad illud cap. 6. Ecce Verbum Domini factum eſt eis in opprobrium. *ait:* Quod datum eſt eis ad ſalutem, vitio eorum verſum eſt in pœnam.

CXC.

HVGO Card. Poſtil. Hierem. Illud cap. 6. Væ uobis, quia declinauit dies, quia longiores factæ ſunt vmbræ veſperi. *Poſtquam per vmbras veſperi, intelligi vanitates mundi, ſecundum illud Sap. 5.* Omnia tranſierunt ſicut vmbra: *ſic myſticè poſtillat:* Væ nobis, quia declinauit dies gratiæ .i. Chriſtus. Quia longiores factæ ſunt vmbræ veſperi .i. quia creuit in nobis amor vanitatis ſæculi. Quanto Sol magis declinat, tanto maior eſt vmbra. Vndè & Luna quanto à Sole remotior, tanto apparet maior; & quanto propinquior & tanto minor, & ideò Luna ſub pedibus eius. Apocal. 12. quia Mulier amicta Sole. *Vbi apparet, & Deum elongari ab anima per nimium terrenorum affectum: & res terrenas nulli magnas apparere, niſi remotis à vero Sole Chriſto, quæ qui ei approximant, tanquam ſtercora calcant ſub pedibus.*

CXCI.

THEODORE. Com. in Ezech. Orat. 10. *ad illud cap.* Locutus ſum ego mane ad populũ meum, & mortua eſt vxor mea veſpere, feciq; mane, q̃ præceperat mihi. *ait:* Typum quendã auctoris omnium rerum Dei perfectè exprimit Propheta: Cum enim populus Iſraelita pro ſpõſa Domino copulatus eſſet, et ſic in ſeruitute redigendus foret, & interficiendus, diuinum quoq; templum comburendum, formam quandam futurorum præbet Prophetam, cuius repentè mortua vxore, præcipit ei nè lugeat, nè ploret, nèuè luctuoſum ſuſcipiat habitum, nè ad eam menſã accedat, quæ conſolationis ergò inſtruitur, verũ ſilentio gemat, oſtendens fore vt ipſe nulla clementia, qui ſibi coniuncti erant, dignos cẽſeat, præter voluntatem tamen ipſis infligat ſupplicium; non enim vult mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur, & viuat: Qua de cauſa Prophetæ quoq; vt ſilentio gemat, præcipit, hoc ipſo ſignificans, etiam ſe præter voluntatem ſuſtinenere illatas populo calamitates, cũ & multa bonitate præſtet, qua ad clementiã propẽſus eſt, & punire propter improbitatis exuperantiã cogatur. *Vbi iudices habent exemplum, vt & ſi in publico nullum de damnatorum facinoroſorum morte debeant dolorem oſtentare, tamen intra ſe gemere, & dolere debeant.*

CXCII.

HVGO Card. Poſtil. in Sophon. Illud cap. 3. Principes eius in medio eius, quaſi leones rugientes. Iudices eius lupi veſpere nõ relinquũt in mane. *ſic poſtillat:* Principes eius, &c. quia ſẽper verſabantur in ſanguine ſubditorum. Iudices eius à Principibus conſtituti: Lupi veſpere: Minus potẽtes quam leones, ſed magis rapaces Septuaginta: Quaſi lupi Arabiæ non relinquebant in mane: aliquid pauperibus quod rapere poſſent. *S. Hiero. nõ ponit:* Pauperibus: *ſed ſimpliciter:* Iudices eius rapaces, non dimittentes alijs, quod poſſent rapere. *Vbi apparet, & quod miniſtri etſi minus crudeles, & potentes Regibus tyrannis, tamen magis rapaces: & quod nihil ſcelestius, & enormius, quam rapere furari, & alios furari non permittere. Et ſi vtrumq; malum.*

CXCIII.

S. BERNARD. *Tract. de gradibus humilitatis, grad. 1. ſic:* O Lucifer, qui manè oriebaris, imò non iam lucifer, ſed noctifer, aut etiã mortifer, rectus curſus tuus erat ab Oriente, ad Meridiem, & tu præpoſtero ordine tẽdis ad Aquilo-

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

lonem? Quanto magis ad alta feſtinas, tanto celerius ad Occaſum declinas.

CXCIV.

S. *THOM. Com. in Eſai. ad illud cap.* 17. Mane ſemen tuum florebit: Ablata eſt meſſis in die hæreditatis, & dolebit grauiter. *ſic commentatur:* Mane ſemen tuum florebit, ideſt primò pulchrum erit, vt magis doleas. *Vbi apparet, Deũ efficere vt impiorum primordia ſint proſpera, vt ſic in amiſſione magis poſtea doleant.*

CXCV.

DIONYS. *Cart. Enar. in Zacha. Ad illud c.* 14. Et in tempore veſperi erit lux. *ait:* Ideſt in fine ſæculi, ſeu termino temporalis diei: Erit lux .i. claritas beatificæ viſionis, & lumen gloriæ conſumatum in omnibus prædeſtinatis. Conſonat quoq; huic prophetico verbo, quod Chriſtus in Euangelio loquitur Mat. 20. Cùm ſero factum eſſet, præcepit Dominus operarijs reddi mercedem.

CXCVI.

ARCHIEP. *Tran. Alueres, Com. in Eſai. Ad illud cap.* 26. Animâ mea deſiderauit te in nocte, ſed ſpiritu meo in præcordijs meis de mane vigilabo ad te, *ait:* Propheta in nocte legis antiquæ conſtitutus, atq; inter vmbras ſpiritu prophetico mane legis Euangelicæ, atq; myſteria gratiæ præuidẽs, totis præcordijs ortum Solis .i. Chriſti aduentum deſiderabat, cupiens ipſum inter homines conuerſantem conſpicere. Conſonat hæc explicatio cum tranſlatione Septuaginta Interpretum, qui præſentem locũ ſic vertũt. De nocte delucidat ſpiritus meus, ad te Deus. Et ſumitur metaphora, ab ijs, qui magno deſiderio aduentum diei expectant, vt aliquod opus magnum faciant: Solent enim ſemel & iterum de nocte conſurgere, contemplare ſtellas, ac ſæpius verſus Orientem inſpicere, ſi fortè ſignum aliquod aduenientis Solis appareat in Cœlo. *Vbi apparet, quantum redarguitur noſtra negligentia in recipiendo Chriſto nato: à deſiderio, quo Sancti antiqui Patres eum expectabant naſciturum.*

CXCVII.

DIONYS. *Cart. Enarr. in Eſai. Ad illud cap.* 33. Eſto brachium noſtrũ in mane. *ait:* Ideſt fortitudo nos roborans: In mane, .i. citò, & tẽpore proſperitatis, nè proſperis erigamur.

CXCVIII.

LYRA *Poſtil. in Ezech. Illud cap.* 33. Manus autem Domini facta fuerat ad me veſpere, antequam veniret, qui fugerat, aperuiq; os meũ, donec veniret ad me mane, & aperto ore non ſilui amplius. *ſic poſtillat:* Manus autem Domini facta fuerat ad me veſpere: Reuelando ꝙ factum fuerat in Hieruſalem: Antequã veniret qui fugerat. Hoc eſt annuntiaret hoc qui fugerat: Aperuiq; os meum. Dando mihi conſtãtiam loquendi de impletione prophetiæ meæ, de deſtructione Hieruſalem, quam ipſi reputabãt ante friuolã. *Vbi apparet, per nihil ſic cõfortari Prædicatores ne taceant, ſed vſq; ad mane aperto ore vociferent, ac adimpleta videre diuina ſupplicia ab ipſis minata, & a populo vt friuola deriſa.*

CXCIX.

S. *HIERO. Com. in Oſe. Ad illud cap.* 6. In tribulatione ſua mane conſurgent ad me: Venite reuertamur ad Dominum. *ait:* Ideò Deus tradidit Ephraim, & Iudam captiuitati, & nullus eſt, qui de manu eius poſſit eripere: & reuerteretur ad locum ſuum, donec deficiant, & quærant faciem eius: vt quem propitium, præſentemq; nõ ſenſerant, iratum & abſentem requirant, & in tribulatione ſua, orto eis lumine pœnitentiæ, mane conſurgant ad eum. *Et poſtea ſic:* Cunq; ad Dominum mane ſurrexerint, quid loquentur? Venite, & reuertamur ad Dominum. Non ſunt propria ſalute contenti, ſed ſe mutuo prouocãt, vt reuertantur ad Dominum, quẽ relinquerant. *Vbi apparet, Deũ maximè punire, vt quæratur ſaltim iratus, & abſens, qui neglectus fuerat præſens, & beneficus: & quod veræ pœnitentiæ effectus eſt, non ſolum de ſua, ſed de conſortium in culpa, ſalute curare.*

CC.

RVPERT. *Abb. Com. in Oſe. Ad illud c.* 6. Quid faciam tibi Ephraim: quid faciam tibi Iuda? Miſericordia veſtra quaſi nubes matutina; & quaſi ros mane pertranſiens. *ait:* Miſericordia hæc parua illa eſt, quam intendens ille Iſac. In pinguedine, inquit terræ, & in rore Cœli deſuper erit benedictio tua. Parua nanq; miſericordia eſt temporalium, ſeù corporalium abundantia, quarum omnium ſumma illic pinguedine terræ, & rore cœli comprehenſa eſt. Porrò miſericordia magna illa eſt benedictio,

quæ

quæ ſimplici Iacob in domo habitanti data, vel diffuſa eſt ſecundum verba hæc. Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni,&c.Gen.27.Sic nanq; benedicendo magnam illi miſericordiam imprecabatur, eam .ſ. vt de ſemine eius Chriſtus naſceretur Proindè,quia miſericordiarum tanta differentia eſt, idcircò Dauid, qui vtpotè Rex diues, & inclytus, cùm dixiſſet, Miſerere mei Deus,ſtatim addidit:Secundum magnam miſericordiam tuam.In quo? Nimirum in eo, vt nequaquã promiſſione Chriſti de ſemine ſuo naſcituri fruſtraretur, propter cauſam Otiæ Ethei. *Et poſtea ſic:* Quid faciam tibi, &c. Ac ſi dicat populo electo,cuius typus erat Iacob: Magnam miſericordiam,magnam conſequemini benedictionem habendo fidem ſeminis Abrahæ,quod eſt Chriſtus. Vobis filijs carnis, qui tanquam Eſau tardatis,& foris vagamini,poſt hæc vltra quid faciam? In pinguedine terræ, & in rore cęli deſuper fuerit hactenus benedictio, vel miſericordia ueſtra,ſed nunc eadem ipſa properãte captiuitate pertranſeat, ſicut pertranſit matutina nubes,& in meridie, ſiuè veſpera iam nõ eſt.Et ſicut pertranſit ros, qui cum mane herbã operuit,orto Sole velociter diſparet, & iam nõ eſt. Sic enim vobis continget;qui mane compluti eſtis,& matutino rore maduiſtis .i.qui pręſentem lætitiam, & tantummodò caduca præſentis ſæculi bona requiſiſtis.Nubes veſtra pertranſit,& ros veſter orto Sole ſiccatur.i. lætitia veſtra in triſtitia vertetur, & delitiæ veſtræ in futurum non inueniētur, vbi verus Sol Chriſtus in virtute ſua in meridie conſpicietur. *Vbi apparet,ditari in hoc ſeculo,etſi ſit diuina miſericordia: non tamen eſſe magnam.*

CCI.

D*IONYS.Cart.Enarr. in Oſe. Ad illud cap. 7. vbi loquens de Ieroboam, quando ſecurus, quod nullam haberet reſiſtentiam in Magnatibus Regni ſui, vt recederet à vero cultu Dei per idolatriam,tota illa nocte præcedentem banc promulgationem,dormiuit quietus,addit:*Mane ipſe ſuccenſus, quaſi ignis flammæ. Omnes caleſacti ſunt quaſi clibanus.*ait:*Ideſt,diluculo conſurgens Ieroboã, ſtatim ardore idolatriæ eſt ignitus. Quaſi flammæ. Itaq; ante omnia cum feruore acceſſit ad idolorum culturam. Quid plura? Omnes Principes,& ſatellites,ac ſubditi eius: Calefacti ſunt, quaſi clibanus. Ideſt exemplo impij Regis feruebant ad idolatriam. Ecce quantum poteſt iniqua poteſtas; nam cum Dominus vellet ſubditos curare impedita eſt ſalus eorum per Regis facinora,in quantum imitati ſunt ea,propter qđ in Ecclico 10.Qualis eſt Rector Ciuitatis,tales & inhabitantes in ea. *Vbi apparet, calorem alicuius mali, vel boni operis in Prælato ſeruorem, & ardorem cauſare in ſubditis. Vndè frigidiſſimi ſunt Principes in aliquo opere,in quo ſaltem non caleſiant ſubditi.*

CCII.

T*HEODORE.Com.in Oſe. ad illud cap. 11.* Sicut mane tranſit, pertranſit Rex Iſrael, quia puer Iſrael. *Quæ verba ille ſic vertit* : Sicut mane proiectus eſt Iſrael, quia paruulus Iſrael. *ait:*Sicut mane,&c. Quod breui tempore funditus periret,per hęc deſignauit:nam ad breue tẽpus durat diluculum, & mox exoriens Sol diem infert:Quia paruulus Iſrael: propter inſcitiam,inquit, & puerilem ſenſum hanc ſuſtinet vltionẽ. *Vbi apparet, ſupplicium Principum, & Prælatorum inſcientium, & puerile habentium ingenium,eſſe parum perſeuerare in dignitatibus, & citò amoueri.*

CCIII.

L*YRA Poſtil. in Amos 4.ad illud dictum per ironyam Iſrælitis idolatris:* Offerte mane victimas veſtras. *ait:*Ideſt offerte tribus diebus,ſcilicet, in mane ſicut in templo Domini, quod erat in Hieruſalem: Cultores Dei debebant comparere ter in anno, Exod.23.Ieroboam autem in cultu vitulorum, quos fecit, ſtatuit aliqua ſimilia cultui diuino, quæ fiebat in Hieruſalem, vt populus facilius aſſentiret. *Vbi apparet, illa eſſe plus nociua mala, quæ aliquid conſeruant vbi boni, pij, qui ſeduci procurantur, quieſcant: & ſic indubij illis accedentes,in erroribus ſuppoſitis vincti remaneant.*

CCIV.

H*VGO Card. Poſtil. in Eſai. ad illud cap. 34.* Quia dies vltionis Domini: annus retributionis iudicij Syon. *ſic poſtillat:* Quia dies vltionis Domini: Quoad malos: Annus retributionis, &c. Quoad bonos: Nota, quod loquens hic de pęna malorum dicit, dies: Vbicunq; de hac loquitur quaſi parum tempus ponit, quia Dominus puniet citra condignum: vbicunq; autem de retributione bonorum loquitur, maius po-

Digitized by Google

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

ponit tempus: vndè hic dicit annus, quia remunerabit bonos ſupra meritum.

CCV.

S. *CYRILLVS Alexandri. Com. in Eſai. ad illud cap. 37.* Et miſit Eliacim, qui erat ſup domum, &c. ad Eſaiam filium Amos Prophetam, & dixerunt ad eum: Hæc dicit Ezechias: Dies tribulationis & correptionis & blaſphemiæ dies hæc. *ait*: Ezechias valdè pius adiutorẽ rogat fieri eum, qui apud Deum in pretio eſt, videlicet Prophetam: vtile igitur ad genua accedere Deo, ſanctis viris aſſiſtentibus: Annuit enim propter eos, & ſæpè miſeretur lachrymis etiam ignauorum. *Vbi apparet, quam vtile ſit Sanctorum interceſſio, quã diabolus maximè ſophiſticis rationbus eneruare conatur.*

CCVI.

THEODORE. *Com. in Ezech. ad illud cap. 33.* Fili hominis, qui habitant in ruinoſis his ſuper humum Iſrael loquentes, aiunt: Vnus erat Abraham, & hæreditate poſſedit terram: nos autem multi ſumus, nobis data eſt terra in poſſeſſionẽ. *ait*: Stultitiæ morbo ita laborabant, vt nihil ſupra poſſit quo poſt magna, tantaq; ſupplicia, adhuc temerarij ſunt, & ſolitudinem Iudeæ conſpiciẽtes, dicere audent: ſi ſolus cum eſſet Abraham hanc terram poſſedit, mutlo magis nos, qui plures ſumus, ipſius compotes erimus: Oportebat aũt ſimul nouiſſe Abrahæ virtutem, ſuumq; vitium, neq; multitudine confidere, ſed iuſtitia inquirere. *Vbi irridendi ſunt, qui cũ multi impij ſint, ratione multitudinis æmulantur, quæ alicui ſingulari virtutis ergò fiunt.*

Ex Epiſt. Apoſt.

CCVII.

S. *AVGV. lib. 6. de Trinitate, prout in compendio Bedæ. Aſſerens illa verba Apoſt. 1. Corinth. 6.* Qui adhæret Domino vnus ſpiritus eſt. *ait ſic*: Corporalia, adiunctione ſui creſcunt. Quamuis enim, qui adhærit vxori ſuæ, vnum corpus ſit: maius tamen corpus ſit, quam ſi ſolius viri eſſet, aut ſolius vxoris. In rebus tamen ſpiritualibus cum minor minori adhæret, ſicut creatura creatori, illa fit maior, quã erat: non ille. In his enim, quæ non mole magna ſunt, hoc eſt maius eſſe, quod melius eſſe. Melior fit autem ſpiritus alicuius creaturæ cum adhæret creatori, quam ſi nõ adhæreat. Et ideò etiam maior, quia melior. Qui ergò adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt. Sed tamen Dominus non ideò fit maior, quamuis fiat ille, qui Domino adhæret.

CCVIII.

S. *IOAN. Chryſoſt. Homil. 8. in 1. Cor. 3. Ad illa verba*: Qui autem plantat, & rigat vnum ſunt: vnuſquiſq; autem propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem. *ait ſic*: Et quo aliud quoq; confirmat nè inuicem ſuperbia efferantur. Vnum autem eſſe eos, inquir, quoniam nihil poſſunt ſine Deo, qui dat incrementum. Quibus verbis, neq; qui multum laborant, aduerſus pigriores effert, neq; alios his inuidere permittit. Deindè cum ea opinione, vt ſcilicet, omnes vnum ſit negligentiores, efficiantur, & hi, qui multum, & hi, qui remiſſius operantur: animaduerte, quæſo, quibus hoc verbis corrigat: Vnuſquiſq; propriam mercedem accipiet, &c. Ac ſi diceret: Noli timere, quod dixerim, vnum ſunt. Sunt nanq; vnum ad Dei opus comparati, non autem ad labores: ſed vnuſquiſque propriam accipiet mercedem.

CCIX.

S. *ATHAN. Comm. in 1. Cor. Ad illa verba cap. 4.* Nè vnus aduerſus alterum infletur pro alio. *ait ſic*: Corinthij enim quum de magiſtrorum primatu contenderent, iſtorum præſtantia efferebantur. Nam qui aliquem haberet in præceptorem: huius vt ſimul, & dignitatem tueretur, & excellentiam, alterius, cuiuſquam magiſtrum conuicijs inceſſebat. Ita vt diſcipulis inter ſe altercantibus, ſinguli ſuum iactitarent doctorem, eundemq; & gloriæ ducerent, & iactitando intumeſcerent. Rectè autem huiuſmodi animorũ perturbatıonem inflationem dixit: à corporis quædam metaphora, quod malis humoribus, & ſpiritu inquinato inflatur. *Vbi religioſi, qui continuè pro defenſione vniuſcuiuſq; ſui doctoris excellentia ad inuicem conuiciantur, attendant à nullo bono humore, aut mundo, puroq; Spiritu hanc prouenire inflationem.*

CCX.

S. *CYPR. de zelo, & liuore: tract. 12. Aſſerens per occaſionem illa verba Apoſt. Roman. 13.* Nox præceſſit dies autem appropinquauit: abijciamus ergò opera tenebrarum, & induamur

arma

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

arma lucis,&c. *ait ſic:* Si receſſerunt de pectore tuo tenebre,ſi nox indè diſcuſſa eſt,ſi caligo deterſa eſt,ſi illuminauit ſenſus tuos ſplendor diei, ſi homo lucis eſſe cœpiſti, quæ ſunt Chriſti ſequere. quia lux & dies Chriſtus eſt. Quid in zeli tenebras ruis? quid te nubilo liuoris inuoluis? quid inuidiæ cæcitate omne pacis,& charitatis lumen extinguis?

CCXI.

S. *IO.Chryſoſt.Hom.24.ibid.Eadem verba ſic legit:* Nox progreſſa eſt, dies autem appropinquauit. *& ait ſic:* Illa igitur finitur, iſta verò aduenit. Exerceamus,quæ huius, non quæ illius sũt. Nam & in temporalibus iſtud fit. Quando enim noctem ad diluculum vſq; properare videmus, garrientemq; hirundinem audimus, proximum ſibi quiſq; excitamus: & licet nondum prorſus nocturnæ ſolutæ ſunt tenebræ, quoniam tamen quod reliquum eſt, tranſit, ſollicitando alius ad alium, diem factum eſſe dicimus: & quicquid diuturni eſt temporis induti, à ſomnijs liberati, excuſſo protſus ſopore,facimus, nè non paratos orta dies inueniat. Atq; ita nondũ Solis exorto iubare exurgere,& ad faciẽda contẽdere incipimus: Quod igitur in tẽporalibus,vt cõmemoratũ eſt facimus: iſtud & hic faciemus: Exuamus phantaſias,liberemur ab huius vitæ ſomnijs, excutiamus profundum mentis ſoporem, induamurq; loco veſtimenti virtutem. *Vbi ſenes habet documentum,vt & ſi viuant, adhuc tamen magis, quæ ſunt ſecũdum vitam futuram (per tot eis facta, ac garrientia ſigna appropinquantem) operentur: ſeſe mutuo ad hoc excitentur,phãtaſijs huius ſæculi exuantur,& non (vt videmus) totum in contrarium, brutaliter,& irrationabiliter faciant.*

CCXII.

ORIGENES *Com.ibi,vſq; ad illud:* Sicut in die honeſtè ambulemus. *ait ſic:* Cùm poſt illas diſſertiones,quas vel de gentibus, vel de Iudæis Apoſtolus proſecutus eſt,introduxiſſet:etiam moralem locum,quo magis auditores incitet ad conuerſionem, introducit,modo per vrgentem temporis rationem, quod eſt in rebus omnibus ſummum.Nemo enim ita ſomnolentus,& piger eſt, quem aduenientis diei non excitet claritas,& cui Sol oculis infuſus, non aperiat aſpectum. *Vbi apparet, ſenibus nihil aliud prædicandum eſſe, niſi argumentum accipiendo à congruentia ætatis eorum: eſt enim omnibus efficacius.*

CCXIII.

S. *AVG.Serm.de Sacram.fidelium, Fer.2.Paſcha. Afferens per occaſionem illa verba Apoſtol. 1. Cor 10.* Quoniam vnus panis, & vnum corpus multi ſumus, omnes,qui de vno pane, & de vno calice participamus. *ait ſic:* Ecce quod accepiſtis.Quomodo ergò videtis eſſe vnum,quod factum eſt,ſic vnum eſtote, vos diligendo,tenendo vnam fidem,vnam ſpem, indiuiduam charitatem. Hæretici,quando hoc accipiunt,teſtimonium contra ſe accipiunt, quia illi quærunt diuiſionem,cùm panis iſte indicet vnitatem. *Vbi etiam admonentur omnes, qui diuiſiones inter fratres ſuos procurant,& cauſant, in teſtimonium contra ſe accipere ſacroſ. Euchariſtiam.*

CCXIV.

S. *ATHA.Com.in Epiſt.Roman. Ad illud cap.13.* Nox præceſſit,dies autem appropinquauit *ait;* Per noctem,hoc ſæculum exprimit: quum quia in eo plerią; verſentur in tenebris, tum et quod ſingulorum ſit vita occultior. Deindè verò per diem futurum illum prætendit iudicium: quia in eo ſint iuſti ſplendorem habituri,& gloriam:& quæ adhuc celata ſunt, & occulta patebunt cuncta.In Euangelio tamen,per diem præſens hoc ſæculum dicimus: quia in eo ſit bonis operibus ſtudendum;per noctem verò futurum; quia nemini licebit aliquid operari.

CCXV.

S. *AVG.Lib.de vnico baptiſmo. Afferens per occaſionem illa verba Apoſt. 1. Cor. 1.* Vnusquiſq; veſtrum dicit: Ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo;ego verò Cephæ,&c. *ait ſic:* Quamuis non per impiorum,ſed ſanctorum nomina,ipſi tamen impia ſchiſmata faciebant. *Vbi apparet,quod ſchiſmata non coboneſtantur (vt aliqui contendunt) per bonitatem eorum,qui ſunt capita, & inuocantur à ſeditioſis,& quibus inhærent.*

Ex Apocal.

CCXVI.

S. *AMBRO. prout Gloſ. Ad illud Apocal. 16.* Et quartus Angelus effudit phialam ſuper ſedem Beſtiæ, & factum eſt Regnum eius tenebroſum, poſtquam per Angelum, quartum in-

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

telligit ſanctos Pattes, per phialam eorum doctrinam, per ſedem beſtiæ, hæreticos: *ait:* Et factum eſt regnum eius tenebroſum: quia illis, quibus doctrina hereticorum fulgida videbatur, per doctrinam SS. Patrum, quod miſera, & tenebroſa eſſet demonſtratum eſt. *Vbi apparet ratio, quare omnis noua & ſuſpectoſa doctrina ſecum affert excludere, quantum poteſt SS. Patrum doctrinam. nempè quia illa apparente, omnis falſa tenebratur, quantumcunq; eouſq; lucida viſa fuiſſet.*

CCXVII.

A*BBAS IOachim Expoſ. in Apocal. ad illud, q cap. 22. poſtquam dicitur:* Et draco ſtetit ante mulierem. *ſequitur:* Et factum eſt prælium magnum in cœlo: Michael, & Angeli eius præliabantur cum dracone. *ait:* Rectè ad auxilium virginum Angelorum mittitur turba: quia cognata eſt, & amica Angelorum virginitas: Attende diligenter Chriſti virgo: attende ſollicitè milites Chriſti; non enim quærit deſideſtāti pondus angonis: non pigros approbat, & tepētes, ſed fortes in prælio, feruentes in fide.

CCXVIII.

L*YRA Poſtil. in Apoc. ad illud c. 11.* Et ſeptimus Angelus cecinit tubā, & factæ sūt voces magnæ in cœlo dicentes, Factum eſt regnum huius Mundi Domini noſtri, & Chriſti eius. *ſic poſtillat:* Et ſeptimus Angelus idest Imperator Iuſtinus tuba cecinit: Authoritate imperiali Nazarem in Italiā miſit, Et factæ sūt voces magnæ in celo .i. in Eccleſia militāte: Qua Gothis occiſis, Eccleſia rumpit in voces diuinæ laudis. Dicentes: Factum eſt regnum huius mundi Domini noſtri, & Chriſti eius: tunc enim Italia, in qua eſt Roma, quæ caput eſt regni Chriſti in terra, liberè ſeruiuit Chriſto, & à Gothis, & cæteris Arrianis liberata. *Quod etiam ad litteram, noſtris accidit temporibus; vidimus enim per arma, & milites Imperatoris Ferdinandi (qui benè Angelus per ſanctam, quā agit vitam poteſt vocari) occiſum Regem Gothorum, eius et ſæpè deuicto exercitu, qui Italiam perturbare intendebat: Quo mortuo, Sanctiſſ. Pater & Dominus Vrbanus VIII. perſonaliter proceſſionaliter cum toto eminentiſſimo Collegio in Dei laudes prorumpit, iuſſitq; vt per totū mundum ſollemnes gratiæ Deo agerentur: Aduertant etiam Principes ſeculares, tum regnare Chriſtum, cum Italia, præcipuè Roma, in pace fouetur.*

CCXIX.

S*. AMBR. prout in Gloſ. in Apocal. ad illud c. 16.* Et abijt primus Angelus, & effudit phialā ſuam in terram, & factum eſt vulnus ſæuum. *ait:* Prædicatores, qui ante legem fuerūt, hic Angelos deſignat: Effudit autem phialam ſuam in terram, quia ſancti viri, qui ante legem fuerunt admonitionis verba impijs impenderunt, vt eos corrigerent: ſed vulnus peſſimnm in eis factum eſt, quia ex predicatione Sanctorum deteriores effecti, mandata Dei contempſerunt: vulnus autem peſſimum eſt cōtemptus mandatorum Dei. *Vbi apparet, impios per prædicationes, & admonitiones, multoties fieri peiores, & inuerecundiores.*

CCXX.

C*OEL. PANNO. Collect. in Apocal. ad illud c. 5.* Et vnus de ſenioribus dixit mihi: nè fleueris *ait:* Fieri non poteſt, vt iuxta Chriſti promiſſionem, non conſolentur, qui ſanctè lugent, Mat. 5. *Vbi qui ſe lugentes conſolari minimè viderint, eſaminent, an ſanctè, mundaneuè lugeant.*

CCXXI.

L*YRA Poſtil. ibidem ſic:* Quiſnam erat iſte ſenior, non dicitur: & dicunt aliqui, quod fuit Mattheus Euangeliſta, qui dixit in pſona Chriſti Mat. vlt. Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra. *Vbi apparet, per nullum ſic conſolari fideles, quam per fidem dominij Domini Ieſu Chriſti, tam in cælo, quam in terra.*

CCXXII.

S*. THOM. Com. ibi ſic:* Vnus de ſenioribus dixit mihi, idest cætus Prophetarum, *qui dicuntur* vnus propter fidei, & prophetatæ vnitatem: Vnum enim & vno ſpiritu prophetabant: Et nota, quod non dicit: Nè fleas: quia naturale eſt hominibus de dilatione rei deſideratæ dolere, & quanto deſiderium maius eſt, tanto maior eſt de dilatione dolor: Vndè nō prohibebātur flere Patres, ſed fletum continuare: vndè ſenſus eſt, nè fleueris, idest fletum nè continuaueris. *Vbi apparet, dolorem, & fletum prohiberi minimè poſſe, cum deſiderium angit: continuationem tamen minimè permitti.*

CCXXIII.

B*EDA Com. in Apocal. ad illud cap. 7.* Et dixit mihi vnus de ſenioribus: hi, qui amicti ſunt ſtolis albis, qui ſunt, & vndè venerunt? *Notans ſequentia verba nempè:* Et dixit mihi: Hi ſunt, qui

venerunt

Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus.

venerunt ex magna tribulatione, &c. *ait:* Ad hoc interrogat, vt doceat. *Vbi apparet, non omnem interrogationem denotare ignorantiam in quærente, ſed ſcientiam, & doctrinam aliquandò.*

CCXXIV.

C*OEL. PAN. vbi ſup. ad illud cap. 17.* Et venit ad me vnus de ſeptem Angelis. *Intelligens per Ioannem cœtum prædicantium, quem Angelus inſtruere veniebat, ait:* Vnus venit, vt nitatẽ ſpiritus inter multos commendet, eos qui miniſtri ſunt Verbi Dei, qui in vna fide, & ſpe exiſtentes, annuntiant ſalutem. *Vndè miniſtri verbi Dei, qui non vniti, ſed contentionibus diuiſi verbum Dei annuntiant: attendant minimè ab Angelis edoctos iudicari: Addatur illud Rupert. Abb. Com. ibi:* Vnus iſte de ſeptem Angelis ſeptem phialas habentibus, vnam fidem, & vnum ſignificat ſpiritum, qui in eis loquitur: Omnes enim quippè Angeli iſti ideſt omnes ſcriptores ſiuè ſcripturarum tractatores, quos Eccleſia ſancta recipit, idem dicunt, idem ſapiunt, & ſciſmata in eis non ſunt.

CCXXV.

A*BBAS Ioachim Expoſ. ibi ſic ait:* Venit autẽ Angelus ad Ioannem, vt Ioannes vadat ad Angelum, qui vocat eum, & oſtendat illi dãnationem meretricis magnæ: Quia niſi ſpirituales viri appropinquent verbo prædicationis diſcipulis veritatis: nequaquam ipſi diſcipuli poſſunt appropinquare illis intellectu cordis, nec videre damnationem meretricis magnæ, quæ ſedit aliquandò, & adhuc ſedet ſuper aquas multas: eſt autem vtile videre damnationẽ ipſius: Quia q̧ neſcit, quid paſſurus ſit ꝑ erroribus ſuis: de facili decipitur nutibus oculorum ſuorum.

Laus Deo, cœteriſq; huius Operis Beatiſſimis Patronis.

F I N I S.

A 01
1453684

Digitized by Google

oogle

Digitized by Google